31761000071795

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/opera00virg_0

DO NOT TRIM
RIC m/100

[illegible] VERGIL COLLECTION

Cl
873
V5x
1493

Vergilius Maro, Publius.

Opera. Venice, Bartholomaeus de Zanis, 1493.

300 ff. [illegible]

26581

534

Vergil. Works. [illegible].

From the press of Bartolomeo de Zanis of Portesio at Venice.

Stained vellum binding with clasps intact.

LIBRARY
JUN 4 1982
UNIVERSITY

PA
6801
A2
1493a

[illegible]

S. Martini Monasterij Wiblingen.



Vergilius cum cõmentariis quinq; uidelicet
Seruii
Landini.
Ant. Mancinelli
Donati
Domitii

ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS VRSO VRSINO HEROI CLARISSIMO PONTIficí Thean. ac Gymnaſii almæ Vrbis Rectori.

Ergilii poetarum ſũmi & Bucolica & Georgica ĩ Romano Gymnaſio cuius tu Rector & princeps q̃ optimus Vrſe Heroum decus eo pacto ab hinc triennio publice profitebar ut poſteris quoq; imptiendum cenſerem: eoq; ſtudioſius & accuratius enitebar: quumq; tempus admonuit Impreſſoribus quicquid euigilaueram tradidi. Diceres autem Nonne & Seruius iam pluribus annis Virgilii ſummus habetur interpres: & anno ab hinc ſecundo Landinus uir profecto eruditiſſimus: quid igitur tua eruditione opus? Cũ etiã fieri nõ poſſit: aut non facile fiat: ut ea uerbis mutentur ac extrudantur: quæ impreſſa ſunt mentibus: & iamdiu retenta. Itaq; Seruii potius alteriuſue ſententiam omnes pene quã tuam probauerit: ſicq; fruſtra quodammodo elaboraueris. Ea quidem oĩa ita fore nõ dubito Præſul digniſſime apud eos præſertim: qui ſæpenumero aliud quam recte ſenſerit: iniquo animo approbant & extollunt: probãdaq; arguunt & inuertunt. Nec ego eo conſilio Commentarios edidi: ut homines eruditos redarguam: quanq̃ aliud alii uidetur. Sed uti uirgilii carmen & facilius & apertius habeat. Eo. n. ſtudio: ea opera: uigilia: diligentia: cura ſum uſus: tũ corrigendis textibus: tum illis interpretãdis: ut mea cum præcedentibus conferentes: neceſſaria potius q̃ ſuperuacanea fuiſſe animaduertant. Amabunt inde: nam ea quæ facta ſunt cum labore: ut ille inquit: magis diligunt omnes. Et quoniam explodenda eorum ſunt uerba: qui nihil auctoritate doctoꝝ corroborant: illius autem recipienda ſententia. qui nihil loquitur: niſi q̃d apũd exquiſitiſſimos legitur auctores. Viſum eſt: cunctis omnibus & locis atq; ſententiis: priſcorum teſtimonia reddere. Ibiq; maxime ubi aliorum interpretationibus: q̃d ſæpe accidit: minime ſum aſſenſus: non quidem ab re ut patebit. Præteriiq; nihil fere neceſſario exponendum: quod ſi forte non uſq; rite expoſitum fuerit: dãda uenia eſt. Quis. n. tanto ingenio: tanta doctrina: tantaq; ſapiẽtia præditus eſſe poteſt: ut nuſquã ceſpitet. Neq;. n. ẽ ulla diſciplina: aut ars: quæ ſingulari conſumata ſit ingenio. Nec ullus omnia ſcire poteſt: & ubiq; diligentia ſatis uti. Hinc Plato philoſophorum ſummus Architæ reſpondens ait: Quæ apud me ſunt commentaria: de quibus ſcripſiſti: nondum ſatis lucubrata ſunt: neq; unq̃ ſatis erunt: ea tamen miſi. Subituꝝ me deniq; plurimoꝝ iudicia & doctoꝝ & cõtra quod longe peſſimum: haud dubito. Tua tamen: Obſeruator: Speculator: Explorator digniſſime. id. n. eps iterpretatur: auctoritate: poteſtate: dignitateq; fretus: audẽtius meas lucubratiões emitto. tibiq; dedico. Cui enim potius? Tibi ſiquidẽ mea omnia debeo: tibi labores omnis & uitam ipſã. Quis nãq; me numero paucoꝝ aſcripſit. Tua nempe ingens & maxima charitas. Tua quidem liberalitas & clæmẽtia ſũma. Tui magnitudo conſilii. Tui animi ſapientia. Vt aũt poſſint labores mei alibi quoq; opẽ ſufficere. Vocũ rerũq; idicẽ ſcdm lr̃arum ſeriẽ in fronte appoſui. Edã poſt hæc ĩ Iuuenalẽ in Odas: in carmen Epodon Horatii uenuſini: paratos iã cõmẽtarios. Vbi quid ſẽſerim ultra aliorum ſnĩas: quid addiderim: quidue elaborauerim plane uidebitur. Vale decus procerum & præſidiũ meũ. Vale & ſalue. Romæ tertio Idus Octobris. M. cccc. xc.

Ex quibus auctoribus

M. Catone. Varrone. Columella. Plynio. Pallãdio. Theophraſto. Macrobio. Nonio Mar. Diomede. Feſto Pompeio. Donato. Capro. Phoca. Priſciano. Acrone. Porphyrione. Aulo Gellio. Probo. Vegetio. Modeſto. Vibio ſequeſtri. Lactantio. Hõero. Heſiodo. Theocrito. Horatio. Ouidio. Manilio. Proptio. Plauto. Lucão. Lucretio. Cicerone. Saluſtio. Euſebio. Apuleio. Tito Liuio. Suetonio. Seneca. Lucio floro. Iuſtino. Herodoto. Diodoro. Laertio. Plutarcho. Alcinoo. Appiano. Cornelio Tacito. Strabone. Quintiliano. Solino. Dionyſio. Ptolemæo. Hyginio. Alexandro aphrodiſeo. Ariſtotele. Auguſtino. Cornelio celſo. Galeno. Serapione. Vitruuio. Ioanne uero Carmelitano in græcis dictionibus: Horum omnium ſuo loco teſtimonia patent.

ANTO. MANCINELLI. Veliterni commentarius in Bucolica Maronis.

DIcendi genera & in carmine: & in ſoluta oratiõe: probabilia ſunt tria. Huber: Gracile: Mediocre Huberi dignitas atq; amplitudo eſt. Gracili uenuſtas & ſubtilitas. Mediocre in cõfinio eſt utriuſq; modi particeps. Vera aũt & propria huiuſcemodi formaꝝ exẽpla in latina lingua Marcus Varro eſſe dicit. Hubertatis Pacuuium. Gracilitatis Luciliũ. Mediocritatis Terentium. Sed ea ipſa genera dicẽdi iam antiqtus tradita ab Homero ſunt tria tribus. Magnificũ in Vlyxe & huber eſt: Subtile in Menelao & cohibitũ. Mixtũ moderatũq; in Neſtore. De qbus oĩbus Gelliũ li. vii. legito. Euſebius uero apud Macrobiũ lib. v. inqt Dicẽdi genera eſſe quattuor. Copioſũ in quo Cicero dominatur. Breue in quo Salluſtius regnat. Siccũ q̃d Frontoni aſcribiẽ. Pigue & Floridũ in quo Plinius ſecũdus luxuriatur. Sed apud unũ Maronẽ hæc quatuor genera reperies: uariis quidẽ locis. illa ẽt tria. Nã gracili in bucolicis utitur. Hubere in æneide. Mediocri in Georgicis. quod ſane latius Cõmentario ſuo narrabimus. Cæterũ qa teſte Philoſopho lib. iiii. met. primũ principium in aliqua ſcientia debet eſſe notiſſimũ in ea. Ab ipſius tituli nomine auſpicemur. Bucolica: ut Diomedes inquit: dicuntur poemata carmine paſtorali cõpoſita. Bucolicon aũt armẽtũ boum. Bucoleo paſco boues. Bucolos uero bubulcus dr̃. Bubulcus aũt qui bubus arat: ſiue q boues fundi aratorios paſcit: ut Paulus iureconſultus ait. Bucolicuſq; a noſtris armẽtarius appelatur: ut ſcribit Donatus. Aegloga dici poteſt Aegon. i. capraꝝ. Logos. i. ſermo. Theocritus quẽ Maro imitatus ẽ: ut paſſim docebimus plures cõpoſuit æglogas. Maro decẽ. Bucolicũ carmẽ. Diodoro teſte uolumine. v. in Sicilia Daphnis Mercurii filius & nymphæ: q ẽt educatus a nymphis boum pmulta poſſedit armẽta: a quoꝝ cura Bucolos dictus ẽ: cũ eſſet igenio acri: ſtudiũq; plurimũ gubernãdis bobus ĩpẽderet: adiuenit. Tradunt inſup illũ in Dianæ grãm uenãdi ſtudio impẽdiſſe operã: eãq; fiſtula & cantu bucolico apprime oblectaſſe. Bucolici p̃terea uerſus ſũt quotiẽs ĩ quarta regiõe Dactylus finiens partẽ orationis inuenitur: ut Probus & Diomedes ſcribunt. Illud

unum adiiciam:ꝙ Virgilius ex affectu quem ad linguam græcam habebat:& declinationibus græcis delecta
batur:ut etiã Macrobius Saturnaliũ quinto ait. Et oia carmina ſua græce maluit inſcribere:quæ ſunt Bucoli/
ca Georgica Aeneis. Fabius item Quintilianus uolumine.xii.ſic.Itaqꝫ tãto eſt ſermo græcus latino iucundior
ut noſtri poetæ quotiens dulce carmen eſſe uoluerint:illorum id nominibus exornent. Opus ipſum triẽnio ꝑ
feciſſe legitur. Annos natus ut Probus aſſerit.xxviii.

¶ Argumentum Tityri per Antonium Mancinellum.

t Ityre tu patulæ. Poſt Caſſii Brutiqꝫ necẽ Philippenſi clade acceptã.M. Antonius in Aſiã.C.Cæ/
ſar Veteranis agros & urbes diſtributurus i Italiã cõceſſit:ut Liuius li.cxxv.& Apiãus li.v.bello
rũ ciuiliũ ſcribunt. Probus autẽ illis non conuenit:ſcribit eñi agros diuiſos Veterãis ab Augu
ſto poſt bellũ Actiacũ. Ego tamen prioribus crediderĩ. Multi igĩť & Cremonẽſiũ & ꝓpinquo
rũ ꝓpriis agris cultores expulſi ſũt. Quoꝝ ꝗdẽ ad Lucii Antoniũ.M. Antonii fratrẽ plures
auxilii gratia cõfugerunt. Virgilius tamẽ nã & ipſe agrũ quũ Mãtua Cremonæ uicina eẽt:eodẽ
pacto amiſerat ab Aſinio Pollione Alpheno Varo & Cornelio Gallo:q̃bus in Buc.adulať.C.Cæſari cõmenda
tus illũ recepit. Hinc gratias agẽs Aug.ꝙ recepiſſet agrũ:fingit hac prima æglogа Tityrum: ꝑ quẽ ipſum poe/
tã nunc intelligimus:ſub fago magno cũ ocio canere. Melibœumqꝫ a patria & ꝓpriis agris cũ capellis ſuis fu/
gientem:illud mirari. Cum ubiqꝫ turbatio eſſet:& ſolus ipſe indemnis cantaret. Id totũ huiuſcæ æglogæ Ar/
gumentum. Reliquarum:eiuſdemqꝫ iterum argumenta carminibus patent.

Chriſtophori Lãdini Florentini in.P. Virgi.iterpretatiões prooemiũ ad Petꝝ medicẽ magni Laurẽti filiũ.

MAgnas immortaleſqꝫ Petre medices priſcis illis uiris gratias habẽdas cenſeo:qui bonis artibus
atqꝫ diſciplinis excogitatis atqꝫ repertis uitam noſtram ita excoluerunt:ut recte commodeque
degere poſſemus:atqꝫ intra naturæ humanæ terminos cõſiſtentes in ferinos cultus moreſque
non laberemur. Maiores tamen ac potius maximas illis habendas haud dubitauerim: quia ea
inuenerunt:quibus animi noſtri ueluti quibuſdam alis ſuffulti: & humanã cõditionẽ tranſcẽ/
derent: & his quæ terrena caducaqꝫ ſunt pro nihilo habitis ad diuinarum rerum cognitionẽ
euolarent. Ex quibus quidem omnibus ego poeticam primas ſibi uendicare modo equos ſortiatur iudices fa
cile me couicturum exiſtimo. Verum nos huiuſcemodi diſputationi & conuenientiorem & qui illam non ſo
lum poſtulet:uerum potius efflagitet:locũ addiximus. Interim autẽ cũ eum nobis poetam interpretãdũ aſſũ/
pſerimus:q uel ex oibus terrarũ regionibus:quaꝝ habitatores hiſtoria cognoſcanť:uel ex oibus ſæculis:quo/
rũ memoria ad nr̃æ uſqꝫ tẽpora ſcriptorũ beneficio puenerint:ſi nõ primus oino:prio mõ tamẽ par pene æq̃
liſqꝫ ſit opæ nr̃æ ꝑtiũ haud mediocre futuꝝ exiſtimo:ſi paucis tamẽ nec pluribus q̃ neceſſitas exigat oſtẽdero
ex oi q̃ inumera pene ẽ ſcriptoꝝ copia illũ ꝑter cæteros & ad grauiter ornateqꝫ loquẽdũ:& ad bene beateqꝫ ui
uẽdũ plurimũ nobis conferre. Nã cũ & intelligẽtia q̃ oẽs diſciplinas ſtudio induſtria q̃ adhibita aſſeq poſſumus
& orone q̃ q̃ didicerius alios doceamus:hõ a cæteris aialibus differat:nõne i utraqꝫ re ita pꝛiceps eſt.P.Maro:
ut cũ ab eo diſceſſeris:uix niſi lõgo iteruallo relicto ſecũdũ repereãt latini. Nãqꝫ imortalis deus?ſplendorem q̃
dignitatem orationi affert? Quid obſecro aut in maximis rebus ſublimius? aut in mediocribus temperatius
aut in humilioribus preſſius excogitari hoc poeta poteſt? Quis in ſingulis uerbis eius elegantiam? Quis i oro
nis ſtructura cõpoſitionẽ? Quis in luminibus uerboꝝ ac ſniaꝝ dignitatẽ maronis adeq̃bit? Quod uero iure
oẽs ſtupeſcãt ita dicẽdi genus uariat:ut rebus:tpibus:pſoniſqꝫ iſeruiẽs mõ abũdiãs copioſiuſqꝫ fluat:mõ breuis
cõciſuſqꝫ cũcta pſtrigat. Decet illũ nõnũquam ſiccitas. Decet neſcio qd pingue floridũqꝫ:ſæpe autẽ ſuauiſſimo
quodã cõtẽperamẽto ita huiuſmodi i unũ oia cõfũdit atqꝫ cõmiſcet:ut mirabili uoluptate audientiũ aures de
mulceat atqꝫ delectet. Nã qs dicẽdi ornatus excellentior eſſe põt? q̃ is in quo nec pcipitata breuitas: nec infinita
copia:nec ieiuna ſiccitas:nec poſtremo nimium luxurians lætitia appareat. Hoc quidem dicendi genus apud
quẽ aliũ inuenias nõ facile repio. Ego certe apud neminẽ adhuc cognoſcere potui? Si igĩť tanq̃ magnũ uirum
& oĩ laude dignũ eũ admiramur:qui hoꝝ uno utatur egregie:ſi ueluti eloquẽtiæ deũ illũ ueneramur q hos
omnes ſed in diuerſis locis adiplet:q̃bus laudibus obſecro:q̃bus tãdem laudibus hũc ꝓſequemur? q unũ in lo
cũ unã in rẽ hæc ſimul oia inaudita ſuauitate cõiiciat. Adde ad hæc ꝙ cũ duo ſint dicẽdi genera: quoꝝ alterũ
a qeto & nulla pturbatione cõcitato aio mature grauiterqꝫ proferať. Alteꝝ uero i quo qa nihil ratiõne:ſed oia
ſũma pturbatiõe aguñť:ardẽs iſenſũ torrẽſqꝫ nominarũt:nõne utrunqꝫ ita diſtribuit.P.Maro: ut ſeruato hõi
nũ ingenio ac natura unicuiqꝫ ſuũ attribuat? qd.n.grauius maturiuſqꝫ Aenea latinoqꝫ & ſi duos hoꝝ ſimiles i
ducit? qd cõtra ardẽtius erectius inſenſius pyrrhoqꝫ:Turno:drãcem:ſed i pris ipſa Iunone troianis ſemper in/
fenſa fingere potuit? Sed ut ad ea mẽbra i qua totu dictionis corpus diuidimus: q̃doqꝫ deueniã: ita proponũt
atqꝫ iuocãt poetæ:ut his ea oia quibus ꝓœmiũ pficitur ſummo artificio abſoluãt: q̃ꝑ quo artificio: quo di/
uini igenii cõſilio tãtus uates & a magnitudine utilitatis ac nouitate reꝝ attẽtũ:& ab ærũnis iuicto aio perlatis
& ab iniuſtis crudeliſſimæ Iunonis odiis fauorẽ cõciliat? q̃ pſpicue docilẽ aperte abſolutæqꝫ re propoſita red/
dit. Iã uero narrationibus ſuis nec dilucidius qcq̃:nec ueriſimilius iuenies. In ptitionibus aut quid quominus
clare atqꝫ abſolutæ ſint deeſſe pturbabimus. Nã ſimilitudines:amplificationes:exẽpla:digreſſiones:ſigna rerũ
argumẽtationes:cæteraqꝫ huiuſmodi:q̃ quidẽ tũ ad probãdũ:tũ ad refutãdũ plurimũ ualẽt tã multa tã uaria
tã uehemẽtia ſunt:neqꝫ copioſiora:neqꝫ efficaciora:aliũde exempla ſumi poſſint. Prætereo eius epilogos: præ/
tereo diuerſis i generibus uariis refertã affectibus orationẽ. Neqꝫ in eo ero occupatus:ut oſtendam q̃ uehemẽs
ad indignationẽ inſurgat:q̃ mitis e cuiuſuis pectore miſericordiã eliciat. Hoc tamẽ ſilẽtio non pretermittã. nã
in aliis imitãdis ſiue græci illi fuerit:ſiue latini tã diligẽtẽ rõnẽ adhibuit tãto cõſilio ut illa ſuis quadrarẽt:cura
uit:ut nõ aliũde accepiſſe:ſed ipſe pepiſſe:ac a ſe pta aliis mutuaſſe uideať. Heſiodũ in georgi.græco etiã iudice

lõge ſuperauit.Nã i Theocrito ſi inde doricã illã locutionis proprietatẽ: qđ græci:ἰδίωμα nũcupãt amoueas:
qđ & moribus & uerbis paſtoralibus uehemẽter q̃drat:qđ præterea iuenies in quo latinus poeta a ſiculo uin/
ci puteť.Hoc tamẽ in Vir.admiror: quod i Theocrito & ii abſit nõ deſidero.Nam paſtoriæ illius ruditatis ita
naturã exprimit: ut ne Roſcius qdem bucolicã perſonã expreſſius agat q̃ ille igenia moreſq; refert:quod qdẽ
cũ pſtiterit:ac per oẽs numeros ita abſoluerit:ut ei quẽ ſibi imitãdũ ꝓpoſuerat:nuſq̃ cedat:tamen quod poeta
rum eſt eodẽ figmẽto maiora quædã cõtegit:ut q̃uis a pſona paſtorali nõ diſcedat:tamen alium ſenſum lõge
excelſiorẽ ſub illo uulgari abſcõdit:ut opus duplici argumẽto ornatũ:& illi q in prõptu ẽ iſeruiat:& illũ q la
tet pficiat.Quã rẽ ſi qui ſũt q uitio illi uertant ii qđ ꝓpriũ poetaꝝ ſit ignorare cõuincenť. Et profecto ad ma/
xima q̃q; ac diuina natus hic poeta:ita in humilioribus a prima ætate ſe exercuit:ut iã tũ maiora illa & mente
cõcepit:& ut res ferebãt aliq̃ ex pte ita edere icepit:ut intra bucolicos tamẽ fines honorate cõſtiterit. Veꝝ ma/
ius certamẽ cũ Home.reſtat:cui cũ græcoꝝ ſcriptoꝝ igẽs numerus i huiuſcemõi pugna adhæreat: ac ptina/
cius inſtet uictoria difficillima redditur.Veꝝ cũ laborioſũ magis q̃ periculoſũ ſit collatis ſignis i aciẽ ꝓdire:nõ
faciet tamẽ Honorati Seruii opinio:ut in ea locũ deſerã:q̃uis affirmet Maronẽ lõgo iteruallo Homeꝝ ſecutũ
eſſe.Magiſq; me mouet & Afri domitii & Quintiliani auctoritas:q illũ ita ſecũdum ponũt:ut pene illum pri
mo æqualẽ reddant.At dices ii latini ſunt:& qui auctoritate potius q̃ argumẽtis pugnẽt. Nã cũ quid ſentiant
explicauerit:nõ multũ laborãt q̃re ita ſenſerĩt rõnibus cõfirmare.Itaq; lõge pluris facio Macrobii iudicium:
q tũ eloquẽtia excellẽs ueꝝ facile dephẽdere poteſt:tũ q a græcoꝝ factione ẽ ſeuerius q̃ forte par eſt iudicium
in eum exercet.Sed tamen uide qđ ſentiat.Is.n.innumeris pene locis ex utroq; poeta in medium adductis de/
cernit Maronẽ noſtꝝ uariis in locis mõ uici ab Home. mõ uictorem ex eo plio diſcedere. Itaq; qđ ab hoĩe ad
uerſæ factionis dať accipiendũ puto:& cũ nullã in ptẽ inclinata uictoria receptui apud illũ canãt egregie nobiſ
cum actum putauimus.Nã q mõ uinciť mõ uincit:hũc ego nõ ſecũdũ ſed parẽ iudico.Veꝝ qđ plura pferti cũ
de poetaꝝ ui nulli potius q̃ poetæ &ei qdẽ egregio credẽdũ oẽs acrioris ingenii uiros iudicaturos nõ ambigã:
Quid ergo agnas Iuue.iudicet eius e carmine facile ẽ cognoſcere. Ait.n.cõditor iliados cãtabitur atq; Maronis
Altiſoni dubiã facietia carmina palmã:atq; hæc de Home.Nã Nicãdꝝ Apolloniũ:Piſandꝝ:Euphorionẽ: Eu
ripidẽ:Pindaꝝ cæteroſq; multos ita imitatus eſt:ut nuſq̃ illis cedat:multis ãt i locis ſuperet. Veꝝ ut paucis tã/
tũ rẽ pficiã:ego Macrobii ſnĩam uehemẽter:quouiã uerĩſſima eſt:approbo.Nã tantus phũs:& Platonis i quo
ſumma eloquentia ſũmæ ſapiæ cõiũcta eſt.optimus imitator.P.Vir. eloquẽtiã naturæ oĩum reꝝ optimæ pa/
rẽti ſimilẽ eẽ docet.Nã ut terra hic frugibus arboribuſq; lætã uidẽus:ibi pratis floribuſq; oĩa ridere.Aliã regio
nẽ fõtibus irrigari.Aliã oĩno areſcere.Eſſe & loca q̃ i cãpos porrigãtur.Eſſe & alia q̃ in mõtes rupeſque conſur
gãt:eoſdẽq; alibi horrẽdis ſiluis ueſtiri:alibi nudo ſaxo inhorreſcere.Sic.P.Vir.ſtilũ ſuũ ad oẽs uitæ mores ite
gꝝ traducit:ut nũc breuis:nũc copioſus ſit:nũc ſiccũ:nũc floridũ ſeſe oſtẽdat.Eſt pterea ubi leui fluat agmine.
Eſt & cũ ueluti p cõfragoſa torrẽs rapiduſq; pcipiteť.Atq; hæc i dicẽdo.Quod ãt ad bene beateq; uiuẽdũ pti/
net qs nõ uideat oĩa qbus uita humana recte iſtituať pcepta ab hoc poeta ueluti ex adorãdis phiæ ſacrariis pro
mi facile ac pcipi poſſe.Nam ut Cyri uitã Xenophõ ita a primis incunabulis ꝓducit:ut eius regis exemplo opti
mus priceps iformari poſſit.Sic Marõis poema oẽ humanæ uitæ genus exprimit:ut nullus hoĩum ordo nul/
la ætas:nullus ſexus ſit:nulla deniq; cõditio:q̃ ab eo ſuæ officia nõ integre adhiſcat. Qua obſecro ille acrimo/
nia quo uerboꝝ fulmie:mœtũ:ignauiã:luxuriã:incõtinẽtiã:impietatẽ:pfidiã:ac oĩa iniuſtitiæ genera reliquaq;
uitia iſectatur:uexatq;?qbus cõtra laudibus:qbus pmiis iuictã aĩ magnitudinẽ:& pro pria: pro parentibus:ꝓ
cognatis amiciſq; cõſideratã piculoꝝ ſuſceptionẽ:religionẽ in deũ:pietatẽ in maiores:charitatẽ in omnes pro
ſeqť.Nã cũ hoc i primis ſibi ꝓpoſuiſſet.P.Vir.ut generi humano q̃plurimũ ꝓdeſſet:eo potiſſimũ cõſilio i uno
ænea abſolutũ oĩo:atq; ex omni pte pfectũ uiꝝ finxit:atq; expſſit ut oẽs illũ nobis tãq̃ unicũ exẽplar ad uitã de
gẽdã ꝓponeremus.Ac neſcio an melius multo apud hũc q̃ apud phõs huiuſcemõi oĩa aſſeq̃ris. Illi.n.q̃ uitam
beatã pſtẽt ſubtiliter docẽt:potius q̃ ad illa trahãt.Hic pſtãtiũ uiroꝝ pclariſſima geſta recẽſendo: nos quia oẽs
exẽplo faciie mouemur ad illos imitãdos uehemẽter inflãmat.Quapp q̃ illic auribus percipimus hic tanquã
nitidiſſimo i ſpeculo neſcio quo pacto nobis ituei:& dũ gerũtur adeſſe uidemur.Quãobrem tãto nos hæc q̃
illa magis mouebũt:q̃to oculoꝝ q̃ auriũ ſenſus acriores eẽ cognoſcimus.Nam quis unq̃ rẽp.melioribus legi/
bus tẽperauit?In quo unq̃ duce aut audiſtis:aut legiſtis tãtã ieſſe rei militaris diſciplinã:q̃ta in uno ænea deſcri
bitur?At dices nõ oẽs i repu.pricipes eſſe:aut exercitibus præpõi poſſumus:lõgeq; plures priuati:q̃ cum ptãte
uiuimus.Quod qdẽ ut ueꝝ ẽ ita igenue fatebor:Sed nõne & priuatis hominibus quo pacto ſecũ: quo cũ ſuis:
quo cũ ciuibus:quo cũ pegrinis agẽdũ ſit:frequẽter admonet.Sed uideo dum ſingulis inſiſtere cupio longius
multo q̃ ꝓœmii anguſtiæ patiũtur ꝓgredi:ac reꝝ copia:ita urgeri:ut dũ nihil indictũ relinquere nitor:nihil ſa/
tis pro dignitate explicẽ.Veꝝ ut paucis infinita expediã:ita locũ cõcludã:ut uniuerſam huius ſcriptoris poeſim
laudẽ eẽ uirtutis:atq; oĩa ad illã referri ſine dubitatione affirmẽ.Quæ uero ad ſũmũ bonũ qđ in diuinis rebus
cõtẽplãdis cognoſcẽdiſq; cõſiſtere ſcimus ptinet:quã oĩno diuinæ.xii.ænei.libris mirifico figmẽto itexuerit ſa
tis pro noſtri ingenii uiribus in eo libro expſſimus:in quo parens tuus Laurentius hæc inueſtigans iducitur.
Adde ad hæc q̃ multa q̃ natura ipſa penitus i obſcuro cõdidit atq; abſtruſit:ille ſingulis ſæpe uerſiculis:& bre/
uiſſimis:qđ poetaꝝ ẽ:uerbis perſtringit:q̃ docte uetoꝝ uim ac naturã explicat:q̃ ſignate tũ tẽpeſtates: tũ mul/
toꝝ ſydeꝝ ortus obituſq; exprimit:q̃ eleganter errores lunæ:ſoliſq; labores refert.Quã uere unde pluuiæ:un
de ſerenitates:unde cæli aut clemẽtia aut inclemẽtia ſit:oſtendit.De aĩoꝝ autẽ noſtroꝝ ui naturaq;: deq; rerũ
pricipiis nõne ita ſcrutať:ut oẽs oĩum phõꝝ ſectas ac familias noſſe illũ manifeſtũ ſit?Adde ad hæc cognitio/
nẽ hiſtoriaꝝ?Adde q̃ diligẽtiſſimus antiqtatis & nõ mõ nr̃aꝝ reꝝ:ſed & græcaꝝ & oĩum nationũ inueſtiga/
tor extiterit.Prætereo ius ciuile.Omitto ius põtificiũ priſcoꝝ.Prætermitto id qđ auguꝝ ẽ q̃ qdem oĩa ſi ab eo

ieiune:ſi aride:ſi inculte ſcripta eſſent:eēnt tamē pp eoꝝ uariū multiplicē ac maximū uſū oi ſtudio cognoſcen
da.nūc āt tā incredibili uerboꝝ copia atq; elegātia iſignita. Tā admirabili ſniaꝝ grauitate illuſtrata. Tot ſalibus
reſpſa. Tāta ſtili uarietate grauiter ac iucūde cōpoſita:cū ſint:qs non uel noctes integras (ſi opus fuerit ad diur
nas huius poetæ lectiōes addat:cū ſummæ utilitati ſūma ſit adiuncta uoluptas? Hoc ego & ſi oībus diligenter
facundum cenſeam:neſcio tamen an tibi optime & mihi cariſſime Petre p̄ cæteris p̄ſtandū ſit:ac apprime de/
ceat:ueꝝ etiā neceſſariū exiſtat. Neminē.n.latet q̄tā de te expectationē ob primos ad huiuſcemodi ſtudia īgreſ
ſus:& īgeniū tuū ad omnia facillime aſſequēda ſingulare parēti tuo. Quātā agnatis atq; amicis. Quātā deniq;
ciuibus oībus excitaueris. Cui ſi tātū poetā recte tenueris:ita ꝑ cōperto te reſpōſuꝝ habeo:ut uel huius ſolius
cognitio ſi ad reliqua quæ p̄clara in te ſunt:integra accedat inter præclaros uiros oīno enumerandus ſis: eſt iā
diu Petre medices princeps in rep.uřa domus tua:quæ non fortunæ ſolum munere:ſed multo magis uirtute
ipſa ita primū ſibi locū ī ciuitate uēdicauit:ut ex cæteris oībus nulla ciuibus fuerit niſi lōgo īteriecto īteruallo
ſibi ſecūda. Incredibilis fuit in Coſmo ꝑauo tuo: ſapientia:& ueluti in eo quē uariis fluxibus uariiſq; refluxi/
bus fortuna diutius exercuerat:tā ſagax in omni tēperandaꝝ reꝝ genere prudētia apparuit:tā prōptū & cum
res ita flagitaret:q̄ſi extēporaneū:neq; tamē ob id minus graue cōſiliū:ut q̄cūq; ille diceret ea non ab humano
ore ꝑfecta:ſed a diuino oraculo decātata uiderent̃. Erat.n.in eo uiro id p̄cipue qđ Vlyxi ueluti in rebus huma/
nis oīum maximū Hom.attribuit. Nā mores hoīum multoꝝ uidit & urbes. Hoc igit̃ auctore & magnas res
in rep.geſtas:& grauiſſima a ualidiſſimis hoſtibus illata bella ꝓpulſata uidimus. Sola deniq; huius uiri ſapien
tia īſubꝝ ualidū īpiū: q̄ uenetoꝝ potētia iā pene uorauerat e mediis:ut ita loq̄r faucibus ereptū: & Franciſco
Sphortiæ:q̄ diutius nr̄is exercitibus impitauerat porrectū eſt:qđ q̄dē unicū eo tpe Italiæ remedium fuerat:ne
uniuerſa ī uenetoꝝ ditionē deuēiret. Omitto plurima alia ac maxima:q̄bus ille nō ſolū p uniuerſā etruriā ac to
tā Italiā celeber illuſtriſq; & hactenus fuit:& ī futuꝝ erit:ſed deīde igēs eius nomē gallias:hiſpanias:omnemq;
germaniā:cūctaſq; britanici oceani īſulas repleuit. Succeſſit illi Petrus filius:cuius tu nomē refers:q & antequā
aduerſa ualitudine īpediret̃ plurimis ac maximis de rebus legationibus fūctus populo florētino decus gloriā
q; imortalē ꝑpit. Ac deīde cū illi p ualitudinē ī ſenatū uenire nō liceret domi tamē ſedēs:ac cū ſuis ciuibus ſin
gulis de rebus diſceptās rē nr̄am publicā ita adminiſtrauit:ut ſūmā ī eo prudētiā ſūmæ inocētiæ coniunctam
oēs cognoſcerēt. Multæ elucebāt ī eo uirtutes. Sed nō ē noſtri īſtituti:ut familiæ tuæ hoc tpe laudes ꝓſequar:
Nouiſſime āt ſucceſſit defūcto pr̄i Laurētius parēs tuus nōdū plene adoleſcens:ſed quē natura acerrimo inge/
nio:ſtudiū uero a teneris unguiculis aſſiduū multis iā litteris ornauerat. Veꝝ uix rē attigerat publicā: cum for
tuna illū ex trāquilliſſimo portu ī turbulētiſſimā tēpeſtatē pepulit:ſed utraq; fortuna illū illuſtrē reddidit. Nam
neq; ī ſecūdis īſolētior factus oīa maxīa ac grauiſſima tenera illa ætate ſeſe ferre poſſe īdicauit. In diuerſis autē
quæ uel fortiſſimoꝝ uiroꝝ aīos ſæpe defatigāt:ac poſtremo cōtūdūt minorē aīum nūq̄ geſſit. Nā horrendis
p̄iculis īuicto robore obuiam eundo amota oī penitus temeritatis ſuſpitione grauiſſimas difficultates ſupera
uit. Exorta eſt ſubita & a nemine expectata uolateranoꝝ defectio:eratq; apud oēs fere ciues penitus inſita mē
tibus opinio:illos & ſitu urbis & muroꝝ ꝓpugnaculorūq; robore expugnari:niſi diuturna obſidiōe non poſ
ſe. Accerſit̃ igitur ſenatus:rogant̃ ſinguli ſniam. Quo q̄dē tpe cēſebant pene oēs illoꝝ obſtinatiſſimæ ꝑuicaci/
tati ac īſolētiæ cedēdū:illoſq; mō in finē redire uellēt:q̄buſcūq; cōditionibus recipiēdos potiuſq̄ armis cogen
dos eſſe. At Laurētius q hoīum ex ea re inſolētiā cognoſceret:q̄q; illoꝝ mētes oīno alienas a florētino noīe ītel
ligeret:iā.n.& a prīcipibus nōnullis & rebus publicis auxilia p legatiōes īplorarāt & ſocietatē polliciti fuerant.
Qui deniq; aīaduerteret illos īpunitate:mō ea daret̃:ꝓ uictoria cōtra nos uſuros:neq; unq̄ ad ſanā mentem re
dituros:duxit & ad reip.maieſtatē tuendā:& ad maniſeſtiſſima nouoꝝ p italiā tumultuū ſeīa anteq̄ coaleſce/
rent q̄primum extīguēda uehemēter ꝑtinere:ut illi & uiolati fœderis & proditæ fidei pœnas penderēt. Itaque
ut eſt homo īgenio ꝑſpicaciſſimo:& ad oīa uel ēt momētanea celeritate uerſatili:cūctaſq; utriq; ſeſe rōes effer/
rēt in unū adduxit:ac poſtremo & rei difficultatē & p̄iculoꝝ magnitudinē cū maieſtatis publicæ iactura con/
ponēs:& qđ niſi cōtra iret̃ dāni ignominiæq;:qđ rurſus ſi iretur diſcriminis ſubeūdum eſſe:diu pēſitās tandē
in eā ſniam deuenit:ut uinceret in uiro magnanimo:& ad ſuæ reipu.decus nato id qđ in oībus fortibus inſitū
ſemp ac fixū eſt uinceret inquā amor p̄riæ:cuius caritatē oīs ſapiens cæteris rebus ſemp p̄poſuit. Quapp cum
in ſniam ſuā ciues hactenus repugnātes tādē traduxiſſet multa circūſpectione rē aggreſſus. Inuicto aīo ꝓſecu/
tus:ac poſtremo cōtra q̄ multi putarēt aſſecutus expugnata urbe populū q oli municipali iure fuerat ī deditio
nē uenire coegit:atq; uectigalē populo florētino eē iuſſit. Neq; apparebat unde turbulētior motus poſthac exo
riri poſſet cū paulopoſt ſubita & p̄ter oīum opinionē ex īprouiſo exorta procella te uniuerſāq; ſimul ciuitatē
e trāquilliſſimo portu rurſus ī medios fluctus:ac cecos ſcopulos retraxit:ut nō paulopoſt timēdū:ſed præſens in
euitabileq; naufragiū appereret. Dabis ſuauiſſime Petre hoc in loco rogātí mihi ueniā:ſi barbaricā illā:& omniū
ſceleratiſſimā:ac ſine exēplo cōiurationē ſilētio p̄terieri:qua ī tēplo maximo īter ſacra ſolēnia:& Iulianus fr̄ ſæ
uiſſime trucidatus:& ipſe Laurētius iter ſtricto atq; undiq; eū petētes gladios iā iā caſurus ita elapſus eſt:ut nō
humano:ſed diuino auxilio:& ſua aī p̄ſtantia:q̄ audaciſſimū quēq; terrere poterat de manu inimicorum ere/
ptus uideatur. Quāobrē quū ſceleratiſſimi hoīes quod nefarie mente cōceperant dolis perficere neq̄rent. Id ar
mis ſtatim aggreſſi ſunt. Quo q̄dem tempore qđ hoſtiū genera:q̄ idē potētes:q̄ crudeles:q̄ ualidi exercitus q̄ ī
prouiſi:q̄ inexpectati undiq; nos inuaſere:q cū unius inocentiſſimi iuuenis:& a quo nemo offenſū ſe ne dicā læ
ſū iure q̄ri poſſet ſanguinē appetere p̄ ſe ferrēt:& illū ſimul & libertatē noſtrā perdere properabant. Neq; ſolū
humanis armis quibus mortaliū ambitio nōnūq̄ ſæuire cōſueuit:ſed diuinis ſi ea tamē diuina appellāda ſūt:
q̄ īpie ac nefarie aduerſus dei præcepta adhibent̃ cōtra nos pugnatū ē. Nā eodē tēpore & fines nr̄i igni ferroq;
uaſtabant̃:pecora abigebātur:uirgines e matꝝ amplexu in hoſtilē libidinē rapiebant̃:uiri miſerrime cedebāt

eodē inq̃ tp̃e hæc oīa impie nefarie ac penitus barbarice tragiceq; fiebāt:& Romæ proh ſcelus inauditū omnium grauiſſima nr̃æ religiōis aiaduerſionū genere ſæuiebat. Ac in eum uirꝝ cūq; populū q uera religione nulli ſecūdus ē:eas execratiōes effūdebat:q̃ a bono pōtifice nō niſi extrema neceſſitate ipel'ēte i pfidos xpiani nois hoſtes raro effūdi cōſueuere. Interdictū eſt ſacris in ea urbe in qua nuſq̃ alibi:neq; plura:neq; ſplēdidiora:neq; cultiora tēpla errecta cernūtur:nec maiori ſacroꝝ pōpa:nec frequentiori populo res diuina celebratur. In ea iquā urbe in qua quocunq; te uertas:& magna & frequētia & reꝝ oīum copia ornata ad diuinos honores peragendos ædificia a medica familia ſuis uotis:ſuiſq; ſumptibꝰ dedicata ſeſe offerāt. O ipiū facinus & multis ætatibꝰ inauditū:o duriſſima tpa:& ſæcula uere ferrea:i qbus a xpiana rep. is exul factus ſit: q ſemp ſe non uerbis ſolū ac moribus:ſed oī reꝝ genere xpianū exhibuit:multa prudēs ſciēſq; ptereo:ne tantaꝝ calamitatum acerbiſſimū uulnus qd iā pene coiuit nūc reficē. Cupio.n.multaꝝ reꝝ:quaꝝ recordatione ēt nūc horret aīus obliuiſci. Cupio crudeliſſimoꝝ tragicā:ſæuitiē:& barbaricā rabiē e memoria delere. Cupio & id iprimis:inteſtinarum fraudulētoꝝ auctoꝝ inſidiaꝝ nō recordari. Quod.n.eē cēſes Petre medices:q̃ nec ſceleꝝ magnitudine cōcitatus reticere:nec rurſus multis cauſis coercitus recēſere ualeā. Nō tamē in tā horrēdis periculis cōſtitutus. Laurētius:cū neq; cui ſe ſatis tuto crederet:neq; a quo caueret ſatis certo ſciret:ex excellētiæ ſuæ gradu neq; unquā ceſſit:neq; qcq̃ de aī iuicti magnitudine iminuit. Itaq; cū ſapientiſſime qua q̃q; uia agenda eſſent qua ratione: aut hoc uitādū aut illi obuiā eundū puidiſſet:qua animi magnitudine immortalis deus maxima q̃q; pericula aggreſſus eſt q nūq̃ in gloriæ uitæ cupidū ſeſe oſtendit. Quā cōtra & publicæ libertatis maieſtatiſq; & ſuæ dignitatis oī tpe oī loco apud oē hoīum genus ſeſe acerrimū propugnatorē exhibuit. Quod.n.unq̃ diſcrimen i tā ſibi inimica fortuna adeo tremēdū accidit:qd eū a cōſtāti in decoro ſeruādo:propoſito alienaret? Quando illi aut cōfidētia:q̃ auctore in magnis ac honeſtis rebus plurimū firmitatis ac roboris certa cū ſpe aīus ſibi conparat illi defuit? quādo a pſeuerātia q̃ eſt in re bene ſuſcepta ſtabilis perpetuaq; manſio unq̃ deiectus eſt:quando deniq; patiētia:q̃ pclariſſima fortitudinis comite res arduas ac difficiles utilitatis honeſtatiſq; cauſa diuturne equanimiterq; pferimus illū deſeruit. Quapp ita uniuerſū hūc locū cōcludā huius uiri huius inq̃ uiri ſapiā atq; aī excellētia nr̃æ reip. libertatē ex ſæuiſſimoꝝ hoſtiū faucibus ereptā nobiſq; reſtitutā eē. Hoc auctore ac duce maieſtatis publicæ dignitas:q̃ pene iā extincta eſſet:non ſolū in priſtinū gradū reuocata ē: ſed amplior multo atq; illuſtrior reddita:Sed ut ad alia laborioſa illa qdē:ſed minus iniqua tādē trāſeat orō:cuius obſecro uiri in ferrarieſi impio a ſeruitute liberādo maior promptiorq; opa atq; induſtria q̃ Laurētii apparuit? Taceo multaq; totius Italiæ firmiſſimo teſtimōio cōuīcere facile poſſim. Sed nolo dū unū laudo in nonnulloꝝ q etiā magna laude digni ſunt odiū incurrere. Quo bello cōfecto fuit oīum opinio cū florentini populi opes uehementer attritas:& multoꝝ annoꝝ bellis ærariū exhauſtum uiderēt ciues ipſos grauiſſimis aſſiduiſq; uectigalibus diu defatigatos libēter qeturos. At Laurētius nihil ex uſu publico eē putās:qd notā aliquā inureret feſſam ciuitatē grauiſſimis argumētis i eā ſniam attraxit:ut Sergianā urbē ꝗ genuenſibus pēſo auro a nobis emptam:ac deīde p ipſaꝝ iduciaꝝ tps ab iiſdē p ſūmā fraudē ereptā iuſtiſſimis armis repeteremus:ſūpta eſt igit expeditio ac robuſto ualidoq; exercitu in hoſtilē agꝝ pperatū. Verū cū a Petro ſanctenſibus nr̃æ copiæ ne in ea q̃ noſtra eſſent uenirēt grauia ipedimēta iferrerētur:i eos oīs belli moles cōuerſa eſt. Erat āt oppidū nō ſolū arce moenibuſq; munitiſſimū. Sed magna militū copia:magna armoꝝ:magna tormētoꝝ ui refertiſſimū & oī miſſilium genere iſtructū. Oppugnabat ſūma ducū prudētia:ſūmo militū robore ac audacia. Nihil itētatū:nihil iauſū relinqbat:nec tamē antea i deditionē receptū oppidū ē:q̃ ipſe i caſtra pfectus ſit:cuius qdē aduētu tāta undiq; noſtris:acceſſit auctoritas:tātus hoſtibus metus:ut ſtatim ſe ſuaq; oīa florētino populo dederēt:ac Laurētii fidei cūcta cōmitterēt:poſtulabat poſt hæc reip. ratio:ut ſergianā obſideremus. Veꝝ coegit populū florentinū ſubita inuaſio neapolitani regni:ut iuſtiſſimū bellū aduerſus fidifragos hoſtes in aliud tēpus reiiceretur: & uictor exercitus ad deſēſionē cōfœderati regis traduceret. Multa hic taceo:qbus ſolis uel imortalis gloria parētis tui propagari poſſit. Erat aūt maior ciuiū pars i ea ſnīa:ut nr̃oꝝ potiuſq̃ alioꝝ rō haberetur. Grandia erant munera & honorificētiſſima:quæ publice priuatiq; offerebātur:ſi ocioſe rei euētū ſpectaremus:poterantq; oībus bonis id approbātibus ſuſcipi. Veꝝ ille nihil antiqus reipub. eſſe debere:nihilq; magis ad eū uirꝝ q multa uirtute excellēs & eſſe & haberi uellet ptinere arbitratus q̃ fidē publice datā ſeruare id: ne longior ſim pſtitit. qd niſi pſtitiſſet:ſed nō poſſū oīa q̃ ſentio. Veꝝ ſine iactura ſilētio hæc ptereo: quoniā neminē latere poſſunt. Sortitū eſt tandē bellū illud cū euentū in quē uires oēs ſuas Lau. intēderat nō ſolū fortuna:ſed multo magis ſapientia in ea re ſibi operā nauāte. Ex qbus omnibus id inuidoꝝ ēt uiroꝝ iudicio aſſecutus eſt:ut in rebus maximis agēdis ac domi foriſq; adminiſtrādis uniuerſa Italia prias prudētiæ fortitudiniſq; partes illi ſine controuerſia cōcedat. Quod iccirco mirabilius multo uidet:quoniā pauloāte i eū locū iſœliciſſimis caſibus deiectus abiectuſq; fuerat:ut maior hoīum pars fortunæ temeritatē ſecuta illū penitus negligerēt. Nihil dicam de recepta ſergiana:q expugnatio & obſtinatiōe roboreq; hoſtiū & loci natura:& numero ex oī genere tormētorum difficillima:ac diuturna uideret:pfectus eſt ipſe in caſtra:eiuſq; pſentia & noſtris aditus & hoſtibus ademptus aius ē:cōſilio aūt ſuo multa q̃ ad obſidionē expugnationēq; facerēt:addita multa ēt immutata atq; alio loco alia q; forma iſtituta. Ad quas oēs res addita tāti uiri auctoritate breui effectū ē:ut illius fide ſeſe dedētes i poteſtatē nr̃am redirēt ſergianenſes. Sed ut ipſū tādē in urbē reducā:qd illo in ſnīa dicenda ſapientius:qd in diſputando acutius? qd in conſultādo uelocius? qd i ciuitatis maieſtate cōſeruāda augēdaq; attērius:uigilātius:tolerantius demū iuenies. Multæ ut in hoīe ciuili ſūt in eo lr̃æ:bonus eſt muſicus:bonus architectus:bonus agricola. Eloquētia uero ſiue extēporanea ſit:ſiue excogitata:& a natura copioſā accepit:& artificio atq; exercitatione illā grauitate iucūditateq; illuſtrē reddidit. Veꝝ cū pter illud ppetuū ac cōtinuatū genus dicendi alteꝝ quoq; ſit quo aut dicētē ita laceſſimus:ut & penitus cōfūdat & qd cōtra reſpondeat:haud facile inueniat:aut laceſſiti ita

acute reſpondemus:ut eũ laceſiſſe peniteat.Ergo utrũq; hoc ita Laurentio cõcedo:ut cũ ab eo diſceſſeri quẽ illi ſecũdũ adhibeam nõ reperiã.Nã quanta uehemẽtia & amaritudie ſi ita neceſſitas cogat aduerſariũ ueluti telis acerrimis cõfigit: aut quod magis ex igenio ſuo ẽ q̃ urbane q̃ ſalſe q̃ facete q̃ lepide illum eludit. Florentina autem lingua:ita eruditus:ita excultus eſt:ut ſi eius:aut elegos:aut lyricos legas eum oĩbus noſtri ſæculi poetis facile anteponas:& ad priſcos illos proxime omnino accedere iudices.Sed dices quorſum hæc in proœmii anguſtiis intrudis atq; inculcas:quæ uix lõgiori hiſtoria ſatis pro dignitate explicari poſſent? Nẽpe ut itelligas uoluiſſe me nõ externis:ſed domeſticis exẽplis hortari te:ut eadẽ uia q̃ parens tuus ꝑgens iiſdem uirtutibus ad eandẽ nominis gloriã peruenires ꝑſertim cum ille tã exacta cura ac diligẽtia opã ſp dederit:ne q̃ ex iis rebus q̃bus bonas omnes artes facilius acquirimus tibi adeſſet.Plurima ſunt quæ in illo admirer:ſed illud ꝑ cæteris q̃ in liberis educandis indulgentioris quidem parentis nunq̃:optimi uero ac ſapientiſſimi ſp ſumma ſedulitate officium cõpleuerit:in re uero iformando:inſtituendo:atq; erudiendo quid unq̃ omiſit. Nã q̃uis ipſe per ſe quotidie admoneret : p̄ciperet:ac iuberet:tamen cum ſciret q̃ti eſſet:ne a p̄ceptoris latere unq̃ diſcederes ex omni hominum doctorum copia Angelum Politianum elegit uirum multa : ac uaria doctrina eruditum poetã uero egregiũ:egregiũq; oratorẽ:ac deniq; totius antiq̃tatis diligẽtẽ ꝑſcrutatorẽ:cui puerilẽ ætatẽ tuã : & optimis moribus fingendam:& optimis artibus:ac diſciplinis excolendã traderet Veꝝ cũ ad parẽtis p̄ceptoriſq; diligẽtiã acutiſſimũ quoq; igeniũ tuũ & ardẽtiſſimũ ſtudiũ accederet pro miraculo oĩno ẽ q̃ breui:q̃ maxime moribus atq; doctrĩa ꝓfeceris.Veꝝ ut alia omittã uix tertiũ ſupra decimũ ætatis annũ ipleueras:cũ ita latine loq̃reris:ut florẽtinæ:ac ita pene græcæ:ut latine. Sed ne aſſẽtator potiuſq̃ adhortator uidear plurima ad p̄ſens omittã.Id ſolũ addã tui te pẽtis uerã eẽ imaginẽ:eẽq; mãifeſtiſſima in tua tenera ætate ſigna:q̃bus nobis ſpes certiſſima ſit:cũ i adultos annos perueneris illũ te p oẽs gradus actuꝝ atq; expreſſuꝝ eẽ:ſed nos iã.P.V.iterp̄tatiões ita ꝓſeq̃mur:ut ſeorſũ ſeruianæ a nr̃is in codice deſcribant:cũ uero ad æneidos uolumẽ deuenerimus ea quoq; q̃ Donati ſunt in breuiariũ redacta:atq; per epithoma deſcripta ſuo nomine iterſerenda curabimus.

VIRgilius Maro parentibus modicis fuit:& precipue patre Marone: quem quidam opificem figulum:plures magi cuiuſdam uiatoris initio mercenarium:mox ob induſtriã generum tradiderunt:quem cum agriculationi reiq; ruſticæ & gregibus præfeciſſet ſocer ſiluis coemũdis & apibus curandis regulam auxit:natus eſt.CN.Pompeio magno:&.M. Licinio Craſſo primum conſ.Iduum octobrium die in pago:qui andes dicitur:qui eſt a Mantua non procul.Pregnans eo mater Maia ſomniauit enixam ſe laureum ramum:quem cõtacta terra confeſti cerneret coaluiſſe & excreuiſſe ilico in ſpeciem maturæ arboris refectæ uariis pomis:& floribus:ac ſequenti luce cum marito rus propinquum petens ex itinere diuertit:atq; in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt infantẽ ut fuit editus:nec euagiſſe:& adeo miti uultu fuiſſe:ut aut dubiam ſpem poſterioris genituræ iam tum indicaret.Et acceſſit aliud præſagium.Siquidem uirga populea more regionis in puerperiis eoſdem ſtatim loco depacta ita breui coaluit:ut multo ante ſatas populos adæquaſſet. Quæ arbor Virgili.ex eo dicta atque conſecrata eſt ſumma grauidarum & fœtarum religione ſuſcipientiũ: ibi & ſoluẽtium uota.Initia ætatis ideſt uſque ad ſeptimum annũ cremonæ egit:&.xvii.anno uirilẽ togã cœpit:illis cõſulibus iteꝝ q̃bus natus erat.Euenitq; ut eo ipſo die Lucretius poeta decederet:ſed Virgilius a Cremona Mediolanum:& inde paulopoſt Neapolim tranſiit:ubi cũ litteris & græcis & latinis uehemẽtiſſimam operã dediſſet:tandẽ omni cura oĩq; ſtudio indulſit medicinæ & mathematicis.Quibus rebus cũ ante alios eruditior:peritiorq; eſſet ſe in urbem contulit.Statimq; magiſtri ſtabuli equoꝝ Auguſti amicitiam nactus:multos uarioſq; morbos incidentes eq̃s curauit. At ille Auguſtus in mercedem ſingulis diebus panes Virgilio:ut uni ex ſtabulariis dari iuſſit.Interea a Crotoniatis pullus equi mire pulchritudinis.Cæſari dono fuit miſſus : qui omnium iudicio ſpem portendebat uirtutis & celeritatis immenſæ.Hunc cum aſpexiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natũ eſſe ex morboſa equa & nec uiribus ualiturum:nec celeritate.Idq; uerum fuiſſe inuentum eſt:quod cum magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit.Cum item ex Hiſpania auguſto canes dono mitterentur : & parentes eorum:dixit Virgilius & animum celeritatemq; futuram.Quo cognito mãdat iteꝝ augmẽtari Virgilio panes.Dubitauit Auguſtus Octaui ne filius eſſet:an alterius:idq; Maronem aperire poſſe arbitratus ẽ:q̃a canum:& equi naturam:parenteſq; cognorat.Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem partem domus uocat:& ſolum rogat an ſciat quiſnam eſſet:& quam ad fœlicitandos homines facultatẽ haberet. Noui inquit Maro te Cæſarem Auguſtum:& ferme ꝑquam cum diis immortalibus poteſtatem habere: ut quẽuis fœlicẽ facias.Eo aio ſum reſpõdit Cæſar:ut ſi ueꝝ pro rogatu dixeris:beatũ te fœliceq; reddã.Vtinã ait Maro interroganti tibi uera dicere queã.Tunc Auguſtus:putant alii me natum Octauio q̃dam ſuſpicãtur alio me genitum uiro.Maro ſubridẽs facile inq̃t ſi ipune licẽterq; quæ ſentio loqui iubes id dicam. Affirmat Cæſar iureiurando nullum eius dictũ ægere laturum:immo non niſi donatũ ab eo diſceſſurum.ad hæc oculos oculis Auguſti infigens Maro facilius ait in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philoſophia cognoſci poſſunt i homine nequaquã poſſibile eſt:ſed de te coniecturam habeo ſimilẽ ueri:ut quid exercuerit pater tuus ſcire poſſim Attẽte expectabat. Auguſtus:q̃dnã diceret. At ille q̃tũ ego rẽ itelligere poſſum: piſtoris filius es inq̃t.Obſtupuerat Cæſar:& ſtatim quo id pacto fieri potuerit:animo uoluebat.Interrũpẽs Virgili. audi ig̃t quo pacto id conicio.Cum q̃dã enuntiari ꝑdixeriq; q̃ intelligi ſciriq; nõ niſi ab eruditiſſimis ſummiſq; uiris potuiſſent:Tu princeps orbis.Item & item panes in mercedem dari iuſſiſti:quod quidem aut piſtoris: aut nati piſtore officium erat. At deinceps inq̃t Cæſar.Nõ a piſtore:ſed a rege magnanimo dona feres. Placuit Cæſari facetiã:illũq; plurimi fecit:& Pollioni cõmendauit.Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore:facie ruſticana:ualitudine uaria.Nam plerunq; ab ſtomacho:& faucibus:ac dolore capitis laborabat:ſanguinem

etiam ſæpius eiecit:cibi uiniq́ꝫ minimi.Fama eſt cũ libidinis pronioris in pueros fuiſſe: ſed boni ita eum pue-
ros amaſſe putauerunt:ut Socrates Alcibiadem:& Plato ſuos pueros.Verum iter omnes maxime dilexit Ce-
betẽ:& Alexandrũ:quẽ ſecunda bucolicoꝝ ægloga Alexim appellat Donatum ſibi ab Aſinio Pollione utrun
que non ineruditum dimiſit.Nam Alexandrum grammaticum:Cebetem uero & poetam Vulgatum ẽ con
ſueuiſſe eum cum Plotia Hieria:ſed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus natu narrare ſoli-
tum inuitatum quidem ſe a Varo ad cōionem mulieris: uerum pertinaciſſime recuſaſſe:cætera ſane uita &
ore & animo tam probum fuiſſe conſtat:ut Neapoli Parthenias appellaretur uulgo. Ac ſi quãdo Romæ quo
rariſſime commeabat uiſeretur:in publico ſectantes demõſtrãteſq́ꝫ ſe ſubterfugeret in proximum tectũ. Bo-
na autẽ cuiuſdã exulantis offerente Auguſto nõ ſuſtinuit accipe.Poſſedit prope cẽties ſextertiũ ex liberalitati
bus amicorum:habuitq́ꝫ domum Romæ in æxquiliis iuxta hortos Mecœnatis:q̃q̃ ſeceſſu campaniæ ſiciliæ
que plurimum uteretur.Quæcunque ab Auguſto peteret repulſam nuſquam habuit.Parentibus quot annis
aurum ad abundantem alitum mittebat:quos iam grandis amiſit:ex quibus patrem oculis captum: & duos
fratres germanos Silonem impuberem:Flaccum iam adultum:cuius exitum ſub nomine Daphnidis deflet:
Inter cætera ſtudia:ut ſupra diximus:medicinæ quoq́ꝫ:ac maxime mathematicæ operam dedit. Aegit & cãm
unam oĩno:nec amplius q̃ ſemel.Sermone tardiſſimum ac pene indocto ſimilem fuiſſe Meliſius tradidit.

Poeticam puer adhuc auſpicatus in baliſtam ludi magiſtrum ob iſaniã latrociniorũ cooptum lapidibus di-
ſtichon fecit.Mõte ſub hoc lapidũ tegitur baliſta ſepultus:Nocte dieq́ꝫ tutum carpe uiator iter:deinde Catha-
lecton & Moretũ:& Priapeiam:& Epigrammata:& Diras:& Culicem:cũ eſſet annoꝝ.xxv.cuius materia talis
ẽ.Paſtor fatigatus æſtu cum ſub arbore obdormiſſet:& ſerpens ad illum proreperet:e palude culex prouolauit:
atq́ꝫ inter duo tempora aculeũ fixit paſtori.At ille continuo culicem contriuit:& uiſam ſerpentem interemit:
ac ſepulchrum culici ſtatuit:& diſtichon fecit.Parue culex pecudum:cuſtos tibi tale merenti.Funeris officium
uitæ pro munere redit.Scripſit etiam de qua ambigitur ætnam:& mox cum res romanas inchoaſſet offẽſus
materia & nominum aſperitate ad bucolica trãſiit maxime ut Aſinium Pollionem:Alphenum Varũ:& Cor
nelium Gallum celebraret:quia in diſtributione agrorum qui poſt philippenſem uictoriã ueteranis triumui
rorum iuſſu trans padũ diuidebantur:indẽnem ſe præſtitiſſent:deinde georgica in honorem Mecœnatis edi-
dit:cum ſibi uix dum noto opem tuliſſet aduerſus Claudii Veterani milites: uel ut alii putant Arii centurio
nis uiolentiam a quo in altercatione litis ægrariæ parum abfuit quĩ occideretur.Nouiſſime autem æneidem
agreſſus eſt.Argumentum uarium & multiplex:& quaſi amborum Homeri carminũ iſtar.Præterea nomini
bus:ac rebus græcis latiniſq́ꝫ commune:& in quo quod maxime ſtudebat Romanæ ſimul urbis: & Auguſti
origo cõtineret.Cum Georgica ſcriberet:traditur quotidie mediatos mane plurimos uerſus dictare ſolitum:
ac ꝑ totũ diẽ retractãdo ad pauciſſimos redigere nõ abſurde carmẽ ſe urſæ more parere dicens:& lãbendo de-
mum effingere.Aeneida proſaica prius oratiõe formatã digeſtãq́ꝫ in duodecĩ libros particulatim cõponere in
ſtituit:ut quidã tradũt.Alii eius ſentẽtiæ ſũt:ut exiſtimẽt eum ſi diutius uixiſſet quatuor &.xx.libros uſq́ꝫ Au
guſti tẽpora ſcripturũ:atq́ꝫ alia quidẽ ꝑcurſuꝝ. Auguſti uero geſta diligẽtiſſime executuꝝ:quippe qui dũ ſcri
beret:ne quid impetũ moraret̃:quædã ipſecta reliquit.Alia leuiſſimis uerſibus ſcripſit:quos per iocũ pro tigil
lis uel tibicinibus iterponi a ſe dicebat ad ſuſtinendum opus:donec ſolidæ colũnæ aduenirẽt.Bucolica triẽnio
Aſinii Pollionis ſuaſu perfecit.Hic trãs padũ prouinciã regebat:cuius fauore cum ueteranis Auguſti militibus
cremonẽſium & mantuanorum agri diſtribuerentur:ſuos Virgilius non amiſit.Facta enim diſtributiõe ſu-
os Claudio ſeu Arrio datos recuperauit.Hunc Pollionem maxime amauit Maro:& ab eo magna munera tu
lit.Quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono
accepit.Huius Pollionis filium.C.Aſinium:Cornelium Gallum oratorem clarum & poetam non mediocrẽ
miro amore dilexit Virgilius.Is tranſtulit Euphorionem in latinum & libris quatuor amores ſuos de Cythe
ride ſcripſit.Hic primo in amicitia Cæſaris Auguſti fuit:poſtea in ſuſpitionem coniurationis contra illũ du-
ctus occiſus eſt.Verum uſq́ꝫ adeo hunc Gallum Virgilius amarat:ut quartus georgicorum a medio uſq́ꝫ ad fi
nem eius laudem contineret: quem poſtea iubente Auguſto in Ariſtæi fabulam commutauit. Georgica ſe-
ptennio Neapoli.Aeneida: partim in Sicilia:partim in Campania.xi.annis confecit.Bucolica eo ſucceſſu edi-
dit:ut in ſcæna quoq́ꝫ per cantores crebra pronuntiatione recitarentur.At cum Cicero quoſdam uerſus audiſ-
ſet & ſtati acri iudicio intellexiſſet non communi uenam editos iuſſit ab initio totam æglogam recitari:quam
cum acurate pernotaſſet ĩ fine ait. Magnæ ſpes altera romæ:quaſi ipſe linguæ latinæ ſpes prima fuiſſet:& Ma
ro futurus eſſet ſecũda:quæ uerba poſtea æneidi ipſe iſeruit.Georgica reuerſa ab actiaca uictoria Augu.atq́ꝫ re
ficiendarum uirium cauſa Attelle commoranti per continuum quadriduum legit ſuſcipiente Mecœnate le-
gendi uicẽ:quotiẽs iterpellaretur ipſe uocis offenſione.Pronuntiauit autem maxima cum ſuauitate & lenoci-
niis miris.Seneca tradidit Iulium montanum ſolitum dicere inuiolaturum ſe quædam Virgilio: ſi & uo-
cem poſſet:& os: & hypocriſim. Eoſdem enim uerſus eo pronuntiante bene ſonare.Sine illo inareſcere qua
ſi mutos.Aeneidos uix dum cœptæ tãta extitit fama: ut Sextus Pompeius non dubitarit ſic prædicare. Cre-
dite Romani ſcriptores: cedite graii.Neſcio quid maius naſcitur illiade. Auguſtus uero cum iã forte expeditio
ne cantabria abeſſet: & ſupplicibus: atq́ꝫ minacibus per iocum litteris efflagitaret:ut ſibi de æneide: ut ipſi-
us uerba ſunt: uel prima carminis hypographa:uel quodlibet colon mitteret negauit ſe facturum Virgi.Cui
tamen multo poſt perfecta demum materia tris omnino libros recitauit:ſecundũ uidelicet quartum: & ſex-
tum.Sed hunc præcipue ob Octauiam:quæ cum recitationi intereſſet ad illos de filio ſuo uerſus.Tu Marcel-
lus eris:defeciſſe fertur:atq́ꝫ ægre refocillata dena ſextertia pro ſingulo uerſu Virgilio dari iuſſit. Recitauit &
pluribus:ſed neq́ꝫ frequenter & ferme illa: de quibus ambigebat: quo magis iudicium hominum experire-

tur. Erotem librarium & libertum eius exactæ iam ſenectutis tradunt referre ſolitum quondam in recitando eum duos dimidiatos uerſus compleſſe ex tempore. Miſenum Aeolidem adiecisse: quo non præſtantior alter. Item huic: Aere ciere uiros: ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe: martemque accendere cantu. Statimque ſibi imperaſſe: ut utrunque uolumini aſcriberet.

Bucolica Georgicaq; emendauit. Anno uero.lii.ut ultimam manum æneidi imponeret ſtatuit in græciam & aſiam ſecedere trienniоque continuo omnem operam limitationi dare: ut in reliqua uita tantum philoſophiæ uacaret. Sed cum agreſſus iter athenis occurriſſet Auguſto ab oriente romam reuertenti: una cum Cæſare redire deſtinauit. At cum Megara uicinum athenis oppidum uiſendi gratia peteret: langorem nactus eſt: quem non intermiſſa nauigatio auxit. Ita ut grauior in dies tandem Brundusium aduentarit: ubi diebus paucis obiit.x.calen.Octo.CN.Plancio.Q.Lucretio conſulibus: qui cum grauari morbo ſeſe ſentiret: ſcrinia ſæpe & magna inſtantia petiuit crematurus æneida: quibus negatis teſtamento comburi iuſſit: ut rem inemẽdatam imperfectamq;. Verum Tucca & Varus monuerunt id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidẽ Varro ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legauit: ne quid ederent quod a ſe editum non eſſet: & uerſus etiã imperfectos: ſi qui erant: relinquerent. Voluit etiam eius oſſa Neapolim transferri ubi diu & ſuauiſſime uixerat ac extrema ualitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon. Translata igitur iuſſu Auguſti eius oſſa prout ſtatuerat Neapolim fuere: ſepultaq; uia puteolana intra lapidem ſecundum: ſuoque ſepulchro id diſtichõ: qđ fecerat inſcriptum eſt. Mãtua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc Parthenope: cecini paſcua: rura: duces.

Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium proculum fratrem ex alio patre: ex quarta Auguſtum ex.xii. Mecœnatem ex reliqua. L. Varum & plocium Tuccam: qui eius æneidem poſt obitum: prout petiuerat iuſſu Cæſaris emendarunt. Nam nullius omnino ſententia crematu æneis digna uiſa fuit: de qua re Sulpitii carthaginenſis extant huiuſcemodi uerſus. Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis Virgilius. Phrygum quẽ cecinere ducem Tucca uetat: Varuſq; ſimul: tu maxime cæſar Non ſinis: & latiæ conſulis hiſtoriæ: Infœlix gemino cecidit prope pergamos igni. Et pene eſt alio troia cremata rogo. Extãt & Auguſti de ipſa eadem re uerſus plures & clariſſimi: quorum initium ita eſt. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas: ergo ibit in ignis Magnaq; doctiloqui morietur muſa maronis: Et paulopoſt. Sed legum ſeruanda fides: ſuprema uoluntas: Quod mandat: fieriq; iubet: parere neceſſe eſt: Frangatur potius legum ueneranda poteſtas. Quam tot congeſtos noctesq; diesq; labores Hauſerit una dies: Et quæ ſequuntur. Nihil igitur auctore Auguſto Varus edidit: Quod & Maro præceperat: ſed ſummatim emendauit: ut qui uerſus etiam imperfectos ſi qui erant: reliquit. Hos multi mox ſupplere conati non perinde ualuerunt ob difficultatem: quod omnia ferre apud eum hemiſtichia præter illud Quem tibi iam troia peperit: ſenſum uidentur habere perfectum. Niſus grammaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat Varum duorum librorum ordinem commutaſſe: & qui tum ſecundus erat in tertium locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſſe principium his demptis uerſibus: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen: & egreſſus ſiluis uicina coegi: Vt q̃uis auido parerent arua colono Gratum opus agricolis: at nunc horrentia martis Arma uirumque cano. Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas Aeglogas: ſed inſulſiſſimæ Paro quidam deridet: & ſic deridendo incipit.

Tityre ſi toga calda tibi eſt: quo tegmine fagi? Sequẽtis. Dic mihi Damœta cuium pecus: an ne latinum? Nõ: uerum ægonis: noſtri ſic rure loquuntur. Alius recitante eo ex georgicis. Nudus ara: ſere nudus ſubiecit: habebis frigora febrem. Eſt & aduerſus æneida liber Carbilii pictoris titulo æneido maſtix. M. Vipranius eum a Mecœnate ſuppoſitum appellabat nouæ Cocozellæ repertorem neq; tumidũ neq; exilem: ſed communibus uerbis opus illud confeciſſe. Herennius uitia eius tantũ cõtraxit. Perilius Fauſtinus furta. Sũt & Quinti Octaui Auiti uolumina: Quibus annotantur quos & unde uerſus traſtulerit. Aſconius pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilii ſcripſit pauca admodum ei obiecta proponit: & potiſſimum quod non recte hiſtoriam contexuit: & quod pleraq; ab Homero ſumpſit: ſed hoc crimen ſic defendere aſſuetum ait. Cur non illi quoq; eadẽ furta tẽtarent. Verũ itellecturos facilius eſſe Herculi clauã quã Homero uerſum ſurripere & tamẽ deſtinaſſe ſecedere: ut oĩa ad ſatietatem maliuolorũ decideret. Refert etiam Pedianus benignũ cultorẽq; oĩum bonorũ: atq; eruditorum fuiſſe: & uſq; adeo inuidia expertem fuiſſe: ut ſi quid erudite dictũ iſpiceret alterius nõ minus gauderet: ac ſi ſuum fuiſſet: neminem uituperare: laudare bonos: ea humanitate eſſe: ut niſi per uerſus maxime quiſq; illũ nõ diligeret modo: ſed amaret Nil proprii habere uidebatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat ac ſibi. Illudq; Euripidis antiquũ ſæpe uſurpabat τατον φιλων κοινα. Cõia amicorũ eſſe oĩa. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit: ut cum inter ſe plurimum inuidia arderent: illum una omnes colerent Varus Tucca: Horatius: Gallus: Propertius: Anſer uero quoniam Antonii partes ſecutus eſt: illum non obſeruaſſe dicitur. Cornificius ob peruerſam naturam illum non tulit Gloriæ uero adeo contemptor fuit: ut cum quidam uerſus quoſdam ſibi adſcriberent: eaque re docti haberentur: non modo ægre nõ ferebat: immo uoluptuoſum id erat. Cum enim diſtichon quod laudem fœlicitatemque Auguſti continebat feciſſet. Valuiſq; non nominato auctore infixiſſet: id erat huiuſmodi.

Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane.
Diuiſum imperium cum ioue cæſar habet.

Diu quæritans Auguſtus cuiuſnã hi uerſus eſſent: eorum auctorem non inueniebat. Bachillus uero poeta quidam mediocris tacentibus aliis ſibi adſcripſit. Quamobrem Donatus honoratuſq; a Cæſare fuit: quod æquo animo non ferens Virgilius iiſdem ualuis affixit quater hoc principium. Sic uos non uobis: Poſtulabat Auguſtus ut hi uerſus complerentur: quod cum fruſtra aliqui conati eſſent. Virgilius præpoſito diſticho ſic ſubiunxit. Hos ego uerſiculos feci tulit alter honores. Sic uos non

uobis nidificatis aues.Sic uos non uobis uellera fertis oues. Sic uos non uobis mellificatis apes. Sic uos non
uobis fertis aratra boues. Quo cognito aliquandiu Bathylus Romæ fabula fuit. Maro uero exaltatior. Cum
is aliquando Ennium in manu haberet:rogareturq́ꝫ quidnam faceret:Reſpondit ſe aurum colligere de ſter/
core Ennii.Habet enim poeta ille ægregias ſentẽtias ſub uerbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto
quo pacto ciuitas fœliciter gubernaretur.Si prudentiores inquit temonẽ tenuerint:& boni malis præponan/
tur.Itaq́ꝫ optimi ſuos habeant honores:nulli tamen aliorum iniuſti quicquam fiat. At Mecœnas quid inquit
Virgilii ſatietatem homini non affert.Omnium rerum reſpondit:aut ſimilitudo aut multitudo ſtomachũ
facit præter intelligere.Item interrogauit quo pacto quis aliem fœlicemq́ꝫ eius fortunam ſeruare poteſt.Cui
Maro Si quantum honore ac diuitiis aliis præſtantior ſit:tanto liberalitate & iuſtitia alios ſuperare nitatur.
Solitus erat dicere nullam uirtutem commodiorem homini eſſe patientia ac nullam aſperam adeo eſſe for/
tunam quam prudenter patiendo uir fortis non uincat. Quam ſententiam in quinto æneido. inſeruit: Na
te dea quo fata trahant retrahantque ſequamur. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Cum
quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta:& inimicitias ſibi narraret.Quam putas inquit eſſe huiuſ/
ce rei maliuolentiæ cauſam.Nam neque unquam Cornificium offendi & eum amo:an inquit Heſiodi ſentẽ/
tiæ nõ meminiſti ubi ait. Architectum architecto inuidere:& poetam poetæ.De malis inquit græcus ille itel/
lexit.Nã boni eruditiores amãt.Sed magna cũ mea laude & gloria uindictã ĩ manu habeo:maiore enim cura
uirtuti ĩtendã atq́ꝫ quo elegantior ego fiã:eo magis inuidia rumpetur.Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidã
orator & poeſim mediocriter doctus:cui multiplex uariũq́ꝫ ingeniũ erat: qui oĩum oĩa dicta reprehendere
conabatur:non ut uerum dignoſceret:quod Socrates facere conſueuit:ſed ut eruditior uideretur.Hic Virgili
um ubicunq́ꝫ conuenire dabatur maledictis ſalibuſq́ꝫ uexabat.Quare ille ſæpe aut tacibundus diſcedebat:aut
ſuffuſus pudore tacebat.Verum cum Auguſto audiente elinguem illum diceret:& cauſam etiam ſuam ſi lin
guam haberet:Defendere nequiret.Tace inquit tabula.nam hæc mea taciturnitas defẽſorẽ cauſarum mearũ
Auguſtum fecit & Mecœnatem: & ea tuba cum uolo loquor:quæ ubique & diutiſſime audietur.Tu loquaci
tate:non modo aures hominum:ſed muros rumpis.Auguſtus uero Filiſtum graui uultu increpauit. Tunc
Maro ſi tempus Cæſar inquit tacendi hic ſciret:raro loqueretur.Tacendum enim ſemper eſt:niſi cum tacitur
nitas tibi noceat:aut oratio aliis proſit.Nam qui contendit & contentionis finis utilis ſit: non nouit ſtultis il/
lum annumerandum ſapientes putant.Poſteaquam Auguſtus ſumma rerum omnium potitus eſt: uenit in
mentem an conduceret tyrãnidem committere:& omnem poteſtatem annuis conſulibus & ſenatui rempu/
bli.reddere:in qua re diuerſæ ſententiæ conſultos habuit Mecœnatem & Agrippam:Agrippa enim utile ſibi
fore etiam ſi honeſtum non eſſet relinquere tyrannidem longa oratione. Contendit: q̄ Mœcenas dehortari
magnopere conabatur:quare Auguſti animus & hinc ferebatur & illinc.Erant enim diuerſæ ſententiæ uariis
rationibus firmatæ.Rogauit igitur maronem an conferat priuato homini ſe in ſua republi.tyrannum facere.
Tum ille omnibus ferme inquit rempubli.occupantibus moleſta ipſa tyrannis fuit & ciuibus: q neceſſe erat
propter odia ſubditorum:aut eoꝝ iiuſtitiã magna ſuſpitione magnoq́ꝫ timore uiuere:ſed ſi ciues iuſtum ali/
quem ſcirent:quem amarent plurimum:ciuitati id utile foret:ſi in eo uno omnis poteſtas eſſet. Quare ſi iu/
ſtitiam:quod modo facis omnibus:in futurum nulla hominum facta compoſitione diſtribues:dominari te
& tibi conducet & orbi.Beniuolentiam enim omnium habes:ut deum te & adorent & credant.Eius ſenten/
tiam ſecutus Cæſar principatum tenuit.Audiuit a Silone præcepta Epicuri cuius doctrinæ ſociũ habuit Va/
rum:quanuis diuerſoꝝ philoſophoꝝ opiniones libris ſuis inſeruiſſe de animo maxime uideatur:ipſe tamen
fuit academicus:Nam Platonis ſententias omnibus aliis pretulit:Nunc quoniam de auctore ſummatim di/
ximus:de ipſo iam carmine dicendũ uidetur:quod bifariam tractari ſolet:hoc eſt & ante opus & in ipſo ope/
re. Ante opus titulus cauſam intentio.Titulus in quo quæritur cuius ſit:& quare hoc potiſſimum ſibi ad ſcri
bendum poeta præſumpſerit.Intentio in qua cognoſcitur quid efficere conetur poeta. In ipſo opere ſane tria
ſpectantur:numerus:ordo:explanatio.Quanuis igitur multa χευΔογραφη ideſt falſa inſcriptione ſub alieno
noĩe ſunt prolata:ut tyeſtes tragœdia huius poetæ quam Varus edidit pro ſua:& alia huiuſcemodi:tamẽ bu
colica liquido Virgilii eſſe minime dubitandum eſt:præſertim cum ipſe poeta tanq̃ hoc metuens principiũ
huius operis & ĩ pricipio ænei.& in alio carmine ſuum eſſe teſtatus ſit ſic dicens Ille ego qui quondam graci/
li modulatus auena & reliqua:Et carmina qui luſi paſtorum audaxq́ꝫ iuuenta. Tityre te patulæ cecini ſub te/
gmine fagi.Bucolica autem & dici & recte appellari:uel hoc ſolum indicium ſuffecerat:quod hoc eodẽ nomi
ne apud Theocritum cenſeatur.Verum ratio quoq́ꝫ demonſtrãda eſt.Tria ſunt paſtorum genera:quæ digni/
tatem in bucolicis habent: quorum qui minimi ſunt αιπολοι dicuntur a græcis:iidem a nobis caprarii. Pau
lo honoratiores q ποιμενεσ.i.opiliones dicunt honeſtiſſimi:& maximi βουκολοι:quos bubulcos dicimus.
Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomẽ imponi:quam ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſſi/
mus inuenitur Cauſa dupliciter inſpici ſolet ab origine carminis:& a uoluntate ſcribentis.Originem autem
bucolici carminis alii ob aliam cauſam ferunt.Sunt enim qui a lacædemoniis paſtoribus dianæ primum car/
men hoc redditum dicant:cum eidem deæ propter bellum quod toti græciæ illo tempore Perſæ inferebant
exhiberi per uirgines de mora ſacra non poſſent. Alii ab Oreſte circa ſiciliam uago id genus carminis. Dianæ
redditum loquuntur per ipſum atq́ꝫ paſtores: quo tp̄e de ſythia cũ pylade fugerat ſurrepto numinis ſimula/
chro & lato in faſce lignorum:unde faſcelidem dianam peribent nuncupatam apud cuius aras Oreſtes per ſa/
cerdotem eiuſdem numinis iphigeniam ſororem ſuã a parricidio fuerat expiatus. Alii apollini Nomio paſto/
rali.ſ.deo qua tẽpeſtate Admeti boues pauerat. Alii libero nympharũ.ſ.& ſatyrorum: & id genus numinum
pricipii:quibus placet ruſticum carmen. Alii mercurio Daphnidis patri paſtorũ omnium principi: & apud

Theocritum:& apud hunc ipſum poetam. Alii in honorem Panos ſcribi putant peculiariter paſtoralis dei. Item Sileni Siluani: atq; Faunorum. Quæ cum omnia dicantur: illud erit probatiſſimum bucolicum carmē originem ducere a priſcis temporibus: quibus uita paſtoralis exercita erat. Et ideo ueluti aurei ſæculi ſpeciem in huiuſmodi perſonarum ſimplicitate cognoſci & merito Virgilium proceſſurum ad alia carmina nõ aliunde cœpiſſe: niſi ab ea uita: quæ prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta: & ad poſtremum pro cultis & feracibus terris bella ſuſcepta: quod uidetur Virgilius in ipſo ordine operum ſuorum uoluiſſe mõſtrare cum paſtores primo deinde agricolas: & ad ultimum bellatores. Reſtat ut quæ cauſa uoluntatem attulerit poetæ bucolica potiſſimum ſcribendi conſideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti: & admiratione eius illectus eſt: aut ordinem temporum eſt ſecutus erga uitam humanam: ut ſupra diximus. Aut tris modos elocutionum: quos χαρακτηρασ græci uocant ισχνον: qui tenuis αδρον: qui ualidus μεσον: qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgiliũ qui in omni genere præualuerit: Bucolica primum: Georgica ſecundum: Aeneida tertium uoluiſſe cõſcribere: aut ideo potius primo Bucolica ſcripſit: ut i eiuſmodi carmine: quod & paulo liberius & magis ualidũ q̃ cætera eſt: facultatem habere captandæ Cæſaris indulgentiæ: repetẽdiq; agri quẽ amiſerat. Ob hanc cauſam die tertio iduum martiarum. C. Cæſare interfecto: cum Auguſtum Cæſarem pene puerum ueterani milites non abnuente ſenatu ſibi ducem conſtituiſſent. Exorto ciuili bello cremonenſes cum cæteris eiuſdem ſtudii aduerſarios auguſti Cæſaris adiuuerunt. Vnde factum eſt: ut cum uictor Auguſtus in eorum agros ueteranos deduci iuſſiſſet: non ſufficiente agro cremonenſium. Mantuani quoq; in quibus erat Virgilius maximam partem ſuorum finium perdiderunt: eo ꝙ uicini cremonẽſibus fuerãt: Sed Virgilius Auguſti familiaritate: ſuoq; carmine fretus centurioni ario obſiſtere auſus eſt. Ille ſtatim ut miles ad gladium manum admouit. Cumque ſe in fugam proripuiſſet poeta. Non prius perſequendi finis fuit: q̃ ſe in fluuium Virgilius cõieciſſet: ſed poſtea a Mecœnate & Pollione in ipſo Auguſto fauẽtibus agros ſuos recepit. Intentio libri: quam σκοπον græci uocant: imitatione Theocriti poetæ conſtituitur: qui ſyculus & ſyracuſanus fuit. Eſt intentio etiam in laudem Cæſaris: & principum cæterorum: per quos in ſedes ſuas rediit. Vnde & delectationem & utilitatem finis contineret ſecundũ præcepta cuncta confecit. Quæri ſolet cur non plures q̃ decem æglogas conſcripſerit: quod nequaquam mirandum uidebitur ei qui conſiderauerit ætatem ſcænarum paſtoralium: quæ ultra hunc numerum non poteſt proferri: præſertim cum ipſe poeta circũſpectior Theocrito: ut ipſa res indicat: uideatur metuere: ne illa æglogа: quæ Pollioni inſcribitur: minus ruſtica uideatur: cum ipſam ſic præſtruat ipſe dicens. Sicelides muſæ paulo maiora canamus: & item ſimiliter in aliis duabus facit: illud tenendum eſſe prædicimus i bucolicis Virgilii: deq; nuſquam: neq; ubiq; aliquid figurate dici: hoc eſt ꝑ allegoriam. Vix enim propter laudem Cæſaris & amiſſos agros hæc uirgilio concedentur: cum Theocritus: quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur ſimpliciter omnino conſcripſerit. Quod autem in ipſo carmine tractari ſolet: eſt numerus: ordo: explanatio. Numerus æglogarum manifeſtus eſt. Nam decem ſunt: ex quibus proprie bucolicæ ſeptem eſſe credunt. Nam tres ultimæ proprie bucolicæ dici non debent. Pollio. ſ. Silenus: & Gallus. Prima igitur cõtinet queſtionem publicam: & priuatam gratulationem de agro: & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri: & dicitur Alexis. Tertia certamen paſtorum: & dicitur Palæmon. Quarta genethliacum: & dicitur Pollio. Quinta epitaphium: & dicitur Daphnis. Sexta methamorphoſim: & dicitur Varus: & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuerſorum ſexuum: & dicitur Damon. Nona continet poetæ conqueſtionem de amiſſo agro: & dicitur Mœris. Decima deſiderium Galli: & dicit̃ Gallus. Quod ad ordinem ſpectat illud ſcire debemus: in prima tamẽ: & i ultima æglogа poetam uoluiſſe ordinem ſeruare quoniam in altera principium conſtituit: ut in georgicis Ait Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi. In altera oſtendit finem quippe qui dicat Extremum hunc arethuſa mihi cõcede laborem. Verum inter ipſas æglogas paſtoralem conſcriptumq; ordinem nullum eſſe certiſſimum eſt. Sed ſunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre eſſe: ſed Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu: ſupereſt explanatio ad quam anteq̃ ueniamus illud dixerim tenue eſſe bucolicum carmen: & uſque adeo ab heroico caractere diſtare: ut uerſus quoq; huius carminis ſuas quaſdam cæſuras habeant: & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cum tribus probetur metrum: cæſura: ſcanſione: modificatione: non erit bucolicus uerſus: niſi in quo & pes primus partem orationis abſoluerit: & tertius trocheus fuerit: etiam cæſura & quartus pes dactylus magis q̃ ſpondeus partem orationis terminauerit. Quitus: & Sextus pes ex itegris dictionibus fuerit: quod Virgilius a Theocrito ſæpe ſeruatũ uictus operis difficultate neglexit in ſolo principio incertum induſtria an caſu has cæſuras ſeruauerit. Nã Tityre dactylus partem orationis abſoluit: tupatu: lærecu: tertium trocheum: quanuis decompoſita dictione cõcluſit: bans ſub: quartum ſpondeum pro dactylo: cum ſubiunxit tegmine fagi. Terminatis partibus oratiõis integrum comma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme omnibus uerſibus admirari. Qui uero ſupradicta acri iudicio diligenterque conſiderarit: facile intelliget quæ in Georgicis intentio quique finis fuerit: nec minus etiam in æneide.

Poematis ſtili genera tria ſunt: aut enim actiuum uel imitatiuum: quod græci δραματικον appellãt: i quo perſonæ loquentes introducuntur ſine poetæ interlocutione: ut ſunt tragœdiæ & comœdiæ. Δραν enim græce agere dicitur: quo genere ſcripta eſt prima Tityre: & Quo te mœri pedes: aut enarratiuum: quod græci διηγηματικον appellant: in quo poeta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſonæ: ut tres primi georgicon libri. Item Lucretii carmina: aut commune: uel mixtum: quod græci μικτον appellant: ubi & poeta ipſe loquitur & introductæ perſonæ: ut Virgilii æneis.

SERVII Mauri Honorati grammatici in Bucolica Maronis Commentariorum Liber.

BVCOLICA ut ferunt ide dicta ſunt a cuſtodia boum ideſt ἀπὸ τῶν βουκόλων. Præcipua .n. ſunt animalia apud ruſticos boues. Huius autem carminis origo uaria eſt. Nam alii dicunt eo tempore quo Xerxes perſarum rex inuaſit græciam: cum omnes itra muros laterent: nec poſſent more ſolito Dianæ ſacra perſolui: perueniſſe ad montes Laconas ruſticos: & in eius honorem hymnos dixiſſe: unde natum carmen bucolicum ætas poſterior elimauit. Alii dicunt Oreſtem cum Dianæ faſcelidis ſimulachrum raptum ex ſcythia aduceheret ad ſiciliam eſſe tempeſtate delatum completo anno Dianæ feſtum celebraſſe hymnis collectis nautis ſuis & aliquibus paſtoribus conuocatis: & exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alii non Dianæ: ſed Apollini Nomio conſecratum carmen hoc uolunt: quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii ruſticis numinibus a paſtoribus dicatū hoc aſſerunt carmen: ut Pani Faunis: ac ſatyris: & hic eſt huius carminis titulus. Qualitas autem hæc ē ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt characteres humilis: medius: grandiloquus: quos omnes in hoc iuuenimus poeta. Nam in æneide grandiloquum habet: in Georgi. medium in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & perſonarum. Nam perſonæ hic ruſticæ ſunt ſimplicitate gaudentes ſcilicet a quibus nil altū debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicum. Debet quarto pede terminare partem oratiōis qui pes ſi ſit dactylus: meliorem efficit uerſum: ut Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes ſecundū Donatum dactylus eſſe debet: & terminare partem orationis: ut Tityre quam legem Theocritus uehementer obſeruat: Virgilius non adeo. Ille enim in paucis uerſibus ab iſta ratione deuiauit: hic eam in paucis ſecutus eſt Terentianus cum de hoc metro doceret. Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus. Noſter rarus eo paſtor Maro. Intentio poetæ hæc eſt ut immitemur Theocritum ſyracuſanum meliorem Moſcho & cæteris qui bucolica ſcripſerunt: unde eſt. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu Noſtra: neq; & aliquibus locis per allegoriam agit gratias Auguſto: uel aliis nominibus: quorum fauore amiſſum agrum recepit: in qua re tantū diſſentit a Theocrito. Ille .n. ubiq; ſimplex eſt. Hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras quas perite plerunq; etiam ex Theocriti uerſibus facit: quos ab illo dictos conſtat ſimpliciter: hoc autem fit poetica urbanitate: ſic Iuuena. Actoris aurunci ſpolium. Nam Virgilii de haſta dictum figurate ad ſpeculum tranſtulit, & cauſa ſcribendorum bucolicorum hæc eſt. Cum poſt occiſum .iii. idus martias in ſenatu Cæſarem Auguſtus eius filius contra perſecutores patris & Antonium ciuilia bella mouiſſet: uictoria potitus cremonenſium agros qui contra eum ſenſerant militibus ſuis dedit: qui cum non ſufficerent: etiam mantuanorum iuſſit diſtribui: non propter culpam: ſed propter uicinitatem: unde eſt. Mantua ue miſeræ nimium uicina cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romam uenit & potentium fauore meruit ut agrum ſuum ſolus reciperet. Ad quem recipiendum profectus: ab Ario centurione: qui eum tenebat pene eſt interemptus: niſi ſe præcipitaſſet in Mintium: unde ē ἀλληγορικῶς. Ipſe aries etiam nunc uellera ſiccat. Poſtea ab Auguſto miſſis triumuiris & ipſi integer ager reditus eſt & mantuanis pro parte: hinc eſt ꝙ in prima ægloga legimus recepiſſe agrū: poſtea eum querelantē inuenimus: ut audieras & fama fuit: ſed carmina tantum noſtra ualent lycida teia inter martia quantum Chaonias dicunt aquila ueniēte columbas: nec numerus hic dubius eſt: nec ordo librorum. Quippe cum unus ſit liber. De æglogis tantū multi dubitāt. Quæ licet .x. ſint incertum tamen eſt: quo ordine ſcriptæ ſint. Pleriq; duas certas uolunt ipſius teſtimonio ultimam: ut Extremum hunc: & primam: ut in georgicis Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi. Alii primā illam uolūt. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu: ſed eſt ſciendum .vii. æglogas eſſe meras ruſticas quas Theocritus .x. habet. Hic in tribus a bucolico carmine: ſed cum excuſatione diſceſſit: ut in genethliaco Salonini: & in Sileni Theologia: uel ut ex inſertis altioribus rebus poſſet placere: uel quia tot uarietates implere non poterat. Poetæ uitam in æneide diximus. Operis explanatio in ſequentibus comprobabitur. Sane ſciendum Virgili .xxv. annorum ſcipſiſſe bucolica. Vnde etiā ipſe in fine georgi. Audaxq; iuuenta. Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi: & dicit Donatus ꝙ etiam in poetæ memorauimus uita in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgilium. Primo enim paſtoralis fuit in mōtibus uita. Poſt agriculturæ amor. Inde bellorum cura ſucceſſit. Notandum quoq; bucolica uel grorgica cum apud græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine habere. Nam ut in ultima ſit latinitas uetat: ut in penultima non ſit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc ſciendū & perſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta: ut in meliboeus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν ideſt qui curam gerit boum ꝙ Tityrus dicitur aris maior. Nam laconum lingua Tityrus dicitur aries maior: qui gregem anteire conſueuerit: ſicut etiam in comediis inuenimus. Nam Pamphilus eſt totus amans. Glicerium quaſi dulcis mulier: philomela amabilis: Perſonæ: ſicut ſupra dixi ruſticæ ſunt & ſimplicitate gandentes. Vnde in his nihil urbanum: nihil declamatorium inuenitur: ſed ex re ruſtica ſunt omnia negocia: comparatiōes: & ſi qua ſunt alia. Hinc eſt ꝙ annos a fructibus computat: ut Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas: hinc etiam illæ comparationes ſunt. Nam neq; me tantum uenientibus ſibilus auſtri: Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora: Nec quæ ſaxoſas decurrunt flumina ualles.

TITYRE tu patulæ:PASTOR inducit̃ ſecurus: & dare operam cãtilenæ ſub arbore recubãs. SER
Alter qui cũ gregibus ex ſuis pellat̃ finibus Tityrũ aſpiciẽs ſic alloquitur: Tity℞ ãt pro Virgi
lio accipiamus nõ ubiq;:ſed ubi ratio exigit.Dixit ãt ſub fago allegorice.i.ſub arbore glãdifera
quæ fuit uictus cauſa. Antea.n.homines glãdibus ueſcebant̃.Hic fagus απο Του φαγειν ideſt
comedere.Ergo ſub fago iaces ideſt tuas retentas poſſeſſiones:quibus aleris ut olim fago ale
bãtur. Patulæ:proprie quod ſemp patet dicimus patulũ:ut nares arbor. Patens quod apitur Patulus
& cladit̃:ut hoſtiũ & oculi. Muſam.i.ruſticũ carmẽ. Patẽs

Publii Virgilii Maronis Mantuani Vatis
Opa cum commẽtariis Seruii Mauri Hono
rati Grammatici:Aelii Donati: Chriſtophori
Lãdini: Antonii Mãcinelli:& Domitii Calde.
Argumentũ æglogæ primæ q̃ Tityrus dicitur
A patria fugiens milibœus forte ſub umbra
Tityron inuenit cantantem carmina amicæ:
Qua propter miratus ei ſua damna recenſet.
Auctorẽq; ſui decla
rat tityrus oci. ME.
TITYRE TV PA
TVlæ recubans ſub
tegmine fagi:
Syluestrẽ tenui mu
ſã meditaris auena.
Nos patriæ fines: &
dulcia linquimus arua.

Tenui.i.culmo auena ſtipula.Vnde ruſtici cãtare cõ
ſueuerũt:ſic alibi: Stridenti miſe℞ ſtipula ſtiſpdere
carmen. Tenui:humilẽ ſtilũ indicat quo hic utitur.
Meditaris:p antiſtichõ ab eo ẽ quod græci μελετᾶ
dicunt.l.enim &.d.inuicem cedunt:ut ſella pro ſeda.
CHRI. Tityre:Tityrus libice hircũ ſignificat:Me Tityrus
libœus eſt græce cura bouũ:Sunt ãt noĩa de Theocri
to ſumpta:per Tity℞ ſe:per Melibœũ reliquos man
tuanos allegorice intelligit. Et ſi orationis qnq; ſint Orationis
ptes:ultimæ tamen duæ memoria & pronunciatio ptes
ſolius dicentis ſunt primæ ãt tres ẽt ad ſcribentẽ pti
nẽt hæ ſunt inuentio:diſpoſitio:& elocutio.Ve℞ elo
cutio ea ẽ q̃ caracterẽ ſiue figurã orõnis:quæ triplex ẽ
conficit.Elocutio aũt habet elegantiam compoſitio
nẽ & dignitatẽ.Elegantia ſingula uerba eligit.Com
poſitio illa iã electa conſtruit atq; cõponit.Itaq; qualẽ
figurã exprimere uolumus:talia uerba taliſq; cõpoſi
tio ẽ adhibẽda.Figura ãt generi re℞ quas ſcribimus
accõmodãda ẽ.Ergo cum hic res paſtoralis ageretur
humilis orõ atq; depreſſa fuit eligẽda:ac humilis iſi
maq; figura.Quapp cũ elegiſſet. Tityre recubãs ſub
tegmĩe patulæ fagi.q̃ uerba nihil elatũ habẽt.nihilq;
grande reſonant.tamẽ ita illa cõſtruxit atq; cõpoſuit:
ut illud infimũ elocutionis genus nõ excederet.Itaq;
ſi attente audias Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi.Intelliges oĩa ſuppreſſa atq; demiſſa. Nã iudiciũ
hoc totũ aurium mõ illæ eruditæ ſint eẽ dephẽdes. Tityre:amice ac familiariter icepit a noĩe pprio.quod
in nomine æquali aut inferiori beniuolentiã conciliat.Sin ãt ſupior ſit pſona a nomine dignitatis ſuæ appel
lãri poſtulat. Tu.q.d.ſolus ex oĩbus nobis. Recubãs:quod ppriũ ocioſi ſecuriq; ẽ.Nã cui aut negociũ aut pi
culũ imiet:is minime recubare audet. Tegmĩe.i.ĩ tegumẽto a tegẽdo:ut agmẽ ab agẽdo. Fagi:glãs triãgu Fagus
la cute icludit̃.Hæc muribus gratiſſima ẽ & turdis.glires quoq; ſaginat ſuẽ hilarẽ facit. carnẽ coctibilẽ & le
uẽ & utilẽ ſtomacho. Et q̃uis ex abietis quoq; & picis & tiliæ cortice uaſa fiant ut ex cortice fagi:tamẽ ĩ quo
dã uſu ſacro℞ religioſius eſt fagi cortex.ait Pli. Tenui:diſtat a ſubtili.Tenue.n.diminutionẽ rei ut plurimum Tenue
notat.Vnde eſt tenuis ubi argilla:& tenue argẽtũ uena q; ſecũdæ.Hinc attenuo & extenuo nec hẽt laudẽ niſi Subtile
illa diminutio ſic ex uſu:ut ſi dicamus tenuia uellera.Subtile uero acuitatẽ hẽt.Ergo laudat̃ ſubtile igenium:
tenue uitupat̃. Auena:pro oĩ culmo ex quo ruſtici fiſtulã faciũt. Nos patriæ fi.contẽtio ẽ color rethoricus.
Eſt.n.cõtẽtio cũ contraria contrariis opponũtur:Itẽ expolitio qa eadẽ de re ſæpius dicit:ſic ĩ hoc loco.Nos an
xii exulamus:tu ocioſus manes.Præterea eſt repetitio.Nã nos ĩ principio clauſulæ repetitur.Itẽ eſt interpta
tio q̃ ſæpe affert magnũ augumẽtũ rei.Nã iterptat̃ fines patriæ eẽ dulcia arua:q̃ res mouet cõmiſerationẽ.
ANTO.MAN. Tityre:tityrus mercenarii paſtoris nomẽ a Theocrito ſumptũ.is.n.æcloga tertia inqt Ti Tityrus
tyre laſciuas uirgultis paſce capellas:& in ultima.Tityrus aſt illic miſeros cãtabat amores Daphnidis.Hircus
ãt libyca lingua Tityrus appellat̃:ut Probus aſſerit:& Melibœus cura bouũ diligẽs.Scribit idẽ q̃ Maro p ale
goriã facit ſe eẽ Tityrũ:& Melibœum Corneliũ Gallũ qui admirat̃ q̃ Virgilius ſolus agros retinuerit. Patu Patulus
læ:aperte & late patẽtis.Patulũ bouẽ Plautus appellabat cuius cornua diuerſe ac late paterẽt:ut Feſtus edocet.
Recubãs:iacẽs:quieſcẽs:iacens autẽ ſemiſupinus ſedẽs intelligendũ:qua qdẽ uoce magnã Tityri ſecuritatẽ:
& requietẽ innuit:Cũ iaceret oĩ ſpreto timore. Sub tegmine:ſub umbra.hic ait poſtea: Tu Tityre lentus in
umbra. Fagi:phagos græce latine uorax dicit̃.phago ãt comedo.Hinc fagus:uel phagus arbor glande era.q̃
olĩ glandibus ueſcerent̃.Nõ tamẽ ab re hic ſub tegmine fagi ĩquit:nã & in agris Maronis fagus erat:ut patet
æcloga nona. Syluestrẽ muſam:ruſticũ carmẽ.muſa.n.cantus dicit̃.muſizo cãtu contendo. Tenui auena:
ſubtili calamo:aut fiſtula uel ſtipula p quod gracile dicẽdi genus oſtẽdit. Meditaris:meditãdo canis: expõis:
exerces. Nos patriæ fi.Nos patriã fugimus.anaphora ẽ.i.relatio.de qua legito noſt℞ carmẽ de figuris. Dul
cia ar.Oui.libro.i.de ponto ait.Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos.Ducit:& imemores nõ ſinit eſſe ſui.

Nos patriã fugimus.tu tityre lẽtus in umbra
Formoſã reſonar̃ doces amaryllida ſyluas

SER. Fugimus:plus ẽ q̃ relinqmus. ſic Hora.teu
cer ſalamia patrẽq; cũ fugeret. Lentus: ocioſus: ut q
nunc lenti cõſedimus aruis. Reſonare do.a.ſyl.car
men tuũ de amarilyde cõpoſitũ doces ſyluis reſona

re:intelligimus ãt melius ſimpliciter & nõ allegorice ut aiũt qdã:q dicũt tu carmẽ de roma cõdis. Plus eni ſtupet Meliboeus ſi ita ille ſecurus ẽ:ut tãtum de ſuis amoribus cãtet. Nãq;.e.i.m.d.Iteratio excludit adu/ lationis colorẽ. Semp:& dũ uiuit & poſt mortẽ.alii eni ĩpatores poſt mortẽ ĩter deos referũt: Auguſtus ãt templa uiuus meruit.Ho. Præſẽtiq; tibi ma.largi. ho. Iurandaſq; tuũ p nomẽ ponimus aras. Sic Lu.de Ne.Sed mihi iã nu.es. Imbuet:ibuere ẽ ̃pprie ĩchoar & initiare.Cur ergo eandẽ rẽ ſæpe ĩchoat.Quia ſæpe paſcua mutãt paſtores:Vnde totiẽs aras ĩbuũt quoti ens paſcua mutãt.Sed etiã apud maiores ĩbuere ẽ per fundere:& madefacere.Ergo abſolute poſſumus di/

O meliboee deus nobis hæc ocia fecit. TI.
Namq; erit ille mihi ſemper deus. illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus ĩbuet agnus.
Ille meas errare boues (ut cernis) & ipſum
Ludere q̃ uellẽ calamo permiſit agreſti. M.
Non eqdẽ inuideo:miror magis:undiq; totis
Vſq; adeo turbatur agris:en ipſe capellas
Protinus æger ago.hanc etiã uix Tityre duco
Hic inter denſas corylos mõ namq; gemellos

cere ſæpe ̃pfundet. Errare:paſci:ut Mille meæ ſiculis errãt ĩ mõtibus agnæ. Ludere:ſcribere:ut Carmina q luſi paſtõg. Calamo:a ruſtico ſtilo:ut ſupra tenui muſa. Nõ iuideo:ne frequẽs iterrogatio fortaſſe ex inui/ dia potius q̃ ex admiratiõe eẽ uideat̃. Turbat̃:Turbamur ſine diſcretione culpæ uel meriti:& inuidioſe tpa Augu.latẽter carpit.Turbat̃ ãt ẽ ipſonale:qd ad oẽs ptĩet.Nã mãtuanõg fuerat cõis expulſio.Si turbamur le gas ad paucos ut̃ ptĩet̃. Protius:porro tẽuis.i.lõge a finib9.hic paulo poſt At nos.h.a.l.i. Aeger cope & aĩo. AN.M. Nos patriã fugi.̃p dolore idẽ ſæpius repetit. Lẽtus:ſecurus & ocioſus auctore Nonio. Amaryl/ lida: a tertia Theocriti æglogą ſumptũ nomẽ & argumẽtum eſt.n.ibi: Canto ego blanditias: ſterileſq; ama/ ryllida ſyluæ cãdidulã recinũt.Amarygma ãt ſplẽdor dicit̃.Amaryſſo luceo. Reſonare:p echo ſcilicet echeo eni reſono dicitur.Echo ſonus.Ouidi.li.iii.meta.ſcribit echo nymphã fuiſſe: reſtitiſſeq; ei uocẽ ſolũ & oſſa: oſſaq; lapidis figurã traxiſſe.uocẽ manere.q̃ ſyluis latet oibuſq; audit̃:nã ſonus ẽ q uiuit ĩ illa. O Meliboce:ẽ hoc loco o admirãdi aduerbiũ:ſeu mauis ĩteriectio .utrunq; enim dici poteſt:ut Pri.li.decimoquinto.docuit melius tamen interiectio dicet̃:ea enim ſola animi affectus exprimit: ut Donatus etiã ſcribit. Admirabatur autẽ Tityrus q; ille dixerat:Nos patriã fugimus:tu tityre lentus in umbra &c.eſt ergo cũ admiratione legen dũ.Deus auguſtũ itelligit.cui Sueto.teſte ẽt uiuẽti prouinciãg quoq; ple ræq; tẽpla & aras:ludos quoq; quin quennales pene oppidatĩ cõſtituerũt:de quo & latius æglogą quarta. Hæc ocia fecit:Pollionis enim Vari & Galli gratia Maroni Auguſtus ag̃g reddiderat:ut oſtẽdimus. Ocia:quietẽ & ſecuritatẽ.Eſt ocium ̃pprie ua catio a labore:cuius cõtrariũ eſt negociũ. Namq;:certe. Semp: & ante & poſt mortẽ. Imbuet: perfundet ĩficiet:madefaciet:macuiabit. Ouilibus:ouiũ caulis & ſeptis. Ille meas:Auguſti ĩ ſe beneficia mẽorat. Er/ rare:uagari ac paſci:quia uoce ẽt ſine paſtore tutas eſſe oſtẽdit. Ludere:id ſignificat uerſibus ſcribere: ſed nõ fere niſi opuſculis:q̃lia ſũt epigrãmata:& hæc opuſcula dicunt̃ luſus. Calamo agre.ruſtica fiſtula: rũſtica.n. hic tractat. Nõ eq.i.ſuſpitionẽ tollit:quo ſe Tityri ocio nõ dolere:ſed potius lætari oſtẽdat. Vſq; adeo:ĩ tãtũ. Turbat̃:turbatio fit. Protẽus:p e ſcribito.i.a lõge:ſeu lõge a finibus. Protenus.n.aduerbiũ locale ẽ.i.porro tenus:protius p i aduerbiũ ẽ tẽporale.i.ſtati auctor eſt caper. Aeger:p id quoq; pathos.i.paſſio clades & affẽ/ ctio auget̃. Hic iter:ordo ẽ:mõ nãq; hic iter denſas corylos cõnixa ab ſilice ĩ nuda r̃liqt gemellos appoſitio. CHRI. Nos patriã fugimus:Dixerat linquimus patriã:uerũ quia uolũtariũ potuiſſet eſſe exiliũ : addidit fugimus:quod ſummã etiã mouet cõmiſeratiõnẽ.Nam quid põt eſſe miſerius:q̃ incidere in eã calamitatem: ut patriã:qua nihil eſt dulcius ueluti rẽ pernitioſam fugere cogaris.Lẽtus ĩ um.nos ̃ppperamus ĩ fuga:tu ocia ris ĩ loco amœno:nos exercemur ĩ labore:tu ĩ iocũdo & uoluptuoſo cãtu. Doces ſyluas reſo.i.doces ſyluas: ut r̃ſonẽt.i.p reboatũ referrẽt tuũ carmẽ:Sed de reboatu & qd ſit & quomõ fiat dicimus paulopoſt. Reſona re ãt amaryllida:poeticũ ẽ:& p figurã dictũ.Nam ſonare nõ tranſit:ſic dicimus currere curſũ. Amaryllis:ſũt q dicãt eſſe nomẽ mulieris:quam romæ adamauit. O meliboee:& hic ſermo familiaris eſt & amicus o uero nõ uocãtis ẽ:ſed pene lætantis:q; ̃pter ſpẽ amicũ nihil tale expectãs uiderit:& diſtinguit o Meliboee:ut ſit ſalu tantis:ac deinde adde. Deus hæc ocia fecit:uel ſi iungis & continua ſit oratio.O Meliboee deus nobis hæc ocia fecit:Erit o hominis admirantis magnitudinẽ beneficii ĩ ſe adeo collati. Hæc ocia:quaſi tã magna ociã & ſatetur quod ille dixerat:Tu tityre lentus ĩ umbra. Ouilibus:ouium ſtabulis.Sic etiã ab equis equile:a ca pra caprile:& a porco porcile. Ludere:ita ſignificat:ut non referat̃ niſi ad poetas.Non enim dicimus: aut Ci ceronem ludere tuſculanas quæſtiones:aut liuiũ ludere hiſtoriam romanã.Neq; ẽt poetas dicimus in omni bus ludere : ſed in leuioribus iocundioribuſq;:Sic & Horatius de ſe.Poſcimus ſi quid uacui ſub umbra luſi/ mus tecum:Quapp neq; in geor.neq; in æneide ludere dixit:ſed canere:ſed hic & in libello quẽ culicẽ appel/ lat.Ait eni m.Luſimus octaui gracili modulãte thalia: Atq; ut araneoli tenuẽ formauimus orſum. Luſimus hæc propter culicis ſunt carmina dicta.Omnis ut hiſtoriæ per ludũ conſonet ordo Capellas quæ habent.r. i ultima ſyllaba ĩ diminutiuis mutant.r.in duplex.l.ergo a capra capella a cultro cultellus ab umbra umbella.

SER. Spẽ gregis.i.marẽ & fœminã.In utroq;.n. ſexu reparatio gregis cõſtat. Ah.ſi nuda:iõ dolet qa ſolẽt herbas ſubſternere. Cõnixa:pro enixa.Hiatus enim eã mutauit propoſitionẽ:ut ẽ ſecludite pro ex/ cludite. Leua:ſtulta cõtraria.Senſus ẽ ̃pdituros nos quãdoq; agros res manifeſta ̃pdicebat.Sed nos itelli/ gere nequiuimus. De cælo ta. recte cõpoſitũ auguri

Spem gregis(ah ſilice in nuda)cõnixa reliqt.
Sæpe malũ hoc nobis(ſi mẽs nõ leua fuiſſet)
De cælo tactas memini prædicere quercus
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix:

Sed tamen iſte deus qui ſit da tityre nobis
Vrbem quã dicũt romã melibœe putaui TI
Stultus ego huic nr̃æ ſimilẽ quo ſæpe ſolem9
Paſtores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canib9 catulos ſimiles:ſic matrib9 hædos
Norã:ſic paruis componere magna ſolebam:
Verũ hæc tantũ alias iter caput extulit urbes
Quantũ lẽta ſolẽt iter uiburna cupreſſi.
Et quæ tanta fuit romã tibi cauſa uidendi. M

um.Nã quercus in tutela Iouis ẽ:ſed priſci illius grã de ueſcebant. Tactas:leuiter fulminatas.Cicero.Tactus ẽt ille q hãc urbẽ cõdidit: Romulus ſignificabat nutu iperatoris:poſſe agros ptire i qbus fulminatæ ſunt arbores.Nã agri cã uictus ſunt ut oli q̃rcus. Tactus tpale indicat fore damnũ qualiter patiunt arbores leuiter fulminatæ. Predicere:ꝓloqui:quoniã manifeſtũ erat auguriũ. Da:dic: Sic contra Accipe nunc danaũ.i.audi. Vrbẽ:de cæſare interrogatus urbẽ deſcribit.Veꝝ id aut ruſticana ſimplicitate ẽ: ut ordĩe narrationis ignorato per lõgas ambages ad interogata deſcẽdit:aut qa ſine cõtinẽte nõ põt eſſe contentũ nec perſona ſine loco.ergo rogatus de Cæſare locũ i quo eũ uiderat deſcribit.Eſt ãt lõgũ hyperbatõ Vrbẽ quã dicũt:& Hic illũ uidi. Stultus:ruſticus. Noſtræ: mãtuæ. Quo:ad quẽ.aduerbiũ pro noie. Ouiũ teneros.i.agnos:& eſt piphraſis. Depellere: a lacte remouere. Sic canibus catulos:Vult romã non ſolũ magnitudine ſed ẽt genere differre:& eẽ uelut alteꝝ mundũ aut quoddã cælũ.in quo Cæſarẽ uidit.Nã in cõparatiõe catuli ad canẽ:aut hædi ad capellã quãtitatis & nõ generis ponit differẽtiã.Qui uero dicit leo maior ẽ cane:& quãtitatis & generis facit differentiã. Cõcludit igit romã nõ ſolũ reliqs urbib9 maiorẽ eẽ ſed eẽ aliq̃ aliã rẽ.ſ.eẽ ſedẽ deoꝝ hoc ꝓbat per uiburnũ & cupſſũ.nã uiburnũ breuiſſimũ eſt.Cupreſſus maxima.Hoc genus argumẽtationis Ariſto.& Ci.ponũt. Cõponere:cõparare. Vibur num
Quæ tanta:ad magnũ.n.aliqd neceſſitas uenire cõpellit.Hinc mirat hominẽ ruſticũ romã uidere potuiſſe. Cupſſus
AN.M. Spem gregis.i.marem & fœminã. Ah ſilice i nuda.i.ſine ſoliis & uirgultis cũ affectu pronũciandũ. Corylos:corylus arborẽ producẽs nuces:q̃ auelanæ uel pneſtinæ dicunt quas græci põticas uocant.Dũ una quæq; natio idit his nucibus nomẽ ex loco i quo naſcunt copioſiores.auctor ẽ Macro.li.iii.ſat. Gemellos:dicunt gemini ex uno utero & uno die editi:ut Marcellus ait philoſophus uero li.vii.de hiſto.aialiũ ſcribit.In genere certe humano paucos gemios ſeruari:ſi alter mas ſit:alter fœmina. Cõnixa:ptu ſoluta. Sæpe malũ:quod dicit Tityrus nõ fabula ẽ.nã poſt Tulii Cæſaris mortẽ,ꝓdigia fuereq̃ plurima:iter q̃ cõtinua fulmia i tẽplis ſtatuiſq; deciderũt:ut ẽt Appi.li.iiii.oſtendit:& nos latiſſime i cõmẽtario ſecũdæ odes Hora. quẽ iã parauimus & edemus:dictauimus. Si.i.utinã:ẽ.n.hoc loco optandi aduerbiũ:ut li.æne.vi. Si nũc ſe nobis ille aureus arbore ramus.Oſtendat &c. Leua.i.aduerſa auctore Nonio.dicit ãt aduerſa mẽte futura mala dignoſcere nequiſſe. De cælo tactas:qnq; ſignoꝝ genera obſeruabãt augures.ex cælo.ex auibus.ex tripodibus ex quadrupedibus ex diris:auctor ẽ Feſtus. De cælo tactas.i.fulminatas:quotiẽs.n.quercus fulmĩe tangitur ut plurimũ malũ portẽdit. quod ẽt ai aduerti nã tacta cuiuſdã q̃rcu itra annũ ille ſpõſam amiſit.iila. n. alteri nupſit:unde ẽt duo interfecti:pluresq; ẽt carcere affecti ſunt. Sæpe ſiniſtra caua:hic uerſus nõ oibus textib9 ineſt:plures.n.antiquos uidi:& illũ ſummi põtificis characteribus magnis profecto alienus ẽ:Tamẽ aduertẽdũ:cornicẽ uidere unicã mali ominis eẽ:duas uero ominis boni.quod qdem & legi & exptus ſũ pluries.Ipſa adeo ẽ inauſpicatæ garrulitatis:ut Plinius ſcribit.i.iſœlicis:q̃ſi au ſpiciis repugnãtibus.Ci.ãt li.i.de diuinatiõe ſcribit cornuũ a dextra: a ſiniſtra cornicẽ facere ratũ. Da:dic:idẽ li.v. Da(nõ idebita poſco Regna meis fatis) latio cõſidere teucros. Vrbẽ quã dicũt rõ.lõgo iteruallo reſpõdet Tityrus ad iterrogata:nã cũ Melibœus dixiſſet:Sed tamẽ iſte deus q ſit da tityre nobis:exponit prius Vrbis romæ amplitudinẽ:inde cãm q̃re Vrbẽ ipſam adierit.Poſtea uero illic iuuenẽ illũ uidiſſe: cui anno quoq; bis ſenos dies ſe dicit ſacrificare. Vrbẽ: urbis appellatione:etiam ſi nomen non adiiceretur:Roma tamẽ accipi receptũ ẽ:ut Fabius li.vi.edocuit. Huic noſtræ:Mãtuam intelligit. Quo:ad quã. Ouiũ teneros fœtus.i.agnos p circũlocutionẽ:quæ piphraſis dicit.fœtus dicit qcqd naſcit ex mulieribus uel pecoribus:& a foueo uerbo deſcẽdit:inde etiã fœtura.i.gẽitura: q̃ ꝓ toto aialiũ prouentu poni cõſueuit. Depellere:a lacte diſiungere.Agni ãt ad quattuor mẽſes a mãmis ubi nati ſunt non diſiunguntur:hædi tres porci duos:auctor eſt Varro. Lenta uiburna:Virgulta ſunt quæ de radice pululant.Viburna autem minuta ſylua:humilia uirgulta:ut geniſtæ & huiuſmodi. Cauſa: ca eſt quæ nos impingit ad aliquid faciendum.Ratio autem qua utimur in faciendo.Seruius auctor in arte.

Cory lus Gemi ni Vrbs Fœtus Fœtu ra uirgul ta Vibur na Cauſa

CHRI. Spem gregis:Vt maius ſit detrimentũ q̃ ſi uterq; eiuſdẽ ſexus fuiſſet. De cælo tactas: In æneide oĩa uaticinãdi genera breuiter cõplexi ſumus.inter q̃ ẽ aruſpicina q̃ fulgura in ſe continet:nã quæ fulmine tacta ſunt incõmodũ aut calamitatem iis portendunt ad quos pertinẽt.Quapropter cum Romæ: aut capitolium aut alia loca publica fulmine tacta erant:ad rempu.malum ſpectare putabant:ſtatimq; auruſpices uel ex ipſa etiam Etruria accerſebant. Tamen:tandem poſt longum hunc de fulmine ſermonem. Vrbem : locus & ædificia dicimus urbem habitatores autem ciuitatem. Viburnum : ſpecies eſt fruticis.

Libertas quæ ſera tamẽ reſpexit inertem T
Candidior poſtq̃ tondenti barba cadebat:
Reſpexit tamen : & longo poſt tẽpore uenit.
Poſtq̃ nos amaryllis habet: galathea reliquit
Nãq; fatebor enim:dũ me galathea tenebat:

SER. Libertas:amor libertatis.Aliter ãt ſeruus cupit libertatẽ q uult carere ſeruitute.aliter ingenuus q uult habere liberã uitam.ſ.pro ſuo arbitrio agere : ut nunc uult Virgi. ſub perſona Tityri. Latẽter aũt carpit ea tẽpora:in quibus libertas non erat niſi Romæ. Vel itelligamus Tityꝝ ſimpliciter ut paſtorẽ locutũ. Nã Theocritus eũ ubiq; mercenariũ iducit.ſic Virgi. Tityre dũ redeo breuis eſt uia paſce capellas. Reſpe

Nec ſpes libertatis erat nec cura peculi.
Quãuis multa meis exiret uictima ſeptis
Pinguis.& ingratæ premeretur caſeus urbi:
Nõ unq̃ grauis ære domũ mihi dextra redibat
Mirabar qd mœſta deos amarylli uocares.M

xit inertẽ: Arguit ſuã inertiã qui non prius Romã ie/rit. & nõ ſit uſus puer libertate qua uſus ẽ prouectiori ætate. Cãdidior barba: Aut mutatio pſonæ ut quidã ruſticus ſenex loquit̃ nõ Virgi.p allegoriã:nã Vir. .xxviii.an.ſcripſit Buco.uel nõ barba ſed libertas dicatur candidior:antea libertas illi ſuerat: ſed non talis. Longo poſt tpe:aut archaiſmos eſt antiqui.n. Ante poſt & circũ utriq; caſui ſeruiebãt : aut lõgopoſt una pars eſt:& ut dicat uenit longopoſt : ſicut multomagis multominus: poſtmodo Horatius poſtmodo quod mihi obſit.Et longopoſt: ut poſtpoſitauideatur præpoſitio:& in unitatẽ coacta Peculi:more antiquo: nam illi omne patrimonium peculium dicebant a pecore in quo erat omnis ſubſtantia.Vnde & pecunia dicta eſt a peculio:uel ad morſum temporis ptinet:nã nunc tantum ſerui peculium dicimus: ergo patrimonium ſuum ueluti ſeruus peculiũ iuidioſe dixit:peculi.p peculii:p ſyneresim dixit. Septis:ſepta ſunt loca i cãpo martio icluſa tabularis:i qbus popu.ro.ſuffragia ferebat:& qa ſunt ſimilia ouilibus duo hæc inuicẽ ponunt̃: ut hic ſepta pro ouilibus.Contra Luca.Et miſeræ maculauit ouilia romæ.i.ſepta:& Iuue.Antiquo q̃ proxima ſurgit ouili. Pinguis:melius ad uictimã q̃ ad caſeũ referes. Ingratæ:ex laboribus ruſticoꝝ aliter ciuitas. Ciues aũt deridẽt illos & pcia minuũt. Amarylli:uocatiuus a nñõ i iis:& ſp breuiat̃.Hor.Dulcẽq; ſtrepitũ pieri tẽpas.

AN.M. Libertas:ordo ẽ Libertas q̃ ſera:tamẽ cãdidior.i.clarior & lucidior reſpexit inertẽ.reſpexit inquã poſtq̃ barba tondenti cadebat:& tamẽ uenit longo poſt tẽpore.Conuenit itẽ & alter ordo ſic uidelicet.libertas cãdidior q̃ ſera:tamẽ reſpexit inertẽ poſtq̃ barba tõdẽti cadebat:reſpexit tamẽ & longo poſt tpe uenit. Eſt aũt ſenſus Tityꝝ ſerius cogitaſſe adire romã:& poſt reſectam barbã:& tamen longe poſt cogitatũ & primæ barbæ reſectionẽ ueniſſe. Inertẽ:ſegnem:deſidem. Tondenti.ſ.mihi:nã paſſiue hic dicitur. ſicut Geor.li.iii. lucanaq; menta cyniphei tondent hirci pro tondentur: ſecundũ Priſcia.li.viii.dicẽtẽ.Sũt qdã i o terminãtia:q̃ cũ ſint actiua pro paſſiuis quoq; ſolẽt poni:ut lauo tondeo:.p lauor & tõdeor. Galathea:græce p ei diphthõgõ galateia ſcribit̃ & cũ t exili:nympha fuit quã Polipheus adamauit:ut Theocri.ſcribit ægloga.vi. & Oui.i meta.hic uero pro Mãtua ponit̃ allegoricos.Amaryllis uero pro roma:ſed de allegoria legito noſtꝝ carmẽ. Peculi.i.lucri & parti.Eſt.n.peculiũ ſeruoꝝ a pecore dictũ:ſicut & pecunia nobiliũ ut Feſtus ait. Victima:ea proprie dicit̃ quæ poſt uictoriã mactatur.Ouidius faſto.li.i.Victima q̃ cecidit dextra uictrice uocat̃.Hoſtibus a domitis hoſtia nomẽ hẽt.Feſtus tamẽ uult hoſtiam dictam ab hoſtire quod ẽ ferire. Septis.i.ouilibus. Pinguis:hic ſit colõ. Ingratæ urbi:Cũ.n.& uictimas & caſeũ illuc afferret minimũ lucri conſequebat̃.quod quidem ex magna igratitudine erat.quo.n.pacto huiuſcemodi res urbani haberẽt niſi agreſtũ cura. Aere:ideſt pecunia:ut puta quadrantibus uel trientibus.In Cypro prima fuit æris inuentio. Seruius autem rex primus ſignauit æs antea rudi uſos romæ Timeus tradit ſignatum eſt nota pecudum: unde & pecunia appellata.auctor Pli.libro trigeſimotertio:& li.xxxiiii. Deos:amaryllis inuocabat deos pro redditu Tityri abſentis : per hanc autem Roma intelligenda:quam mœſtam abſente Tityro Melibœus ait quo amico gratificetur.

CHRI. Libertas:aliter ſeruus:aliter ciuis optat libertatẽ:Seruus enim optat a domino manumitti: ciuis q̃rit ut æquo iure i ciuitate uiuat̃:ut libera ſint iudicia & nemini niſi qui ſit i magiſtratu ſit ſeruiẽdũ. Eſt ãt libertas alia naturalis:alia de iure gentiũ.Natura.n.hii liberi ſunt qui cũ minus ualeãt corporis uiribus ſapientia & uirtute reliquis præſtant:quibus uero prudentia non adeſt:& ſola corporis ui nitunt̃.ii ſeruire prudentiori dicunt: ut ẽt in politicis oſtendit Ariſto.De iure uero gentiũ hii dicuntur ſerui q i bello capti uendi poſſunt & ſeruire coguntur.Dicitur præterea libertas excellentia & magnitudo aĩ cũ nullo metu coherceri poſſumus:quin freti optima cõſcientia aptis uerbis honeſtati æquitatiq; & publicæ utilitati fauemus . Ergo ut illa ſuperior libertas aut a fortuna:aut a natura eſt:ſic hæc a bona mẽte & uolũtaria pficiſcit̃ quẽadmodũ reliquæ uirtutes. Galathea:conueniens nomẽ ruſticæ muliebri quaſi lactis dea:Sunt qui credant illã poni.p Lidia:quã Mantuæ amauit:ut deinde Romæ amaryllida. Peculi:peculiũ diffinit Labeo eſſe id quod ſeruus domini pmiſſu ſeparatim a dominicis rõnibus hẽt: Sed & domino peculiũ eẽ poſſe oſtẽdit Celſus & caſtrẽſe peculiũ eſſe qd a parẽtibus & cognatis militiæ degẽtibus dono ẽ datũ uel ꝙ filius militiæ acq̃ſiuit. Ruſticos ait audiſſe Celſus q pecuniã ſine peculio fragilẽ eſſe peculiũ appellãtes: qd præſidii cã iponit̃.Vnde Vulpia.peculiũ ait dictũ q̃ſi puſilla pecunia ſit ſiue patrimoniũ puſillũ.puto peculiũ eſſe q̃cquid noſtra induſtria acquirit̃ in quacunq; fortuna ſimus liberi an ſerui:& id ſenſiſſe ſenes pecuniã ſine peculio ideſt ſine nr̃o lucro fragiiẽ eſſe. Victima.i.multi fœtus ad uictimam.i.ſacrificiũ faciendũ. Victima aũt & hoſtia dicit̃ oẽ aĩal quod deo imolatur:ſed qd inter utranq; interſit:audi Ouidiũ.Ille.n.ait Victima q̃ dextra cecidit uictrice uocat̃.Hoſtibus a domitis hoſtia nomẽ habet.Hĩc xp̃iani hoſtiã euchariſtiã nominãt:quoniã illa ſuperatus ſit noſter aduerſarius diabolus. Septis:ſepta loca i quibus pecudes icludunt̃:quoniã retibus ſepta.i.circũdata ſint.Sepire.n.circũdare ẽ hĩc ſepes qa illa ſepiũt agrũ.Itẽ loca icluſa tabulatis i cãpo martio ſepta dicebant̃.Martia.In ſeptis ma murra diu multũq; uagatus.Deniq; oĩa loca icluſa ſepta appellarũt. Grauis ære domũ mihi.d.Quia paruũ dabat pciũ:& ẽ modus accõmodatus ruſticano. Aere:pecunia.Nã primi numi ænei nõ ãt aurei & argẽti fuerunt.Oui.de faſtis: Aera dabãt oli.Melius nũc nomẽ in auro eſt:Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.Hinc pecuniã debitã æs alienum dicimus.Aerariũ locum ubi publica aſſeruantur. Primus ãt Ser.Tul.æs ſignauit. Nã antea rudi utebantur.Signatũ eſt nota pecudũ:unde pecunia dicta.Nã argẽteus numus prĩo ſignatus ẽ anno urbis qngẽteſimoo ctogeſimo qnto ide ſexageſſimo ſecũdo anno ſignatus ẽ numerus aureus:qd mœſta d.a.u.Significat ꝙ roma reuocaret deos i auxiliũ qa nõ hẽret q eam ſuo carmine illuſtraret.qa aberat Vir.

SER. Cui:in cuius honorem. Quid uocares:Virgilii perſonæ cõuenit. Mœſta.ſ.tibi. Tityrus: Virgi.
Seruitio:ſeruitium ē conditionis inditium. Iuuenē:Auguſtum:quē decreuerat ſenatus:ne quis puerũ dice Serui/
ret:ne maieſtas tāti īperii minueretur. Dies:uel principia oīum mēſiũ uel idus. Fumant : ſacrificant. Pri/ tiũ
mus:ante quē nullus ſit. Senex:non ad ætatē Virgi.ſed ad fortunā īuturā pſagium refert. Lapis : mõs a mõ
te.n.uſq; ad lacũ:& īde ad arborē quādā eſt terra donata Virgi. Grauis: ꝓ graues. Flumīa:padũ.ſ.& mīthiũ.
Nota:cara. Sacros:nā oībus aquis nymphæ præſident. Opacum:quo æſtate refrigeramur.

Cui pendere ſua patereris in arbore poma
Tityrus hinc aberat.ipſæ te tityre pinus
Ipſi te fontes:ipſa hæc arbuſta uocabant.
Quid facerē:neq; ſeruitio me exirē licebat T.
Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.
Hic illũ uidi iuuenē melibœe:quottannis
Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille pēnti
Paſcite ut ante boues pueri ſubmittite tauros.
Fortunate ſenex ergo tua rura manebunt:M.
Et tibi magna ſatis q̄uis lapis omnia nudus
Limoſoq; palus obducat paſcua iunco.
Non inſueta grauis tentabunt pubula fœtas:
Nec mala uicini pecoris contagia lædent:
Fortunate ſenex hic inter flumina nota
Et fontes ſacros frigus captabis opacum.

AN.M. Poma:arua ipſa & bona cuncta ītelligit.
Pendere in ſua arbore.i.ſalua eē. Arbuſta : oīa hæc Arbu/
ſimpliciter ac ruſtice ītelligenda ſunt Arbuſta āt loca ſta
dicuntur arboribus uitiferis conſita.Seneca epiſtola.
lxxxvii.Illud etiā uidi uitē ex arbuſto ſuo annoſā trāſ
ferri:& Columella li.iii.de arbuſtis ſic ait:Arbuſtum
inter quadragenos pedes diſpoſitũ eſſe conuenit.Sic
eni & ipſæ arbores & appoſitæ uires melius conuale
ſcunt:fructũq; meliorē dabunt. Quid facerem:apd
galatheā intelligit.i.Mantuā. Tā pſentes: tā propiti/
os. Alibi q̄.i.romæ. Diuos:per hos non ſolũ Augu
ſtũ:ſed aſiniũ Pollionē & Varꝝ:alioſq; ſibi propitios:
accipit. Hic:ī urbe roma. Illũ iuuenē:in fine quoq;
primi uoluminis.g.de eodē Augu. inquit. Hunc ſal/ Augu/
tē euerſo iuuenē ſuccurere ſæclo Ne ꝓhibet &c. Flo/ ſtus
rus ēt iuuenē noīat.ſic.n.ſcribit Prima ciuiliũ motuũ iuuēis
cā:teſtamētũ Cæſaris fuit:cuius ſecūdus hæres Ant.
ꝑlatũ ſibi Octauiũ furēs:inexpiabile cõtra adoptionē
acerrimi iuuenis ſuſcepat bellũ:cũ intra.xviii. annos
teneꝝ & obnoxiũ & oportunũ īiuriæ iuuenē uideret
Ci.āt philippica q̄rta ait: Laudo laudo uos Quirites:
cũ gratiſſimis animis,pſeqmini nomē clariſſimi ado
leſcentis:uel pueri potius.ſunt.n.facta eius īmortali/
tatis nõ ætatis.Itē quinta philippica:Quis populo romāo obtulit hunc diuinũ adoleſcentē? Deus:nõ ab re
igiť Maro iuuenē appellauit. Quotānis:ſingulis annis:uel āno quoq;. Biſſenos.d.mēſes quoq; ſemel. Hic:
ī urbe ro. Sũmittite iugo.ſ.ad arādũ. Senex:quũ ſenex eris.qđ aliter Probus inqt. Ergo:qa reſpõdit ille:pa
ſcite:ut ante boues &c. Et tibi magna ſatis:ordo ē:& manebũt paſcua ſatis magna tibi:q̄uis obducat.i. circũ
uult reliquos ab ipſo Octauiano ueluti a fōte petere.
Reiice capellas:ꝓceleuſmaticus ꝓ dactilo: ut genua
labat. Cogite.ſ.ad ouilia. Præceperit: præocupaue/
rit.Nā frigore augetur lac.calore minuit̃. Vix os.h.
uix oſſa eoꝝ cohærēt. Faſcinat: dicit cauſam maciei
& per tranſitū oſtendit ſuū pecus eſſe pulchrū: quod
meret̃ faſcinari. Eris mihi ma.relicto certamīe pro
ponunt enygmata. Apollo:quia in rebus incertis eſt
opus diuinatione. Vlnas: Vlna ſpacium eſt inquātū Vlna
utraꝗ extēdat̃ manus.αποτωνωλινων.i.brachiis.hic
λευκο λενοσηρη: dr̃ licet Sueto. unum ſolum cubi/
tum eſſe uelit. Cæli. Alii dicunt ſepulchrum itelligi cælii luxurioſi homines qui ab lygurito patrimonio tā
tum ſolummodo agri ſibi reſeruauit:quod ad ſepulchrum ſufficeret. Voluit āt facere errorē ex cæli cæliiꝗ.
ſimilitudine.Alii dicunt uoluiſſe puteum ſignificare:qui eſt in Syene ægypti parte: quem philoſophi altum
effoderunt:ut probarent locum illum eſſe ſolum quem ſol recto intuitu irradiaret. Nam.viii.calendas iuli/
as die quando in centro ſuo eſt ſol tam imam ꝙ ſummam putei partem irradiat. Sed neutrum conuenit ru/
ſtico.Ergo de quolibet puteo intelligas:in cuius fundo q ē tantū cæli ſpaciū uidet quāta ē cæli latitudo. Dic:
cū obiectū ſoluere nō potuerit ipſe aliud obiicit:& captioſe qbus ī terris dixit.Nā hyacinthus ubiꝗ naſcit̃.Eſt
āt rubrū quaſi lilium deſignans primā hyacinthi litteram. Regum:non quia regum ſed filii regum.Alii di/
cunt regum pro regis:Sic Terentius.Non perpeti meretricum contumelias cum de una loqueretur. Nā flos
iſte hyacinthi:& non Aiacis nomen retinet.Tamen hæc ut reliqua ænigmata carent aperta ſolutione.
AN.M. Atꝗ idē iungat uul.i.faciat ꝙ cōtra naturā ſunt. Ipſe aries: placet magis ut ſimpliciter accipiatur
ꝙ allegoricos:quod indicat ēt illud:Ipſe ubi tempus erit oīs in fonte lauabo.Eſt enim Theocriti in quinta ubi
ait:Fœlicē ſperate diē:uitāꝗ capellæ:Cras ego uos oēs ſybaritis fōte lauabo. Præceperit:p̄occupauerit: attra
xerit. Taurus in eruo:In antiquiſſimis textibus eruo & aruo legi in illo ſummi pontificis aruo eſt per a plu/
res autem eruo habent per e.Eſt āt eruū leguminis ſpecies ſimile piſo:quod amplius ꝙ uicia runcat̃:Sufficiūt
ſingulis bouum iugis modii quini ſati.Martio menſe ſatū noxiū eſſe bubus aiunt.Itē autūno grauedinoſum
Innoxium autem fieri primo uere ſatum anctor Pli.li.xviii.meminit idem Columella libro.ii. ubi ait etiam
ꝙ eruum lætatur loco macro nec humido:quia luxuria plerunꝗ corrumpitur.Per hæc āt uerba optime ex/ Eruū

ponemus pingui eruo.i.læto. Vix oſſibus herēt:Theocritus quoq; in quarta:Nempe uoluūt prati teneris iā paſcier herbis.Illa adeo macra eſt uitula:& uix oſſibus hæret. Faſcinat:laudādo decipit: uel degrauat.Faſcinum & fas a fando nominaꝰ:ut Feſtus ait Plini.āt li.vii.c.iii.ſcribit in aphrica eſſe familias quaſdam effaſcinātiū: quarū laudatione itereant probata:areſcant arbores:emorianꝰ infantes eſſe eiuſdē generis in tribalis & Illyriis qui uiſu quoq; effaſcinent:iterimāt ꝙ quos diutius intueanꝰ:iratis pcipue oculis.quod eoꝝ malū facilius ſentire puberes:notabilius eſſe ꝙ pupilas binas in oculis ſingulis habeant:fœminas quidē oēs ubiq; uiſu nocere:quæ duplices pupillas habeant.Cicero quoq; auctor ē.Hæc & plura Pli.Dic qbus omiſſo canēdi ſtudio ad enigma diuertit quo decentius cantum abſolueret.ne uictus eſſe uidereꝰ ne itē infinitū quodāmō canere cogereꝰ. Cæli ſpaciū:in æthyopiæ fine Syene eſt inſula.C.M.paſſuum ambitu: ut ſcribit Pli.li.v.Stra. quoq; li.xvii.docet:ꝙ in ipſa Syene puteus quidā ē:qui æſtiuum idicat ſolſtitiū.quoniā hæc loca circulo tropico ſunt ſubiecta:& in meridie umbilicos faciunt ſine umbra:& ſol ſupra uerticem ibi manentibus habeꝰ unde neceſſe in puteos q̄q̄ profundiſſimos uſq; ad aquā radios iaci.Itaque de hoc puteo intelligere poteris:& de quocunq; alio:nam in fondo cuiuſq; putei manētibus cælū non uidebiꝰ niſi pro aditus magnitudie. Vlnas: Olene & olenos ulna dicitur: eſtq; ut aiunt utriuſq; manus extenſio:uel magis unus cubitus tantum. Apollo:cui diuinādi poteſtas Macro.libro primo ſat.ſcribit.ꝙ diuerſæ uirtutes ſolis nomina diis dederunt uirtutē igiꝰ ſolis quæ diuinationi curationiq; præeſt.apollinem uocauerūt:quæ ſermōis auctor ē mercurii nomē accepit. Nomina regū:de hyacintho flore intelligit:de quo iam diximus habet.n.i foliis hya. quod ēt Ouidius in Meta.docet aptius. Nō:hic fiat colō:ut dicamus. Nō.ſ.ueſtꝝ ē:ſed noſtꝝ q iudex ſū cōponere &c.

CHRI. Vulpes:dicitur uulpes quaſi uolipes: hoc animal in Creta inſula nō ēſt:ſicut nec lupus nec ſerpēs. Fragra:herba q̄ illa fert fragrantia dicitur. Latet an.in her.Eurydice dum herbas pambularet calcauit iſcia latentem ſerpentē:cuius morſu periit:ſed iam loco prouerbii eſt ne quid inter res letas noxiū nobis incautis eueniat. Frigidus:noxius.Nā uitæ aduerſaꝰ frigus:uel quia frigidæ ſit naturæ uel frigidus. Aries: mas ē nō caſtratus qui oues ſalit.Qui uero caſtratus ē:& propterea iutilis Veneri ueruex dicitur quoniā in eo uerſa ſit natura. Vellera:a uellēdo dicuntur.Nā priſci ouiū lanas nō tondebant:ſed uellebāt. Fruſtra pſſabimus.i.q̄uis uehementer pmamus:tamen fruſtra erit.Eſt āt præſſo frequentatiuū a premo. In eruo:antiquus habet codex & non aruo.Dicimus.n.eruū & eruiliā leguminū genus:quo.M.Varro pecus pingueſcere ſcribit. Faſcinat:a græco ē hoc uerbū.Ille.n.βασκαίνω dicunt:eſt autē faſcinatio morbus qui ex ſpiritu faſcinantis per oculos faſcinati ad cor ipſius igreſſo peruenit ſpiritus enim a cordis calore ex puriori ſanguine generatur.Tales āt ſunt in nobis ſpiritus:qualis eſt ſanguinis humor.Spiritus autē ſimiles ſibi radios per oculos quaſi p uitreas feneſtras emittit.Cor.n.ſuo perpetuo quodā motu proximū ſibi ſanguinē agitans ex eo ſpiritu:in totū corpus pque illos luminū ſcintillas per mēbra diffundit quidē ſingula per oculos āt maxime.Ad altiſſimas ptes cū ſit leuiſſimus maxime euolat ſpiritus.Eiuſq; lumē p oculos cum pſpicui maxime ac nitidi ſint maxie emicat.Nā ꝙ aliqd lumē i oculis ſit:patet ex eo ꝙ quorundā brutoꝝ oculi i tenebris micāt.Quin &.A. octauianus adeo lucidos oculos habuiſſe ferꝰ:ut cū acrius quēquā intuereꝰ cogeret eū quaſi ad ſolis fulgorē oculos ſubmittere.Tiberiū quoq; etiā & in tenebris uidiſſe Traquil.auctor eſt:ſed ad breue:& cū primū a ſomno patuiſſent.Quod autē radius ab oculo emiſſus uaporē ſpiritalē ſecū trahat:& uapor ſanguinē:ex eo iam perſpicuum eſt:ꝙ lippi rubenteſq; oculi radii ſui emiſſione eos qui uident eodem morbo cogunt laborare. hoc enim indicat radium uſque ad obuium illum protendi: & cum radio una uaporem corupti ſanguinis emanare:cuius cōtagione oculus ſpectantis inficiatur.Refert Ariſtoteles mulieres menſtruo affectas ituitu ſuo ſpeculum ſanguineis guttis ſæpe fœdare.Eſt enim uapor ſanguinis ſanguis quidem tenuiſſimus qui aſpectū fugit oculorum:ſed i ſpeculi ſuperficie factus craſſior iam apparet.Hoc in rariori aut minus terſa materia nō efficitur:quia in ea penetrat aut diſſipatur radius.Non ergo mirum ſi patefactus & in aliquem intentus oculus radiorum ſuorum aculeos in aduerſos oculos iaculatur:& una cum aculeis qui ſpirituum uehicula ſunt ſanguineum illum uaporem quem ſpiritum nominamus inuehit.Hic uiolentus aculeus diuerberat oculos: & cum a percutiētis corde incitatur percuſſi præcordia quaſi regionem propriam repetit:& cor uulnerat:neque eius duriori dorſo hebeſcit.Redit in ſanguinē:peregrinus hic ſanguis:& cum ab eius qui ſaucius eſt alienus:ſit ſanguinem eius proprium inficit:Infectus āt ſanguis ægrotat.Hæc egrotatio faſcinatio eſt: quæ iccirco magis nocet teneriori ætati:quia illius corda cū molliora ſint minus reſiſtunt ferienti: & magis ledunꝰ.Dixi ut potui hac uerborum breuitate:unde ſit faſcinum.Addam illud in illyriis & traballis homines eſſe qui interimant uidendo ſi quicq̄ diutius irati perſpiciant eoſq; binas pupillas habere maximeq; hoc malum ſentire puberes ait Gelius atque Pliuius qui etiam in Aphrica familias quaſdam eſſe dicit teſte Iſogono & Memphodoro:quorum laudatione intererant probata. Areſcant arbores:Emoriantur infantes. Fœminas quidē omnes ubique nocere:quæ duplices pupillas habeant. Cicero quoque apud nos auctor eſt.Faſcinum p mēbro uirili poſuit in priapea Maro:ut priapē ꝙ ſis faſcino grauis tenero:& paulo infra.Placet priape qui ſub arboris comis ſoles ſacrum reuinctus Pampino caput:Ruber ſedere cum rubente faſcino.

Naſcuntur flores:& phyllida ſolus habeto.
Non:noſtrū inter uos tātas cōponere lites. P.
Et uitula tu dignus & hic: & quiſquis amores
Aut metuet dulces:aut experietur amaros.

SER. Phyllida:plus eſt habere ſolum amicam cōmunem. Nā eſſe apollinē impoſſibile ē. Non.ſ.ē ueſtrum:ſed iudices cōponere lites. Componere : finire:Ante diem clauſū cōponet ueſper olympū. Et q̄ſquis:& tu & hic digni eſtis uitula: & quiſquis ſimilis ueſtri eſt.Nam ſupra aliter:dixerit.Triſte lupus ſtabulis alter.Dulce ſatis humor.ad cuius ſimilitudinem

Claudite iam riuos pueri:ſat prata biberunt. pertinet aut metuet dulces. Nam Menalcas amabat & amabatur:ſed timebat ne aliquando amor ille ſol⸗ ueretur. Damœtas amaritudinem amoris expertus fuerat ex amaryllidis iracundia. Metuet dulces: Time bit pro dulcibus:ne eos mittat. Riuos claudite: Exierat enim ut iuberet pueris ut prata irrigarent: quod il⸗ lis cantantibus factum eſt. Vel dixit allegorice claudite ideſt deſine cantare. Nam iam ſaciati ſumus.

AN.M. Et uitula tu dignus:in Theocriti quinta:ubi Lacon & Comatas acerbe certauerunt: alter uictus eſt. Ait enim ſic Morſon iudex:Laconem Morſon iubeo reticere:qd ipſum nuncio deuictum:mea ſic ſenten⸗ tia poſcit. Do tibi lanigerum pignus certaminis agnum. Quem nuper docta meruiſti uoce comata. In ſexta autem ubi Damœtas & Daphnis amici cantarunt. Deuicit neuter:neuter ſuperatur abiuit. Aut metuet dul ces:uti Menalcas ſcilicet dixerat enim: Dulce ſatis humor &c. Aut experietur amaros:uti Damœtas ſcilicet nam dixerat. Triſte lupus ſtabulis &c. Riuos:ideſt ora. Prata:aures. Biberunt: hauſerunt audiuerunt. Eſt enim allegoria quam Fabius libro octauo inuerſionem interpretatur:ut aliud uerbis aliud ſenſu oſtendat.

CHRI. Componere:finire:ut hic. Item tranquillum reddere: ut Sed motos preſtat componere fluctus. Item comparare. Saluſti. Vbi Metelli dicta cum factis compoſuit illud Sic paruis componere magna ſolebã. Item ornare:Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Item coniungere:ut Componens manibuſq; manus: atque oribus ora. Riuos:Nam e propinquo flumine deducuntur riui quibus irrigãtur prata:unde dicimus deriuare flumina cum ex alueo per riuos ducuntur. Prata:dicuntur quaſi parata:quia ſine cultura fructum reddunt. Solum expectatur dum herba creſcere deſiit & æſtibus areſcere tunc ſubſecatur:ut perareſcat:furcil lis uerſatur. Remoto fœno ſicillienda ſunt prata ideſt falcibus cõſectanda quæ fœni ſic præterierunt:& quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum a qua ſectione arbitratur Varro dictum eſſe ſicilire prata.

Argumẽtum æglogæ quartæ q̃ dicit᷑ Pollio.
Altius hic canitur: celebrantur Pollio: Cæſar
Alter & hic ſecli uenturi ſcribitur ordo.

SIcelides muſæ paulo maiora cana⸗
mus.
Non omnes arbuſta iuuant humi
leſq; myricæ:
Si canimus ſyluas: ſyluæ ſint conſule dignæ.
Vltima cumæi uenit iam carminis ætas:

SIcelides muſæ: Aſinius Pollio ductor ger⸗ SER
mãici exercitus captis Solonis urbe i Dal
matia meruit laureã:deĩde cõſulatum: &
eodem anno ſuſcepit filium:quem a ſolo
nis captis Soloninũ uocauit. Huic Genethliacon dicit Solo
qui ſtatim natus riſit:quod parentibus omnem fuit ninu
fœlicitatis. Ipſe autem inter primordia extinctus eſt.
Sicelides græcũ. Nã latine Sicilienſes facit.i. Theocri⸗
tiæ. Nã Theocritũ q ſyracuſanus fuit imitat᷑. Paulo
ma. Nõ multo. Nã licet hæc æcgloga diſcedat a carmi
ne bucolico:tamen aliq̃ operi aperta inſerunt᷑. Myri
cæ:Virgulta humilia ſunt. Cumæi:ſibyllæ:quæ cu⸗
mana fuit. Hæc ſæcula per metalla diuiſit: & dixit qs
quoq; ſæculo imperauit & ſolẽ ultimum poſuit.i.de
cimũ unde ait. Tuus iã regnat apol. Dixit ẽt finitis ſæculis oĩa renouari. Quod & philoſophi ita colligũt q; exa
cto magno anno oĩa ſydera i ortus ſuos redeũt:& rurſus referũt eodẽ motu. Si igit᷑ idẽ ẽ ſyderꝝ motus oĩa q̃
fuerũt hẽbũt reiterationẽ. Nã uniuerſa ex aſtroꝝ motu pẽdẽt. hic Vir. dicit reuerti aurea ſæcula & oĩa iterari.

AN.M. Sicelides muſæ:in antiquis etiam pluribus textibus: & in illo qui in ſummi pontificis biblioteca maioribus characteribus ſcriptus eſt Sicelides per e non per i legi. quod quidem græce dixit. illis enim Sicelia nobis uero Sicilia dicitur. Celebratur hic Aſinius Pollio q fuit orator & conſularis:ut docet Euſebius de quo latius in Alexi. fuit iſtoriarum & tragœdiarum ſcriptor:q & de Dalmatis triumphauit. Vnde Horatius ode prima ſecundi uoluminis ad eum ſcribens ait: Cui laurus æternos honores. Dalmatico peperit triumpho. laudat ibidem eundem a pietate a prudentia a dignitate:& honore:ab eloquentiæ uiribus. Dicunt alii a Salo⸗ na Dalmatiæ urbe capta ſuſceptum filium Saloninum uocaſſe:qui & ſi parum uixit. Hic quoque a Marone cum patre celebratur:Sed laus ipſa talis eſt:q; ſæpe ad Auguſtũ quoque referenda eſt:ut ſuo loco docebimus. Aduertendum præterea in Strabone legi Salonæ Salonarum. in Plinio Salona Salonæ. Itaque non recte So⸗ Salo lonæ per o in prima ſyllaba dicitur. Sicelides muſæ:quæ ſcilicet Theocrito Syracuſano fauiſtis:ſeu o Theocri næ ti cantus & carmina. Arbuſta:ideſt minima & humilia. Syluas:ideſt altiora. Humileſque myricæ:Myri⸗ ca genus eſt fruticis:quam alii tamaricen uocant auctor eſt Plinius libro decimotertio idem quoque libro ui geſſimoquarto ſic ait:Myrica quam & amaricon uocat Lenæus ſimilis eſt ſcopis amerinis arbitrantur quidã My hanc eſſe tamaricam:uulgus infœlicem eam arborem appellat:quoniam nihil ferat:nec feratur unquã. Hæc ca ille. Sint:& ſunt in antiquis eſt:in illo ſummi pontificis ſint per ideſt Conſul. Pollione ſcilicet. Cumæi car⸗ minis:Cumæ in Campania ſunt:antiquitate cunctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit urbs ipſa plura legito cum apud Strabonem libro quinto & apud Dionyſium libro ſeptimo. Ibidem autem ſybillæ ſacellũ erat:ſed eius quæ rebus Romanis quinquageſſima olympiade interfuit:cuiuſque librum ad Cornelium uſq; Syllam põ tifices Romani conſulebant:tunc enim una cum capitolio igni abſumptus eſt auctor eſt Solinus. Meminit idem Gellius libro primo capitulo decimonono:ſed latius Dionyſius libro quarto. Vltima ætas ferrea: in⸗ telligitur:unde ait inferius:Quo ferrea primum Deſinet:ac toto ſurget gens aurea mũdo nam ab integro ſæ cloꝝ ordo naſcebat᷑. Pro. etiã ſcribit q; cumana ſibylla poſt quattuor ſæcula nouã generationẽ futurã cecinit. Sice

CHRI. Sicelides:deprecatur errorem ſi paulo ſublimius q̃ paſtoria res requirit canat. Dixit ãt ſicelides & des non ſicilides. Nam cum uſus ſit patronymico nomine quod potius græcũ q̃ latinũ deduxit ab eo quod ẽ ſice Ar lia ut dicũt græci & nõ ſilicia ut dicũt latini. Arbuſta:cũ proprie arbuſtũ ſit locus cõſitus nouellis arboribus ſta

quæ ex ſeminario auulſa ſunt ſeminaq; appellant̃ uoluit notare humiliores arbores. Myricæ:Virgulta nõ multum a genestis diſtantes. Syluas:nam in pretio fuit paſtoria & agricultura. Vltima cumæi:ideſt ultimum ſeculum ex quattuor ſeculis quæ prædixerat Sibylla cumæa.Verum de ſibyllis dicemus i æneí.quod autem ad hunc locum attinet Sibylla cumæa fuit e cuma quæ urbs eſt i locrenſi agro qui eſt Ioniæ Aſiæ minoris quam ... qui uicinitate loci Erithream appellarunt Hæc ut ponit Seruius profecta in Italiam.Multa de romanorum fatis uaticinata eſt.Sed ut oſtendit Auguſtinus multa etiam de Chriſto eſt uaticinata.Cuius uerſum:ut oſtendit Phocianus capita ita ſe habent ut primæ litteræ conficiant ιнσοσ χρισтοσ θεοῦιοσ σοτнρ Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator.Hæc igitur illum de uirgine oriturum prædixit uerum Maro iſtius theologiæ ignarus ad Octauiani fœlicitatem referens uirginem iuſticiam intellexit a qua ſit Octauianus quẽ appellat ideſt ſolem.Nam noſtri quoque natum eſſe ſolem iuſticiæ Chriſtum dicunt.Priſci uero prima ſæcula aurea ideſt ab omni uitio pura fuiſſe dicunt:& in illis uirginem ideſt iuſticiam cum hominibus habitaſſe teſte quoque ipſo Virgilio aſſerunt hæc igitur ſæcula iam ſua ætate rediiſſe nunc teſtatur Maro.Quod etiam mathematice dictum eſſe poteſt demonſtrari.Nam apud hebreos inſignis aſtrologus Habraham ſcripſit ſeptem eſſe planetas & ſeptem angelos eſſe illorum ductores appoſitos ſcilicet Caphiel:Saturno:Sathiel:Ioui:Samael:Marti:Amael:Veneri:Michael:Mercurio:Raphael:Soli:Gautiel Lunæ.Quemlibet autem illorum ducere mundum annos trecentos quinquagintaquattuor & menſes quattuor.Fuiſſeque ordinem: ut primus Saturnus duceret quia hora Saturni creati ſunt Sol & Luna poſt Saturnum duxit Venus: poſt Venerem Iuppiter:Ioui ſucceſſit Mercurius:& illi Mars:Marti Luna.Itaque ducatus omnium iſtorum ſeptem abſumit annos circiter ſeptuagintaocto ſupra duo milia & quadringentos.Quod ſi ſecundo peragatur huiuſcemodi ducatus perueniet ultra annum ſextum ac quinquageſſimum ſupra quattuor milia ac noningentos annos.Sed Maro floruit anno a mundo condito fere ſexageſſimo ſupra quinque milia ac centum annos ex quibus omnibus perſpicitur ꝙ tunc tertio iam regnabat Saturnus.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Iam redit & uirgo:redeunt ſaturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum
Deſinet & toto ſurget gens aurea mundo
Caſta faue lucina:tuus iam regnat appollo
Teq; adeo decus hoc æui te conſule inibit
Pollio:& incipient magni procedere menſes.
Te duce ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri

SER. Ab integro:denuo. Virgo:iuſticia quæ erigone fuit.Permiſcet autem laudes tam pueri q̃ Pollionis q̃ Auguſti.Nam fœlicitas temporum ad imperatoris pertinet laudes. Cælo : ut uideantur homines non e mortalibus naſci:ſed ex numinibus cælo labi:& hinc colligit fore aurea ſæcula ꝙ Auguſtus imperat:ꝙ talis natus eſt puer:ꝙ cõſul ẽ Pollio. Quo: ſcilicet naſcente.nam dicit faue lucina cuius ortus ſæcula immutabit aureis ſcilicet ferrea. Lucina:Diana Hora.Siue lucinam probas uocari.Terentius Iunonem Lucinam dixit:ut Iuno lucina fer opem. tamen ambæ unum ſunt. Tuus appollo:Vltimum ſæculũ oſtendit:quod Sibylla ſolis eſſe memorauit: & tãgit Auguſtum:cuius ſimulachrum factum ẽ cum apollinis omnibus inſignibus. Inibit:exordium aſſumet ſcilicet aureum ſæculum. Magni menſes:hoc dicit ꝙ Iulius & Auguſtus menſes in honorem Cæſaris & Auguſti cœperunt uocari:cum antea quintilis & ſextilis dicerentur.Et hoc etiã ad argumẽtum aurei ſæculi. Te duce:uel Auguſto uel Pollione uel Solonino. Veſtigia:ut nullũ ſit præſentis temporis uitium:ſed præteritorum reliquiæ. Sic alibi Fertur equis auriga:neq; audit currus habenas ut quæ tunc eſſent ex reliquiis præteritorum temporum eſſe uideatur.Veſtigia uero ſcelerum dicit bella ciuilia inter Auguſtum & Antonium apud Mutinam.item contra Lelium Antonium fratrem huius Antonii apud Peruſium contra Brutum & Caſſium in Theſſalia contra.M.Anto.in Epiro.

ANTO.M. Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo: Edictis Cumeæ Sibyllæ hæc poeta ſumpſit: quæ quidem omnia de Chriſto prædixerat.Vnde & Gregorius i moralibus ait:Chriſtum iudæorum & gẽtilium uocibus prophetari:qui pro utroruncq; ſalute ueneratur.Bene quidem ab integro:quonia Chriſti aduentu ceſſerunt uetera plurima:nouaq; alia iſtituta ſunt:ceſſit & ciuiliũ bellorũ furor.Natus ẽ enim ut Euſebius ſcribit:anno imperii Auguſti quadrageſſimoſecundo Virgilius autem brondufii perierat anno imperii pdicti decimoſexto itaq; chriſtum minime uidit.Sed in Auguſti Pollioniſq; laudem illa quæ de Chriſto Sibylla dixerat hic iſeruit.Credebat enim futura eſſe:ut re uera fuit. Iam redit & uirgo:ideo redit dixit:quoniã uirgo teſte Heſiodo iouis & Themidis filia teſte Arato Aſtrei & Auroræ:quæ i aureo ſæculo fuerat:cœtuſque princeps:propter diligentiã & æquitatem iuſticia appellata:in cælum fugerat ætate ænea auctor Iginius.

Saturnia regna:ideſt aurea ſæcula:quæ quidem Saturno regnãte in Latio fuerant:quo tempore:fides: iuſticia & omnis uirtus colebatur:& tellus per ſe dabat omnia:non bella:non enſes erant : uer erat eternum.Sue. autẽ ſcribit fuiſſe quendam ut omne tempus a primo die natalis uſq; ad exitum eius Auguſti ſæculum auguſtũ appellaretur:& ita in faſtos referretur. Redeunt ſaturnia regna:id dixit Maro: quoniã ut ſcribit Liui. Auguſti tempore poſt bellũ Actiacum clauſum eſt Iani templum:pace terra:mariq; parta.Et ut Lucius Florus etiam ſcribit:Auguſtus ipſe conuerſus ad pacem:primum in omnia mala & in luxuriã fluens ſæculũ grauibus ſeuerſq; legibus coercuit:Merito ergo redeunt ſaturnia regna:dixit. Noua progẽies:id etiam Sibylla dixerat:de Chriſto intelligens Maro tamen de filio Pollionis intellexiſſe uoluit:ut amico gratificaret.Nec intelligas de Auguſto:quoniam dicit:Modo naſcenti puero & poſtea tuus iam regnat apollo.Per quẽ Auguſtũ ipſum intelligit:nam ut Suetonius ſcribit:acclamatum eſt Cæſarem eſſe apollinem.Itẽ exiſtimatũ apollinis

filium:quoniam auguſtus menſe decimo natus eſſet. Lucina:Luna ut Varro inqt naſcentium dux eſt:hinc ab iuuando & luce Iuno lucina dicta ab latinis:ipſa enim menſibus actis in lucem producit infantes. Tuus iam regnat appollo:dixerat enim Sibylla ultima ætate regnaturū apollinem.quod intelligendū erat(ut uult Maro)de Auguſto:nā ut oſtendimus apollo dictus eſt:& apo llinis filius exiſtimatus. Adeo: certe. Pollio: Pollioni blanditur:cum eo conſule dicat aureum ſæculum initum ire. Procedere:ulterius ire. Magni mē/ſes.·.Iulius & auguſtus:q olim Quintilis & Sextilis appellabātur:de qbus plene legite Macrobiū li.i.ſat. Te duce:te pollione conſule. Noſtri ſceleris:uult enim bella ciuilia deorum ira fuiſſe ob Romanorum ſcelera. quod etiam Horatius aſſerit:dicit.n.in epod.Sic eſt acerba fata romanos agunt.Scelusq; fraternæ necis &c.

CHRI. Noua progenies:Quod ſibylla de chriſto prædixit hic ad Octauianum refert.Noua ergo in chriſto:qa nuſquam alias uiſa eſt in terris progenies quæ eſſet deus & homo Sed noua ī Octauiano ideſt admirāda propter orbem illo regnante omni ex parte redactum.Vel noua quaſi genus nouum hominū renaſcať. Apollo:Puto per Apollionē Octauianum intelligēdum eſſe qui ſit ueluti alter ſalutaris ſol orbi infuſus:uel propter iuſticiam quæ per ſolem exprimitur:appellat Apollinem:ut p hoc numē oſtēdat rediiſſe ſaturnia ſæcula ī qua iuſticia habitauit inter mortales.Eſt etiā apollo quia ſuo ſplendore orbis totus illuſtratus ſit. Qui &alibi inducit Apollinem Octauiano in bello actiaco fauentem.Vt accius hæc cernens arcum tenebat apol/lo.Nec placet q ad Apollinem referatur.Ipſe nō regnauit. Tuus.ſ.frater.Nam Lucina Diana eſt ſolis ſoror. Magni menſes:Perplacet ſeruiana ſententia:uel magni ideſt admirabiles propter aurea ſæcula.

Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deum uitam accipiet diuiſq; uidebit
Permixtos heroas:& ipſe uidebitur illis.
Pacatumq; reget patriis uirtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus
Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho:
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Hubera:nec magnos metuēt armēta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens:& fallax herba ueneni.

SER. Irrita:ad nihilū reducta. Perpetua:lōga. Ille deū:Artificioſe cōfundit laudes Auguſti & Soloni ni.Ad utrūq;.n.poteſt referre ille. Patriis:uel cæſaris ſi auguſtus:uel Pollionis ſi Soloninus. At tibi pria.p. paulatim ī laudibus pcedit cū ætate. Munuſcula:Bene utiť diminutiuo ī rebus minoris ætatis. Errātes paſſim:ūde antiq lyrici dixerūt flexipedes hederas: q hac & illac uaganť.Optime āt dat hederam:quæ indicit futurum poetā:ut Hedera naſcentē ornate poetā. Baccare uero pelliť faſcinum:ut baccare frontem Cigite ne uati noceat mala lígua. Poetæ:futuro:p hoc pulchrum indicat puerum. Ridenti acantho: læto: herba eſt quæ in ægypto naſcitur. Lacte:hoc nihil ē infantibus aptius. Leones:moderatione utitur.non negat futuros leones:ſed non nocituros. Cunabu/la:lecti in quibus iacent pueri uel loca ī quibus naſcū/tur.κιείν enim eſt pregnantem eſſe uel eniti. Fallax:non cicuta quæ omnibus nota eſt: ſed ſardonia quæ apiaſtro ſimilis decipit:uel aconita ut Nec miſeros . allunt aconita legentes.

Hedera / Baccaris / Cunabula

AN.M. Perpetua ſoluent formidine:quod uerū fuit nam ut diximus poſt actiacū bellū clauſū eſt. Iani tē/plū pace terra mariq; parta. Ille deū uitam accipiet:Cicero li.i.de.n.deorū ſcribit eam eē deorū uitam q̄ nihil beatius nihil omnibus bonis affluentius cogitari poteſt.nihil enim agit:nullis occupatiōībus eſt implicatus: nulla opera mollitur:ſua ſapientia & uirtute gaudet. Ille deū:hic locus aperte oſtendit pro Apolline Augu/ſtū intelligi.Ille ergo:ideſt Apollo:q & auguſtus erat:deū uitam accipiet:nam ut in Tityro diximus.Auguſto uiuenti etiā tēpla & aræ cōſtitutæ ſūt. De pollionis filio non ītelligas:quoniā de illo īferius ait.At tibi prima puer nullo munuſcula cultu &c. Heroas:Qui ſint heroes Auguſtinus li.x.oſtendit his uerbis:Nomē heroū ab Iunōe dř tractū.qđ græce Iuno hera appellať.& ideo neſcio qs filius eius ſecūdū græcorū fabulas heros ſu/it nuncupatus.hoc uidelicet myſticū ſignificante fabula.qđ aer Iunoni deputeť.ubi uolūt cū demonibus he/roas habitare quo noīe appellāt alicuius meriti animas defūctorū. Idem quoq; li.vii.ſcribit inter lunæ gyrū & nymborū ac uentorū cacumīa aerias eſſe animas:ſed eas animo non oculis uideri & uocari heroas & lares. & genios.Trimegiſtus quoq; auctor eſt:heroas habitare inter aeris puriſſimam partē ſupra nos & terrā: ubi nullus eſt nebulis locus. Patriis uirtutibus:ideſt militia:q̄ qdem Auguſtus Iuliū patrem imitatus eſt:& ea orbem pacauit.de q̄ re legito Appianū circa finem libri q illyrius dř legito itē Florū in fine. At ti.pri.pu. Iam uertit ſermonem ad Saloninū Pollionis filiū per Apoſtrophen:laudans eū a bonis eius gratia futuris.Prædi/cit aūt multa ac ſi uicturus eſſet.Innuit tandem quū hæc ſcripta ſūt.Illū obiiſſe.Ergo ī Pollionis gratiam id omne actum eſt. Hederas:Per has futuros honores indicat.hedera enim poetæ coronabantur. Virgilius in ſeptima ægloga.Paſtores hedera creſcentem ornate poetam.Et Plinius.ſcribit poetas coronari hedera habē ti croceū ſemen.Scribit itē Alexandrū ex India redeūtem exercitū hedera coronaſſe exēplo liberi patris.Pro/bus aūt li.iii.Geor.ſcribit:qđ ideo poetis ex hedera corona dať:qa exiſtimať liber eſſe cū muſis. Cū baccare: baccar radicis tantū odoratæ eſt a qbuſdam nardū ruſticū appellatur.Odor ei eſt cinnamomo proximus. ea auxiliatur contra ſerpentes.capitis dolores feruoreſque.odor ſomnum gignit.ueſtibus odoris gratia inſeriť Plinius libro uigeſimoprimo cap.ſeptimo:& quadrageſimoprimo. Colocaſia:in ægypto nobiliſſima eſt colocaſia.hanc e nilo metunt.ferebatur in Italia glaucias acria corporis colocaſia leniri putauit: & ſtomachum iuuari.Plinius libro uigeſimoprimo ca.uigeſimonono:& lib.x. Acantho:uide in Palæmone.

Herodas / Baccar / Colocaſia

CHRI. Veſtigia irrita ſoluent terras:ideſt reliquiæ ſcelerum iccirco ſoluent ideſt liberabunt a ppetua formidine terras:qa erūt irrita.i.ad nihilum reducta. Pacatū:proprie pacare eſt cū ex bello aut tumultu aut alia

Pacare

turbulentia ad pacem tranquillitatemq; rem reducimus. Hederas:de hederis alibi dicetur. Baccare:baccaris ait Plinius.Quia radicis odoratæ eſt quidam nardum ruſticum appellauere. Vnguenta ex eius radice fieri ſolita apud antiquos.Ariſtophanes comicus teſtis eſt.Odor ei eſt cinamomo proximus:& paulo iſra.Eorum error corrigendus:qui baccar nardum ruſticum appellauere.Eſt enim alia herba ſic cognominata:quã græci aſaron uocant. Diaſcorides ait quod aliqui perſam uocant in medicinæ uſu eſt.Veſtibus odoris gratia miſcetur.& poſt ſtatim de aſaron ſubiungit:quod alibi ab eo uocatur baccaris. Colocaſia:ait Plinius quam aliqui ciamon:ideſt fabam dicunt:in ægypto nobiliſſima.Hanc ex Nilo metunt caule cum coctus eſt harenoſa in madendo. Thyrſo autem qui inter folia emicat ſpectabili foliis latiſſimis. Diaſcorides Fabam ægyptiacam appellat:arabice culcas dicitur. Acantho: Eſt acanthus arbor in ægypto ſemper frondens ſic dicta quod ſpinis abundat.Nam.ακανθοσ ſpina eſt.Vnde acanthis luce dicitur alba ſpina.

Occidet:aſſyrium uulgo naſcetur amomum.
Ac ſimul heroum laudes & facta parentis
Iam legere:& q̃ ſit poteris cognoſcere uirtus.
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus uua.
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella:
Pauca tamen ſuberũt priſcæ ueſtigia fraudis.
Quæ tẽtare tethym ratibus:q̃ cingere muris
Oppida:quæ iubeãt telluri infindere ſulcos.
Alter erit tũ typhis:& altera quæ uehat argo
Delectos heroas:erunt etiam altera bella.
Atq; iterũ ad troiam magnus mittet̃ achilles.
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.

SER. Amomum:herba ſuauiſſimi odoris q̃ tantum in Aſſyria naſcitur. Heroum laudes & facta parentis:Epexegeſis:ſed melius eſt uirtutes parẽtis:quæ erunt heroum laudes. Poteris cognoſcere:acceſſu.n. ætatis quanta ſit uirtus:& cuius gloriæ cognoſcitur. Suberunt:erunt ſed latenter. Priſcæ:ut ſua tempora excuſet. Quæ tentare thetim ratibus quæ cingere muris A ſequentibus oſtendit antecedentia quæ uita uit quaſi laudi icongrua Per nauigationem uero auaritiam:per muros bella intelligimus:per agriculturã famis timorem. Typhis: per hunc omnes nautas: p argos omnem nauem:per troiã omnẽ urbem:& omnem uiꝝ forte p Achillẽ.Videt̃ tamen locus dictus p αποκαταστασιν ideſt p omniũ rerũ uolubilitatẽ ex ſyderum ratione uenientem:ut ſupra diximus.

AN.M. Amomum:diximus ibidem. Fallax:fallit enim ignaros. Parentis:ideſt Pollionis:de quo ſæpenumero meminit Appianus ſcripſit item hiſtorias & tragœdias ut dictum eſt. Virtus:uirtus eſt uitium fugere inquit Horatius:uirtus eſt nihil aliud q̃ in ſe perfecta & ad ſummum producta natura. Tul. libro primo de legibus Virtus eſt affectio animi conſtans conueniensq;:laudabiles efficiens eos in quibus ieſt.Tul. li.iiii.tuſ.Legito item Apuleium in li.de pbiloſophia. Molli ariſta:mollem appellat:quia non dura ſed fragilis eſt. Flaueſcet:ſplendebit flauus fiet matureſcente ſegete:hinc ait paulatim.Eſt autem flauus color ex uiridi:& ruffo & albo concretus.lege Gel.libro ſecundo. Roſcida mella:uenit enim mel ex aere:& maxime ſiderum ex ortu.Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſida iueniuntur Plinius libro undecimo de quo latius legito lib. Georgico.iiii. Thetim:pro mari poſuit.fuit enim thetis achillis mater nerei filia. Tẽtare:auaritiæ uidelicet cauſa. Oppida:Cæſar libro quĩto de bel.gallico ſcribit:ꝙ oppidum Britanni uocant: quum ſyluas impeditas uallo atq; foſſa munierunt: quo incurſionis hoſtiũ uitandæ cã cõuenire cõſueuerat. unde tamen dicat̃ lege Feſtũ:nam:ꝑ caſtello ponit̃. Cingere muris:hoſtiũ metu. Alter erit tũ Typhis:Finito anno mũdano ſeu uertenti:q in ſe cõtinet quindecĩ ſolariũ annoꝝ milia:ut phyſici uolunt:oĩa reiterabuntur.de quo late Mac.libro ſecundo de ſom.& Tul.in libro de.n.d.ſcribit.ꝙ ſecundũ mathematicos magnus annus tũ efficit̃:quũ ſolis & lunæ & quinq; errantiũ:ad eandẽ inter ſe comparationẽ confectis oĩum ſpatiis ẽ facta cõuerſio.quæ q̃ longa ſit.magna queſtio eſt:eſſe uero certam & definitam neceſſe eſt &c. Typhis:is primus inuenit amminicula gubernandi:ut Pli.ſcribit:fuitq; in argo naui magiſter.hinc ait ille:Typhis ĩ æmonia puppe magiſter erat. Argo:Iaſon Aeſonis filius:ac Peliæ theſſaloꝝ Regis nepos:ut in Colchos iret,ꝑ aureo uellere rapiẽdo iuxta pelion nauĩ ædificauit:magnitudĩe atq; apparatu lõge maiori q̃ prius fierẽt.erat.n. antea paruaꝝ nauicularꝝ uſus:Iaſon poſtea optĩos coꝝ q ſecũ ire appetebãt:elegit numero q̃ttuor & quinq̃gĩta.Naui argo dicta ẽ ab argo eius architecto: ut alii ſcribũt ab eius uelocitate:quã antiq argon appellabãt:auctor ẽ Diodorus libro quinto. Hinc ubi:q̃uis Saloninus dũ hæc poeta ſcriberet mortuus eſſet: attamen uti dixi tanq̃ uicturo in Pollionis gratiam hæc futura dicebat. Cedet mari:nulla enim erit amplius auaritia.

CHRI. Amomum:herba odoratiſſima:cuius frutex ſimilis ẽ botruo:ramulos habet ſiccos & duros uitgulis aſſimiles. Ex thyrſo botruoſo ſemen redolens: & ſibi conexum florẽ album uelut uiolæ folia brioniæ ſimilia habet.Brionia uero uitis alba eſt.Triplex autem inuenitur armenicum quod cæteris ꝑſtat auroſi coloris uel fului:odoris boni.Secundum medicum.Tertium ponticum:Plinius autem dicit.Amomi uua ĩ uſu eſt indica uite labruſca ut aliqui exiſtimauere frutice uenenoſo palmi altitudine.Carpiturq; cum radice manipulatim leuiter componitur protinus fragile laudat̃ quã maxime punici mali foliis ſimile:nec rugoſis colore ruffo.Secũda bonitas eſt pallido:herbaceum peius:peſſimum candidum:quod uetuſtate euenit:pretium uuæ in libras ſicli.lxx. Naſcitur Mocene: quæ pars Armeniæ eſt:& in media & in Ponto. Adulteratur foliis punicis & gumi liquido ut cohereat:conuoluatque ſe in uuæ modum ſimile illi & nomine & frutice.cardamonium. Heroum:heros quid ſit dicemus in æneide. Flaueſcet campus ariſta:quaſi dicat ſua ſponte naſcetur ariſta.Ariſta,ꝑ ſpica Cæteꝝ ariſtæ ſunt tenues illæ uirgulæ & aſperæ quæ ſurgunt in ſpica ab ariditate dictæ. Incultis pendebit.ſ.uuæ.Eadem ſententia q̃ & in ſuperioribus ut ubique omnia ſua ſponte naſcan/

tur Rubens:ut oſtendat quod non ſolū producet̃ uua:ſed etiam matureſcet. Thetim: hæc uxor eſt Ocea/
ni Thetis uero mater achillis. Aquarum enim effectiua uis oceanum dixerunt priſci:cuius ſymbolū thetis ē.
Vis aquæ porabilis.achelous. Marinæ neptunus.quæ inquantum gignere poteſt amphitrites dicitur. Ty/ Ty/
phis magiſter fuit eius nauis qua Iaſon & reliqui delecti ex Græcia heroes in cholchos ad uelus aureum naui phis
garunt. Appellata autem eſt argo a uelocitate:Δρυοσ enim uelox ē. Vnde Homerus:κυνάσ αργουϛ:ideſt ca Argo
nes ueloces dixit. Hanc autem fuiſſe primā nauē longā:& iuentam a IaſonePhiloſtephanus auctor eſt. Quā/
uis Aegeſias Parthalo:Creſias Samytæ Stephanus Semyramidi Arcthimacus Aegoni hoc iuētū aſcribat.

Cedet & ipſe mari uector nec nautica pinus.
Mutabit merces:omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus:non uinea falcē.
Robuſtus quoq; iā tauris iuga ſoluet arator
Nec uarios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice iam crocco mutabit uellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos
Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine parcæ.
Aggredere o magnos aderit iā tēpus honores

SER. Cedet mari: Nam ſi mercimoni cā nauigat̃
ceſſabit oīo cum omnis tellus feret omnia. Mentiri:
nā tincta oſtendit colorē non ſuū. Murice:coclea un
de tingitur purpura. Mutabit uellera:per naturam
accipiet alios colores. Luto:colore rubicūdo & ē hy/
ppallage pro croco luteo. Nam crocum lutei coloris Crocū
eſt unde lutea pellis. Sandix:herba de qua eſt ſandici Sādix
nus color. Cōcordes ſtabili:nam qđ una dixerit duæ
ſequunt̃:& fixa ſunt ſtatuta fatorum. Horati. Quod
ſemel dictū ſtabiliſq; rerum terminus ſeruet.

AN.M. Vector:q naui uehitur. Mutabit merces:
quod nautæ lucri cauſa facere ſolent:cum non ubiq;
eadem ſint. Mētiri colores:nam cum alba ſit accipi/
endo diuerſum colorem mentitur illum cum nō ſit
natiuus.inficere autem lanas ſordibus Lydi primi in
uenere.ut ſcribit Plinius libro ſeptimo. Ipſe ſed ī pra/
tis artes &c. Quum poeta hoc loco loqueretur de filio Pollionis id quod ad prīcipem ſummum ſpectaret ad
iecit:ipſe ſed in pratis &c. Traditur enim in libro hetruſcorum:Si hoc animal inſolito colore fuerit indutum
portendi Imperatori rerum omnium cum fœlicitate largitatem. Eſt ſuper hoc liber tarquinii trāſcriptus ex
oſtentario tuſco:ibi reperitur:Purpureo aureo ue colore ouis aries ue:ſi aſpergetur prīcipi ordinis & generis
ſumma cum fœlicitate largitatem auget genus:progeniem properagat in claritate:lætioremq; efficit.huiuſ/
modi igitur ſtatum Imperatori in tranſitu uaticinatur.hæc ex Macrobio libro tertio ſat. Iā:ideſt tunc. Sua
ue:pro ſuauiter. Murice:murex piſcis eſt:firmiori teſta circundatus.e cuius ſanguine lana tigitur.de quo la/ Mu/
te Plinius libro nono. Crocco luto:ruffo colore:luteus enim color ruffus dilucidior eſt:a luce dictus:ut gel/ rex
lius ſcribit.de quo etiam in Alexi. Sandix:ea in holere ſylueſtri a græcis ponitur.decoctæ ſuccus prodeſt ſto
macho.fatigato uenere corpori ſuccurrit:ut Plinius tradit libro decimoſecundo.libro etiam trigeſimoquin
to.dicit quod ſi Sandaraca torreatur:æqua parte rubrica ad mixta:ſandicem facit:q̃q̃ animaduertat Virgiliū
hic herbā exiſtimaſſe. Talia ſæcla ſuis:hic uerſus Varii de morte erat:ut ſcribit Macrobius libro ſexto. Cō/
cordes parcæ:Eæ tres ſūt Homero teſte Coltho:Lacheſis Atropos. Colto fert colum. Lacheſis filat. Atropos
incidit. Coltho uerbum circumuolo ſignificat. Lacheſis a lachos dicitur:quod ē ſors:nobis enim ſortitur ui/
tæ terminum. Atropos autem immutabilis:uel ſine conuerſione:eo quod omne natum ubi in terminum
ſibi ſtatutum ueniſſe cognouerit demergat ī mortem. Parcæ:uero dictæ ſunt a partu littera immutata : q̃ſi Parcæ
partæ ut Varro uoluit Gellio referente libro tertio ca.decimoſexto. Naſcentibus enim bonum & malum ho
minibus conferunt:ut Heſiodus ſcripſit. Stabili numine fatorum:ideſt immutabili iuſſu uoluntate & lege
deorum. Eſt enim fatum ut Plato dixit:uoluntas & iuſſio dei.hinc Lucanus.ait libro quinto. Siue canit fatū
ſeu quod iubet illo canendo Fit fatum. Chryſippus autem auctore gellio libro ſexto ca.ſecundo dixit fatū eē
ſempiternam quandam & indeclinabilem rerum ſeriem. Cicero libro primo de diuinatiōe ſic ait:Fatum au
tem id appello: qđ græci hemarmenen:ideſt ordinem ſeriemq; cauſarum:cum cauſa cauſam ex ſe gignat.ea
eſt ex omni æternitate fluēs ueritas ſempiterna. Fuſis:uerſando etenim pollice fuſos fata conſtituunt. Ag/
gredere:adi:uertit autem hic ſermonem ad auguſtum. Magnos honores:diuinos intelligit. Vnde ait Hora
tius epiſtola Prima ſecundi uoluminis ad Auguſtum:Romulus & Liber pater & cum Caſtore Pollux : poſt
ingentia:facta deorum in templa recepti.& infra paulum. Præſenti tibi maturos largimur honores. Iuran/
daſq; tuum:per nomen ponimus aras. Nil oriturum alias:nil ortum tale fatentes. Si uero de Pollionis filio
intelligeres:Licet mortuo ut diximus:tunc magnos honores conſulatus expone. Nam ſi de imperio intelli/
geres. Auguſto interitum portenderet:melius tamen de Auguſto intelligemus.

CHRI. Tauris:robuſtis iuuencis. Nam tauri cum ſemper ſint indomiti inutiles ſunt aratro. Lana:A le/ Lana
nitate:ideſt a mollitudine ſua dicitur hinc lanugo primi pili in barba:quia cæteris ſint molliores: & in non/
nullis pomis ut ſunt cydonia:lanuginem dicimus. Eſtq; ī ſola oue lana. Nam cæteræ quadrupedes pilos aut
ſetas habent. Inuenitur etiam lanitium. Sic ī Georgi. Si tibi lanitium ſit curæ:ut epiſtola & epiſtolium. Nam
Catullus epiſtollium dixit. Suaue rubenti:Ideo dixit quia in libro Tarquitii ex oſtentario tuſco ita legitur:
Purpureo aureo ue colore ouis aries:ue ſi aſpergitur principi ordinis & generis ſumma cum fœlicitate largi/
tatem auget.genus progeniem propagat in claritate:lætioremque efficit:Hunc igitur auguſto tranſitu ſtatū
uaticinatur. Sponte ſua:Quia color ſandicinus connaturalis erit ut in lana ad hunc non tonſa. Sandix:Ait Sādi
Diaſcorides: olus agreſte quod facile comedi poteſt. Virtus eſt ei ſtiptica:Inuenitur etiam pro auripigmento
uſto. Plinius autem inquit In olere ſilueſtri ſandix a græcis ponitur.

SER. Incrementū:Nutrimentū:& ē uulgare qđ carmini bucolico ſeruit. Nutantē:nutat p̄ſentibus ma/lis:Lætus ē bōis futuris. Cōuexo:curuo:iclinato. O utinā:optat frui lōgiſſima uita:& hēre tātū ſpiritus q̄tū poſſit ſufficere ad tuæ uirtutis cōmemorationē. Nō me car.non p arrogantiā dicit:ſed demōſtrat tantā eſſe materiā ſuæ laudis:ut etiā humile ingeniū i ea ſupra oēs poſſit excellere. Lino: corripit̄ prima in noie,pprio longat̄ cū ē linū ex quo ſit filū. Pan:Redit ad numina ruſtica.Nā ſatis exceſſerat dicēdo. Linū poetā:Orpheū theologū. Archadia:q̄ ei fauet:qa ibi colit̄. Riſu:mādat ad id qđ factū ē:& naturaliter oſtēdit q̄ ſicut maiores ſermōe cognoſcunt̄:ita īfantes riſu ſe idicāt agnoſcere.Ergo icipe parētibus arridere & ſpe bonis omnis detrahe ſolicitudinem: ut & ipſi tibi arrideant.

Chara deū ſoboles magnū iouis incrementū.
Aſpice conuexo nutantem pōdere mundum:
Terraſq; tractuſq; maris : cælūq; ,pfundum.
Aſpice uenturo lætentur ut omnia ſæclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta:
Nō me carminib9 uicet nec thracius orpheus
Nec linus:hic mater q̄uis:atq; huic pr̄ adſit
Orphi calliopeia:lino formoſus apollo.
Pan deus arcadia mecum ſi iudice certet.
Pan etiam arcadia dicet ſe iudice uictum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:

AN.M. Magnū iouis icrementū:Creſcit.n. deoꝝ numerus p auguſtū:quem deum ſobolem appellat: propter Aeneam Romulum & Iuliū inter deos rela/tos.Si tamen de Pollionis filio accipis:Iouis incremē/tum ait:quia ſuperius de eo dixerat:Iam noua progenies cælo demittitur alto. Conuexo:Cōuexum ē ex omni parte declinatum:qualis ē natura cæli:qđ ex oī parte ad terrā uerſus declinatum eſt:Feſtus id ſcribit. Mundū:Mūdus appellatur cælū:terra: mare:& aer: ut ſcribit Feſtus.hic tamen p cælo tantū accipitur: nā cælū uere mūdus uocatur:ut Macrobius li.i.de ſom. inqt.Mundus eſt deoꝝ domus ait Euripides. Nutā tem mundum:Id lætitia potius futuri ſæculi agi credideri q̄ præſentibus malis.Vnde more ſuo ſequenti carmine illud idē aperuit dicens. Aſpice uēturo lætētur ut oīa ſæclo &c.qđ autem oīa ſimul & triſtarentur lætarentur : ut hic eſſet:nullo pacto cōuenire uidetur Lætitia autem motari etiam inanimata idem Maro in Sileno oſtendit:ait enim:Tū uero ī numeꝝ faunoſq; feraſq; uideres Ludere:tum rigidas motare cacumina quercus. Conuexo pondere:conuexum pōdus intelligit ipſius cæli orbem & machinam. Cælumq; profundum:aera hic accipimus. Vnde Plinius libro ſecundo ſic ait: Nanque & hoc cælum appellauere maiores quod alio nomine aera ifra lunam hæc ſedes.multoq; inferior.merito igitur de aere cælum profundum ait. Venturo ſæclo:Id autem iam deſcripſit. O mihi:optat ſibi longiorem uita:quo Auguſti laudes cantare queat. Eſt aūt ordo:O maneat mihi ultīa ps uitæ tā lōga:& maneat Spūs tā lōgus:q̄tū ſat erit dicere tua facta.Dicēdo āt Spūs qđ ſit uita declarat p epexegeſin. Maneat:futura ſit. Pars ultima:meta & terminus. Orpheus:Thrax genere filius Oeagri:doctrīa:melodia q̄ ac poeſi exceſſit omnes:quorum extet memoria.Etenim poema mirandum edidit:& ſuauitate cantus feras ēt ad ſe audiendum alliciebat:auctor eſt Diodorus libro quinto. Linus:hic primus citharam īuenit:ut alii dicunt Orphæus:auctor Plinius.Fuit autem Linus teſte Hermodoro Platonico Mercurii ex muſa Vrania filius:& Thebis genitus.Virgilius autem Appollinis filium dicit.Scripſitq; teſte eodem Hermodoro mūdi generationem:ſolis item & lunæ curſus:animaliumq; & fructuum generationes.atq; in primo ſui operis carmina cuncta ſimul nata dixit. Adſit:faueat. Orphi:datiuus eſt græcus:nam latinus eſt orpheo:de quo etiā Phocas & Priſcianus. Pan etiam:de hoc in Alexi dictum eſt:quod fiſtulam primus inuenerit. Redit autem ad ruſtica numina:ne penitus uideretur bucolici carminis modum exceſſiſſe. Arcadia iudice:hoc ait.quoniam hunc deum Arcades colunt.de qua multa Macrobius libro primo.ſat.eſt & ibi mons Lycæus in quo Iouis Lycei delubrum:quem & pana uolunt eſſe. De arcadia autem plene legito Strabo. libro octauo. Incipe parue puer:ad Saloninum reuertitur:exhortans illum ut matri arrideat:ſic enim lætitia ducta mater labores omnes & tedia decem mēſium obliuiſcetur : eritq; etiam omne optimum.Scribit Plinius libro ſeptimo ca. decimoſeptimo.riſiſſe eodem die quo genitus eſſet.unum accepimus hominem zoroaſtren:eidem cerebrū ita palpitaſſe ut impoſitam repelleret manum futuræ præſagio ſcientiæ. Riſu cognoſcere matrem:ſolent.n. infantes uiſa & cognita matre ridere:ille autem nec cognouit nec riſit unq̄:quoniā paulo poſt ortū obiit.

CHRI. Iouis incrementū:Spōdaicus uerſus incrementū Iouis dixit quoniā imperiū magnū adminiſtrabat.Quod qdam ſecūdū mathematicos a Ioue ē.Vnde Homerus Διοτροφιας βασιληας dixit.Orpheus. Theologus priſcæ theologiæ fuit.quā quidē rem hymni ſui indicant:Huius theologiæ pīceps fuit Mercurius trimegiſtrus.Mercurii uero ſectator fuit Orphæus.Orphei ſacris imitatus eſt Aglaophænus.Aglaophæni Pythagoras.Pythagoræ auditor:fuit Philolaus.Philolaū āt audiuit Plato. Sed redeo ad orphea.Hic.n. orgya ab ægyptiis accepta ad græcos trāſtulit.q̄ ab eo Orphica dicta ſunt.& fretus obſcuritate antiquitatis omnia q̄ de Baccho thebano ex thæbe egyptiaca ferebātur quoniam Cadmeis amicus eſſet ad Bacchum thebanū ex boetia trāſtulit.Cuius cū tanta uis i poetica fuiſſet:ut aut effrenatos:aut ſtolidos ſtupidoſq; homines ad mitiorem cultum traduceret dictus eſt tygres leoneſq; demulcere potuiſſe:& ſyluas mouiſſe:Extant ergo ut diximus hymni eius profunda primæ theologiæ doctrina refecti: & mira ſuauitate grauitateq; inſignes . Dicunt fuiſſe unum ex argonautis & atrocē tempeſtatem in quam inciderant ſuis ſacris auertiſſe.Voluīt Cytheronem Boetiæ montē quoniā ibi in ſacris crebrius caneret:a ſua cythara nomē ſūpſiſſe. Scribit Pli. auguria q̄ prius exauibus tātū ſumerent̄:ex reliqs quoq; alantibus ſumi poſſe Orpheū demōſtraſſe: Verꝫ cū i Thracia iſtituiſſet ut i ſacris bacchi uiri a mulieribus abſtierēt:ratæ illæ id i eaꝝ cōtēptū eē iſtitutū facto agmīe hōiē

nil tale timēté iuaſere atq₃ lacerauere. Pleriq₃ tamē teſte Laertio Diogene illū fulmīe ictū piſſe affirmarūt. qđ ét epigráma i dio m ‹ce›dõe ſculptū teſtať: qđ ē huiuſmõi ϑρηικα χρυσολυρη ντηδ᾽ ορφεα μουσαι εθαψανον κτανεν υψιμεδων ζευς ψολοεντι βελει. q₃ ſic latīe dicemus: Orphea chryſolirā muſæ hic poſuere poetā: Fulmīe quē ſtrauit Iuppiter alta regēs. Linus át thebãus poeta fuit Apollinis ſecūdū eos quos: nūc poeta ſeqť filius. Diogenes uero refert illū a Mecurio ex Vrania nympha gēitū fuiſſe: & ab Appollīe ſagitta trāſ ixū piſſe: cū iā mūdi generationē & ſolis lunæq₃ curſū & aīmantiū fructuūq₃ originē ſcripſiſſet. Hic ī pricipio poematis dixit omnia ſimul fuiſſe: quem ſecutus Anaxagoras omnia ſimul nata eſſe dixit Plutar. in lib. de muſica cum dixiſſet artem cytharedicā primū Amphionē a Ioue didiciſſe: addit eodē tpe Linū thebanū lugubres uerſus ceciniſſe. Pli. ubi de inuentoribus ſcribit: ponit etiā alios q Cytharæ inuentionē Amphioni: alios qui Orpheo: alios uero qui Lino tribuant. Orphi. datiuus græcus p dtõ latino. Nā orphei in dtõ & p ſynereſim ορφει Linus

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes
Incipe parue puer: cui non riſere parentes
Nec deus hūc mēſa: dea nec dignata cubili ē.
Argumētū æglogæ. v. q̄ dicit' Daphnis
Daphnis interitū Mopſus recinēte Menalca
Carminibus deflet: poſt hæc ſe munere donãt

SER. Matri: cuī decē mēſes attulerūt lōga faſtidia alii abſtulerint legunt: ut ſit ſenſus: Si riſeris abſtulerint matri tuæ decē mēſes lōga faſtidia. Nec deus. h. d. d. cubili: Sicut Vulcano cōtigit q cū pp deformitatē minime ſibi Iuno arriſiſſet: a Ioue pcipitatus ē i Lemnū iſulam: illic nutritus: & cū Ioui fulmīa fabricaſſet: nō ē admiſſus ad epulas deoɋ poſtea cum rogaret: ut uel Mineruæ cōiugiū ſortireť ſpretus ab ea ē. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos per conuiuium numinum aut per coniunctionem uenitur dearum. Hic Iunoni agit Aeolus gratias q p eius beneficiū diuinos honores meruit. Vt tu das epulis accūbere diuū.

AN. M. Tulerint: abſtulerint ſi riſeris: nam uitæ longioris omne eſſet. Decem menſes gignitur homo ī certo ſpatio: alius ſeptimo menſe: alius octauo: & uſq₃ ad initia decimi: undecimiq₃. Inuenta etiā q̄ & mēſibus xiii. partū tulerit: auctor Pli. li. vii. gellius itē plurima libro. xii. ca. xvi. Incipe parue puer: ordo ē. Incipe parue puer: riſu cognoſcere matrē. Incipe parue puer: matri decē menſes tulerint longa faſtidia. Cui nō riſere parētes: ordo ē: hūc. c. n. r. p. nec deus ē dignatus mēſa: nec dea ē dignata cubili. In oībus fere textibꝫ cui legiť Quītilia. tamē li. ix. ubi de figuris uerboɋ meminit qui p q nō cui per c hoc ī loco legendū: innuit. ait enī ſic: Eſt figura & in numero: uel quū ſingulari pluralis ſubiungitur: gladio pugnaciſſima gens Romani: gens enim ex multis. Vel ex diuerſo. Qui non riſere parentes nec deus hūc menſa: dea nec dignata cubili eſt. Ex illis enim qui non riſere hic quem nō dignata. Ordo igitur talis erit: O parentes hunc ex illis qui non riſere: nec deus eſt dignatus menſa: nec dea eſt dignata cubili. Quibus uerbis innuit Maro illum eſſe defunctū. cuiq₃. n. ſuus deus & ſua dea uitæ pſides dantur: hoc eſt ſuus genius ſuaq₃ Iuno menſa autē genio conuenit: Iunoni lectus ſed horū neutro ille potitus ē: ergo obire coactus. pueris át nobilibus editis: ī atrio Iunonis luciæ lectus ponebať Herculis mēſura: & Seneca epiſtola. ii. lib. xx. ſcribit maiores nr̄os ſingulis & geniū & Iunonem dediſſe.

Decoquit Neuius uxorē ducere ſi muſta ē. Decoquit:coquendo minuit.Id.n. eſt decoquere. Vnde decoquere dicunt̄ mercatores:quando rationes ſuas uehementer minuūt:ut fidē fallāt. Humorē:q̄ i uino aqueus ē Nā q̄ i muſto ſit aqua ſic probat̄ ut ait Macro.q̄a uetuſtate fit mēſura minus:ſed ui ac robore acrius.Ex decoctiōe fit defrutū:ac ſi magis decoquatur trāſit in ſapā:Nā paſſum ē id uinū dulce:quod fit ex uuis paſſis.Patiuntur enim uuæ cum adhuc in uite pendentes tortis de induſtria pediculis botrionis cū iā eas ſuccus q̄ a uite prouēit deficiūt langueſcūt atq; in rugas cōtrahunt̄.Faciebāt p̄terea paſſū ex uua quā græci ſticā uocāt nos apiciná. Vuæ enim ī uite diutius ſole adurunt̄ aut oleo feruēte. Alii ſiccāt ī ſole uuas expāſas:donec paulo amplius dimidium pōdus ſuperſit.Poſtea aridū acinū in dolium coniiciunt:inde muſtū iferūt ut grana ſubmerſa ſint: quod
Ignauus ubi cōbiberit ſeq; impleuerint p̄lio p̄muntur. Ignaua:ab effectu.i.q̄ colonos ignauos.i. pigros facit. Eſt enī ignauus ab eo quod ē nauus & in priuatiua dictione:& mutatur in g euphoniæ cauſa.Nauum enim proprie dicimus celerem & uehementem in rebus agendis dictum a nauium uelocitate. Hinc dicimus nauare ideſt
nauus ſtrenue perficere. Cicero in Verrem:Nauus & pudens & probus filius eſſet.Item ī epiſtola ad Torquatū. Sed
Nauat quia nemo ē adeo afflictus q̄ ſi nihil aliud ſtudeat niſi id quod agit : Poſſit nauare aliquid & efficere.itē.p.M.
Genialis Celio:Si me audiant:nauēt aliā operā aliā ineant gratiā in aliis ſe rebus oſtentent. Genialis:recte a Seruio exponitur uoluptuoſus a Genio.Cui īdulgere dicimus quotiés uoluptatē q̄rimus.Ou.Enodis abies curuatq; glandibus ilex: Et plantanus genialis acerque coloribus impar. Alii a gignendo dictum uolunt: & aparatum omnem nuptiarum genialem apellant quia nuptiæ gignendi cauſa inſtitutæ ſint. Ouidius de arte amandi. Ducuntur raptæ genialis turba puellæ.Et potuit multas ipſe decere timor. Glandes:in quercu:ilice:aeſculo
Bacca cerro & robore.Nuces eorum ſunt quorum cortex durior & magis ligneus eſt ut in iuglande: & mygdalo: i
Acius corilio.Bacæ ſunt oleæ:lauri:corni:& huiuſmodi. Acini uero uuæ:hebuli:ſambuci:mali punici: & ſimilium
Poma dicuntur.Poma poſtremo mala pira:& talia.

SER. Auritos lepores: Maiores aures habentes. Hora. aliter ait: Doctū & auritas fidibus canoris ducere quercus: ſenſum audiendi habentes. Balearis: fundæ hiſpanicæ a balearibus inſulis Hiſpaniæ ubi inuenta eſt funda. Quid tēpeſtates autumni & autūnali tēpore fiunt tempeſtates: quando nec plena æſtas eſt nec plena hyems Vnde mediū & confine utriuſq; temporis ex coniunctione contrariaꝝ reꝝ tēpeſtates efficit. Sane ſciē dum ultimas partes tā autumni q̄ ueris ſignificare quibus ſunt procellæ: quod de autūno hic indicat uerſus. Atq; ubi iā breuiorq; dies & molior æſtas. De uere hic. Spicea iam campis cū meſſis inhorruit. Deinde ait. Ruit: ideſt pcipitatur in finem. Vigilanda uiris: Vigilanter prouidenda. Spicea meſſis: Spicos de maturis frugibus abuſiue dicimus: nā proprie eſt ſpicus quū p culmi folliculū. i. extremum tumorem ariſtæ adhuc tenues in modū ſpiculæ eminent. Inhorruit: intremiſcit. Fruméta lactentia: adhuc tenuia & lactis plena. Sane ſciendū Varronē in libri diuinaꝝ rerum dicere Lactantem deum eſſe qui ſe infundit ſegetibus: & eas facit lacteſcere. Et ſciendū iter lactātem & lactentem hoc ītereſſe: q; lactans eſt qui lac pbet: lactens cui lac p bet. Stringeret: ſecaret: ut Hic ubi dēſas agricolæ ſtrigunt frondes. Omnia uentoꝝ cōcurrere inter ſe: ut Mutati tranuerſa fremunt. Sublimē expulſam eruerent. i. per ſublime portarent erutam ſegetē. Turbine nigro: tempeſtate noxia Hora. Hic niger eſt: hunc tu romane caueto. Culmūq; leuē: Culmus ē ipſe calamus. Stipulæ uero folia q̄ ambiunt culmū. Agmē aquarū: Impetus: ut leni fluit agmine thybris. Eſt aūt hic ecbaſis poetica ad deſcribendam tempeſtatem. Spicus Lactāſ Lactēs Culmus Stipula

Auritoſq; ſequi lepores: tum figere damas:
Stupea torquentur balearis uerbera fundæ.
Quū nix alta iacet: glaciē quū flumia trudūt
Quid tempeſtates autumni & ſydera dicā:
Atq; ubi iam breuiorq; dies & mellior æſtas
Quæ uigilāda uiris. uel quū ruit ibriſeꝝ uer
Spicea iā cāpis quū meſſis inhorruit. & quū
Frumenta in uiridi ſtipula lactantia turgent:
Sæpe ego quū flauis meſſorē induceret aruis
Agricola & fragili iā ſtrigeret hordea culmo
Omnia uentorum concurrere prælia uidi:
Quæ grauidā late ſegetē ab radicibus imis
Sublime expulſā eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyēs culmūq; leuē ſtipulaſq; uolantes.
Sæpe ēt immēſum cœlo uenit agmen aquaꝝ
Et fœdam glomerāt tēpeſtatē imbribus atris

AN. M. Auritos: auritus a magnis auribus dr: alias ab audiendi facultate: ut ſcribit Feſtus. Damas: de his uideto ægloga. viii. Balearis fundæ: baleares inſulæ in hiſpania a græcis dictæ a fundaꝝ iactu: quibus homines maxime utebantur auctor eſt Diony. Ballo autem iacio denotat: hinc balearis remoto l unico Florus āt li. iii. de balearibus inquit: tribus quiſq; fundis pliatur: certos eſſe quis miretur ictus: cum hæc ſola gentia arma ſint id unū ab infantia ſtudiū: cibū puer a matre non accipit: niſi quem ipſa monſtrāte pcuſſit. Quid tempeſtates autū. oſtendit qualibet anni parte fieri tēpeſtates propterea cognoſcendas ne nimis obeſſe poſſint Sydera: quæ ſcilicet tempeſtatē producunt ut delphin ſol in uirgine: capra: argo: cētaurus: hædi: corona: uergiliæ: caſſiope: tauri caput &c. de quibus late apud Colu. libro decimoſecundo. ca. ſecundo. Atque ubi iam breuiorque dies: de bruma intelligit: eſt autem ordo: & quid dicam ubi ideſt quando dies breuior eſt: & mollior æſtas ideſt ipſius brumæ calor remiſſior q̄ ſcilicet fuerit in autumno. Vigilanda: uigilandum eſt brumæ tempore ob paruos dies longaſque noctes. Vnde Colu. etiam libro decimoſecundo cap. ſecundo ait. Optimū eſt intra cal. decembris ſementem confeciſſe: ſed etiam longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiicien dum eſt: nam multa ſunt quæ in lucubratione recte aguntur. Inertiſq; agricolæ eſt expectare diei breuitatē. Vel quū ruit: uel quid dicam &c. Imbriferum uer: De uere hudo latius ſuperius dictum eſt. Quum meſſis: uel quid dicam quum meſſis &c. Lactantia: lacte plena dum enim adhuc moleſcūt lacte plena eſſe uidētur ipſa grana. Flauis aruis: propter flaua frumenta dixit. Ventorum: uentus eſt fluctus aeris teſte Plinio li. ſecundo. Quæ grauidam: Ordo ē: quæ uentoꝝ prælia eruerēt ab imis radicibus ſegetē late grauidā ſublime expulſam eruendo enim in altum expelunt. Hyems: uentoꝝ tempeſtas & uiolentia: nam de pluuia iā dicet. Balea res

CHRI. Lepores: Hoꝝ plura ſunt genera: nā & quos cuniculos appellant: inter hos ſcriptores reponūt. In alpibus cādidi gignūtur quibus hibernis menſibus pro cibatu niuē eſſe crediderunt. Certe liqueſcente ea ruteſcunt annis omnibus. Archela. leporibus utranq; uim ſingulis ineſſe ſcribit: ac ſine mare equæ gignere. Lepus ſolus omnium teſte ēt Ari. pter hominē & daſipodem ſupfœtat alium educans: aliū in utero pilis ueſtitū alium implumem: alium inchoatum gerens. Damæ: manſueſcunt raro cum feræ iure dici non poſſint cōplura ſunt nec placida nec fera: ſed mediæ inter utrunq; naturæ: ut hirundines: apes & delphini. Fūdæ baleares: Baleares duæ hiſpanici maris inſulæ ſūt quas īter Tarraconis & Sucrōis maritimam eſſe ſitas contingit De his Philetas ſcribit: Hirta inqt ueſtis & ſordida rarus limbus inuoluit & iūceū ornamētū. Fūdas uero hēnt aut iūceas aut ſetis cōtextas: aut neruis i iis habeāt ſūt aut lōgiores: aut mediocres: aut breuiores ut uolūt ictus aut longiores eſſe aut propinquiores. Pueri ita exercentur ut alioquin ne panis quidem illis exhiberetur niſi funda prius quicq̄ attigiſſent. Viris: hominibus fortibus ideſt a quibus abeſt omnis ſegnitia: & laborum patientes ſunt. Agmē: Magna uis cum impetu. Fœdam: Nō ſolum aſpectu turpem: ſed quæ omnia proſternendo deturpat: uel fœdam crudelem ut ſenſum det rei ſenſu carenti. Grauidam: cuius ſpicæ plenæ ſint. Lepus Baleares

Collectæ ex alto nubes ruit arduus æther:
Et pluuia ingenti ſata læta boumq; labores

SERVI. Collectæ ex alto nubes: ab aquilone q uiq; de alto flat. i. a ſeptentrione: & tempeſtates grauiſſimas facit. Nā auſter humilis eſt. Vt Mundus ut ad ſcythiā riphæaſq; arduus arces: pmitur libiæ deuexus in

Diluit.implétur foſſæ:& caua flumia creſcũt.
Cũ ſonitu:feruetq; fretis ſpirantibus æquor:
Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca
Fulmina molitur dexta:quo maxima motu
Terra tremit:fugere feræ:& mortalia corda
Per gẽtes humilis ſtrauit pauor:ille flagranti
Aut athõ:aut rhodopẽ:aut alta ceraunia telo
Deiicit:ingeminãt auſtri:& déſſimus imber:
Nũc nemora ingẽti uento:nũc littora plãgũt
Hoc metuens cæli menſes & ſydera ſerua:
Friglda ſaturni ſeſe quo ſtella receptet:

auſtros. Ruit arduus æther: Tonitribus percrepat: ut Celiq; ruina. Caua flumina:profunda & alta. Luca. Rutubãq; cauũ. Spirantibus: In motu poſitis: alibi. Qua uada non ſpirant: nec tracta remurmurat unda. Coruſca fulmina: ideſt coruſcantia. Vt Sibila lambebant linguis uibrãtibus ora. Humilis pauor: Qui humiles reddit: ut pallidus morbus: aut atho aut rhodopẽ. Per tranſitũ ſecundum epicureos loquitur q dicũt fulmina nõ iudicio deoꝝ ſed ex nubibus
Athõ fieri. Nã montes quid neceſſe fuerit fulminari? athõ ãt mõs ẽ græciæ: rhodope mons Thraciæ. Aut alta
Ceraunia ceraunia: montes ſũt Epiri: a crebris fulminibus dicti. Plangit: reſonare facit. Al i legunt plangũt. ut ſit nemora & littora plangunt. i. reſonant. Hoc metuens cæli mẽſes & ſydera ſerua. i. xii. ſigna quibus mẽſes cognoſcimus. Sydera ãt uel tẽpeſtates uel planetaꝝ motus. Sciendum ãt: ut diximus de planetis. v. duos eẽ noxios Martẽ & Saturnũ: duos bonos. Iouẽ & Venerẽ Mercurius uero talis eſt qualis ille cui iungitur. Vnde ẽt fingit miniſter eẽ deoꝝ: q coꝝ obtẽpat p̄ẽti. hic ẽ q dicit: In quos cæli orbes erret cyllenius ignis. i. utrũ in ſeptẽtriõalẽ aut i auſtralẽ p̄tẽ iclief: aut cui plãetaꝝ cohæreat: ut q̃litatem Mercurii ex illo poſſis agnoſcere.

AN. M. Collectæ ex alto nu. Exhalat a terra humida caligo: alias uero pp uapores fumida: nubeſq; liquore egreſſo in ſublime: aut ex aere coacto in liquorẽ gignunf: ut ſcribit Pli. li. ii. c. xliii. Ex alto: id dicit quia aſcẽdũt ut patuit i aerea nubes: & ĩde ex alto aquas emittũt. Nec ĩtelligas ab aquilone: nã ut dicit Pli. li. ii. c. xlix. uẽti a ſeptẽtrione reliquos cõpeſcunt & nubes abigũt. Ruit: ruere uidef pp ĩbres: ignes & tonitrua. Fretis ſpi.
Athos æſtibus iſonãtibus. Nimboꝝ: tẽpeſtatũ: ſed cur Ioui fulmina aſſignẽtur uideto Pli. li. ii. c. xx. Athon: ẽ athos Macedoniæ mõs: ut ſcribit Pli. li. iiii. Solinus ãt ait q ẽ athos ſublimis adeo: ut altior æſtimef q̃ unde ĩbres ca
Ceraunia dunt. de Rhodope diximus i Bucolis. Ceraunia: ſunt altiſſimi epiri mõtes: a crebris fulminibus dicti Ceraunos. n. fulmen dicif. Cerauno fulmio. Auſtri: hũidus eſt auſter & p̄cipue Italiæ. Saluberrimus oĩum aquilo:
Ceraunes noxius auſter: noctu auſter ĩterdiu aq̃lo: uehemẽtior Pli. li. ii. c. xlix. Plãgũt: reſonãt. Hoc metuẽs &c. i. tẽpeſtates p̄dictas. Cæli mẽſes. i. primi mobilis ſigna: unde mẽſes ſecũdũ indoꝝ Babylõioruq; dogmata ex ſolis
Ceraunoo ambitu iſtituti ſũt. Hinc ẽt: optime Cice. in li. de. n. d. ait: q lunæ curſus: quia menſa ſpacia cõficiũt mẽſes nominanf. Serua: obſerua. q̃dã. n. ſinguloꝝ huiuſmodi ignea ſunt ĩpreſſiones calidas: cometas: fulmina: & de
Sydus populationes producẽtia: q̃dã terrea terræmotus: ſterilitates & fertilitates annonæq; inopiã aut copiã: q̃dam aerea: uẽtoꝝ rabiẽ ac trãq̃litatẽ: q̃dã aquea inũdatiões aquaꝝ & pluuias generãtia. Et ſydera. i. octauæ ſphæræ imagines: ac eaꝝ ſtellas a quibus imaginibus inequalibus ſecũdũ Caldeoꝝ ſentẽtiã: mẽſes tardi breueſque ut ſupra meminimus determinati ſunt: q̃ ſydera ſimilia opa producũt cũ fulgoribus tonitruis torrentibus ter
Saturni ræmotibus depopulatiõibus uentoꝝ ac pluuiaꝝ tẽpeſtatibus ſeu trãq̃litatibus & aeris ſerenitate. Frigida ſaturni: frigida ait quoniã natura ipſa frigidus ẽ: & accidẽtaliter ſiccus: ac propter retrogradationẽ quã patitur: uti & cæteri planetæ: & ſitus circa ſtellas humidas q̃doq; humidus efficitur: grauiſſimas tẽpeſtates producẽs.

Quo ſe receptet: an in ſigna ignea: terrea uẽ &c. an eſficiaf ſeptẽtrionalis meridionaliſue: an aſcendẽs deſcendẽue: i ecẽtrico uel epicyclo: an directus retrograduſue. an circa imaginẽ octauæ ſphæræ illã uel iſtã: an circa illã uel hanc de ſui natura ſtellã: an ĩ applicatione corporali ſiue aſpectuali ad illũ uel iſtũ planetã exiſtat: an oriatur aut occidat coſmice: cronice: ſeu heliace: an in hoc uel illud tẽplum ſiue domum cæli ſe receptet.

CHRI. Ruit arduus æt. Hæc deſcriptio & cõmiſerationẽ cõmouet: & locũ ipſum crebris p̄ceptis horridiorẽ ſactũ poetico nitore exhilerat. Et quod ĩ re maximũ ẽ auditorẽ ad id quod p̄cepit magnitudine utilitatis propoſita uehemẽter accẽdit. Nõ. n. tãtũ noſcendæ aſtrologiæ laborẽ niſi ut uitef ſummum incommodũ ſubire par eſſet. De turbine ac fulmĩe dicemus ĩ primo æneí. Dẽſiſſimus: qa ex cõdẽſato aere ſit pluuia. Mẽ
Plagerẽ ſes cæli: Qui ex curſu cæleſti fiunt. Plangunt: Proprie plãgere ẽ cũ ex mœrore mulieres corpus tundũt. illa ãt
Saturnus uẽtoꝝ p̄cuſſio i tẽpeſtate illũ mœrorẽ uidef imitari. Saturni: Saturnum cæli & ueſtæ q̃ terra ẽ filiũ dixerũt ideo ãt cæli filiũ: quia ſolemus eos quoꝝ uirtutẽ miramur aut q repẽte ueniũt cælo cecidiſſe dicere. Terræ aũt q ignotis parẽtibus natos filios terræ dicimus: ſed uerius alii putãt eẽ. Saturnus cũ potẽtiſſimus rex eſſet ad memoriã parentum retinẽdã nomina eoꝝ cælo terræq; ĩdidiſſe: ut etiã uidemus & montes & maria & flumina ac uiris nomẽ ſumpſiſſe. In hiſtoria p̄terea ſacra ſcribitur q Saturnus Opẽ in uxorẽ duxit Titan ãt cum regnare uellet erat. n. maior natu frater tamen animaduertens matrẽ ſororeſq; ſuas Saturno fauere: q forma p̄ſtantior eſſet conceſſit: ſed ea lege ne Saturnus prolem maſculinã tolleret: ut regnũ ad ſobolẽ ſuã eſſet rediturũ: ille tamen quattuor liberos clanculũ ſubſtulit iouẽ Neptunũ Plutonem & iunonẽ. Titã ubi hæc cognouit: cũ filiis: qui titani dicunf aduerſus Saturnũ bellũ parat. illũq; atq; opẽ ſororẽ bello captum muro ĩcludit. Quod ẽt affirmat ſibylla inde iuppiter cretẽſiũ manu collecta parẽtes ĩ libertatẽ reſtituit. Sed Saturnus ex oraculo noſcens fore ut a filiis regno pelleretur: ob hocq; ioui iſidias tenderet a ioue regno pulſus ĩ italiã p̄fugit
Latiũ & ubi poſtea Roma fuit latuit: ex q̃ re latiũ illã regionẽ quoniã ibi latuerit appellauit. Receptus ẽ ãt a iano illius regionis rege & cũ agriculturã ab eo eſſet edoctus regni illũ ſociũ aſſũpſit. Et cũ primũ æra ſignaſſet i altera parte ut ait Macro. Saturni effigiẽ i altera nauẽ q̃ uectus erãt exp̄ſſit. Veꝝ cũ inter hæc Saturnus ſubito nõ cõparuiſſet: ianus i eius honoris amplificationẽ oẽm terrã ſuæ ditionis parẽtẽ ſaturniã appellauit: & arã & ſatur

natia illi iſtituit: & ſimulachꝝ eius tāq̄ agriculturæ iuentoris falce iſigniuit. Et quonīā hoc regnāte nemo ſeruiuit: nullūq̄ furtū factū ē in ſaturnalibus oīs licentia ſeruis permittit: & in eius æde ærariū iſtitutū eſt ueluti i illa tutius eē poſſet: atq̄ hæc in hiſtoria. Re. erūt pterea ad phyſicā rōnem & dicūt illū tēpus eē. Vnde grææ cronos appellat̄ remota h ab eo quod ē chronos: quod græce tēpus ſignificat. Vnde uolunt illū uoraſſe filios oēs pter Iouē: Iunonē: Neptunū: & Plutonē: qa tēpus oīa cōſumit quæ corruptibilia ſunt præter quattuor elementa: Iuppiter. n. ignis ē Iuno aer Neptunus aqua: & Pluto terra. Latine āt dicitur Saturnus a ſaturnitate: quoniā omnibus rebus corruptibilibus ſaturatur tēpus. Alii dicūt a ſatu: cuius cā de cælo ē Crediderūt. n. Saturnū cælum eſſe: & opē terrā: cuius ope alimenta humanæ uitæ quærunt̄. Vel ab opere quo fructus frugeſq̄ naſcuntur. Huic deæ: & Saturno Cecropē i Attica primū ars inſtituiſſe Philochorus refert & illos Iouēq̄ pro terra coluiſſe. Inſtituiſſeq̄ ut patreſfamilias frugibus ac fructibus iam pceptis paſſim cū ſeruis ueſcerentur: cū quibus i rure colēdo laborē tollerauerant. Alii Saturnū ſolē eſſe dicūt: quoniā ipſe ē auctor temporum: In Saturni tēpli faſtigio Romani Tritones cū tubis ſculpſere caudis terræ iſertis ſignificātes ꝙ a ſua ætate p oīa deinceps tēpora hiſtoria q̄ prius obſcura erat clara ſit. Patri ſuo Cælio uirilia amputaſſe referunt & in mare piciſſe quoꝝ agitatiōe ſpuma effecta Venerē genuit: quia uis cæleſtis in terrā defluens cauſa eſt generationis. Sin ad ſtellā ipſam Saturnū referimus ipſe eſt ſupremus omnium planetaꝝ. Et quoniā habet ſphærā amplioris circūferentiæ omniū tardiſſimus i curſu ē. In ſingulis. n. ſignis triginta moratur menſes: Eſt planeta oīno maliuolus. Nā ut demōſtrat Ptolæmeus in li. de armonia. Vitā noſtrā pcipue ſol & luna moderat̄. Deinde dicit Iouē & Venerē nobis propitios: Saturnū & Martē ea rōne aduerſos: qa certi ſūt numeri p quos oīa q̄ ſibi cōuenienter iungunt̄: & aptant̄ ſit iugalis cōpetentia: nec quicq̄ pōt alteri niſi p hos nūeros cōuenit̄ poſt hæc longo ordine explicat huiuſmodi numeros ac oſtēdit Iouē & Venerē iteruentu numeroꝝ illoꝝ cū luminibus bene iungi & conſociari alia nullius numeri nexu applicari: & Iouis ſtella ſoli per oēs numeros lunæ per plures. Venerē uero lunæ per oēs: Soli āt p plures iungi: indeq̄ fieri ut q̄uis utraq̄ propitia ſit ſtella propitior tamen ſit Iuppiter. Saturnū āt & aliqua extrema linea ad ſolē martē ad lunā referri: Ideoq̄ minus commodos eſſe planetas demonſtrat. Eſt ergo maliuolus Saturnus & ſiccus & frigidus: quæ duæ q̄litates mortiferæ ſunt eſt nocturnus ponderoſus plus nocet retrogradus q̄ rectus: Vnde fabulæ illi falcē tribuūt: q̄ tūc maxime ſeccat cū reducit: Colore plūbeo eſt. Secundū Ptolæmeū ui producit hominē fuſcū turpē pigꝝ grauē ac triſtē corpore aſpero & qui amet turpia & fœtida: domus Saturni capricornus & aquarius. Dominiū hēt i Libra ſignicat ædificiū doctrinā & locū frigidū. Pigebat̄ āt apud priſcos hō ſenex cāus: prolixa barba: curuus triſtis: pallidus: tecto capite: & q dextra falcē & i eadē ſerpētis imaginē caudā ſuā ore mordētis: ſiniſtra iſantē filiū ori deuoraturus admonebat: iuſta q̄tuor hūc aderāt filii & uxor i formā matrōæ: q̄ manu dextra ſe oibus opē laturā ſignificaret: ſiniſtra panē paupibus porrigeret. Receptet: uſus ē frequētatiuo: quia uelox ē planeta.

Quos ignis cælo cyllenius erret in orbis.

SER. Cyllenius: autem ignis pp ſtellam Mercurialē dicit̄: qa in cylleno monte archadiæ dicit̄ natus eē Mercurius. Frigida ſaturni quo ſe ſe ſtella receptet: ideſt nocens: ut Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis i herba. Iō autem hoc dicit: quia Saturnus deus pluuiaꝝ ē. Vnde etiā primus ſenex fingitur nā ſenes nouimus ſemp eē gelidos hic āt in capricorno facit grauiſſimas pluuias & pcipue in italia unde & Hora. ait: Seu tyrānus heſpiæ capricornus unde: ut in ſcorpio grandines: itē i alio fulmina: in alio uētos. Vnde pcipit nos ſcire debere: in quod ſe ſignū recipiat ſydus Saturni. Sanę perite ait receptet: ut ex frequentatiuo uerbo nobis oſtenderet. Saturnum bis ad unum quodq̄ ſignū reuerti: quod aliæ planetæ minime faciunt ſolus enim eſt qui & lōgius a ſole diſcedat: & bis ad unū quodque ſignū recurrat. Quos ignis cyllenius erret in orbes: Ordo eſt: in quos orbes cæli Erret cyllenius ignis & bene erret. Nam planetæ uocatur απο τησ πλανησ ideſt ab errore. Nam interdum ad auſtrum. interdum ad ſeptētrionem plerunque contra mundum nonnunquam cum mundo feruntur.

Cyllenius

Saturnus

AN. M. Quos ignis cæ. cyl. er. i or. obſerua item ſicuti de Saturno & cæteris erraticis: in quo cæli orbes erret ignis cyllenius ideſt ſtella Mercurius: q inter cæteros tā i motu diuerſus q̄ etiam in impreſſione uarius eſt quoniā conuertibilis eſt nature cui nāq̄ aſſociatur corpore uel aſpectu: illius naturā aſſumit. Quare pcipit Virgilius totius aſtrologiæ peritiā complectens præcipue Mercurium obſeruandum eſſe: qui quidem nimboſas procellas: uentorum rabiem & præcipitantes demittit impreſſiones. Demum per menſes cœli ſigna duedecim primi mobilis: introituſq̄ planetaꝝ i pricipia eorundē & ſitū. Et per ſydera octauæ ſphæræ imagīes ac ſaturni mercuriiq̄ ſydus oīum planetaꝝ iſluētias obſeruare hortat̄ quoniā ex iis pfectū redit̄ uaticiniū pſatas tēpeſtates timentibus. Hæc eadē a Tholopho ſupiori accepimus. Pli. āt li. ii. c. viii. ſic ait. Quod uocant Saturni ſydus ſūmū ē ioq̄ minimū uidet̄: & maximū ambit circulū: annoque. xxx. ad principia ſuæ ſedis regreditur naturæ ē gelidæ & rigentis. Hæc ille. Et Ptolæmeus li. iiii. partiū de Cyllenio inquit: ꝙ ſtellæ Mercurii opus ē in maiori pte deſiccare: & æqualiter umectare: in quibuſdā eteni oris deſicat humores eo ꝙ nuſq̄ a calore ſolis nimis elōgat̄: i qbuſdā uero hūectat: eo ꝙ eius locus ſupeſt lunari ſphæræ: q̄ terræ ꝓpior exiſtit: & i hoꝝ qdē utroq̄ eius alteratio ē feſtina. Vētoꝝ & hic auctor exiſtit: ob hoc ꝙ eius motus circa ſolē citius habetur.

Platæ

CHRI. Cyllenius: de Mercurio in quarto æneidos libro dicemus.

In primis uenerare deos: atq; annua magnæ
Sacra refer cereri lætis operatus in herbis
Extreme ſub caſu hyemis: iam uere ſereno.

SER. In primis uenerare deos: poſt hæc cognita da pcipue operā ſacrificiis: quibus tempeſtates & pluuiæ poſſint repelli. Et mire hoc ſtatim ſubiunxit: qa occurrebat: quid prodeſt tempeſtates futuras uidere & bene ait in primis. Præcipue & ante omnia. Nam

alia neglecta poſſunt habere emendationem. Tempeſtas aduenientis mihi ante prouidentis uniuerſa ſubuertit. Annua ſacra refer Cereri: Anniuerſaria magna: ſicut i ænéide. Annua q̄ dimittere nefas. Lætis operatus i herbis: Aut dás opera conuiuiis: aut poſtq̄ opera cūcta cōpleueris. Molliſſima uina: Carentia aſperitate & defecata. Tibi: i honoré tuū & in tuá gratiá. Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho: cui tu liba de lacte melle & uino Ná ſuperfluū é quod qdá dicūt cōtra religioné dixiſſe Virgilium licere Cereri de uino ſacrificari pontificales náq; hoc non uetant libri quod auté ait Plautus in aulularia cuius ipſi utuntur exemplo: Cereri nuptias facturi eſtis: qa temeti alatú nihil uideo. Non eſt huic loco contrarium. Ná aliud eſt ſacrificiū aliud nuptias Cereri celebrare i quibus re uera uinū adhiberi nefas erat: q̄ Orci nuptiæ dicebanť: quas pſētia ſui pōtifices igenti ſolénitate celebrabát. Alii húc locú aliter accipiūt: ut miti baccho nō ſit ſeptimus caſus ſed datiuus: & duo noía intelligimus Liberi & Ceceris. Ná ſupra quoq; ait: In primis uenerare deos: ut ſit ſenſus cui Cereri & miti baccho fauos lacte dilue ideſt eis ſacrifica melle & uino permixtis. Fœlix ho. ideſt fœcunda & dicit ambaruale ſacrificium. qđ ſæpe de porca fœcunda & grauida fieri conſueuerat.

Tunc agni pingues: & tunc molliſſima uina:
Tū ſomni dulces: dēſæq; in mōtibus umbræ.
Cuncta tibi cererem pubes agreſtis adoret:
Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho.
Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges:
Ois quam chorus & ſocii comitētur ouātes:
Et cererem clamore uocent in tecta: neq; ante
Falcem maturis quiſq̄ ſupponat ariſtis
Quá cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos: & carmina dicat.
Atq; hæc ut certis poſſimus noſcere ſignis
Aeſtuſq; pluuiaſq; & agentis frigora uentos
Ipſe pater ſtatuit quid mēſtrua luna moneret
Quo ſigno caderent auſtri. qđ ſæpe uidētes
Agricolæ propius ſtabulis armenta tenerent
Continuo uentis ſurgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere. & aridus altis

Am/barua/le Sacrificium Cho/rus fragor

Omnis quam chororus: Chorus proprie ē cœtus cantus atq; ſaltatio. Cereré clamore uocent: Inuocét copiá frumentorū. Torta redimitus tempora q̄rcu. i. habens i memoria uictum prioré: a quo Cereris reuocatus eſt benignitate. Ná oli homines glandibus ueſcebanť. Det motus incompoſitos: ideſt ſaltationé aptá religioni: nec ex ulla arte uenienté: Salu. Saltare elegantius q̄ neceſſe é probæ. Carmina dicat: Hymnos. Mēſtrua luna: Vnde & mene diciť. Caderét au. deſinerét uenti: ex hoc ét loco pronoſtica ſunt tráſlata de Arato & pauca de multis. Ventis ſurgentibus: flare incipientibus. Vnde é e contrario cum uenti poſuere ideſt flare deſierunt. Aut freta ponti: Littora pelagi: quæ feriunť a fluctibus duo át dicit naturalia. Futura. n. tēpeſtate & ante aduentū fluctus moueť & fragor audiť e ſyluis arcana q̄dá ratiōe naturæ. Aridus fragor: ſonitus qualis ſolet fieri ex aridis cū franguntť arboribus: ergo aridus nimius. Omne. n. quod aridū é cū frangi cœperit nimiū efficit ſonum. Fragor ét a fractarū rerum nominatus eſt.

AN. M. Operatus. i. ſacrificás. In herbis læ. i. i ſatis. Molliſſima: dulciſſima iucūdiſſima. Tibi: ad tuū commodū. Miti bac. Macro. li. iii. ſat. inqt. Poeta ſciens Cereri mulſo libari: adiecit miti baccho fauos dilue. i. miſcere uinū dicens quū mulſū cœpit fieri: ad dié át. xii. cal. Ianuarii Herculi & cæreri faciebát ſue pgnáte panibus mulſo. Vtq; Pli. ſcri. li. xiiii. Ariſteus prius oium mel miſcuit uino ſuauitate pcipua. Fœlix ho. i. eximia. Veratius. n. docet eximias dictas hoſtias q̄ ad ſacrificiū deſtinate eximáť e grege: uel q eximia ſpecie q̄ſi offeréda numinibus eligánť: Ambarualis hoſtia eſt ut ait Pōpeius Feſtus q̄ rei diuinæ cá circū arua duciť ab his q p frugibus faciūt hæc & plura Macro. li. iii. de hiſtoriarū generibus. Chorus: multitudo i ſacris collecta. Cereré: pa fruméta. Quá cereri tor. Cato. pceptū eſt. c. q. d. é. cxxxiii. ubi docet priuſq̄ meſé facias ceteri ſacrificandá eſſe porcá. Atq; hæc ut cer. Macr. li. v. ait q poeta hæc ſeréitatis tēpeſtatiſq; ſigna de arati phænominis traxit. Aeſtuſq; pro. i. Mēſtra lana. i. q̄ méſe quoq; ſuū pficit curſū: Vnde & menſis a mene. i. luna dr. Cōtiuo uen. Pli. li. xviii. c. ulti. iqt. Mare ſi i tráqllo portu a curſu ſtabit: & murmurauerit itra ſe uentū pdicit. Si idétidé hyemé & ibré. Idé quoq; de mari ait: Sepe & ſilétio itumeſcit: flatuq; altius ſolito iam itra ſe eſſe uétos fateť.

CHRI. Venerare deos: ſapienter admonet non ſufficere diligentiá atq; induſtriá humaná niſi diuinū accedat auxiliū. Et optimus poeta hortať ad religioné. In primis uenerare deos: Heſio. ité ait: Pluroné In primis uenerare: atq; annua ſacra: Vota refer cereri. Operatus: operari ſacrificare ſignificat. Proper. Cyntia iá noctes é operata decé. Nulla. n. opera excellentior é q̄ ſacrificiū. Hor. Vnico gaudens mulier marito: pdeat iuſtis operata ſacris. Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho: Optime hic Serui. adde ét q poeta ut ait Macro. Ita in rebus doctrinæ ſectator ut in uerbis eloquentiæ exequitor legerat q ad. x. cal. ianuarias Herculi & Cereri faciebant ſuæ prægnante & panibus & mulſo iccirco dixit & miti Baccho. i. mulſo. Ná melle domitū uinū mulſū ſit. Vnde ipſe alibi: Et durū bacchi domitura ſaporé: Diluere át eſt cum rem dnrioré ſpiſſioréq; admixto humore liquefaciemus ut Diluis helleborū ergo mella quæ craſſiora ſunt uino diluimus. Terq;: ambarualé hoſtiá intelligit de qua diximus in Buco. Quercu: quoniá Cæſaris beneficio homines fruges adepti a q̄rnis glādibus quibus antea ueſcebanť abſtinere. Incipiūt agitata. t. Hic locus pp ambiguitatem pōt aliquid obſcenū mentibus noſtris afferre. Itaq; nō ſæpe ſunt hæc a ſcriptore adhibenda. Inuenias quid: Quintilianus ſentiat. Pronoſticorū uero huiuſmodi rationé diligenter explicat Plinius i li. xyi. ait. n. é aquarū ſignificatio. Mare ſi in tranquillo portu a curſu ſtabit & murmurauerit intra ſe uentum pdicit. Si itidé & hyemé & hymbré littoris ripæq; ſe reſonabunt tranquilla aſperá tempeſtatem: & paulopoſt ſæpe & ſilentio itumeſcit: flatuq; altius ſolito iam inter ſe eſſe uentos fatetur. Verū & in hoc loco cætera oīa proſequiť pronoſtica q̄ a Marone ponunť Plinius ibi euá hæc ſunt uerba. Equidé & montium ſonitus nemorumq; mugitus pdicūt tempeſtatem.

SER. Aut reſonantia lōge littora miſceri: τοχυτο.i.bis idē dixit. Miſceri āt pturbari: ut Miſcet agēs telis. Iā ſi.tū: ſcias iqt i pelago eē grauiſſimā tēpeſtatē: cū mergi ad littora cō: ugiūt. Poetice āt ait. Sibi tum.u.m.c u.carinis.i.ſibi non parcit: ſed creſcit i pnīciē ſuam. Nam i carinā ſcindēdā cōſurgit. Clamorēq; ferunt: idest ſi cū clamore reuertunt̄. Nā plerunq; plura dicit ſigna e qbus unum nō ſufficit: ſed oīa ſunt aiaduertenda: ut cum cornix plena pluuiā inu.i.u. Et iola i.ſ.ſ.a. Marinæ. Ad diſcretionem fluuialiū. Altam.ſ.a.n. Ardea autē dicta eſt q̄ſi ardua: q̄ cū altius uolauerat tempeſtatē ſignificat. Lucanus. Quod ſignū auſa uo.ar. Stellas

Montibus audiri fragor: aut reſonantia longe
Littora miſceri: & nēorū icrebeſcere murmur
Iam ſibi tū curuis male tēperat unda carinis
Q uūmedio celeres reuolāt ex æquor̄ mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora: cunq; marinæ
In ſicco ludunt fulicæ: notaſq; paludes
Deſerit: atq; altam ſupra uolat ardea nubem.
Sæpe etiam ſtellas uento impellente uidebis
Præcipites cælo labi: noctiſq; per umbras
Flammarū longos a tergo albeſcere tractus.
Sæpe leuē paleam: & frōdes uolitare caducas.
Aut ſumma nātes in aqua colludere plumas
At boreæ de parte trucis cū fulminat: & cum
Euriq; & zephyriq; tonat domus: oīa plenis
Rura natant foſſis: atq; omnis nauita ponto
Humida uela legit: nunq̄ iprudētibus imber
Offuit: aut illum ſurgentem uallibus imis
Aeriæ fugere grues: aut bucula cælum
Suſpiciens patulis captauit naribus auras.

pcipites. Sequit̄ uulgi opinionem: non.n. oīa pruden/ter a poeta dicendā ſunt: q; āt uidemus ſtellas q̄ſi cœ/lo labi ἀπορροιαι ſūt ignis ætherei: quæ fiunt ex igne æthereo cū uehementior uētus altiora cōſcendit: & i de q̄ſi quaſdā pticulas trahere cœpit: q̄ ſimulant caſū ſtellaꝝ nā ſtellæ cadere nō poſſūt q̄rū natura ē ut ſtēt ſemꝑ: unde & ſtellæ uocant̄ Et ſciendū eſt ab illa pte uentū flaturꝝ: in quā aeris ignis ceciderit. Colludere: moueri. Teren. Congrū iſtū maximū ſinito ludere id eſt moueri. Virgi. Ludere pendentes pueros. At bo/reæ: de pte trucis cum fulminat. Hoc uult dicere ubiq; grauiſſimas & ingētes eiicit pluuias tempeſtas ab his mota uētis. Legit.i.colligit. Nunq̄ iprudētibus iber offuit: Alii euacare uolunt: alii augentis hēre ſignifica tionē: ut ſit nunq̄ iber ualde prudētibus obfuit: q̄ res ſatis nō ſunt idoneæ. Vnde melius eſt itelligere: nunq̄ iber offuit nō ante, pulſus tā clara ſui ſigna dat: ut ipru dētibus ignauis accipiamus: nā hoc dicit nūq̄ neſciēti nocet iber: q̄a ſe deſignat ante uētuꝝ: & ſcimus leuio/ra eē mala q̄ ex opinīōe cōtingūt: aut aerii coloris: aut i altū uolātes. Dicit āt grues de uallibus fugere: nō plu uiā de uallibus ſurgere. Suſpiciēs pa. hic locus oīs de Varrone ē: ille.n. ſic. Tū liceat pelagi uolucres tardæq; paludes cernere: iexpleto ſtudio certare ludēdi. Et ue lut i ſolitū pēnis ifundere rorē: Aut arguta lacus arcū uolitauit hirūdo. Et bos ſuſpiciēs cælū mirabile uiſu: Naribus aeriū patulis decerpſit odorē: Nec tenuis for mica cauis nō euehit oua. Et ueterē in lino ranæ. Fabula duplex eſt. Nam ut Oui. dicit: Ceres cum proſerpinā q̄reret ad releuandā ſiti acceſſit ad quēdā ſontē: tūc eā lycii ruſtici a potu prohibere cœperunt & cōturbantes pe dibus ſontē: cū contra eā mitterēt turpē naribus ſonū: illa irata eos cōuertit i ranas: q̄ nūc quoq; ad illius ſoni imitatiōnē coaxāt: ſed hoc nō ē ualde aptū: nā illud magis iſtulratio fuerat quā q̄rela: & pœnā ſacrilegii iuſtē p tulerāt. Vnde magis Aeſopus ſequēdus ē: q̄ dicit cū Iuppiter reges oibus aialibus daret: & ranis dediſſet colen dū breuiſſimū lignū: tūc illud aſpernatæ ſunt: tūc Iuppiter iratus hydrum eis dedit qui ueſcitur ranis.

AN.M. Aut reſonātia.l.L.m. Idem Pli. ait q; littoris ripæq; ſi reſonabunt tranq̄lla aſperā tempeſtatem p̄di cunt. Et nemoꝝ inc.mur. Idem inqt: Eqdem & monitu ſonitus nemorūq; mugitus pdicūt.ſ.uentos. Ma/le ſibi tempat a curuis carinis.i.nō ſe continet ſed carinis illidit̄. Mergi: idem ſcribit Mergi anateſq; pēnas ro ſtro purgantes uentū: cæteræq; aq̄ticæ aues concurſantes: grues in mediterranea feſtinantes: mergi maria aut ſtagna fugientes. Fulicæ: ait idem q; fulicæ matutino clangore: ranæ quoq; ultra ſolitum uocales tempeſta/tis ſigna ſunt. Veterem q̄relam quomodo latona cum Appolline & Diana Iunonis iram fugiēs uertit agreſtes in ranas in Lyciæ finibus: uideto Oui.li.vi.met. Itē uideto Aeſopi fabellā de ranis & hydris. Ardea: hæc i me dus arenis triſtis tempeſtatis ſignū oſtendit auctor eſt idem. Sæpe etiā ſtellas: Plinius de ſtellis ait: diſcurrere eæ uident̄: uentiq; ptinus ſequunt̄. Idem Si uolitare plures ſtellæ uidebunt̄ quo feruntur albeſcentes: uentos ex iis partibus nunciant. Idem li.ii.ca.xxxvi. inqt: Fieri uidetur & diſcurſus ſtellarum nunq̄ temere ut nō ex ea pte truces uenti cooriant̄: & ex iis tūc pcellæ i mari terriſq;. Tu uero cur ita fiat pblema legito apud Alexan/drū Aphrodiſeū. Et frōdes uolitare caducas: Idem ait q; tempeſtatem p̄dicūt ſine aura q̄ ſentiat̄ folia luden/tia: lanugo populi aut ſpinæ uolitās: aqſq; pluuia iatas. Boreæ trucis: terribilis. de cuius ui legito Oui. circa fi/nē libri.vi.met. flat āt boreas iter ſeptentrionem & exortū ſolſtitialem ut ſcribit Pli. Li.ii. Ab oriente uero bru mali uulturnus quē græci euꝝ appellāt. Ab occaſu æqnoctiali fauōius q zephyrus a græcis. Imprudētib9.i.i cautis & iſciis: nā q̄q; ſigna futuræ tēpeſtatis puidet. Vel iprudētibus.i. ualde prudētibus ut apđ Ciceronē li.v. Tuſc. Qui nihil metuāt nil agāt nil cōcupiſcāt nulla ipotētia eſſerant̄.a. ualida ſeu magna patentia. Surgentē: uenturum. Bucula: ait idem q; boues cælū olfactantes: ſeq; lambentes contra pilum preſagia aeris ſentiūt.

CHRI. Aut reſonantia.l. expolitio eſt. Eādem.n. ſententiam repetit. Increbeſcere: ab eo qđ eſt creber fit icrebeſco. Tempat ſibi.i. abſtinet. Nā q abſtinet ab aliq̄ re ſibi ipſi iponit tempantiā. Labi: pcipites labentes p̄ cipites.i. ad iferiora tendere. Lōgos tractus: Lōgos q̄ſi ſulcos quos a tergo ſibi relinquūt. At boreæ de pte: cū eodē tpe a diuerſis locis flant uēti magnæ ſolent pluuiæ concitari. Nam boreas ſeptentrionalis uentus eſt: eu/rus orientalis: zephyrus occidentalis. Rura natant foſſis: aliter dicimus rura natant cum diluuio exundant.

Stellæ

Fulicæ

Ranæ

Stellæ cadentes

Aliter hõ natat:nã hic ſup aq̃s fert:illa itra aq̃s dimerſa latét. Imber:Qui cõcitatior maiorq; ẽ q̃ pluuia.
SER. Bibit i.arquus:Seqt̃ rurſus uulgi opinionem. Exercitus:Multitudo. Iã.ua pe.u.& q aſia cir.Dul/cibus i ſtagnis ri.pra.cay.Hæc ẽ uera lectio:& ſéſus talis eſt. Iã uarias uolucres pelagi:& eas q̃ circũ aſia prata rimant̃ i dulcibus ſtagnis cayſtri uideas certati largos hũeris ifundere rores.Nã ſi iã uarie legeris : ſẽſus nulla rõne ꝓcedit.Cayſtrus ãt fluuius eſt. Aſia uc. pa. Vnde fecit aſia prata. Et de palude aſia a longa ẽ:de ꝓuincia breuis:ut Europa atq; aſia pulius.Et ẽ homericus uerſus:ασιω εν λειμωνι καυσριου αμφι ρεεθρα. Riman/tur:paſcũtur i pratis cibũ p terræ rimas reqrentes.Nã

Cay/
ſtrus
Aſia
Rima
ri·

rimari tractũ ẽ:a porcis:q g'andes rimãt̃ de rimis ter rarũ. Studio geſtire lauãdi:Lætitiã ſuam habitu cor/pis ſignificare.Nã ut hoies lætitiã ſuã uerbis: ita aues corpis geſticulatiõe exprimũt. Incaſſũ ãt iõ:q pluãꝶ cõpoſitio aquã mĩe admittit ad corpus. Tũc.c.p.Rau ca cõtra naturã ſuã & uocat poetice nõ.n.uocat ſed de nũciat pluuiã.Et notãdũ cornicẽ rauca uoce & ſolam pluuiã ꝑdicer̃: coruos & uero & plures & uoce tẽui & puriſſima cõtra naturã ſuã:ut Tũ liqdas corui ꝓſſo ter guttur̃ uoces. Teſta cũ ar.pp uilitatẽ noluit dicere lu cerna ſed nec lychnũ quẽadmodũ i heroico carmine: ꝺpẽdẽt lychni dixit medius.n.i his ſtilus ẽ libris: ſicut dixĩus ſupra. Putres cõ.fũ.Vt dicit Pli.Cũ aer hũidus ẽẽ cœpit:fauilla q̃cũ fumo ſolet egredi prohibita aeris craſſitate i lucernis reſidet & q̃ſdã uelut fũgoꝶ imitat̃ imagĩes. Ex .i.ſo.ſerẽitates:& uerſa uice dat ꝓgnoſti/ca:qbus agnoſcãus ẽt tẽpeſtuoſo cælo futurã ſerẽitatẽ
Apta ſerẽa: Aer.n.dẽſat̃ nubilo:& rareſcit ſereno: ut Denſa erant q̃ rara mõ & quæ denſa relaxat.Nec fra/tris radiis obnoxia ſurgere luna.Subaudi a ſuperiori/bus obtuſa luna. Nã hoc dicit nec luna uidet̃ obtuſa quæ eſt radiis ſolis obnoxia.Nam ut dicũt phyſici ab eo accipit lumẽ. Tenuia : Proceleuſmaticus eſt pro/dactylo:quã rem quotienſcunq; facit Virgilius ſeruat locum ſynæreſi:ut tenuia item ut genua labant.

Hirun
do
Ranæ
Formi
ca

AN.M. Hirundo:Ait idem: q hirũdo tam iuxta aquã uolitans:ut pẽna ſæpe ꝑcutiat: hyemem nũtiat.
Ranæ:Ait idem q rãæ quoq; ultra ſolitum uocales tempeſtatis ſigna ſunt. Formicæ:ait idem q ſegniter & contra induſtriam ſuam formicæ abſconditæ con curſantes:aut progerentes oua tẽpeſtatem prænũciãt.

Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.
Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sepius & tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter.& bibit ingens
Arquus.& epaſtu decedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis:
Jam uarias pelagi uolucres: & quæ aſia circũ
Dulcibus in ſtagnis rimãtur prata cayſtri
Certatim largos humeris infundere rores.
Nũc caput obiectare fretis nũc currere i ũdas
Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi:
Tũ cornix plena pluuiã uocat improba uoce
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur harena
Et caput obiectat querulũ ueniẽtibus undis.
Nec nocturna qdem carpentes penſa puellæ
Neſciuere hyemẽ:teſta quũ ardente uiderẽt
Scintillare oleum.& putris concreſcere fũgos
Nec minus ex imbri ſoles & aperta ſerena
Proſpicere.& certis poteris cognoſcere ſignis
Nã neq; tum ſtellis acies obtuſa uidetur:
Nec fratris radiis obnoxia ſurgere luna:
Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri.
Non tepidũ ad ſolẽ pennas i littore pandunt

Ar/
quus

Et bibit ingens arquus:ait idem: Arquus quum ſunt duplices pluuias nuntiant:a pluuiis ſerenitatem non perinde certam bibit aũt hũorẽ ide emittit:Sed de arquu plura idem Pli.li.ii.ca.lxi. Coruorum:ait idẽ: Cor ui q; ſingultu quodam latrãtes: ſeq; cõcutientes ſi cõtinuabũt:uẽtos:ſi uero carpti uocẽ reſorbũt uẽtoſũ ibrẽ & graculi ſero a pabulis recedẽtes:hyemẽ. Varias pe.uo.ait idẽ q hyemẽ ſignificant:quũ terreſtres uolucres cõtra aquã elãgores dabũt ꝑfũdẽtes ſeſe maxĩe cornix.Poeta ãt id tribuit aq̃ticis ẽt auibus. Aſia.p.Vibius ſeq̃ ſter ſcribit q Cayſter decurrit ꝓxius paludi Aſiæ:& Prob. iqt:aſia ꝓducta pria lr̃a dr̃:in q̃ qddã pratũ aſiũ iu/xta Cayſtrũ flumẽ appellat̃.Maro li.vii.æn.de aſia palude & cygnis & cayſtro ẽt meminit:ubi ait. Ceu quõdã niuei.Itẽ ſonat annis & aſia lõge pulſa palus. Cayſtri:Cayſter fluuius ẽ i Mœonia teſte Dionyſio:& teſte Pli. li.v.cayſtro alluit̃ epheſus amazonũ opus. Laudãdi:paſſiue dictũ:nã tõdeo & lauo ẽt paſſiue dicunt̃:de qbus latius ibi i Buc.Tõdenti barba cadebat. Cornix:de hac iamiã dictũ ẽ. Fũgos:ait Pl.pluuias ſignificari: ſi i lu cernis fũgi fuerit:ſi flexuoſe uolitet flãma uentũ : & lumĩa quũ ꝑſe flãmas elidũt aut uix accendunt̃. Itẽ quũ i eo pẽdẽtes coaceruãt̃ ſcitiliæ:uel quũ tollẽtibus hollã carbo adhæreſcit:aut quũ cõtẽptus ignis e ſe fauillam diſcutit:ſcitillãue emittit:uel cũ cinis i ſoco cõcreſcit:& quũ carbo uæhemẽter plucet eſt:& aq̃rũ ſignificatio.

Cay/
ſter
Aſia
Fungi

Nec mi.ex im.futuræ hyemis hactẽus ſigna docuit nũc uero futuræ ſerẽitatis poſt imbrẽ. Stellis acies ob.ait idẽ:q quũ repẽte ſtellaꝶ fulgor obũbrat̃:graues denũtiãt̃ tẽpeſtates. Luna:idẽ ait de luna:q̃rtã eã maxĩe ob ſeruat ægyptus:ſi ſplẽdẽs exorta puro nitore fulſerit:ſerenitatẽ:ſi rubicũda:uẽtos:ſi nigra:pluuias portẽdere credit̃:i qnta cornua eius obtuſa pluuiã.Erecta & iſeſta uẽtos ſemp ſignificãt:q̃rta tamẽ maxĩe.demũ pleriq; obſeruabãt lunæ ꝑſagia in octo eius articulis:hoc ẽ.iii.vii.xi.xv.xix.xxiii.xxvii.& iterlũio:auctor idẽ Pli. Nec fratris radiis obnoxia:ordo eſt nec luna obnoxia radiis fratris uidetur ſurgere obtuſa:obnoxius aũt proprie pene obligatus dicit̃ ob delictũ:ut ſcribit feſtus.Luna uero obnoxia & obligata ẽ ſoli quoniã ab eo illũinat̃:cũ ſit corpus opacũ. Lãæ.u.ſupius dictũ ẽ q tẽpeſtatẽ ſignificat lãugo populi:aut ſpĩæ uolitãs:aqſq; plũa inatãs.

Hirun
do
Irudo

CHri. Hirũdo:auis ẽ.Irudo uero ſãguiſuga:ẽ ergo hirũdo exus aiantibꝫ:q̃ neq; fera oio nec mãſueta ſũt:ni dũ luto cõſtruũt:ſtramẽto corroborãt: ſi q̃do iopia ẽ luti pẽnis multa aq̃ madefactis puluerẽ ſpgũt.In ægypti heracleotico oſtio mollẽ ꝯtiuatiõe nidoꝶ uagãti nilo iexpugnabilẽ opponũt ſtadii uniꝰ ſpatio q hũano opꝰ

ſici non poſſet:ut latius narrat Pli. Cornix:Hæc auis cū noctua graues inimicitias exercet.Ipſa.n.īterdiu oua noctuæ uorat. Noctua cōtra illius noctu abſorbet:ait Ariſto. nuces ab alto i ſaxa remitt ītut teſtā frangāt. In tēplis & lucis mineruæ raro uiſunt Athenis nunq̄.Sole uolātes pullos aliq̄diu p̄ſcūt.Poſſidōius ait:i Hiſpania cornices nigras ē. Acies ob.Nō mutat̄ i ſe aut materia aut forma ſtellaꝝ Veꝝ ex aeris q̄litate q iter nos & illas iteriacet mutari uidet̄.Nā cū dēſior ē aer hebetiores uidet̄ cū rarior acutiores. Carpētes:Proprie dixit:nā carpe dicius cū paulatī aſſumēdo minuimus:hic dicimus carpere iter:carpere herbas dicimus etiam carpere famā cū famā alicuius miuimus. Penſa:A pēdēdo dicunt̄.Nā certo quodā pōdere lanæ nēdæ dabatur.Vnde & famula illa q̄ certo pōdere aliis diuidebat lanas libraria a libra dicebat̄:ut demōſtrat Iuue.Nā librarii nō a libra dicunt̄ ſed a libris:q͡a libros ab aliis ſcriptos tranſſcribunt.Dicimus etiam penſum circūſpectio q̄dam & cautio ne ab utili honeſtoue temere aliq̄d agendo diſcedamus:quia rem illam pendimus.i. diligentius exiſtimamus. Obnoxia fr.r.Luna ex ſe lumen nō habet ſed a ſole accipit.Vnde q̄cq̄d luminis hēt id ſoli debet.

Carpo
Libraria
Librarius
Penſū

Dilectæ thetidi halcyones.non ore ſolutos
Immundi meminere ſues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petūt:cāpoq; recubūt:
Solis & occaſum ſeruans de culmine ſummo
Nequicq̄ ſeros exercet noctua cantus:
Apparet liquido ſublimis in aere niſus:
Et pro purpureo pœnas dat ſcyla capillo.
Quacunq; illa leuē fugiēs ſecat æthea pēnis
Ecce inimicus atrox magno ſtridore p̄ auras
Inſequitur niſus qua ſe fert niſus ad auras
Illa leuē fugiens raptim ſecat æthea pennis.
Tū liquidas corui præſſo ter guttere uoces
Aut q̄ter ingeminant.& ſæpe cubilibus altis
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti
Inter ſe in foliis ſtrepitant:iuuat ībribus actis
Progeniem paruam dulciſq; reuiſere nidos

SER. Dilectæ thetidi halcyones:Cæyx filius Luciſer habuit coniugē Halcyonem:a q̄ cū ꝓhibitus iuiſſet ad cōſulendū Appollinem ſup ſtatu regni ſui naufragio perit:Cuius corpus cum ad uxorē halcyonē delatum fuiſſet:illa ſe p̄cipitauit in pelagus:poſtea Thetidis & Luciferi miſeratiōe cōuerſi ſūt ambo i aues marinas:q̄ halcyones uocant̄.Et ſciendum q͡a cū de muliere dicit̄:hæc halcyone facit:cū de auibus hic & hæc halcyon:hi & hæ halcyones.Iſtæ autem aues nidos faciūt i mari media hyeme.q͡bus diebus ē tāta tranq̄llitas:ut penitus nihil i mari poſſit moueri. Inde etiam dies halcyonii uocant̄. Non ore ſolutos.ſ.māipulos q̄d ſequit̄ alii ſoluto ore accipiūt.i.nimiū patēti. Immūdi ſues:Luto gaudentes.Hora. Et amica lutoſus. Nebulæ ima pe.deprimunt̄ ad ualles.Neq̄cq̄ exercet .i.nō Perſius.Hæc quicq̄ fūdo ſuſpiret numus i imo. Item Virgi.Et ſummo clipei nec quicq̄ umbone pependit. Seros.n.c.Noctua autē auis eſt lucifuga: q̄ ſignificat pluuiam:ſi cecinerit poſt ſolis occaſū De hac talis eſt fabula:Nyctimene poſtq̄ cum patre concubuit:& agnouit facinus:in ſyluis ſe abdidit:& lucem refugit.Vbi deorum uoluntate conuerſa eſt in auem: q̄ tanto ſcelere oibus auibus eſt admiratiōi.Liquido aere.Niſus rex megarenſium in auem mutatus:de quo plenius dictū ē i Bucolicis. Tū.l.c.p.t.g.u.Aut q̄ter ige. Pli.in naturali hiſtoria dicit coruos obliuioſos eſſe:& plerūꝙ minime ad nidos ſuos reuerti ſed quadā ratiōe naturæ cōgerunt ad ſuos nidos quæ uermes poſſint creare:ex quibus relicti eorum pulli aluntur interdum Horū obliuionē probat etiā ex rebus quas cū abſcōderint dereliquunt:q̄d etiā muſtellæ dicuntur efficere.

Halcyōes

Noctua

AN.M. Alcyones:hæ aues paulo maiores paſſere ſūt:purpureis & cādidis admixtis pēnis fœtificāt brūa: q dies alcyōides uocāt̄ placido mari p eos:& nauigabili ſiculo maxie:faciūt āt.vii.ante brumā diebus nidos: & totidē ſeq̄ntibus pariūt. Plura ēt Pli.li.x.ca.xxxvii. Dilectæ thetidi:hoc ait pp eis cōceſſū mare tpe fœturæ. q̄d ēt Probus aſſerit. Sues:Pli.ait:Turpeſq; porci alicos ſibi māipulos fœni lacerātes ſupple oſtēdūt aeris mala p̄ſagia. Nebulæ:idē ait:nebulæ e mōtibus deſcēdētes:aut cælo cadētes:uel i uallibus ſedētes ſerēitatē ꝓmitūt. Noctua:Noctuas nouē uoces hēre tradit Nigidius ſcribit Pli.li.x.li.āt.xviii.ait:ꝙ noctua in imbre garrula ſerenitatē oſtendit:at ſereno tempeſtatē. Niſus de niſo in auē uerſo latius uideto in ſexta æglóga. Scylla niſi filia i auē Cirim uerſa ē:& niſus in Halietū:ut patet li.viii.met.apud Ouidiū.Halietus āt ē aquilæ gænus de quo late Plinius li.x. Liquidas uoces:dictum eſt ſuperius ꝙ ſi corui carptim uocem roſorbebunt: uentoſum imbrem ſignificant.Hic uero oſtendit Maro per liquidas claraſq; uoces ſerenitatem portendi.

Halietus

CHRI. Halcyones:De his auibus ita ait Ariſtoteles i li.de aiali. Halcyones i hyeme tantū coeūt.Sūt aūt iſti dies q alcyonei appellātur ſeptē ante brumā totidē poſt brumā.Hic Simōides poeta Per mēſem hibernū Iuppiter bis ſeptē molit̄ dies teporis nutricē ſacrā.Tāquillū uero tātiſper tēpus efficit ſi ita euenerit ut bruma auſtrina uergiliis aq͡loneis fiat.Septē primis diebus nidificāt:reliq̄s ſeptē parere ac educare dicunt̄.Halcyōios fieri circa brumā nō ſemp i noſtris locis contigere cōſtat:in ſiculo uero mari pene ſemp:oium aūt rariſſimū ē uidere halcyonē:fere circa uergiliaꝝ occaſū brumāq; apparet.Et ubi nō pluſq̄ ſemel nauē circūuolauerit ſtatim abit:ut nuſq̄ poſtea uideat̄:ut ait Steſychorus.Hæc Ari.Pli.āt addit ipſas aues paulo ampliores eſſe paſſeribus colore cianeo ex p̄te maiore tantū purpureis & cādidis admixtis pēnis collo gracili & ꝓcero.Alteꝝ gēus eaꝝ magnitudīe diſtīgui & cātu.Minores i harūdinetis canere.Nidi halcyonū i pilæ formā:ferro īcercidi neq̄unt ualido ictu frāgunt̄.Albertus uero magnus ſcribit cām ēē ꝙ tropico hyēali nidificēt raritatē corporis ꝙ uæhemēter terreū ē itaq; i æſtate uæhemēter exiccat̄ adeo ut ſemē hēre nō poſſit.In maxīo uero frigor̄ clauſis undiq; poris īducit̄ hūidū:ſcribit p̄terea nō ēē credibile ut poſſit uiuere i regiōe q̄ excedat latitudinē q̄nti climatis pp nimiū frigus. Dilectæ thetidi:Diligit eas:q͡a trāq̄llitatē:i illaꝝ nidificatiōe parat mari. Immūdi: Veꝝ epithetū ſuis quo nullū aial īmūdius eſt. Magis ima:Quia cum redeunt ad terram uapores purgatior

relinqͤ aer. Noctua:Hoc genere auiũ uæhemẽter abũdabãt Athenæ: unde extat,puerbiũ: Noctuas athenas portas:cũ rẽ aliq̃ eo portamus ubi maxīe abũdat.Noctua cõtra maiorẽ auiũ multitudinẽ illã circũdantẽ collecta ĩ arcũ roſtro & unguibus tota tegiͤ:auxiliaͤ accipiͤ.Sexaginta illã noctibus cubare & nouẽ uoces hẽre ait Nigidius. Niſus:accipiter minor quẽ ſparuerium eſſet aſſirmat Albertus. Liquidas:Cãdidas nõ raucas.

Haud equidem credo:quia ſit diuinitus illis
Ingenium:aut rerum fato prudentia maior:
Verũ ubi tempeſtas & cæli mobilis humor:
Mutauere uias:& iuppiter humidus auſtris
Denſet erant q̃ rara modo: & q̃ denſa relaxat
Vertunͤ ſpecies animorũ:& pectora motus
Nunc alios alios dum nubila uentus agebat
Concipiũt:hinc ille auiũ concentus in agris:
Et lætæ pecudes:& ouantes gutture corui.
Si uero ſolem ad rapidum lunaſq; ſequentis
Ordine reſpicies:nunq̃ te craſtina fallet
Hora:neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ.
Luna reuertentes cum primũ colligit ignis:
Si nigrũ obſcuro comprenderit aera cornu
Maximus agricolis pelagoq; parabiͤ imber

SER. Haud eqdem.c.Proponit ſibi quæſtionem accerrimã:& de itima philoſophia:quã tamen tota facilitate diſſoluit:Nã quærit cur homines quos cõſtat eſſe prudentiores animalibus per ſe nõ ſentiant qualitatem futuram aeris ſed eam magis ex aliis animantibus colligant.Et hoc dicit hoĩes prudentiã habere naturalem: & ſuo iudicio lætos eẽuel triſtes q̃ res ĩ hæc animalia cadere nõ poſſit : quæ nihil ſuum habentes naturam aeris ſequuntur:& pro eius qualitate aut læta uidetur aut triſtia:nec prædicere aeris naturam uidẽͤ ſed eã uel,pſperã uel aduerſã ſequũͤ.Nos uero & læti eẽ iter nubila poſſumus & ĩſerẽitate ſoliciti. Sit di.i.l.i.Nõ illis diuinitus cõceſſũ ĩgeniũ. Nec prudẽtia: q̃ eſt maior reꝝ fato alibi.Metus oĩs & ĩexorabile fatũ Subiecit pedibus ſtrepitũq; acherõtis auari Iuppiter hu.i.aer:ut Hora.Manet ſuo Ioue frigido uenator aere. Auiũ cõ.Cõmixtus cantus.i.ſymphoĩa. Lætæ pe.Aeris ſerenitate gaudẽtes. Solẽ ad rap.Velocẽ. Et notãdũ hæc ſigna magis ſida & ſubtiliora eẽ:q ex ſole & luna colligimus. Lunaſq; ſe.O.r.Nõ ordinẽ reſpicies ſed ordine.i.rationabiliter ordinẽ ſequẽtes.Luna enim ſolis circulum ſequitur:licet ipſa ſit inferior.
Donã.dicit lunas noctes accipiendas:ſed male non enim ſigna q̃ dicturus ẽ ex nocte:ſed ex luna colligimus.
Nunq̃ te.c.f.H.Hyperbole eſt:nec hora quidem te decipiet. Capiere:Decipieris & eſt aphæreſis.Et plerũq; ſcimus nos decipi ſerenitate. Maximus.a.p.q;.pa.im.i.ſi non habuerit pura cornua:& intra eam nigrum aerem uideris erit ubiq; pluuia:ſicut ſupra:Omnia plenis.Rura natant foſſis:atq; omnis nauita ponto.
AN.M. Haud eqdẽ cre.pdicta.ſ.aĩalia futura quibuſdã ſignis oſtẽdere.Apit autẽ cauſas unde id ,pcedere poſſit. Ingeniũ:,pprie dicitur naturalis ſapientia:teſte Nonio. Fato:deorum uoluntate. Iuppiter:ideſt aer.
Ingenium Dẽſet:dẽſet legendũ ẽ:ſic.n.antiq textus hẽnt:ſic quoq; Priſ.li.viii.hic legit.Idem ẽt Maro li.x.ait. Poſtremi addenſent acies.Denſo denſas etiam in eadem ſignificatione & conſtructione reperiur. Vertuntur:mutanͤ.
Spẽs:qualitates. Nunc.i.ſereno tempore. Solem rapidum:perpetuũ ſolis epithetõ:nã ut ſupra oſtẽdimus
Lunæ colores ſuo calore oĩa fere rapit & deſiccat. Sequẽtis:futuras. Luna reuertẽs cũ primũ colligit ignes:id ẽ poſt nouiluniũ hic Var.dicebat ut ſcribit Pli.li.xviii.Naſcẽs lũa ſi cornu ſupiore obatro ſurget pluuias decreſcens dabit: ſi iferiore ante plẽiluniũ Si ĩ medio nigritia illa fuerit ĩbrẽ ĩ plenilũio:ſi ĩ ortũ cornua craſſiora fuerit horridã tẽpeſtatẽ. Si nigrũ ob.dictũ ẽ ſupius: q; ſi nigra appuerit lũa ĩbres portẽdere creditur:ſi rubicũda uentos.
CHRI. Haud equidem:Homo ſolus ex omnibus animalibus habet prĩcipium ſui motus ĩ ſe.i.ſuarum actionum:propter diuinitatem animorum:unde plurima aduerſante corpore ſẽſibuſq; faciũt:qa ſũt domini ſuarũ actionũ.Et ſæpe euenit ut ĩ corpore ægrotãti animus lætus ſit atq; contra bruta autem quoniam inſtĩctu naturæ mouentur:lætitiam aut triſtitiam recipiunt ex affectu corporis Corpus autem ex immutatione aeris ſummopere immutatur:unde redeunte ſerenitate læta illa eſſe:quia leuantur corpora.Aere autẽ ex aſſurgentibus uaporibus craſſente grauantur corpora unde ille triſtia efficiuntur.Non igitur prouident iſta: ſed homines ſua prudentia ex illoꝝ uariis motibus prouidere poſſũt.qđ itidem ex ,ppriis corporibus multi
Coruum adnotant. Corui:iſti peſſimã ſignificationem edunt cum glauciunt uocẽ ueluti ſtrangulari. Nulla eius eſt q̃ expſſius ſermonẽ humanũ imiteͤ Huius rei exempla pluria ĩuenies apud Pli.Coruos parere & coieͤ ore uulgus credidit:itaq; grauidas ſi ederint coruinũ ouũ p os ptũ reddere:atq; ĩ totum difficulter ſi tecto ĩferanͤ pa
Luna rere.Sed Ariſtoteles hæc oĩa negat. Lũas ſequẽtes ordine.i.dies lunares.Luna p ſyncopen dicta eſt a lucina. Huius naturam primus.Endymiõ adinuenit:ut ait Pli.unde illius amore captum eum dicunt.Hæc.xxviiii. diebus & tertia inſup parte diei curſũ ꝑagens ad eãdem ſigni partem a q̃ a ſole diſceſſerat reuertiͤ.Moraͤ.n. ĩ quoq; ſigno duobus diebus ac tribus horis & beſſe.Nam ĩ reliqs uſq; ad.xxx.conſeqtur ſolem q de loco ubi eũ reliqt iam diſceſſerat.Inuenit enim ſolem aliud iam ſignũ pene cõfeciſſe. Origo eius numerus ſeptenarius eſt.Nam ſi ab uno uſq; ad ſeptem q̃tũ ſingulari numeri exprimũt tãtũ antecedẽtibus addẽdo procedas ĩ uenies.xxviii.nata de ſeptem.Lũa etiã ſeptem ꝑmutatiõibus toto mẽſe diſtiguiͤ:Nã cũ naſciͤ ẽ arcualis ſiue corniculàris diciturq; menoides:deide circa octauã diẽ ẽ dicotomos q̃ſi pmediũ ſecta.Circa uero duodecimam: diem fit amphicircos & dubia de ſua plẽitudĩe circa ãt qntãdecimã eſt pãſelines.i.tota lũa cũ eſt ĩ oppoſitione ſolis.Cũ uero rurſus appropiquare ĩcipit ſoli fit amphicircos: deide dicotomos.Poſtremo lumine priuatur.
Facit aũt eclypſim ſolis q̃do illi eſt cõiũctia:nõ tamẽ ſp ſed cũ ipſa cõiectio fit ĩ liea eclyptica.Vnde Albumaſar ait:Si luna inter nos & ſolem ſeſe inicit defectũ radiorum ſolis neceſſario facit in capite uel ĩ cauda draconis:nõ aũt ſol cũ deficit qcquã de,pprio lumine amittit:ſed luna quæ ſeſe media iterponit radios quos ad nos

deſcendere oportebat intercipit: Contra uero luna cuius corpus obſcurum eſt cum patitur eclypſim lumen amittit. Patitur autem cum penitus ſoli oppoſita eſt: & ſit ĩ linea eclyptica propter interpoſitionem tumoris terræ intra ſe & ſolem: In cæleſti harmonia lunæ circulus habet ſonum grauiſſimum ſicut in ſphæra cæleſti eſt acutus. A luna ea profecto uis eſt in gignendis augendiſ corporibus: quã græc: phyticen dicũt. Nam ut ĩ diuinis ultima eſt ſic in noſtris corporibus prima luna etiam aerem purum facit: Non ſuo continuo motu rarificat atq; attenuat: Nam niſi eẽt motus phæræ lunaris aer ex nocturna uaporum eleuatiõe ita craſſus: efficeret: ut nõ modicã gigneret corruptionẽ: Hippocras aũt & Galienus mandant medicis: ut diligẽter ſpectẽt lunam. Nam cõiũctio illius cũ ſtellis fortunatis fœlicem exitũ ægrotis: cũ infortunatis uero infœlicem demonſtrat. Nam ut ait Ptolomeus luna cum maliuolis maliuolus eſt planeta. Semper luna dimidiã ſui partẽ habet illuſtratã a ſole ſed quãto magis eſt ſubiecta ſoli: tanto magis illuſtratur illa pars ſua ſuperior quæ a nobis nõ uidetur: quanto uero magis diſcedit tanto magis illuſtratur pars interior quæ a nobis uidetur Vnde in oppoſitione tota nobis apparet. Vnde autem lunæ a terris ĩteruallũ ĩtelligas eſt profecto ſi Alfragrão credimus trigeties ac ter tantũ quantũ eſt dimidiũ diametri terræ ac in ſuper uigeſima eius pars dimidiũ autem terræ diametrũ amplectitur quadrigẽta ac duodecim miliaria ſupra centum ac ſeptem miliariorum.

At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem:
Ventus erit uento ſemp rubet aurea phœbe.
Sin ortu quarto: nãq; is certiſſimus auctor
Pura neq; obtuſis per cælum cornibus ibit:
Totus & ille dies & qui naſcentur ab illo
Exactũ ad menſem pluuia uentiſq; carebunt
Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ
Glauco & panopeæ & Inoo melicertæ.
Sol quoq; & exoriẽs & quũ ſe cõdet in undas
Signa dabit: ſolem certiſſima ſigna ſequẽtur
Et quæ mane refert: & quæ ſurgẽtibus aſtris.
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit ortum
Conditus in nubem: medioq; refulſerit orbe:
Suſpecti tibi ſint imbres. nãq; urget ab alto
Arboribuſq; ſatiſq; notus pecoriq; ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rũpent radii: aut ubi pallida ſurgit
Titoni croceum linquens aurora cubile
Heu male tum mitis defendet pãpinus uuas:
Tã multa ĩ tectis crepitãs ſalit horrida grãdo.
Hoc etiam emenſo quũ iam decedet olympo
Profuerit meminiſſe magis: nã ſæpe uidemus
Ipſius in uultu uarios errare colores:

SER. Si uirgineũ ſuf. o. r. Si ruborem forĩ ſecus habuerit: nam de ĩteriori parte ĩfuderit diceret. Aurea .i. pulchra: ut At nõ uenus aurea cõtra. Phœbe autem uenit ab eo quod eſt phœbus. Et ſciendũ q̃ dam propria nomĩa fœmininũ ex ſe facere tãtũ nõ etiam neutrũ: ut phœbus phœbe. Iulius Iulia: Tullius Iia non ut appellatiuũ doctus cta ctũ. Si ortu q̃rto: Aratus tertiam dicit animaduertendã eſſe lunam hic quartam: nõ illud improbans: ſed hoc magis probans: nam ad hoc pertinet. Nãq; is cer au. Exactũ ad mẽſem: Vſq; ad menſis uitulam partem: unde & exacti mẽſes dicũtur q circa partũ ſũt. Ipſe ĩ ſequẽtibus: Exactis grauidæ cum mẽſibus errant. Glauco & pano. inoo melicertæ: Glaucus piſcator fuit de Anthedone ciuitate: q cũ captos piſces ſuper herbam poſuiſſet ĩ littore: & illi recepto ſpiritu rurſus mare petiſſent: ſenſit quandam herbarum potẽtiam qbus eſis cõuerſus eſt ĩ numẽ marinũ. Panopea eſt nympha marina: Inoo aũt eſt patronymicũ a matre Ino Sane Ino & Melicerta filius poſtquã ſunt ĩ numina commutati: græce Palæmõ: & Leucothæ ſũt appellati latĩe Portunus: & mater Matuta. Cõditus ĩ nu. i. ſi orbis eius q̃ſi concauus fuerit: qd ĩpſe exprimit dicẽs. Medioq; re. or. Siniſter. Noxius. Male defẽdet: Nõ defẽdet. Nã decuſſis pãpinis ẽt uua uĩ grãdinis patit̃. Profuerit. m. m. lõ magis addidit: qa a ſole uẽiẽtia ueſptina ſigna meliora ſunt.

AN. M. Aurea phœbe: pulchra luna. Sin ortu q̃rto: dictum ẽ q̃ quartam lunam maxĩe obſeruat ægyptus: quæ ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit: ſerenitatẽ portendit. Glauco: & panopeæ: & inoo melicertæ hic uerſus ſic diuiditur: & Glauco: & pão: peæ & in o. o. meli. certe. Gellius li. xii. ca. xxv. ſcribit: Parthenii poetæ græci uerſum eſſe: glauco: nereiq; atq; maris genio melicertæ: cumq; uerſum Virgi. emulatum eſſe: & feciſſe duobus uocabulis uenuſte inmutatis parẽ. Glaucus autem piſcator erat. qui herba q̃dam guſtata mare ſubiit: itaq; iter deos marinos receptus de quo late habetur in fine libri. xiii. met. Panopeæ: de hac maro libro qnto Læua tenet thetis: & melite panopeaq; uirgo. Inoo melicertæ: Learchus & melicerta filii fuere Athamatis ex Ino cadmi filia: ut teſtatur Ouidi. libro quarto met. Learchus ſexo illiſus a patre obiit. Ino aũt cum Melicerta fugiens ſeſe in undas dedit: ipſa itaq; conuerſa eſt in deam: quæ Leucothea dicitur: a nobis uero matuta. Melicerta autem Palæmon dictus eſt: latine portunus: hĩc Ouidius libro ſexto: faſt. ait: Leucotheæ grais matuta uocabere noſtris. In portu nato ius erit omne tuo. Quem nos portunum: ſua lingua palæmona dicet &c. Ille ubi naſ. m. u. o. Plinius de ſolis p̃ſagiis libro decimooctauo: inquit q̃ quum oriente radii nõ illuſtres eminebunt: q̃uis circundati nube non ſint pluuiam portendent ſi ante exortum nubes globabunt̃: hyemem aſperam denũtiabũt: ſi nubes ſolem circũclndẽt: q̃tomĩus luminis relinquẽt: tãto turbidior tempeſtas erit. Vrget: ſcilicet imbres. Ab alto: ideſt ab aere: Notus: qui latĩe auſter dicit̃. Siniſter: nocẽs aduerſus. Aut ubi ſub lucem: ait idem ſi ĩ exortu lõge radios per nubes porriget & medius erit ĩanis: pluuiam ſignificabit. Pallida aũt idem quod ſol pallidus oriẽs ibernam grandinem nuntiat. Tithoni: ſui uiri.

CHRI. Virgineũ: q familiaris uirginibus ẽ. Nõ imutat̃ color lũæ ſed q̃do pluuiæ futuræ ſũt: aer craſſior effectus nigreſcit Vnde lũa q̃ p aeris mediũ a nobis uĩ nigra apparet: q̃do uero aer ſiccioribus uaporibus qbus uẽ

Mẽſes exacti
glaucus
Panopea
Ino meli certa
Palemon
Leucothoa
Portunus
Matuta
Glaucus
Learchus
Melicerta
Ino
Leucothea
Matuta
Palemon
Portunus
Solis p̃ſagia
Solis colores

ti gignūť.rubeſcit:& ipſa luna rubea apparet.Hoc faciūt ēt alia intermedia.Nam ſi trās uitrū aliquā rē aſpici
mus:talis i ea color apparet qualis eſt color uitri p qd aſpicimus.Vapores āt a terra eleuati ex quibus pluuiæ
ſūt futuræ:quoniam ex multo humore condenſanť nigreſcūt.Hi āt ex qbus ſūt uenti:quoniā ſicciores ſūt ru
beſcūt. Votaq; ſeruati:ſēſus moralis ē.Oſtēdit.n.oportere pios hoies gratias diis imortalibus ꝓ acceptis bene
ficiis agere. Certiſſima:Quia certiora q̄ lunæ & q̄ reliqua ꝓnoſtica. Ille ubi naſcentem:expolitio eſt.Nam ea
dem ſententia eſt quam dixit.Et quæ mare refert & quæ ſurgentibus aſtris. Pallida: Et non roſea:ut ſolet.

Gran/ do Grandine:grando ſecundum Ariſtotelem eſt ſtilla pluuiæ frigiditatis & uenti rigore in aere congelata.Fit
enim ex uapore frigido & humido ad interiora nubis fricato per dominium caloris circunſtantis qui calor i
nube recipiť:& a frigiditate aeris condenſatur. Nam frigus fugiens calorem aeris i interiora nubis ſe recipit:
& ex ſua aggregatione uirtus eius conualeſcit.Vnde uaporem quem in nube inuenit ſua uirtute conſtringit.
Hinc eſt ꝙ minus in hyeme fiunt grandines:quia uirtus quæ in æſtate unitur:& in una parte aeris congrega
tur in hyeme per aerem totum diſpergitur:unde debilior ad uaporem congelandum redditur. Fit autē mi
nor in nubibus a terra longinquis & magis orbiculata: quia lōgiuſculo ſpatio per aerem rotata atteritur atq;
orbiculatur.Nam ſi contingat in loco terræ propinquo gigni & maior deſcendit:& minus orbiculatur.

Cæruleus pluuiam denuntiat.igneus euros:
Sin maculæ incipient rutilo imiſcerier igni:
Omnia tum pariter uento nimbiſq; uidebis
Feruere.non illa quiſq̄ me nocte per altum
Ire neq; a terra moneat conuellere funem.
At ſi quū referetq; diem:condetq; relatum.
Lucidus orbis erit:fruſtra terrebere nimbis
Et claro ſyluas cernes aquilone moueri.
Deniq; qd ueſper ſerus uehat:unde ſerenas
Vētus agat nubes: qd cogitet hūidus auſter:
Sol tibi ſigna dabit:ſolē quis dicere falſum
Audeat:ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet:fraudēq;:& opta tūeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus cæſare romam

SER. Cæruleus.p.d.Breuiter collecta concluſio.
Me no.gratiorem ſenſum fecit interpoſita ſuæ per/
ſonæ commemoratione.Nam hoc dicit nulli ſe ſua/
dere illa nocte nauigare. At ſi cum referetq; diem: cō
detq; re.Hoc ad futuræ ſerenitatis pertinet ſignū.Nā
ſi de ipſo die dicas:de quo premiſit ſtultiſſimum eſt.
Claro aqui.ſerenifico:qa eſt & nubilus:ſicut fere oēs
uēti.Hora.Albus ut obſcuro deteret nubila cælo. Sæ
pe notus:neq; parturit imbres ꝑpetuos. Deniq; qd
ueſper ſerus uehat:Cōcluſio eſt quæ hoc cōtinet. Si/
gna:q̄ poſſumus ex ſtellis uel ex uentis colligere: me/
lius ex ſole colligimus. Quid cogitet hūidus auſter:
.i.i quā partē ſe flectat utrum ad ſerenitatē:an ad plu/
uias ut dixius ſupra. Quis dicere.f.i.fallacē:Saluſtius
i catilinario.Ambitio multos mortales falſos fieri coe
git. Tumultus:Coniurationes & latētes inſidias. Il
le etiam ex.m.c.romam:Bonum epilogi repperit lo/
cum:ut i Auguſti gratiam defleat Cæſaris mortem.
Conſtat autē occiſo Cæſare in ſenatu pridie idus mar
tias Solis fuiſſe defectum ab hora ſexta uſq; ad noctē.
Quod quia multis protractum horis.Dicit in ſequentibus:Aeternam timuerunt ſæcula noctem.
AN.M. Cæruleus:ait idem ſi in occaſu eius radii in ſe nubem trahent:aſperam in proximum diem ſigni
ficabunt tempeſtatem. Igneus euros:ait idem ſi circa occidentem candens erit ſol: uentum ſignificat.Luci/
dus orbis:ait idem:quod ſol purus oriens:atque non feruens:ſerenum diem nuntiat.Si & occidit pridie ſere
nus & oritur tanto certior fides ſerenitatis. Claro aquilone:is enim teſte eodem ſerenus eſt Italiæ cum aphri
Aqlo ce nubilus ſit eſtq; ſaluberrimus omnium aquilio. Veſper:de hoc late ſupius. Tumeſcere: creſcere.Cæſare:
Cæſa/ rea Conſpiratum eſt in cæſarem a.lx.amplius.C.Caſſio Marcoque & Decimo Bruto principibus conſpirationis
itaque illum idibus martiis in Pompeii curia tribus & uiginti plagis confoderunt:quod Suetonius edocet.
Cōſpi/ ratio Vtque plutarchus ait:periit cæſar ſexto & quinquageſimo ætatis ſuæ anno: poſt Pompeium haud multo
amplius quatuor ſuperſtes annis Scribit etiam Suetonius quod cæſari futura cædens euidentibus prodigiis
Cæſa/ reæ enunciata eſt paucos ante menſes:Capuæ enim tabula ænea in monumento in quo dicebatur Capis cōditor
Capuæ ſepultus:inuenta eſt:conſcripta litteris uerbiſq; græcis:hac ſententia.Quandocunq; oſſa Capis dete/
cædis cta eſſent:fore ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur.magniſq; mox Italiæ cladibus uindica/
Prodi/ gia retur.Et immolantem haruſpex Spurina monuit:caueret periculum:quod non ultra martias Idus proferre
tur:pridie autem eaſdem Idus auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem uolu/
cres uarii generis ex proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt.Ea uero nocte cui illuxit dies cædis:
& ipſe ſibi uiſus eſt:per quietem:interdum ſupra nubes uolitare:alias cum Ioue dextram iūgere.Et Calphur
nia uxor imaginata eſt:collabi faſtigium domus:maritumque in gremio ſuo confodi:ac ſubito cubiculi fo/
Cæſa/ ris res ſponte patuerunt. Ob hæc ſimul & infirmam ualitudinem diu cunctatus an ſe contineret:& quæ apud
ſenatum agere propoſuerat differret.Tandem Decimo Bruto adhortante: quinta fere hora progreſſus eſt.
cædes Deinde pluribus hoſtiis Cæſis:cum litare non poſſet:introiit curiam ſpreta religione ubi ut diximus uulne/
ribus uigintitribus confoſſus obiit.
CHRI. Cæruleus. pluuiam.i.e.Propter eam rationem quam in pronoſticis lunæ diximus. Funem:ideſt
anchoram funibus religatam. Lucidus orbis:Per quam luciditatem aer purus oſtenditur & ſine uaporibus
ergo neque pluuiæ neque uenti erunt qui ſunt a uaporibus. Veſper:de quo & de lucifero alibi inuenies.
Cæcū Falſum:mendacem. Cæcos:Qui nundū uidebantur.Nam hominem non uidentem & rem q̄ non uideť
& locus in quo non uidemus cæcū dicimus. Ille etiam extincto:Occaſionem nactus deplorat mortem Cæſa
ris.Nam magnæ eclypſes ſolares maximorū uirorū interitū portendere uidenť. In morte: autē Cæſaris ſo/

lis lumen caligine obſeſſum ſcribunt. Toto enim illo anno pallens globus & ſine ſplendore exoriens imbecil lem ex ſe calorem emittebat. Quapropter grauis & ob defectum caloris diſpertientis obſcurius aer ſemico ctos edebat fructus immaturos & imperfecto flore conlabentes tantum aeri frigus inerat.

Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.
Impiaq; æternā timuerunt ſecula noctem.
Tempore q̄q̄ illo tellus quoq; & æquora pōti
Obſcœniq; canes importunæq; uolucres
Signa dabāt: quotiés cyclopū effeiuer ī agros
Vidimus undantē ruptis fornacibus ætnam:
Flāmarūq; globos liquefactaq; uoluere ſaxa:
Armorum ſonitum toto germania cælo
Audiit: inſolitis tremuerunt motibus alpes:
Vox quoq; per lucos uulgo exaudita ſilētes:

SER. Ferrugie te. Ferrugo ē purpurea nigrior hiſ pana: alibi & ferrugine clarus hiberna. Impia. ſ. Qui bꝫ fuerat Cæſ. occiſus. Aequora po. Nō ſine cā addi dit pōti: qa ſūt & cāpi æquora: ut Ac prius ignotū fer ro q̄ ſcindimus æquor. Importunæq; uo. In alienū tē pus ruētes: ut ſtryges aut bubōes nocte gaudētes p di em poſſēt uideri. Vidimus un. r. f. æ. Malū. n. oē quo tiés ætna mōs Siciliæ nō fumū: ſed flāmaꝝ erigit glo bos. Et ut dicit Liuius tāta flāma ante morte Cæſaris ex ætna mōte defluxit: ut nō tātū uiciæ urbes: ſed etiā Rhegia ciuitas afflaret. Vndātē āt: Vndæ mō flāmas euomētē. Liqfacta ſa. igne ſoluta. Sonitū. t. g. c. Au. Bene Germāia quā uicerat Cæ. ut eo occiſo i rebellio nē uideret exurger. Inſolitis. t. m. Aut nouis. i. nunq̄ antea i alpibus factis: aut magnis & maioribus ſolito. Ferru go

AN. M. Cū caput obſcura: Plutarchus ubi de ꝓdigiis poſt extictū Cæſaré meminit: iqt: Solis ṗterea lumē caligie obſeſſū: toto nāq; illius anni ſpatio pallés globus: & ſine ſplédore oriés: ībecillē ac tenué ex ſe calorem emittebat: q̄re grauis ac diſptientis ībecillitate caloris obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus: immaturos & imperfecto flore illabentes: tantum aeri frigus inerat. Euſebius uero ſcribit: poſt Cæſaris cædem Romæ tres ſimul ſoles exortos: q paulati in eundem orbem coierunt. Pli. itē li. ii. ca. xxx. ait: Fiunt ꝓdigioſi & longiores ſo lis defectus: qualis occiſo Dictatore Cæſare & Antoniano bello totius pene anni pallore continuo Oui. item ait. Solis quoq; triſtis imago Lurida ſollicitis præbebat lumina terris. Id tamen Oui. ante Cæſaris obitum fu iſſe dicit. Virgi. uero & alii auctores ut Pli. poſt ejuſdé obitū. Appi. quoq; li. iiii. ſcribit multa prodigia ſignaq; phorrenda Romæ uiſa eſſe poſt Cæſaris cædem. Meminit & Horatius ode ſecunda. Ferrugie: colore nigro Tempore q̄q̄ illo: oſtendit non ſolis tantū: ſed etiam alioꝝ plurima fuiſſe prodigia: de quibus ample Appia. ut dixius. Obſcœniq; canes. i. abominabilia canentes. Appianus inqt canes lupoꝝ uice ululatus edidere. Im portunæq; uolucres: Miſcuit Poeta ſicut etiam Oui. illa quoq; ꝓdigia quæ ante etiam Cæſaris obitū fuerant: de qbus iam diximus. Plu. itē ſcribit ante Cæſaris mortē ſolitarias ī foro aues dilapſas: & Suetonius ut patuit de regaliolo aui. Oui. itē ait: Triſtia mille locis ſtygius dedit omnia bubo. Cyclopū in agros: Cyclopes appel larunt uiros quoſdam gignates: qui in Sicilia iuxta ætnam morantes unicum lumen in frontis medio habe bant phœbeæ lampadis inſtar. Cyclops itaq; dici poteſt circularis oculus. Aetnam: Strabo li. vi. ubi de Sicilia meminit: ſcribit ætnam montem a Catana abeſſe. lxxx. ſtadia: per noctem uero lucere e cacumie: itere diu āt fumo & caligine obſideri: ſæpeq; igniū riui in agrum catanenſium proxime deferuntur. De hac Vir. ait: Cui nomen facies dedit ipſa rotunda: Solinus ſcribit in ætnæ uertice hiatus duos eē: Crateres nominatos: p quos eruptatus erumpit uapor: nec ante ſe flammaꝝ globi attollunt q̄ interni ſtrepitus antecedant. Liquefacta: ſaxa: pumices intelligit. Armorum ſonitum: hæc Oui. fuiſſe ante cæſaris mortem ſcribit ait enim: Arma fe runt inter nigras crepitantia nubes: Terribileſq; tubas auditaq; cornua cælo Præmonuiſſe nefas. Appianus uero hæc poſt illius mortem fuiſſe ſcribit: ait eni quod hominum immanes uoces armoꝝ ſtrepitus: æquo rum curſus inſpectante nemine audiebantur. Plinius autem libro ſecundo ca. lix. ſic ait: Armorum crepitus: & thubæ ſonitus: auditus e cælo cymbricis bellis accæpimus: crebroq; prius & poſtea. Germania: de hac ui deto in Tityro. Alpes: montes altiſſimi ſunt: qui Italiam a Germania ſubmouent: Plinius libro tertio. Vox quoq; per lucos: Ouidius quoq; ait: Cantuſq; feruntur Auditi ſanctis: & uerba minantia lucis. Plutarchus itē inquit: Fulgoreſq; cæli & nocturnos ſtrepitus per multa loca delatos ante ſcilicet q̄ cæſar obiret: conuenit enim cum Ouidio. Appianus poſt obitum cæſaris ſcribit hominum immanes uoces auditas.

Soles tres

Cyclo pes

Aetn

Alpes

CHRI. Ferrugine: Color ē purpureus ad nigrū tendés: credo nō eē diſſimilē illi quē florētini pagonaciū appellāt: & lugubrē eē idē teſtat i. vi. Et ferugiaa ſubuectat corpa cymba. Aeternā: Nā & duratio eclypſis mul taꝝ horaꝝ fuit: & totus iſecutus annus nullū diē claꝝ habuit. Obſcœni: Multi dicūt i auſpiciis aues obſcœ nas dici q̄ ore futura ṗdicāt ṗpetes uero q̄ uolatu. Alii obſcœnas ꝓprie q̄ iſœlicia portēt. Aſſerūt q̄ illā obſcœ nas pelagi fœdare uolucres. Sed & hoc loco poſſumus itelliger obſcœnas q̄ ore ṗdixerit & nō uolatu. Quod autem de canibus dicit: mirum refert Auguſtinus i tertio libro de ciuitate dei ante bellum ſociale eueniſſe. Efferuere in agros: Intellige: uidimus ætnam undantem. i. undatim emittentem flammas. Efferuere. i. cū feruore & æſtu emittere. Refert aūt Auguſtinus. Ex ætneo uertice ad litus ignibus maximis defluētibus ad eo mare deferbuiſſe: ut rupes exurerent: & pices nauiū ſoluerent: eodemq; æſtu tāta ui fauillæ oppletam eē Siciliam: ut catinenſis urbis tecta obruta ruerēt: q̄ calamitate moti romani tributū eius anni remiſerunt. In agros: Recte & nō in agris: nō. n. efferuebat in agris tanq̄ in loco in quo eēt: ſed in agros tanq̄ ad locū ad qué flammas iaceret. Ruptis fornacibus. i. a fornacibus quæ ex locis ſubterraneis erupebant. Flammaꝝ globos: interpretatio eſt: nā qd aliud eſt q̄ ætna efferueat in agros propinquos q̄ per feruorem euoluere globos flāma rū. i. flāmas cōglobatas & ſaxa liquefacta. ſ. ex igne ut uidemus calcem. Hanc rem latius deſcribit in tertio li bro æneidos. Quo in loco reſpondendum erit Macrobio ad ea quæ Maroni obiicit. Toto germania cælo.

Ob ſcœnæ aues

Prepe tes aues

Effer uere

Nam legimus in morte Cæſaris nocturnos ſtrepitus per multos deferri lucos uiſos eē:ut fulgores cæli. Item ſolitarias in forum aues delapſas.Nam Strabo philoſophus complures ignitos apparuiſſe homines teſtatur. Silentes:Eo tempore quo ĩ illis ſilentium eſſet:ergo certiuis meliuſq́ȝ potuit audiri uox in tanto ſilentio.

SER. Sub ob.n.Circa noctis obſcuꝝ. Pecudeſq́ȝ l.i.Aut iſãda uerba ꝑtulerũt aut hoc ipſum ĩfandũ fu it:ꝙ ſũt cõtra naturã locutæ. Ebur.ſ.ſimulacrorum. Aeraq́ȝ ſu.Signa ſũt laboris futuri. Inſano: Magno: ut Quid tãtũ ĩ ſano iuuat idulgere labori. Et ſciendũ flumia cũ ſupra modũ creſcũt:nõ tãtũ ad pſẽs inferre dãnũ:ſed ẽt alia futura ſignificare. Fluuioꝝ rex.e.Pa/ dũ dicit fluuioꝝ aũt rex ꝑ Italiã:aut certe ꝑ totũ orbẽ ſcḋm qḋ dicit Luca.q ait cũ de iſto flumĩe loqref:Nõ mior hic nilo ſi nõ ꝑ plana iacẽtis Aegypti libycas ni lus ſtagnaret arẽas.Nõ mior hic hiſtro niſi ꝙ dũ pme at orbẽ Hiſter:caſuros ĩ qlibet æquora fontes accipit: & ſcithias exit non ſolus in undas. Non alias cælo ce ciderũt plura ſereno fulgura: omne eſt in eo : & quia ſereno cælo miſſa ſunt fulgura & ꝙ plura miſſa ſunt. Diri cometæ:crinitæ ſtellæ & peſſimæ:quia ſunt bo næ ut diximns in æneide : factæ ex Ioue uel Venere: quam rem pleniſſime Auienus exequitur.

Ingens:& ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis:pecudeſq́ȝ locutæ
Infandum:ſiſtunt amnes terræq́ȝ dehiſcunt:
Et mœſtũ illachrymat tẽplis ebur:æraq́ȝ ſu/
Proluit ĩſano contorquẽs uertice ſyluas(dãt.
Fluuioꝝ rex eridanus:campoſq́ȝ per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit: nec tẽpore eodẽ
Triſtibus aut extis fibræ apparerẽ minaces
Aut puteis manare cruor ceſſauit: & alte
Per noctẽ reſonare lupus ululantibus urbes.
Non alias cælo ceciderunt plura ſereno
Fulgura:nec diri totiens arſere cometæ

AN.M. Simulacra:Oui.ait:Vmbraſq́ȝ ſilentũ Erraũiſſe ferũt:motãq́ȝ tremoribus urbẽ.Et Plu.ait:ꝙ Stra bo phũs ſcribit cõplures ignotos apparuiſſe hoĩes:& hoc ante cædẽ fuiſſe docẽt tũ Oui.tũ Plu. Pecudeſq́ȝ lo/ cutæ:iſandũ Appi.poſt cæſaris obitũ ait:ꝙ bos uocẽ emiſit humanã:ꝙ ĩſans recẽs genitus elocutus ẽ.Euſebi/ us quoq́ȝ poſt illius cædẽ ait:ꝙ ĩter cætera portẽta:q̃ toto orbe facta ſũt:bos ĩ ſuburbano Romæ ad arẽtẽ locu tus ẽ fruſtra ſe urgeri:nõ.n.frumẽta ſed hoĩes breui defuturos. Siſtunt amnes:de Tybri Hora.ode.ii.ſcribit. Ebur.i.eburnea ſimulacra.Oui.itẽ ait:Mille locis lachrymauit ebur.ꝙ ante mortẽ fuiſſe ſcribit. Aeraq́ȝ ſu/ dãt:Appi.poſt obitũ ait:ꝙ ex ſimulacris ẽt nõnulla ſudorẽ emiſere:alia ſanguinẽ. Fluuioꝝ:Anapæſtus eſt ꝑ dactilo:talis aũt uerſus Acephalus dr̃:nã icipit a ſyllaba breui:cũ lõga eẽ deberet.E contra ꝑcephalus dr̃ quũ a breui deberet icipe:& lõga põif. Eridãus:Padus nulli aĩum claritate iſerior a græcis dr̃ Eridãus:augef ad ca/ nis ortus liq̃tis niuibus:hæc & plura Pli.li.iii.ca.xvii.Mela uero ſcribit ꝙ Padus ſe ꝑ ſeptẽ hoſtia effũdit quoꝝ unũ magnũ padũ appellãt:ſcribit & plura. Rex:hoc iõ ait:quoniã iter ſydera relatus & qa nulli aĩum claritate iſerior ut dixius:hẽt ãt ĩ cælo teſte Iginio ſtellas.xiii. Fibræ mi.Plu.ait:Ipſi quoq́ȝ cæſari imolãti cor nuſq̃ cõ/ paruiſſe uictiæ:qḋ diꝝ ſane erat ꝑdignũ.Oui.quoq́ȝ iq̃t:Victia nulla litat:magnoſq́ȝ iſtare tumltus Fibra mo net:ceſũq́ȝ caput repif ĩ extis. Fibræ:antiq ut Varro ait fibrũ dicebãt extremũ unde ĩ ſagis fimbriæ & ĩ iecore extremũ fibra:põif ãt nũc ꝑ uernis qbuſdã:nũc ꝑ extrẽitatibus uel iecoris uel pulmõis & ſimiliũ. Extis:exta dcã ꝙ ea diis pſecẽf :q̃ maxie extãt emĩnẽtq́ȝ:auctor Feſtus. Lupis:Appi.ſcribit ꝙ lupi ẽt ꝑ foꝝ diſcurrerẽ. Ful gura:Pli.li.ii.ſcribit ꝙ ĩ catilinianis ꝑdigiis.M.Herẽnius Decurio ſereno die fulmĩe ictus ẽ. Cometæ di.i.hor rẽdi Pli.li.ii.iq̃t:Cometas græci uocãt noſtri crinitas:horrẽtes crine ſanguineo:& comaꝝ mõ ĩ uertice hiſpi das:fit cãdidus cometes argẽteo crine ita refulgẽs ut uix cõtueri liceat.De Comete ãt Lu.ait: Et terris mutãtẽ regna cometẽ.Pli.itẽ ait:Terrificũ magna ex pte ſydus eẽ:atq́ȝ nõ leuiter piatũ:ut ciuili motu Octauio cõſule.

CHRI. Simulachra:Phãtaſmata dicit & nocturna uiſa. Locutæ iſan.i.res infãdas.i.q̃ peſſima portẽderet poeta ãt ut ĩ honorẽ Cæ.oſtẽdit oẽm naturã morte tãti uiri cõmotã fuiſſe pluria ꝑdigia q̃ diuerſis tp̃ibus acci derũt ĩ unũ cogit.Nã.L.Quitio Flãineo:& Cn.Domitio Enobarbo cõſulibus:ut ait Li.Rõæ bouẽ locutũ eẽ cõſtat.Caue tibi roma.Et initio ultimi cõſulatus quẽ geſſit Marcellus nũciatũ ẽ bouẽ hũanam uocẽ emiſiſſe. Siſtũt am.t.q.d.q̃ terræ mõtibus euẽire ſolẽt. Proluit:Nimia ĩcremẽta fluminũ calamitatẽ ꝑtendũt.Hora. uidimus fluuiũ tyberĩ retortis littore etruſco uiolẽter undis Ire deiectũ monimẽta regis:Tẽplaq́ȝ ueſtæ. Flu uioꝝ:Sũt mulieres apud germanos q̃ fluuioꝝ curſũ uerticeſq́ȝ ac ſtrepitũ cõiectãtes futura ꝑdicãt. Eridanus: Hũc regẽ appellat:uel qa eius imago relata ſit iter aſtra uel qa nullus maior ſit ĩ Italia:uel qa nomen ſũpſit ab Eridano rege in eũ a Ioue flumĩe deiectũ ẽ.n.Eridãus & Phæton idem:q̃re aũt ab iferis ad ſupos trãſire dicaf: demõſtrabimus ĩ.vi.æneidos li. Fibræ miaces:ſub corde atq́ȝ pulmõe ut ait Corne.trãſuerſũ ex ualida mẽbra na ſeptũ ẽ.Hoc itaq́ȝ a pte ſupiore hẽt cor atq́ȝ pulmonẽ:q̃ ꝑprie exta ab extãdo dicunf.A pte iferiore iecur & liẽ.Sed & hæc exta ẽt dicunt :qa ſup iſeriora inteſtina locanf.Vnde antiq religio caput extoꝝ iecur dixerunt. Auruſpices igif duas fibras:q̃ ſũt duo capita ĩ iecore ita diuidebãt:ut alterã ſacrificãti:alterã aduerſario aſſigna rẽt:hic uiſcera ꝑſecabãt:q̃ ꝑſecta dicebãt:Lu.lauit calido proſecta cerebro. Si qd ergo in extis apparebat futu/ roꝝ indiciũ putabaf :Hinc principatũ portẽdi Syllæ reſpõſum ẽ ꝙ ſacrificãti ſibi apud Laurentũ ĩ capite uitu lini iecoris ſimilitudo coronæ apparuit. Puteis manare cruor:Hoc mõſtrũ in gallico bello eueniſſe memo/ riæ ꝑditũ ẽ.Nã fluuius q ꝑ agrũ Picenum fluuit ſanguinẽ fluere uiſus ẽ. Lupis ululãtibus: ꝙ ꝑ monſtro pri/ ſci habuere.Vnde & Liui.refert:Cõſule.L.Quintio Flamino Formas duos lupos ingreſſos aliquot obuios la niaſſe. Cometæ:Stella crinita:quẽ græci cometẽ appellant in morte Cæſaris ad ſeptẽ uſq́ȝ noctes eximio ful/ gor apparuit: poſtea nũq̃ uiſa ẽ.Vnde ẽ epiſtola Auguſti.Iis ipis ludoꝝ meoꝝ diebꝫ ſydus crinitũ ſeptẽ diebꝫ in cæli regione ſub ſeptentrionibus eſt cõſpectũ:id oriebaf circa undecimã horã diei:clarũq́ȝ & oibus terris

Erida/ nus

Padus

Fibræ

Exta

conſpicuũ fuit. Hoc ſigno putauit uulgus animã Cæſaris inter deos relatam. Cometes ut ait Pli. in uno totius orbis loco colit̃ in tẽplo Romæ. Sunt qui hæc ſydera perpetua eſſe credant: ſuoq; ambitu ire: ſed non niſi relicta a ſole cerni. Alii putãt naſci humore fortuito & ignea ui: ideoq; ſolui breuiſſimũ quo cernit̃ ſpaciũ ſeptẽ dierũ annotatũ ẽ: lõgiſſimũ uero octoginta. Mouentur ãt alii errantiũ mõ alii imobiles ſunt: & omnes ferme ſub ipſo ſeptẽtrione uidentur. Ex quibuſcunq; ãt ſtellis cometæ naſcantur ſiue ex planetis ſiue ex ſtellis fixis ſemp inflãmatio apparet uerſus ſeptentrionem. Quapropter ſtella quæ apparuit in ortu Chriſti non fuit cometa: qa mouebat̃ ab oriente ad meridiem uerſus occaſum: quod nõ facit cometa: ut refert Chriſoſtomus. Cometæ

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere philippi.
Nec fuit indignũ ſuperis bis ſanguine noſtro
Emathiam & latos hæmi pingueſcere cãpos.
Scilicet & tempus ueniet quum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.
Dii patrii indigetes & romule: ueſtaq; mater

SER. Paribus cõcurrere te. Lucãus: Pares aquilas & pila minãtia pilis. Iterũ. u. phi. Ciuitas ẽ Theſſaliæ ĩ qua primo Cæſar & Põ. poſtea Auguſtus & Brutus cũ Caſſio dimicauerũt. Nec fuit indi. ſu. q̃ſi exclamatio eſt ad deos. Emathiam & la. hæ. p. c. Emathiam theſſaliã dictã ab Emathio rege. Hæmus ãt mons eſt Theſſaliæ. Hæmus Incuruo: una pars orationis ẽ. Scabra. r. aſpera unde & ſcabies dicit̃ a corporis aſꝑitate. Galeas inanes: cõcauas: ut Galeã ante pedes proiecit inanẽ.
Grãdia. o. aut multa aut ĩgẽtia q̃ſi antiquorũ heroũ.
Dii patrii. in. & ro. ueſtaq; ma. Patrii dii ſunt q pſunt ſingulis ciuitatibus: ut Minerua athenis: Iuno carthagini. Patrũ dii Indigetes ãt proprie ſunt dii ex hominibus facti quaſi in diis agentes. Abuſiue ãt oẽs dii poſſunt dici indigetes: tanq̃ nullius rei egẽtes. Indigetes Veſtaq; mater Quæ tuſcum tyberim & romana palatia ſeruas: poetice. Nam uerum nomẽ numinis: q urbi romæ præeſſet ſciri ſacrorum lege prohibetur: q auſus quidam tribunus plebis enunciare in crucem leuatus eſt.

AN. M. Philippi: Philippi ciuitas eſt ĩ Macedonia: q̃ datos oli dicebat̃. Crenida ante dati nomen appellata. Philippi fontes quippe plurimi circa collẽ huberius ſcaturiũt aquis. Eũ locũ Philippus uallo ſepſit: & a ſe Philippos nũcupauit. Cõdita ẽ. n. ciuitas ĩ prupto quodã cole. Apud philippos demũ & Caſſius & Brutus pugnantes cõtra Auguſtũ & Antoniũ uicti ſibi ipſis mortẽ conſciuere: de quibus oibus uideto Apia. li. iiii. prius ãt circa eadem fere loca pugnarũt Cæſar dictator & Pom. unde Lucius Florus ſic ait: Sic ꝓcipitantibus fatis ꝓlio ſũpta Theſſalia eſt: & philippicis cãpis urbis iperii generis humani fata cõmiſſa ſunt: nunq̃ ullo loco tãtũ uiriũ populi romani tantũ dignitatis fortuna uidit. Emathiã: Emathia: ut Pli. ſcribit li. iiii. c. xi. antea dicta: poſtea Macedonia. Emathia Auctor quoq; Soli. qui adit ab Emathio primo rege dictã. Hæmi: hemus mons ẽ in Thracia uaſto iugo procumbẽs in põtũ: auctor Pli. li. iiii. Thracia ãt ut oſtendit Ptolæmeus li. iii. iuncta ẽ Macedoniæ: unde & Lucanus li. vi. ait: Qua iuga deuexus pharſalica porrigit hæmus. Pila: Modeſtus ſcribit pilũ fuiſſe telũ maius ferro triãgulo unciarũ. ix. haſtile pedũ quinque & ſemis quod ſuo tpe ſpiculũ dicebatur: ad cuius iactum exercebantur præcipue milites: quod arte & uirtute directũ & ſcutatos pedites: & loricatos eqtes ſæpe tranſuerberabat. Pilum Grandia oſſa: olim fuiſſe homines grandiores & Homerus indicat & Virgili. hinc Iuue. ait ſat. xv. Terra malos homines nunc educat atq; puſillos. Dii patrii: expoſitis ob ceſareã cædẽ prodigiis actis: nunc ipſum Auguſtũ romanũ iperiũ fouere optat. Indigetes: Feſtus ait indigetes dii: quorũ nominita uulgari non licet: & indiges Aeneas appellatus eſt ab Aſcanio poſt humanũ abſceſſum. Liui. ãt ſcribit appellatũ Iouẽ indigetẽ. Sũt & q dicãt indigetes dici: q ex hominibus ad cõſecrationẽ ueniũt: ut Aeneas &c. Indigetes Romule: Romulus. xviii. natus annos potitus ẽ Romano regno: annos ãt. xxxvii. dominatus quĩtũ ãt & quinquageſſimũ uitæ agẽs a ciuibus ſuis interfectus eſt (licet uaria de morte referant̃) cũ iã impiũ nõ regie ſed tyrannice exerceret. romulus Poſt hæc Iulius Proculus in forũ procedẽs: Romulũ inquit ego ex agro aduenieus uidi abeũtẽ ex urbe armatũ: qui ubi proximus mihi fuit ita eũ dicere audiui: Nũtia romanis iuli q me ſortitus ab initio uitæ genius ĩ cælũ ducit mortali expleto ſæculo: ſum ãt Quirinus. Succedẽs exide ĩ regnũ Numa pompilius ipſum Romulũ: ut naturã ſuperantem mortalem templi adornatione: & anniuerſariis ſacrificiis. Quirinum uocatum ſtatuit honorari. Hæc ex libro ſecundo Dionyſii. Veſtaq; mater: Erat Veſta urbis Romæ cuſtos: quam uirgines ſeruabãt perpetuo igni. Vesta Cuius extintionẽ ſuper grauia omnia Romani timebant: interitũ urbis ſignum id aſſumentes quacunq; acciderit cauſa: De quibus omnibus plura Dionyſius libro ſecundo & Ouidius in faſtis.

CHRI. Paribus: nã utrinq; pila erãt. Emathiã: Theſſalia q̃ ab Emathiõe rege ſic dicit̃. Nã græce ημαθια dicit̃. Hunc Memnonis filii auroræ & Thitoni fratrẽ fuiſſe ait Probus. Hæmi: mons Thraciæ ab hæmo filio Boreæ & Orithyæ. Saltẽ: q̃ſi dicat: ſi rapuiſtis Cæſarẽ maturũ uirũ: & q optimus eſſet iperii defenſor. Saltẽ placeat ſeruare hunc iuuenẽ: q euerſo morte Cæſaris iperio ſuccurrere poſſit. Veſtaq;: de ueſta & palatio alio loco dicet̃. Ne prohibere: tacite oſtẽdit ſuis uiribus poſſe mõ dii nõ ipediãt ſuccurrere. Maxĩa ergo laus q ſolus & iuuenis ualet. Non dico cõſeruare bene iſtitutũ ſæculũ ſed reſtaurare iã euerſũ. Laumedõteæ piu ria troiæ: Laumedontis perfidia in Apollinẽ ac Neptunũ uulgatiſſima eſt. Sed & aliã ĩ Herculẽ meminit Diodo. ſiculus: ait. n. Herculẽ cũ argonautis i colchos enauigantẽ ĩ Phrygiũ mare peruenisse: & Heſionẽ filiã Laumedontis i littore religatã: & monſtris marinis iuſſu oraculi deuorãdam expoſitam uidiſſe: eamq; liberaſſe: & monſtra interfeciſſe. Propterea q; ꝑmiũ ſibi Laumedontẽ obtuliſſe equos iuictos. At Herculẽ eoſdẽ equos apud ipſum Laomedõtẽ donec ex colchis rediret depoſuiſſe: Reuerſo deinde Herculi denegaſſe depoſitum Laomedontẽ. Qua ex re ira percitũ Herculẽ & Laomedontẽ & reliquos filios q ſecũ ſenſerat interfeciſſe. Soli

autem Priamo qui fidem ſeruandam & equos reſtituendos cēſuiſſet troianū regnū reliquiſſe. Remouet aūt culpā belli ciuilis a Cæſare Iulio & reiicit i peccata troianoꝝ:unde Roma originē ducit. Quæ autem ſcelera nunc orbem præmunt dicit eſſe quia dii hominibus Cæſarem inuiderunt. Patrii indigetes:de Iano Fauno: Euandro:Aenea:Carmente & cæteris qui ex hominibus dii habiti ſunt. Romule:ſcilicet urbis conditor.

SER. Laomedonteæ: excuſat Auguſti tēpora & cū dicit ſuis uiribus non cōpenſare damna reipu.q̄ ex maioꝝ uitiis deſcēdiſſe cōfirmat.Hora.Negligis immeritis nociturā poſt mō te natis fraudē cōmittere. Atq; hominū.q.cū cæleſtos poſſis mereri. Vbi fas. u.a.n.apd hoies:ſcq.ſ.q ſpnūt licita appetētes illicita. Abductis.c.ad bella.ſ.ut Et latos uaſtant cultoribus agros Hic mouet euphrates illic germania bellū. Vndiq; mouet̄ bellū.Euphrates nāq; orientis ē fluuius. Germania āt occidētis prouincia. Arma.f.u.urbes: Hoc ē & externa & ciuilia bella deſæuiūt. Vt cū car. hoc uult dicere:Res quidē publica hēt optimū ipatorē:ſed tanta uitia tēpoꝝ pteritoꝝ q̄ in dies ſingulos aucta ſunt quēadmodū i proceſſu equoꝝ curſus augeť.Vt ea optimus rectorrefrenare nō poſſit.Sicut & auriga a ferueti curſu equos nō pōt plerūq; reuocare. Addūt ſe i ſp.i.currēdo plus eoꝝ curſus augeť. Currus.i.eq.Sane ſciēdū tranſlationē hanc eē non cōparationem quæ ſi ponatur in fine uitioſum eſt.

Tyberis — AN.M. Tuſcū tyberi:Stra.li.v.ſcribit:ꝙ ex apœninis montibus tyberis effluit pluribuſq; auctus amnibus ptim per ipſam excurrit Hetruriā:deinceps uero ipſam deſterminans:primū quidē ab ea diuidit Vmbriā:poſtea uero Sabinos & latinos Romæ ad littus uſq; finitimos.Legito itē plura in Pli.li. iii.c.vi. Romana palatia: Cornelius tacitus ſcribit urbem romā in palatio monte primū ædificatā:in eoq; reges primū deinde conſules poſtea impatores maiori ex parte ſedē habuerunt.Et in bello macedonico Liuius oſtendit in palatio fuiſſe ædem magnæ matris deū a Iunio Bruto dedicata fuit & ibidē ædis uictoriæ eodē teſte li.viii.de ſecundo bello pu.in eodē palatio:ut ſcribit Suetoni. Cæſar Auguſtus tēplū Apollini dedicauit. Hunc iuuenē:cur Auguſtū intelligēs iuuenē appellat late iā diximus in Tytiro Hic illū uidi iuuenē melibœe. Iāpridē: multi &.n.romāoꝝ ab Annibale Mario & Sylla a Cæſare & Pō.& aliis antea fuerāt interēpti. Luimus:purgauimus.luo.n.a luce diciť:ut ſcribit Varro. Laomedōteæ:ſecūdū fabulas Apollo & Neptunus troiana mœnia ſtruxere:fictū ē:ut aiūt:quoniā cū troianoꝝ pecūnia i ſacro coꝝ deoꝝ ſeruareť ab eis Laomedō petiit redituꝝ ſe iurās unde mœnia iſtaurauit:poſtea tamē nō reddidit:hinc datus ē fabulæ locus:ꝙ deos deceperit quos uult Maro hic ppea ēt i romāos ſæuiſſe. Iāpridē no.i Auguſti gratiā Iuliū Cæſa.iā diu a diis deſideratū aſſerit. Aratro dignus ho.de agriculturæ honore uidetoi principio. Conflātur:fabricanť cōuertunť. Euphrates:hunc maior fundit armenia:ut ſcribit Soli.Longiſq; excurſibus Babyloniā diuidit tādē in ſinū pſicū deferť.Mouere āt Euphratē bellū ait pp Parthos.Ii enim clade Craſſiana altius animos erexerat:ciuileſq; diſcordias populi romani læti acceperant itaq; ut primū affulſit occaſio nō dubitauerūt erūpere.Vltro qdē inuitante Labieno qui miſſus a Bruto Caſſioq; fuerat ut hoſtes in auxiliū ſollicitaret.Ventidius tamen Antonii legatus & Labieni copias & omnē Parthicū equitatū inter Orōtē & Euphratē occidit:de quibus plurima Lucius Florus. Germania:hoc ideo dicit:quia poſt Cæſaris cædē germani ab romanis defierant. Augu.tamen ut Suetonius tradit eos ultra albin flumē ſubmouit. Legibus: fœderibus. Ruptis:pp Cæſaris obitū. Carceribus:carceres uocantur unde mittuntur equi dicti ꝙ coherceātur equi ne inde exeant anteq̄ magiſtratus ſignum miſit auctor Varro. Quadrigæ:quattuor ſimul equi iūcti quadrigæ quaſi q̄driage uocantur ut ſcribit Gelli.li.xviii.c.viii. Auriga:aurigæ proprie ſunt curuū regētes. Diciť autē auriga qa ſplendorē ſibi agat auris.i.fauoribus populi hoc ē clamoribus.Priſcia.de.xii.car. Currus ipſe q̄drigæ:per id āt inuit Martē nullo obſtante ſæuire:obierat.n.Cæſar populoꝝ terror & rector.

CHRI. Palatia:pro tota urbe.Nam palatiū fuit antiquiſſima ſedes Roma.ut apparet ubi de Euandro narrať. Facies:formæ. Et curuæ.r.qd.n.ſceleſtius eſſe poteſt q̄ ferramenta ad uſum agriculturæ inſtituta unde uita humana & alitur & aſſiduo labore pia caſtaq; conſeruatur ad bellaq; & homines perdunt : & omnium ſcelerum ſemina præbent.Magna ergo indignatio ꝙ non ſolum ab uſu rei ſanctiſſimæ amoueatur : ſed etiā turpiſſimæ attribuatur. Euphrates:Parthos intelligit quoꝝ imperiū euphratē ptingebat. Eſt āt Euphrates ſecundū chriſtianos unus ex q̄ttuor fluminibus q ex deliciaꝝ paradiſo effluunt.Priſcia.uero illum ex Armenia maiori naſci uolūt:& armeniā a Cappadocia diſtinguere. Vt cū carceribus:Nō uitio principis ſunt bella ſed ipetus belloꝝ anteipſū motus nondū reuocari pōt:ut ipſi aurigæ iā pcipiti curſu actos equos ſiſtere non poſſunt. Addunt ſe in ſpa.i.p ſpacia currendi augent curſum. Ferť eqs.i.equoꝝ arbitrio agiť & non ſuo.

Finis Primi Georgicon.

Quæ tuſcū tyberī & romana palatia ſeruas
Hunc ſaltē euerſo iuuenem ſuccurrere ſæclo
Ne prohibite:ſatis iampridē ſāguine noſtro:
Laomedonteæ luimus periuria troiæ.
Iampridem nobis cæli te regia cæſar
Inuidet atq; hoium querit̄ curare triumphos
Quippe ubi fas uerſū atq;nephas:tot bellap
Tā multæ ſceleꝝ facies:nō ullus aratro (orbē
Dignus honos:ſqualēt abductis arua colonis
Et curuæ rigidum falces cōflantur in enſem.
Hinc mouet euphrates:illinc germania bellū
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt.ſæuit toto mars impius orbe:
Vt quū carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addūt ſe i ſpatia & fruſta retinacula tendens
Fertur eqs auriga:neq; audit currus habenas.

Finis primi Georgicon.

Euphrates | Germaīa | Tyberis | roma | Luo | Laomedō | Euphrates | Carceres | Auriga | Palatium

Actenus aruo℞ cultus & ſy.cæ. Nunc te bacche caná: Mire iterauit illū uerſum: Quid faciat lætas ſegetes quo ſydere terrá. In hoc át libro exequit̄ culturá agri conſiti: q̄ oiũm arbo℞ cōtinet genera. Et ſciendū eſt Virgiliū uites quoq; arbores dicere: ut nec ſecius omnis in umguē Arboribus poſitis ſecto uia lim:te quadret. Et Hactenus: ut multi uolūt una pars orationis ē & eſt aduerbiū ſignificans hucuſq;. Alii duas ptes uolunt pronomen & aduerbiū: ut ſi tenus hac. Sicut Cru℞ tenus a mento palearia pēdēt. Sed melius eſt unam partem accipere oratiōis hactenus. Sydera cæli: Pleonaſmos nec.n. ſunt alibi q̄ in cælo ſydera. Bacche: inuentorē pro uitibus po/ſuit de quibus catexochen in hoc libro loquit̄. Ná uites pcipuæ ſūt licet & alia℞ arbo℞ faciat cōmemora/tionē. Nec nō ſil.te. uirgul.ideſt iſœcūdas arbores q̄bus præcipue in Italia uites cohærent. Tardæ creſcē/tis oliuæ: Res enim diu duratura tardius creſcit. SER.

Ouidii poetæ tetraſticon in librū.ii. georgicō

Actéus aruo℞ cultus & ſydra cæli
Pampineas canit ille comas: colleſq; uirentes
Deſcriptaſq; loci uites & dōa lixi.
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lætos:

ANTO.M. Argumentū ſecūdi uoluminis
Proponit bacchūq; uocat Maro rite ſecundo.
Arboribus diuerſa datur natura creandis.
Panditur iuſitio. Vitis diuerſa notatur.
Italiæ laudes: ſpecies telluris habentur.
Q uo uitis ponenda modo quo tpe. quid uer
Afferat. hinc uiti qualis ſit cultus habendus:

Cōmoda ſylua℞ mō ſtrat laudat̄ agreſtes

P. Virgilii Maronis Georgicon Liber. II.

Actenus aruorū cultus & ſydera cæli:
Nūc te bacche caná:
necnō ſylueſtria tecū
Virgulta: & prolem
tarde creſcētis oliuæ

AN.M. Hactenus aruo℞: huius quoq;.ii. uolumi nis argumentum carminibus patet: Sed cur poeta ab agro℞ cultura icœpit poſtea uitiū de exordio ſcribēs apuit ubi & uitiū arborūq; culturas Emolphū athe/nienſē primū iueniſſe Pli. referēte edocui. Hactéus: cecini.ſ.eſt.n. Meſozeugma. Sydera cæ. pleonaſmos ē in dictiōe cæli.i.ſupabūdātia: de qua late Fabi.li.ix. Te bacche.i. tua munera ut uites de quo latius ibi Pocula q; inuētis acheloia miſcuit uuis. Dicit̄ át bacchus a furore quē icutit cultoribus ſuis: ut Probus aſſerit. Sylueſtria uirgulta: ſilueſtres arbores: iter q̄s & genistas & ſiler & ſalices accipe. De uirgultis át diximus in Tityro. Tarde cre.oli. Pli.li.xvii.c.xii. ſcribit. Natura tarde creſcere oia longo æuo durantia: at quæ cito occidunt ueloc̄ia eſſe ut ficus malus pirus. Idemque lib. decimoſexto ca.lxi. ſcribit ad ſua tempora duraſſe in Literno Aphricani prioris manu ſatas oliuas: & myrtus eodem loco conſpicuæ magnitudinis.

CHRI. Quoniá poeta℞ ē curare: ut ſequentes libri antecedentibus annectátur. Facit hoc Maro ut plurimū p aliquá cōiunctionē: ut Te quoq; magna pa. & alibi Poſtq̄ rex aſiæ: itē At regia graui iá dudū ſaucia cura: & Sic fat̄ lachrymás. Hic uero ut idē pſtet utitur colore rhetorico: quē Tráſitionē appellant: quo facile iis q̄ dicta ſunt ea q̄ dicēda reſtát adnectūtur. In pcedē tigit̄ li. & aruo℞ cultū & ea q̄ ad rōnē ſyde℞ ptinerent deſcripſerat: Nūc quod ſecūdo loco ſibi ppoſuerat explicat.ſ. Vlmiſq; adiūgere uites. Te bacche: nō ſolū bacchū dicit pp uites qua℞ inuentor perhibet̄ ſed pp oēs arbores. Dionyſiū.n. poſuerūt pro ignea ui ſolis q̄ poma ac fructus oēs arbo℞ decoquit ac maturat. Ná uis ſeminalis q̄a ſole i terrá deſcēdit Priapi nomine honorat̄: cuius quod ad ſiccos pertinet fructus bona dea: quod uero ad plátaria Dionyſius dicit̄. Ergo q̄a ignea uis ſolis ē Dionyſius iccirco ægyptii Oſirim quē ſolē itei ptá/tur Dionyſiū teſte Diodo. ſiculo appellauerūt. Vnde Eumolpus poeta: Ignoculū radiis Dionyſiū dixit. Et Orpheus cū ſplēdoris auctorē ſcribit. Atq; hæc ad phiſicē. Hiſtoria uero duplex ē. Aliter.n. græci aliter ægyptii ſētiūt: Aegyptii.n. Dionyſiū Oſirim nomināt: quē uolūt diuinis uirtutibus u℞ pditū fuiſſe ægyptiiq; regno & Iſidis quá luná cereréq; nomināt cōiugio potitū uniuerſū orbē pagraſſe. Et ut Iſis tritici ordeiq; rptrix fuit: antea.n. iter alias herbas icognita oriebant̄ ſic Oſiris in Nyſa q locus Arabiæ fœlicis ægypto cōterminus ē enu/tritus ppeaq; & a Ioue patre & a loco illo Dionyſius appellatus uitis reptor fuit: hominesq; docuit & uitis cultū & uini uſū atq; cōſeruationē. Volūt pterea ægyptii Oleá quoq; rō át Mineruá ut græci dicūt iueniſſe. Hic p Arabiá & rubrū mare ad idos & orbis terræ terminos progreſſus ē. In indis uero & alias urbes: & Nyſam cō/didit monumētū eius i qua nutritus fuerat: in q̄ hederá ēt ſeuit profectus eſt & i Aſiá & p Heleſpontū i Europá & in Thracia ſibi aduerſantē Lycurgū iteremit Maronēq; pfectū ſuū & uitis colēdæ peritū i regione q̄ ab eo Maronea dicta ē reliqt & Macedonem filiū i regno q̄ ab eo Macedonia appellata ē. Atq; hæc de Dionyſio apud ægyptios. Græci uero uaria retterūt. Alii.n. unū. Alii tres ponūt. Sunt ēt q huius dei formá humanáfu/iſſe negēt: ſed uini datiōnē Dionyſiū dicant: Terráq; ſua ſpōte uites protuliſſe: Dimetora át a priſcis nomina/tū quod ſit ex duplici matre primáq; geneſim numerát quádo i terra poſita pláta icremētū accipit. Secundá quádo fructus matureſcant. Vnde altera ex terra: altera ex uite dei origo ē. Quod uero dicūt ex Ioue & Cererenatū: & a gygantibus diſcerptū ac exlixatū ac rurſus a Cerere cōpoſitis mēbris i iuuenē reductū: pſyſicū eſt. Ná ex terra & ibre icremētū ſumit uitis ad uuas creandas: q̄ ab agricolis calcádo laniátur: multiq; uinū deco/quūt ut melius fiat uinū. Ceres át rurſus mēbra cōponit: q̄a terra ſingulis annis. ſuccū uitibus ad nouas uuas ſubminiſtrat. Eſt ēt phiſicū quod dicát ui fulminis ex utero Semeles abductū: & donec tēpus maturo fœtui Bacchus Dionyſius

datũ cõpleret Iouis fœmori aſſutũ.Nã ignea ui in uuis matureſcit.Verũ cũ iã ex uuis expſſũ eſt uinũ quia nũdũ ſatis ẽ coctũ ẽ iterũ in lacubus ebulliat neceſſe eſt.Dio.ãt ait terrã antiquos thyonẽ a ſacris q̃ ſibi fiebãt cũ ſacra ευοιασ dicãt:& ſemelẽ quaſi caſtã ab eo quod ẽ ʒεμνη.Bis ãt eius geneſim a Ioue eſſe: quia cũ i Deucalionis diluuio piſſet rurſus poſt pluuias in terra apparuit.Sed hæc phyſice. Fabuloſe uero dicũt tres fuiſſe Dioniſios primũ indũ:qui ex uitibus ſua ſponte naſcentibus calcandarũ uuarũ inuẽtor & uini pomorũq; cõditor fuit.Quoniã ãt barbatus ẽ & barbã indi uſq; ad mortẽ nutriũt.Hic orbẽ pagrãs calcatione uuarũ in torcularibus admuẽit a qbus Lenæus appellatus eſt.Secundus ex Ioue & Proſerpina uel ut alii dicũt ex Cerere fuit qui primus boues aratro iũxit.Antea.n.mãibus fodiebãt terrã mortales:propter quod ĩmortales honores meruit:eiuſq; ſimulachrũ cornibus inſignit:ut iuẽtor aratri demõſtreť. Tertius Iouis & Semeles filius fuit: q poſt ſecũdũ ortũ ex fœmoř Iouis i Nyſam idiæ a Ioue delatus:& a nymphis educatus ẽ pulcherrimus & muliebribus delitiis deditus exercitũ ex mulieribus confecit:Thyrſiſq; illas armauit.i.haſtis hedera implicitus cũ ferrea cuſpide quo dolo reges nihil tale de mulieribus credẽtes iteremit.Inter quos Pẽtheus apud græcos. Mirãus apud idos. Lycurgus apud thraces fuit. Quoniã uero ex India triẽnio elephãte iuectus orbẽ pagrauit græci illi Trieterida.i.triẽnalia ſacra inſtituerũt:orbem peragrans docuit ſacra & myſteria. Certamina muſica propoſuit:cunctaq; i pace cõponebat.Dicunt primũ fuiſſe q multis cõgeſtis ſpoliis i patriã triumphãs redierit.Probus ait:Bacchari ẽ furere : Vnde bacchæ dicunť ſacerdotes quæ p furorẽ ſacra Liberi celebrãt:& ipſe bacchus dicit a furore quẽ ſuis incurrit cultoribus. Et prolem: Nã a radice pululat & ueluti filios producit. Vnde illæ plãtæ alio tranſierunt. Autũno pampineo:pro uuis pampinos poſuit. Labris: uaſis maioribus ĩ quibus uinũ ebuliẽs ſpumas agit.Labrum.n.uas capacius eſt. Cice.in epiſtolis : Labrum ſi in balneo nõ ẽ fac ut ſit.

(Margin: Bacchari — Bacchæ — Labrũ)

Huc pater o lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus:tibi pampineo grauidus autũno
Floret ager:ſpumat plenis uindemia labris)
Huc pater o lenæe ueni. nudataq; muſto
Tingue nouo mecũ direptis crura cothurnis.
Principio arboribus uaria eſt natura creãdis.
Nãq; aliæ nullis hominum cogentibus ipſæ
Sponte ſua ueniunt:cãpoſq; & flumina late

SER. Huc pater o le.Pater licet generale ſit oium deorũ:tamẽ ꝓprie Libero ſemp cohæret.Nã liber pr̃ uocať. Lenæus ãt αποτουληνου.i.a lacu. Nã qđ Dona.dicit ab eo quod mẽtem leniat : nõ procedit nec.n. põt græcũ nomẽ latinã æthimologiã recipere. Tibi floret ager:i honorẽ tuũ exultat & lætus ẽ:nã autũnali tpe re uera florere nõ põt ager. Pãpineo autũno:pãpinoſo:ut nemus frõdeũ pro frõdoſũ. Vindemia:cũ uidemiã numero ſingulari dicimus:unius anni ſignificamus:cum plurali multorũ ut meſſem meſſes hyemẽ hyemes.hæc.n.ſemel tãtũ annis ſingulis cõtigũt multi tamẽ uolũt uindemiã eẽ totius orbis generaliter.Videmias ſingularũ priũ:ut plus ſignificet ſingularis q̃ pluralis numerus ſicut plus ẽ cũ dicimus:p terram pluit q̃ per terras.Túc.n.oẽ elemẽtũ nõ terras aliquas ſignificamus. Muſto:muſtũ numero tãtũ ſingulari dicimus:ſicut & uinũ:licet Ouidi.abuſiue dixerit muſta.Sed hoc ille plus fecit quod & muſtis dixit. Cũ ut diximus de his noibus tres caſus tãtũ uſurpari cõſueuerit. Prĩcipio arbo.creandarũ arborũ naturaliter ſũt triã genera.Aut.n.ſua ſpõte naſcũť:aut ex ſeminibus fortuito iacẽtibus ſurgũt:aut ex radicibus pululãt. Nã cætera uſus iuenit fauẽte natura. Spõte ſua:ſpõte mõ nomẽ ẽ:qa iũctũ ẽ ei genus:quo caret ſemp aduerbiũ. Veniunt:creſcũt.Alibi Illic ueniunt fœlicius uuæ. Cãpoſq; & flumĩa late Curua te.p trãſitũ oſtẽdit in qbus locis arbores ſpõte naſcũtur.ſ.: humidis.Nam terra ẽ mater oium rerum & ſeminũ cunctorum creatrix.

(Margin: Videmia — Vindemiam — Vindemiæ — Muſtum)

Lenæus — AN.M. Leneæ: Lenæus bacchi nomẽ lenos.n.torcular diciť Lenæus torcularis:ut Probus ait. Grauidus autũ.nõ grauidis i ablatiuo ſed grauidus ĩ ntõ legẽdum eſt:ſic.n. antiq textus habẽt:eſt ergo diaſtole figura. Floret:lætus eſt.Labris ahẽis. Cothurnis:uidero æglogã:ſeptima. Muſto nouo:& hic pleonaſmos ẽ uel epexegis:Nam ut ſcribit Nonius Muſtum non ſolum uinum uerum nouellum quicquid eſt dicitur recte Næuius utrum ſit melius uirginẽ an uiduam ducere uirginem ſi muſta eſt. Prĩcipio: canam uidelicet ſiue a principio. Arboribus:uaria ẽ natura creandis:Maro i hac re Theophraſtũ ſecutus eſt:ille enim li.ſecundo inquit Arborũ & ſummatim plantarũ generationes aut ſpõte aut ſemine aut radice aut auulſione aut ramo aut ſurculo aut ipſo trunco factitantur.Videto item paulo inferius ibi uidelicet Hos natura modos & cætera.

SER. Scipiadas duros bel.Scipiadas pro ſcipionibus dixit:ſicut Amazonidū pro amazonū alibi poſuit Scipiones āt duo fuerūt auus & nepos quoꝝ unus leges uictæ carthagini īpoſuit alter eandē diruit.Hæc āt oia plenius in ſexto diximus. Imbellem.a.r.ar.in. Auertēdo reddis ībellē.Romanis āt arcibus:a romanis urbibus a romano īpio. Magna uiꝝ:uiroꝝ fortium & iā cōcludit laudās eam a uiris a fertilitate reꝝ a Saturni iperio. Tibi res & antiquæ laudis & aris.i.tibi i tuā utilitatē ſcribo carmē georgicū. Antiq̄ aūt laudis uel magnæ uel quod apud antiquos īgenti honore fuit agricultura. Aſcræūq; carmē:Heſiodicū. Nā Heſio.aſcræus de ciuitate aſcra fuit. Nūc locus aruorū:nūc inquit tēpus ē naturā agroꝝ deſcribere. Ingeniis:naturis.Multi culpāt in hoc loco Virgi.q̄ in unū

Scipiadas duros bello:& te maxime cæſar:
Qui nunc extremis aſiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis romanis arcibus indum.
Salue magna parens frugū ſaturnia tellus
Magna uirū:tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior:ſanctos auſus recludere fontes.
Aſcræumq; cano romana per oppida carmē:
Nūc locus aruoꝝ ingeniis: quæ robora cuiq;
Quis color & quæ ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ colleſq; maligni.

Tenuis ubi argilla & dumoſis calculus aruis
Palladia gaudent ſylua uiuacis oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurges oleaſter eodem
Plurimus:& ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
At quæ pinguis humus dulciq; huligine læta:
Q uiq; freques herbis & fertilis hubere cāpo
Q ualē ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere:huc ſūmis liquūt rupibus amnes

coegit q̄ttuor librorū propoſitiones.Nā & de auro & de cōſito & de paſcuo:& de florido iſto loco commemorat:quod ideo nō ē rephendēdū qa nō ea late exequit:ſed capti & breuiter trāſit q̄ latius explanat ī ſingulis. Quæ robora cuiq;: q̄ ſit uniuſcuiuſq; poſſibilitas. Quis color:q̄ ſpecies:ſicut dicimus quo colore ille recitauit.i.ſpecie.Licet breuiter ēt ſit dicturus de colore terrarū. Difficiles: pene ſteriles & parū creantes. Colles maligni.i.īfœcūdi. Tenuis ubi argil.ſine humore qa ē & pinguis. Dumoſis:ſpinoſis & uepribus plenis. Calculus:lapis breuis terræ admixtus dictus calculus q̄ ſine moleſtia ſui breuitate calcet. Viuacis oliuæ:diu uiuētis. Hinc ſupra Tarde creſcētis oliuæ,Res enim diu duratura tarde creſcat neceſſe eſt. Tractu:plaga regione. Dulciq; uligie læta:terræ uligo proprie eſt naturalis eius humor ex ea nunquam recedens.Bene autem dulci addit ad diſcretionem amaræ. Vliginoſus ergo ager eſt ſemper humidus.Nam humidus dicitur qui aliquando ſiccatur. Calculus

AN.M. Scipiadas:ut.P.Scipionē & Cneū fratres:q in Hiſpania pro romano impio occubuerūt:& Cornelium Scipionē Publii filiū:qui deuicta Carthagine Aphricanus deuictus eſt.Cuius frater.L.Scipio ob Aſiā deuictā aſiaticus eſt appellatus:& Cnei Scipionis.P.Corneliū Naſicā filium q in tota urbe uir optimus iudicatus ē Adde & iis Scipionē æmilianū Carthaginis exitiū.De Scipionibus āt hæc & plura Plutar. Cæſar:Auguſtū itelligit:nā ut ſcribit Lucius Florus Scythæ miſerat legatos Auguſto & Sarmatæ amicitiā petēs:ſeres ēt habitātesq; ſub ipſo ſole indi cū gēmis & margaritis elephātosq; īter numera trahētes nihil magis q̄ lōginquitatē uiæ īputabāt:quā q̄drienio ipleuerāt Parthi quoq; q̄ſi uictoria pmaneret rapta clade craſſiana ſigna retulere hæc ille meminit ē Sueto. Saturnia tel.Saturnus.n.ī Italia regnauit:quo tpe aureū ſæculū fuiſſe aiūt: cōſtruxitq; urbē ī mōte Capitolino:quā Saturniā appellauit:hinc Maro li.viii.ait hanc Ianus pater:hāc Saturnus cōdidit arcē:Ianiculūq; illi:huic fuerat ſaturnia nomē:& Varro ſcribit Tarpeiū mōtē Saturniū a Saturno appellatū & ab eo Saturniā terrā. Magna uirū:ordo ē:magna parens uirū:repetit.n.parens. Antiquæ laudis:quā agricolis laus eſſet olī circa pricipium aperuimus.Præterea antiquorū multis ī Italia uinearū cultura laudi fuit:de quo uideto Pli.li.xiiii.c.vi.Laudabatur itē Italia ob generoſa uina de quibus item Pli.li.xiiii.c.ix. Sanctos fontes:muſarū.ſ. Aſcræum carmen:Heſiodi aſcræi intelligit:qui princeps oīum de agricultura præcepit & carmine executus eſt:quem poſtea Maro hic in geor.imitatus eſt.De Aſcra aūt latius æglogā vi. Ingeniis:ideſt naturis & qualitatibus.Ingeniū nāq; dicit ſua ſponte natura quod hic etiam Nonius itellexit. Primū cano.ſ. Difficiles primū:ſenſus ē:q terræ difficiles colles maligni.i.ſteriles.Terra ubi eſt tenuis argilla: & arua calculis plena oliuis gaudent. Tenuis argilla:non pinguis creta.Pli.li.xvii.c.v.ſcribit argilloſā terrā eē q̄ opi difficillima:quæq; raſtros ac uomeres īgētibus glebis oneret. Calculus lapillus:dulci huligine:dulci pinguitudine & naturali humore:nō āt amara. Atq; pinguis humus:ſenſus eſt:q humus pinguis & fertilis dulci huligine & cāpus herboſus & fertilis hubere & abundantia:qualis cāpus in mōtis cōualle eē ſolet & agri q expoſitus eſt auſtro:& q felicē habet uitibus cōueniūt:& uina optima producūt. Mōtis conualle:Cato agrū optimū iudicat ad radicē mōtiū:planicie ī meridiem excurrēte:q̄ eſt totius italiæ ſitus Pli.li.xvii.ca.quinto. Scipionem Saturnus Ingenuus

CHRI. Te maxime cæſar:magno artificio iā peruenit ad laudes Cæſaris quod maxime cupiebat & ita rē deduxit ut neq; a laudibus italicis quas ſibi propoſuerat aberrare.Neq; qua quidē re oīs laus euaneſcit quicq̄ per adulationē īferre uideatur. Indū:ad indos nūq̄ peruenit Cæſar:ſed blanditur ſibi quia pacato orbe terrarum indorū legatio ad eū romā uenit:intelligit āt de Arabia quā domuit per.C.Aquiliū & per æthiopiā quā ſuperauit per Petronium.Salue mira & breuiſſima concluſio:nam hac dictione ſalue colligit ex ſuperioribus eā eſſe dignam ueneratione.Deinde per fruges infert copiam omnium quæ ex terra gignuntur quæ diximus eſſe pro bonis corporis per uiros intelligit uirtutes illorum & egregia facinora quæ poſuimus pro bonis animi.Præterea opera humano artificio edita ut urbes oppida & quæ iis ſimilia ſunt quæ regioni erunt loco bonorum fortunæ. Saturnia.q.d.digna quæ ſaturnia appelletur digna quæ Saturnū auctorem præceptoremq; tum morum tum agriculturæ habuerit.Tunc.n.præceptore dignus ē diſcipulus cū illi ſeſe parem addiſcendo reddidit. Saturnia:Saturnū ueteres putabāt largitorem omnium fœlicitatū.Hinc fertilia loca Saturno dedicabant.Ergo ſaturnia.i.fertilis Dionyſius āt alicarna.ait in primo li.Nullā terrā fertilitate italiæ cōparabo.in quo loco demonſtrat quicquid eſt quo carere uita non debeat nuſq̄ eſſe pſtantius q̄ in italia. Tibi.n.ideſt in honorem tuū deſcribo artem ipſā agriculturæ ex qua tibi prouenerūt laudes quæ antiquæ fuerunt utpote a Saturno profectæ. Auſus:tanq̄ rem arduā & pene ſupra meas uires. Aſcræum:Sententia eſt primus apud latinos de re agraria uerſibus ſcribam imitatus Heſiodū.Nā oratiōe ſoluta ſcripſerant ante eū latine.M.Cato Saſernæ duo pater & filius Tremelius Scrofa.M.Terentius Varro.imitatus ergo Heſiodū q uerſibus græce de re agraria ſcripſit:Quāuis idē Menecrates Epheſius fecerit. Aſcræū:qui ex aſcra fuit hæc ut ipſe ſcribit penes Heliconē eſt.Vituperatur āt ab eo ſuis uerſibus.Appellat.n.rus īfœlix & q hyeme dirū ſtate æſtu triſte & nullo tēpore optabile. Hunc locus:pene ppoſitionē reſtaurat. Ingeniis:tranſlatio ē ab homine.Habet.n.animus humanus duplicē uim alterā qua percipiant alterā qua iā percepta retineant.Et illam quidem docilitatem hanc memoriam appellant.Vtrunq; autem cōplectuntur cū ingeniū dixerunt.Ergo in hoc loco ingenium dixit innatam connaturalemq; uim quæquidem uaria in uariis terrarum generibus reperitur: Quæ robora:ad quid quæq; ualeat & interpretatus eſt quid dixerit ingenia.

SER. Fœlicē limū:Terraꝝ.ſ.ideſt fertilē.Nam fluminū limus eſt noxius. Huc:illuc. Filicē curuis inuiſam: filices radices ſibi inuicē nexæ ēt cum auulſæ fuerint renaſcunt. Olim:quouis tēpore. Pateris auro.i. pateris aureis.Endiadē facit:ut Molleꝗ; & mōtis. Pinguis tyrrhēus: Victimaꝝ.ſ.carnibus. Inflauit ebur:tibiaꝝ dicit qbus in aurē ſacerdotis cani ſolebat. Lancibus pandis:aut patulis aut extoꝝ pōdere curuatis. Fumātia reddimus exta:Sacerdotum uſus eſt uerbo.Reddi enim dicebantur exta cum probata & elixa aræ ſupponebantur. Aut uerentes culta capellas:Omne enim quod momorderint urunt & exſiccant. Vnde eſt Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.

Fœlicemq; trahūt limū:quiq; editus auſtro:
Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris
Hic tibi prævalidas olim multoq; fluentes
Sufficiet baccho uites:hic fertilis uuæ
Hic laticis:qualem pateris libamus & auro:
Inflauit quū pinguis ebur tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis ſtudium: uituloſq; tueri.
Aut ouium fœtus: aut urentis culpa capellas

Filix AN.M. Filicē iuiſam aratris:id ait:quia ex una radice ꝗplures exeūt filices:& radices ipſæ lōgæ ſunt in obliquū:qbus qdē ſues pingueſcūt: folia cimicē necāt ſerpētē non recipiūt.Pli.li.xxiiii.c.xliiii. Prævalidas: amplas. Sufficiet: ſubminiſtrabit. Baccho: uino. Fertilis.ſ.eſt. Laticis:uini. Pateris & auro.i.pateris aureis p Endiadin. Libamus ad aras.ſ.pinguis tyrrhenus. Tuſcus:tibicē ſignificat: uel ꝙ nō ſit ſubtilis muſicæ:uel ꝙ tumeāt buccæ iflantes tibias ꝗ ſignificant ebore dicto:Probus ſcribit potius tamen pinguis uictimaꝝ carne. Ebur:tibiā itelligit: ꝗuis tubam nō tibiā Tyrrheni iuenerit.Vnde Virgi.Tyrrhenuſq; tubæ mugire p æthera clāgor:& Pli.li.vii. ſcribit Aenea tubā iueniſſe Piſeū Tyrrheneū:obliquā tibiā Mydā ī Phrygia:geminas tibias Marſiā.In eadē gēte lydios modulos Amphiō:cū tibiis canere uoce Trozenius Dardanus inſtituit.Adhibebat āt tuba nō ſolū ī plīs:ſed ī oībus feſtis diebus pp laudis uel gaudii claritatē.Vnde & ī pſalterio dicit.Canite initio mēſis tuba ī die inſigni ſolēnitatis ueſtræ:pceptū.n.fuerat iudæis ut initio nouæ lunæ tuba clāgerēt.Tibias āt diu funeribus ferūt adhibitas mox & ſacris gētiliū. Tyrrhenus:tyrrhenos romani Hetruſcos appellant:atq; Tuſcos.Græci uero eos hoc nomie nominauerūt a tyrrheno Atys filio:qui ex Lidia colonos hāc ī regionem dimiſit.Cæterū Tuſciæ lōgitudinē maximā a luna uſq; Oſtiā:per littus ſtadioꝝ milibus duobus & quingentis ſcribit Strabo li.qnto:& Pli li.iii.ait:ꝙ Tyrrheni a ſacrificio ritu ligua græcoꝝ Tuſci ſunt nominati. Pandis:curuis. Magis ſtudiū:ſupple eſt tibi. Aut ouiū fœ.aut &c.s cū ſua uocali pcedēti tollit ī ſcāſione: quidā uero textus antiqui fœtū habēt. Vrētes culta capel.hoc iō:qa ut Pli.ſcribit li.viii.c.xlvii.Capris anima ē:ꝗ ouibus ardētior:earūq; morſus arbori exitialis:oliuam lambendo quoq; ſterilē faciunt:eaq; ex cauſa Mineruæ imolantur.

(Margin: Tibia — Tuba — Tyrrhēus — Caprarum morſus)

CHRI. Filicē.Filicis teſte Pli.duo ſūt genera alterū:nec florē hēt nec ſemē phterigia uocāt græci quā maſculū putāt ultra bia cubita creſcūt nec graui odore ſunt ex una radice plures exeūt. Alteꝝ gēus philipterō dicūt uel pteri ē nō fructicoſa breuior molliorq; ac dēſior ad radicē cauliculata Radices utriq; lōge ī obliquū nigræ pcipue cū inaruere. Difficile illa agri purgant tamē renaſcant nup ortæ & adhuc tenellæ bacculo decutiunt. Capellas urentes culta:Capraꝝ morſus arboribus exitialis ē.Oliuā ēt lambēdo ſterilem reddit hoc animal:ſunt qui credant hoc prouenire ex illaꝝ febricitanti adurentiq; & iccirco peſtilēti anhelitu.Aiūt.n.capras nunꝗ febre carere.Ob idq; ī uenditionibus a priſcis nō eſſe ſolitū pſtari de ſanitate ſatiſq; fuiſſe ſi uenditor diceret.Aio has capras benē eſſe beneq; bibere.Refert āt Archelaus nō naribus ſed auribus ſpirare.Ferunt quinque mēſibus ut oues pariūt quæ etiam quaternos raro ſenos.In paſcēdo ſemp ad altiora progrediuntur pingueſcunt pinguedine ſterileſcūt.Quibus cornua ſunt annoꝝ numeꝝ per incremēta nodorum oſtendunt ꝗ iilis carent mutilæ dicūtur.Tōdentur ī Cilicia capræ ut alibi oues.In Syria auribus menſura palmari: & dodrantali ac nonnullæ demiſſis adeo ut ſpectent ad terram ait Ariſtoteles.Vita ad octauum annum.

(Margin: capræ)

SER. Saturi: Aut fœcūdi:aut ꝙ eſt iuxta oppidū Saturū.Tarētū.n.& Satuꝝ uicinæ ſunt ſibi calabriæ ciuitates.Hor.Me ſatureiano uectari rura caballo. Liquidi fon.puri ſine peſtilētia. Et quātū lōgis carpēt armē.die.Exigua tantū gelidus ros.no.re. ut in æneī. diximus.Hoc dicit Varro ubertatē fuiſſe in roſulano agro poſtꝗ uellinus ſiccatus eſt lacus ut ibi longam ꝑticam magnitudo ſuperaret herbaꝝ. Aut unde iratus.ſ. ifœcūditate diuturna. Antiquaſq; domos:aut reuera antiquas aut caras.Salu.tātū antiqtatis curæq; maioribus pro italica gēte fuit.Eſt āt Ecbaſis ī iſta deſcriptiōe. Ieiuna glarea:ſicca & ſterilis terra.Caſſia & roſmarius apibus aptæ ſunt herbæ. Tophus ſcaber: Lapis aſprimus.Vnde & ſcabies dicta ab aſpitate. Nigris chelidris:Nocētibus. Negant.ſ.Nicider & Solinus qui de his rebus ſcripſerūt. Dulcē ferre cibum: Ordo ē æque dulcē hoc eſt tā dulcē. Quæ tenuē exalat nebulā:Nūc dicit agꝝ oium reꝝ feracē.Quattuor quippe imitat genera agroꝝ:qui ſolus pōt quod il

Saltus & ſaturi petito longinqua tarenti:
Et qualem infœlix amiſit mantua campum
Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos.
Nō liquidi gregibus fōtes nō gramina deſūt:
Et quantū longis carpent armenta diebus
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet:
Nigra fere & preſſo pīguis ſub uomere terra
Et cui putre ſolū:nāq; hoc imitamur arando:
Optima frumētis: non ullo ex æquore cernes
Plura domū tardos dcedere plauſtra iuuēcis.
Aut unde iratus ſyluam deuexit arator
Et nemora euertit multos ignaua per annos
Antiquaſq; domos auium cū ſtirpibus imis

Eruit:illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo uomere campus:
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias roremq; miniſtrat
Et tophus ſcaber & nigris exeſa chelydris
Creta negant alios æque ſerpentibus agros
Dulcẽ ferre cibũ:& curuas præbere latebras:
Quæ tenuẽ exalat nebulã fumoſq; uolucres:
Et bibit hũorẽ:& quũ uult ex ſe ipſa remittit:
Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit
Nec ſcabie & ſalſa lædit rubigine ferrum
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos.
Illa ferax oleæ eſt illam experiere colendo
Et facilem pecori & patientem uomeris unci:
Talem diues arat capua & uicina ueſeuo

li quattuor:ſicut ſequẽtia indicant. Fumoſq; uolu. quaſi fumos.ſ.ex humore. Quæq; ſuo ſemper: naturali.ſ.non coacto. Nec ſcabie & ſal.ru.ferrũ:proprie eſt: nam rubigo quaſi ſcabies ferri eſt. Talem diues arat capua:iõ diues quia talẽ arat. Et uicina ueſeuo:Veſeuus mons eſt Liguriæ ſub alpibus poſitus. Nam Campaniæ mons quidam Veſuuius dicitur ꝓ quo multi Veſeuum poſitum uolunt. Veſeuus

AN.M. Saturi tarẽti:a ſatura palude ei uicina:uel ob agri bonitatem ut Probus ait. Longinqua ta.eſt eni Tarentũ Calabriæ proxima urbs extrema italiæ de quo late Stra.li.v.Florus ſcribit Tarentũ Calabriæ quondã & Apuliæ totiuſq; Lucaniæ caput: poſitum in ipſis adriatici maris faucibus. Mantua cã.de amiſſis Mantuæ aruis late diximus ĩ argumẽto Tityri. In flu.Myntio uidelicet q Mantuã ꝑterfluit. Exigua tã tũ:Cæſar uopiſcus cũ cauſam apud cẽſores ageret cãpos Roſiæ dixit italiæ ſumen eſſe: in quibus perticas pridie relictas gramẽ operiret:ſed non niſi ad pabulũ probant Pli.li.xvii.capite.iiii. Nigra:pulla terra ẽ optima & operi ſatiua quæ temperatæ ubertatis ẽ mollis facilisq; culturæ nec madida nec ſitiẽs & poſt uomerem nigreſcens: & quã recẽtẽ exquirunt ĩprobæ alites uomerem comitantes:coruiq; aratoris ueſtigia ipſa rodentes:Pli.li.xvii.capite quinto. Nãq; hoc imita. arã. ſenſus eſt q arande fit ſolũ putre neq;.n.ut inquit Colu.libro.ii.capite.ii.aliud ẽ colere q̃ ſoluere & fermentare terrã ideoq; maximos q̃ſtus ager præbet. Plauſtra:de iis li.geor.i. Syluã deuexit:noualẽ intelligit:cæſa uetere ſylua:uideto ĩ Tityro de nouali. At rudis.i.ſterilis & macer. Enituit:incanuit:nõ nigruit uti pigui agro euenit. Ieiuna glarea:ideſt ſicca macraq; terra minutiſſimis lapillis mixta Glareoſum oleis ſolum aptiſſimũ in Venafrano:Pli.ſcribit li.xvii.c.iiii. Caſias: de caſia late æglogа.ii.Pli. ꝑterea li.xxi.c.de cura & pabulo apiũ ait harum ergo cauſa oportet ſerere thymũ roſam uiolas lilium fabam caſiam & plura. Humiles: candidæ enim caſiæ magis ſe humi ſpargunt ſuntq; odoratæ. Roremq;:rorem marinum intelligit. Thophus ſcaber:Pli.li.xvii.capite.iiii.ait q Tophus ſcaber natura friabilis expetitur quoq; ab auctoribus pro uitibus ſcilicet:Sequenti uero capite inquit fruges alit tophacea alba:quæ ſi ſit inter fontes reperta eſt ad infinitum fertilis. Chælydris:Calabria chelidris frequentiſſima eſt:ut Soli.ſcribit titulo de Italia. Diues capua: Strabo li. quinto ſcribit Capuam Campaniæ caput eſſe:Campaniamq; campos omnes fœlicitate ſuperare: Et Plini.li. xviii.inquit q quantum uniuerſas terras campus ille Campanus antecedit tantum ipſum pars eius quæ laboriæ uocantur:quem phlegreũ græci appellant finiũturq; laboriæ uia ab utroq; latere cõſulari: q̃ a puteolis & q̃ a Cumis Capuã ducit. Veſeuo iugo: Veſeuus ueſuius & ueſuuius dicit̃ ẽ aũt mons ĩ Cãpania teſte Solino qui ut ſcribit Strabo li.v.amœniſſimis habitabat̃ agris excepto cacumine. Ducũt alii Neapoli ad quartũ lapidẽ proximũ eẽ.De hoc Pli.Iunior quomõ ſuo tẽpore arſerit late ſcribit libro.vi.epiſtola uero.xvi.&.xx. Tarentum glarea Capua

CHRI. Putre ſolum:Nam hoc facile ſe radicibus frumenti peruium prebet a radicibus aũt omne alimẽtum accipit planta. Tardis:quoniam ponderoſiora grana inſunt. Syluã:hoc noſtra tempeſtate uſu compertum eſt cum inculta & ſiluoſa noſtri appennini iam coli cœpta ſint In quibus ex ſingulis ſextariis ſupra.xxv. reddidiſſe mãifeſtum ſit. Antiquas domos:Vtitur Ecbaſi ut aſperitatem præceptorum huiuſcemodi feſtiuitate exilaret. Rorem: Roſmarinis appellatur græce uero dicitur Libanothis. Veſeuo:Et Veſuuius & Veſulus & Veſeuus dicitur iſte mons Veſuuius igitur mons Campaniæ eſt:cui ab oriente Pompei ſunt:nec procul eſt Neapolis:& Nola & Nuceria.De hoc ſcribit Strabo Hiſce locis incumbit mons ueſuuius amœniſſimus habitatus agris:excepto cacumine:fructum nullum ferẽtem.Sed cineres in proſpectu habente & cauernoſa antra ſaxis ignibus arroſis.Ergo plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam coniecturis aſſequimur Reſtictam autẽ eſſe ceſſante materia Quæ ſorte fertilitatis illius loci cauſa Extitit.Excoctas.n.glebas pigue aliquid habere quod uberiores fructus afferat.Eſt autem locus iſte nobilitatus morte Plinii Nouocomenſis.Nam dum ignium ex hoc monte ſcatentium miraculum uiſere cupiens incautius naui accedit fauilla Cinere ac fauilla opreſſus neque aduerſantibus uentis remeare ualens periit. Idẽ Baſſo poetæ eueniſſe dicunt. Montem autem hunc Veſuuium uterque Plinius & Suetonius de uiris illuſtribus:& Pompeius Strabo: & Euſebius de temporibus appellant.Eſt præterea Veſeuus alpium mons:e cuius radicibus effluit padus: Sed de huius fertilitate nemo extat auctor. Veſuuius

Ora iugo:& uacuis clanius nõ æquus acerris.
Nũc quo quãq; modo poſſis cognoſcere dicã
Rara ſit an ſupra morem ſi denſa requiras
Altera frumentis quoniã fauet altera baccho
Denſa magis cereri:rariſſima quæq; lyæo

SER. Et uacuis clanius non æquus acerris:Acerræ ciuitas ẽ cãpaniæ haud lõge a Neapoli:quam Clanius preterfluit fluuius cuius frequens inundatio eã exaurit:unde ait uacuis ideſt in frequentibus. Supra morem:abundanter plus æquo.Iſti autem uerſus incomparabiles ſunt tantam habẽt ſine periſologia aliqua repetitionem. Denſa magis cereri:bene addidit Acerræ

Ante locum capies oculis:alterq; iubebis
In ſolido puteum demitti: omnemq; repones
Rurſus humũ:& pedibꝰ ſũmas æq̃bis harẽas
Si deerũt rarum:pecoriq; & uitibus almis
Aptius uber erit.ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca:& ſcrobibus ſuperabit terra repletis
Spiſſus ager:glebas conctãtes craſſaq; terga
Expecta:& ualidis terram ꝓſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus & quæ ꝑhibetur amara
Frugibus infœlix:ea nec manſueſcit arando
Nec baccho genus:aut pomis ſua noĩa ſeruat
Tale dabit ſpecimẽ:tu ſpiſſo uimine qualos
Colaq; prælorum fumoſis diripe tectis:
Huc ager ille malus dulceſq; a fõtibus undæ
Ad plenum calcentur:aqua eluctabit̃ omnis
Scilicet & grandes ibunt per uimina guttæ:
At ſapor indicium faciet manifeſtus:& ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.
Pinguis item quæ ſit tellus:hoc deniq; pacto
Diſcimus:haud unquã mãibus iactata fatiſcit:

magis.Nam hoc uult oſtẽdere quid ubi melius naſcat̃ur.Poteſt etenĩ frumentũ in rara & uinũ ĩ denſa:ſed nõ fœliciter naſci. Locũ capies:Eliges: ut Aut capere aut captas iam deſpectare uident̃. In ſolido:ne ager ſit concauus. Aptius uber erit:aptior ubertas & fertilitas. Glebas cunctantes:ualidas:graues: & magnas: ut Auiduſq; refringit cunctantem. Expecta: proba.

Nec manſueſcit arando:Dum arat ut alibi de arboribus:ita exuerint ſilueſtrem animũ. Sua nomina: propriã generoſitatẽ:ut Et nos aliquod nomenq; decuſq; geſſimus. Tale ſpeciẽ:talẽ probationẽ. Spiſſo uimine:pro ſpiſſi uiminis. Prælorũ.i.quallos ꝑ quos

Præla uinũ defluit:qui & ipſi a colando dicti ſunt Præla ãt trabes ſunt quibus uua iam calcata præmitur. Eluctabitur:Cum mora egredietur. Amaror:Amaritudo:& eſt ſermo Lucretii & uera lectio. Nam multi Amaro legunt:ut ſit ſenſu amaro.

Clanius AN.M. Clanius:campaniæ flumẽ eſt Clanius iuxta acerras a nomine gigantis ita dictus.Non æquus autem Acerris ideo exiſtimatur ꝙ eas ſæpe inundet quæ uacuæ iccirco dicuntur ꝙ pene deſertæ ſunt auctor eſt Probus.

Lyæus Lyæo:lyæus bacchi nomẽ a lyo qđ eſt ſoluo:eo ꝙ mentem & membra uinum diſſoluat unde ſequitur paralyſis. Huber:fertilitas. Proſcinde iuuencis:ad frumenta ferenda: ſcilicet. Salſa tellus:Plinius libro decimoſeptimo capi.quarto ait ſalſæque terræ multo melius creduntur tutiores a uitiis innaſcentium animalium. Amara: Plinius libro decimoſeptimo capi. quinto ait terram amaram ſiue macram ſiquis probare uelit demonſtrant eam atræ degenere ꝗ herbæ. Specimen: documentum indiciũ ſignum experimentum. Quallos:calathos. Cola prælorum:ideſt torcularium uaſa uiminea:ſeu crates illas uirgeas quæ uinaceis ſupponuntur ꝑlis ideſt lignis quibus calcata uua premitur. Fumoſis tectis:ſolent.n. huiuſmodi res in tecta ſeruari ne pluuia putreſcant. Eluctabitur:exibit. Amaror:Gelli.libro prĩo capi.uigeſimoprimo ſcribit hoc loco legendum eſſe amaror & non amaro. Atq; poetam id a Lucretio ſumpſiſſe q quidẽ libro quarto dixit Quum tuimur miſceri abſynthia tangit amaror. Fatiſcit: diſſoluitur aperitur.

CHRI. Nec baccho ge.cũ ſaporẽ illi naturalis ẽ.Nõ ſeruat ergo genus:qa degenerat. Specimen:cognitionẽ ab eo quod ẽ ſpecio uerbũ ab uſu remotũ:ſed ſunt in uſu cõpoſita:ut aſpicio deſpicio reſpicio & alia.

Sed picis in morẽ ad digitos lẽteſcit habẽdo.
Humida maiores herbas alit: ipſaq; iuſto
Lætior: ah nimium ne ſit mihi fertilis illa:
Neu ſe prævalidam primis oſtendat ariſtis.
Quæ grauis eſt ipſo tacitã ſe pondere ꝓdit
Quæq; leuis:prõptũ ẽ oculis prædiſcere nigrã:
Et qſqs color.at ſceleratũ exqrere frigus
Difficile eſt:piceæ tantum taxiq; nocentes
Interdũ aut hederæ pandunt ueſtigia nigre.
His aĩaduerſis terrã multo ante memento
Excoqre:& magnos ſcrobibꝰ cõcidere mẽtes
Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas:

SER. Habendo:dum habetur. Lenteſcit:cohæret. Iuſto lætior:ultra modũ pluſq̃ oportet. Ah nimiũ ne ſit mihi fertilis illa:ideſt ne herbæ pluſq̃ oporteret creſcentes ſpem adimant frumentorum.Vnde ait in primo Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Primis ariſtis:ideſt herbis ſurgentibus: quarum luxuries.Futuris frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non poſſunt. Et quiſquis color: Vera lectio eſt quiſquis color.Nam male quidam & quiſcuiq; legũt excludentes at ut ſit.Et quiſcuique color ſceleratum exquirere frigus difficile ẽ.Alii colos legunt ut excluſo fiat ſynalipha:& ſcandamus & quiſcuiq; colat ſceleratum ut ſit quemadmodum:Inter ſe coiſſe uiros: & decernere ferro:quo non procedit.Tunc enim r in s mutat̃ cũ lõga opus ẽ ſyllaba ut labor labos: honor & honos.Hic ãt nõ ſolũ lõgã facit ſyllabã: ſed etiã excluditur s cũ ſuꝑiori uocali:unde legendũ eſt & quiſquis color.Quod nec obſcuritatẽ affert: nec fidẽ derogat lectioni. Sceleratũ:nocens oĩa exurẽs. Hederæ pandunt ueſtigia ni.Hederæ indicant frigus: nã ueſtigia inditia dicit.Nigræ ãt dicit ad albarum diſcretionem:ut Hedera formoſior alba. His animaduerſis.i.agri q̃litate depræhenſa. Terram multo ante memento Excoquere:hoc dicit non eſſe eo anno ponẽdas uites:quo fodiuntur ſcrobes:ſed poſt annum ut calore & frigore:& labore ruſtici poſſit terra putrefieri.

AN.M. Habendo:dum habetur. Humida maiores herbas alit:Plinius libro.xvii.capite quarto inqt nec ſemper aquoſa eſt terra:cui proceritas herbarum.Quæ grauis eſt idem libro xvii.c. iiii.ait Nec grauis aut leuior iuſto depræhendit̃ pondere quod enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt.

Picea Piceæ:Picea mõtes amat atq; frigora hæc plurimam reſinam fundit idem libro decimoſexto capi.xv. Taxiq; nocentes: eſt enim ue/

nenoſa arbor de qua late idem libro.xvi. Hederæ nigræ:idem libro.xvi.ca.xlviii.ſcribit hederam inimicã ſa Heđe/ra
tis omnibus ſerpentium frigori gratiſſimam:eſt autem candida & nigra:de qua etiã latius ægloga ſeptima. His animaduerſis:ideſt terrarum natura percepta uel cognita. Excoquere:calore uidelicet & frigore.Multo ante ſcilicet q̃ lætum ĩfodias uitis genus. Scrobibus:hoc dicit quoniam uitium ſurculi teſte etiam Plinio libro decimoſeptimo capite.xx.ſeruntur & in ſcrobe & in ſulco longiori:ſuper quos tenerrima ingerit̃ terra ſed eſſe uitis radicem in media ſcrobe oportet.Et Columella libro tertio capite.iiii.ait:itẽ ſi ſcrobibus aut ſulcis uineam poſituri erimus:optimum erit ante annum ſcrobes uel ſulcos facere. Magnos mõtis:hoc iubet:q̃a cliuoſa altiores poſcũt ſcrobes qđ item Plinius libro decimoſeptimo capite uigeſimoprimo docet:& Maro ſuperius ait:Aptos bacchus amat colles.Columella etiã libro tertio capite quarto ait.Curandum ãt ẽ ut locis arduis & cliuoſis altius uitis deponat̃ q̃ ſi humidis & planis. Aqloni:ut eius ſcilicet frigore excoquãt̃.

CHRI. Ah nimium ne ſit:Oratio pathetica quæ ut plurimum imperfecta profertur:aut ex indignatiõe: ut Quos ego.Aut ex dolore:ut Ah ne te frigora lædant.Ah tibi.n.t.g.ſ.a.p.Ergo & ex dolore pathetica ẽ oratio.Itaq; ſubintelligendum eſt uereor. Taxiq;:enim De hac arbore in ſuperioribus dictum eſt. Piceæ:arbor unde eſt pix.Hæc in frigidis montibus oritur:feralis arbor & funeri inditio ad fores poſita:gemmam cãdidam gerit:& Thuri ita ſimilem ut admixta dinoſci nequeat.Aſia picem indicam probat:Græcia piericam: Virgili.naritiam. Hederæ nigræ:Hedera iam dicitur in Aſia naſci:negauerat Theophraſtus:nec in India niſi in monte Mero Harpalus ut in Medis ſereret fruſtra multis modis laborauit.Alexãder auctor ex India ob raritatem coronato exercitu rediit exemplo Bacchi.Inimica arbor ſatis omnibus frigori ſerpentum gratiſſima.Vt mirum ſit in ullo honore haberi.Mas inuenitur & fœmina.Mas maior corpore & filio durior e & pinguiore:flore ad purpuream accedente.Vtriuſq; autem flos ſimilis eſt roſæ ſylueſtri niſi q carret odore hederarum.Teſte Plinio ſpecies tres ſunt:candida:nigra:& elix:Hæ ſpecies in alias diuiduntur.Nam alia tantum fructu candida:alia & folio.Fructum uero candidum ferentium aliis denſus acinus & grandior racemus in orbem circunacti qui uocantur corymbi.Aliis minor acinus ſparſiorq; racemus.Simili modo in nigra:alii ſemen nigrum:alii croceum:ex his minus nigra folia habentem quidã nyſiam alii bacchiam dicunt maximis exiſtentibus inter nigras corymbis.Apud græcos quidam huius duo genera faciunt a colore acinorum erythranum:ideſt rubris acinis & chryſocarpum : ideſt aureis. Elicis tria genera herbacea altera candido folio: tertia uerſicolos quæ thracia dicitur Adoleſcit in longitudine herbacea Arbores autem necat candida omnemq; ſuccum aufert:tanta enim craſſitudine augetur ut ipſa arbor fiat.Eſt & rigens hedera quæ ſine adminiculo ſtat:obidque uocata ciſſos contraque quæ nunq̃ niſi humi ſerpit chameciſſos dicitur : arabice uocatur aſſan ſiue Thalibech:ſimilis hederæ:Similax denſis geniculata caulibus ſpinoſa fruticoſa ramis folio hederaceo paruo nõ anguloſo emittit pãpinos flore cãdido olente liliũ.Fert racemos labruſcæ mõ colore rubro ĩfauſta oĩbus ſacris & corõis quoniã ſit lugubris uirgĩe eiuſdẽ nominis pp amorẽ pueri crocimutata ĩ hũc fruticẽ.E ſimilace fiũt codicili Huius materia auribus admota leuẽ ſomnũ reddit Si uas ex hedera fiat:& uinũ infũdat̃ traſmittit uinũ aq̃ ſi aq̃ fuerit admixta remanẽte. Syluaq; hede.teras uel cõtra ignis elicit̃. Mõtes:Saxa Cõtra ſaxũ p mõte Aqloni Cuius frigore recoquant̃.

Quã lætũ infodias uitis genus:optĩa putri
Arua ſolo:id uenti curant gelidæq; pruinæ.
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor:
At ſi quos haud ulla uiros uigilantia fugit:
Ante locum ſimilem exquirũt ubi pría paret̃
Arboribus ſeges.& quo mox digeſta feratur.
Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem:
Quin etiam cæli regionem in cortice ſignãt.
Vt quo quæq; modo ſteterit:q̃ parte calores
Auſtrinos tulerit quæ terga obuerterit axi
Reſtituãt:adeo in teneris cõſueſcere multũ ẽ.
Collibus an plano melius ſit ponere uites
Quære prius:ſi pinguis agros metaber̃ cãpi
Denſa ſere:i dẽſo non ſegnior ubere bacchus.
Sin tumulis accliue ſolum:colliſq; ſupinos.
Indulge ordinibus:nec ſecius oĩs in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.
Vt ſæpe ingenti bello quum longa cohortes
Explicuit legio:& campo ſtetit agmen apto
Directæq; acies:& late fluctuat omnis

SERVI. Infodias:Obruas. Et labefacta mouens: Hypallage mouens & labefaciens. Ante locum ſimilem exquirunt:Dicit ĩ traſlatione arborum ſimilem terram eſſe requirendam. Arboribus ſeges:Quia de ſeminario loquit̃ arborum bene ſegetem appellauit. Digeſta:Ordinata:ut Digerit ĩ numerum. Matrẽ: Terram:ut Antiquam exquirite matrem. Quæ terra obuerteret axi:Septentriõi.Nam græce αμαξα dicitur. Collibus in plano:At qui ſupra ait deniq; apertos bacchus amat colles : ſed etiam in uallibus poni poſſe uites ſuperius indicauit: ut Hic tibi præualidas olim multoque fluentes Sufficiet baccho uites. Vnde modo utrumque complectitur:& dicit quemadmodum in colle uites ponere debeamus. Metabe/ Metor
re:Eliges & longe:alia ſignificatio eſt metor metaris. Meti/
Vnde Lucanus.Heſperios audax ueniam metator in or
agros:& alia metior metiris. Illud enim metatus ſum hoc menſus ſum facit. Denſa:Pro denſe : ut Et pede terram crebra ferit:pro crebro. Indulge ordinibus:ideſt da operam:& ordines effice largiores.Nam de plano ait dẽſa ſere. In unguem:Ad perfectionem & eſt tranſlatio a marmorariis:qui iuncturas unguibus probant. Horatius: Ad unguem factus homo. Arboribus poſitis:Vitibus ordinatis. Secto: Ducto.Vnde & ſectæ philoſophorum dicuntur:ideſt ducτus. Quadret:Conſentiat : Congruat. Tranſlatio a quadris lapidibus qui ſibi bene conueniũt. Fluctuat:

ſplendet.Numerus:ordinationibus. Vt paſcat:delectet:ut Atq; animum pictura paſcit inani.

AN.M. Optima:ordo eſt:arua putri ſolo optima ſunt. Putri:ideſt mollificato & ſolubili. Id uenti: ut arua ſint putri ſolo. Pruinæ:de iis iam dictum eſt.

Labefacta.i.conuulſa:effoſſa:ſubacta. Iugera:iugeri (Iugerū) menſura ducentos & quadraginta longitudinis pedes continet:dimidiumq; in latitudine:de quo Fabius li.i.Pli.uero li.xviii.ca.iii.ait:q iugerum uocabatur

Aere renidenti tellus: necdū horrida miſcent
Prœlia:ſed dubius mediis mars errat ī armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa uiarū.
Nō animū mō uti paſcat proſpectus inanem.
Sed quia non aliter uires dabit oibus æquas
Terra:neq; i uacuū poterūt ſe extēdere rami.

qđ uno iugo boum exarari i die potuiſſet.Actus i quo boues agerent cū araret uno īpetu iuſto:hic erat Cētū uiginti pedū duplicatuſq; in longitudinē iugerū faciebat:hæc ex Plinio.Et Var.iugerū ait dictū: q iūctū eſt duobus actibus quadratis. At ſiquos &c.hoc eſt ſiq; ſunt uigilantes. Prima ſeges.i.ſeminariū:uel arborū uel uitium. Locum ſimilē:Theophraſtus libro tertio:de cauſis plantarū ait ex ſimili loco aut non deteriori ſemen accipiendū.Columella libro tertio capite primo ait:optimū eſſe eodē agro:quo uitē diſpoſiturus es:uel certe uicino facere ſeminariū at ſi cāpeſtres & uliginoſos agros poſſidebis:pderit quoq; ſeminariū ſimili loco facere:& uitē largo conſueſcere humore.Idem Columella libro quarto:capite nono ſic ait.Sed & qlitas ſoli plurimū iuuat ut ex macro aut mediocri transferat in melius nā qđ aſſuetū eſt pingui nullo modo maciē terræ patitur:niſi ſæpius ſtercores:de hoc latius Idem libro.iiii.ca.v.cæli regionem.Cato præcipit meridianam cæli partem ſignare in cortice:ut tranſlata iiſdem & aſſuetis ſtatueret oris:ne aquiloniæ meridianis oppoſitæ ſolibus finderētur:& algeret meridianæ aqlonibus:hæc & plura Pli.li.xvii.ca.octauo. Axi.i.ſeptētrionali cælo de quo Feſtus.Adeo multum eſt:tantum prodeſt.Ouidius quoq; ait in arte.Fac tibi conſueſcat nil a aſſuetudine maius Et Theophraſtus libro quinto:ait q mos ſolitus plurimum ualet:ſit enim tanq natura. Collibus an plano:de ſolo & cælo uitibus oportuno uideto latius ibi:Deniq; apertos bacchus amat colles. Metabere:parabis:ſic enim Nonius hunc locum aperit. Denſa:pro denſe: Columella libro tertio capite quarto inquit Vinea quæ anguſtiſſime conſeritur quoquo uerſus quinque pedum ſpatio interpoſito ponitur inter ſeptem uel octo pedes q̄ rariſſime. Vt etiam facile arari poſſit inter denos pedes conſtituitur. Plinius autem libro decimoſeptimo capite uiceſimoprimo ait: q inter binas uites intereſſe oportet pedes quinos: minimum autem læto ſolo pedes quaternos tenui plurimum octonos. Nec ſecius: Ordo eſt : Nec ſecius arboribus poſitis in unguem quadret omnis uia ſecto limite:ideſt ducto tramite uel ſulco. Nec ſecius: nec aliter q̄ uitibus ſolent enim arbores inter uites ſeri. Vel nec ſecius : ideſt non aliter arboribus : ideſt uitibus uia quadret q̄ acies inter ſe ante inceptum prælium. In unguem:adperfectionem:eſt enim Metaphora ſumpta a Marmorariis:qui quidem iuncturas unguibus probant. Legio: in legione erant Centuriæ.lx. Manipuli.xxx.Cohortes.x.ut Cynthius libro ſexto notauit Auctore Gellio libro.xv.ca.iiii.Legio autem dicta eſt:q leguntur milites in delectu:ut Var.docet.De legionibus autē & cohortibus uideto Modeſtum.

CHRI. Lætum:uel fertile:ut Quid faciat lætas ſegetes.Vel qđ lætum reddat hominem:ut dicitur mors pallida & frigus iners. Iugera:ab eo qđ eſt iuger.Sed & hoc iugerum etiam dicit. Arboribus ſeges: Seminaria appellant antiq loca in qbus bene ſubactis denſe ſerant arbores q̄ deinde adultiores factæ:ſed ad huc nouellæ per agrū deinde in ordinem & debitis interuallis digerant. (Semiaria) Hanc igit ſegetem appellat:& ſemina ipſas arbores nuncupat.Duo autem præcipit primum ut uellens e ſeminario plantam eam transferas in terram ſimilem & non diſſimilem ne ignorent matrem:ideſt terram unde nutrimentum accepturæ ſunt:quā ignorarēt ſi eſſent diſſimiles illi i qua ſatæ nataeq; eſſēt Secūdū ut partes arboris reſtēt uergētes ad eas partes cæli ad quas uergebant in ſeminario. In teneris conſueſcere multū ē:Sentētia ē color rhetoricus:q̄ extēdit ad oia i quibus ē aliqua aīa aut rōnalis aut ſenſitiua:aut uegetatiua.In his enim ipſa a teneris annis conſuetudo alteram pene naturam facit. Indulge ordinibus:Vt certo ſpatio inter ſe diſtent ut telus quæ minus ſucci habet non habet denſiora quam alere poſſit.

SERVI. Forſitā & ſcrobibus q̄ ſint faſtigia quæras:ut etiam ſupra diximus:Scrobes maſculini ſūt generis.Nam & Cicero i Oeconomicis ſic dicit:& Plautus ait:Sexagenos Scrobes. Minor autem eſt Lucani Gracchi auctoritas.Nam Lucanus ait:Exigua poſuit Scrobe. Gracchus: Abūde foſſa Scrobis ē:quod exēplum in Terentiano ē. Quæ ſint faſtigia quæras: Faſtigium & ſummæ & infimæ partis poſſumus dicere (Faſtigium) Sicut altum & mare & cælum dicimus.Hinc ē Cælumq; profundum:cum & puteus ſit pfundus. Auſim:Auſus ſim:uel audebo. Sulco:ideſt foſſa. Aeſculus i primis Arbor eſt glandifera:quæ licet ab eſu (Aeſculus) habeat deriuationē tamen per æ ſcribitur:ſicut & cælatum qđ eſt participium licet a celo celas ſit dictum Flabra Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum:ab eo uero quod (Flamē) Flamina flamē poſſumus accipere:licet ſit uitandū propter aliam ſignificationē Nā

Forſitā & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras:
Auſim uel tenui uitem committere ſulco.
Altius & penitus terræ defigitur arbos.
Aeſculus ī primis:quæ q̄tum uertice ad auras
Aetherias tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illā:nō flabra: neq; imbres
Conuellunt.īmota manet:multoſq; p annos
Multa uirū uoluens durando ſæcula uincit.
Tum fortis late ramos & brachia tendens
Huc illuc media ipſa ingentē ſuſtinet umbrā.
Ne ue tibi ad ſolem uergant uineta cadentē.
Ne ue inter uites corylum ſere:ne ue flagella
Sūma pete:aut ſūma defringe ex arbor plātas:

dicit̃ flamendialis:flamen Martialis. Ne ue inter uites corylum ſere:Radices enim eius nocẽt uitibus. Ne ue flagella Summa pete:Flagella dicunt̃ ſummæ arboꝝ partes:ab eo qđ uentoꝝ crebros ſuſtinent flatus.

AN.M. Tenui ſulco:uideto paulo ſuperius ibi.Et magnos ſcrobibus cõcidere mõtis. Penitus : maxime. Flabra:uentoꝝ flatus. Multoſq; p annos:quidã antiqui textus habent ẽt multoſq; nepotes:qd magis placet.Erit ãt ordo.Et durãdo uolues multa uiꝝ ſæcula uicit multos nepotes.Siue & uolues multa uiꝝ ſæcula durãdo uincit multos nepotes.i.multã & longã poſteritatẽ. Multoſq; p annos:ordo ẽ & p multos annos uolués multa uiꝝ ſæcula durãdo uincit.i.ſupat illa ſæcula:nõ ſupat̃ ab illis. Sæcula:Sæculũ ſpatiũ annorum cẽtũ uocarũt:dictũ a ſene ꝙ longiſſimũ ſpaciũ ſeneſcendoꝝ hominũ id putãt:Varro ẽ auctor. Vergãt : iclinẽt. Seculũ

Ad ſolẽ cadentẽ:Pli.libro.xvii.capite ſecũdo ait ꝙ Vir.uites ad occaſus ſeri damnauit:aliq ſic maluere q̃ in exortu:a pluribus meridiẽ ꝓbari animaduerto:nec arbitror ꝑpetuũ qcqd in hoc præcipi poſſe:ad ſoli naturã:ad loci ingeniũ:ad cæli cuiuſq; mores dirigẽda ſolertia ẽ.In Aphrica meridiem uineas ſpectare:& ſi uiti inutile:colono ſalubre ẽ:quoniã ipſa meridianæ ſubiacet plagæ:quapropter ibi q in occaſũ aut ſeptẽtriones cõſeret:optime miſcebit ſolum cælo:cum Vir.occaſus iprobet Nec de ſeptentriõe reliq̃ dubitatio ur̃ atq i Ciſalpina Italia magna ex parte uineis ita poſitis compertum eſt:nullas eſſe fœliciores:multum rationis obtinẽt uenti:hæc ex Plinio. Corylum:de Corylo uide in Tityro:eſt autem fruticoſa arbor:de qua multa Theophraſtus libro tertio. Flagella ſumma:Theophraſtus libro quinto de cauſis plantarum ſcribit plantas petendas eſſe ab radice potiſſimum:quod ſi minus conſequi poſſint:a parte inferiore arboris potius q̃ a ſuperiore accipiunt:hæc enim uiuaciora intelligunt̃:excepta uite ac fico:& qcquid humido ſit:qppe humida parte ſuperiore melius germinant. Columella libro tertio capite tertio ait:ꝙ uitis ſemina optima habentur a lumbis:ſecunda ab humeris:tertia ſumma in uite lecta quæ celerrime comprehendunt & ſunt feratiora:latius autem eadem habentur libro quarto capite decimo. Flagella:ſummæ arborum partes dicuntur:a uentorum flatu.

CHRI. Faſtigia:Nomen mẽſuræ eſt faſtigiũ mediũ & ad infra ut in hoc loco:& ad ſupera: ut Summi ad faſtigia tecti.Sed & id quod erigitur ſupra ædificiorum culmen ornatus gratia:& a tota latitudine ſurgere incipiens paulatim tollitur in acumen:quod uulgus frontiſpicũ uocat.Hinc illam formam in quacũq; re faſtigiũ dixere.Hic Pli.folia faſtigiata dixit. Aeſculus:i deſcribẽda hac arbore iſiſtit ut huiuſcemõi uarietate iocũdius reddat poema. Media ipſa:Stipitẽ itelligit qđ i medio ramorum poſitus ẽ. Cadentẽ:Occidentalem. Faſtigium

Tantus amor terræ:neu ferro ledæ retuſo
Semina:ne ue oleæ ſylueſtres inſere truncos.
Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis:
Qui furtim pingui primũ ſub cortice tectus
Robora cõprændit:frondeſq; elapſus i altas
Ingentem cælo ſonitum dedit:inde ſecutus
Per ramos uictor perq; alta cacumĩa regnat:
Et totũ inuoluit flãmis nemus:& ruit atram
Ad cælum picea craſſus caligine nubem.
Præſertim ſi tempeſtas ab uertice ſyluis
Incubuit:glomeratq; ferens incendia uentus.
Hoc ubi:non a ſtirpe ualent:cæſæq; reuerti
Poſſunt:atq; ima ſimiles reuireſcere terra:
Infœlix ſuperat foliis oleaſter amaris.
Nec tibi tam prudens quiſq̃ ꝑſuadeat auctor
Tellurem borea rigidam ſpirante mouere.
Rura gelu tũ claudit hyems:nec ſemĩe iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima uinetis ſatio quum uere rubenti
Candida uenit auis longis inuiſa colubris:
Prima uel autũni ſub frigora quũ rapidus ſol
Nõdũ hyemẽ cõtigit equis.iã præterit æſtas.
Ver adeo frondi nemorum uer utile ſyluis
Vere tument terræ:&genitalia ſemĩa poſcũt:

SER. Tantus amor terræ:ideſt ſic diligenter a ruſticis ager eſt colẽdus. Ferro retuſo:Obtuſo quo uites quaſant̃ potius q̃ putãtur. Ne ue oleæ ſylueſtres: Non ꝙ non proſit: ſed ut etiam ipſe dicit propter caſum incendii. Incautis paſtoribus:Negligentibus:& circa alia occupatis. Ruit atra nubem:Egerit & emittit:& ruere facit Nam modo ruit actiuam habet ſignificationem. A uertice:ab aquilone:Vt Hic uertex nobis ſemper ſublimis. Ferens:Flans:ut fieret uento mora nequa ferenti. Hoc ubi : Subaudi contigerit.

Infœlix:infœcundus & ſterilis. Superat:ſupereſt:ut Quid puer aſcãius ſuperat ne. Nec tibi tam prudẽs: Dicit quo tempore uites ſunt ponendæ.Et probat tolerabilius auctumno : melius uerno. Nam dicturus: Ver adeo frondi nemorum: uer utile ſyluis. Cõcretam radicem:Ante enim quaſi gutta quædam ex terta & humore procreatur:Quæ poſtea tenditur in radicem. Vere rubenti: Floribus ſplendido. Candida auis:Iuuena.Serpente Ciconia pullos paſcit. Vere tument terræ:Aſper ſimpliciter accipit: ut terræ nominatiuus pluralis numeri ſit quæ dicuntur uerno tumere:& ſemina poſcere.Donatus uero terræ genitiuum uult eſſe ſingularem:ut ſit ſenſus mutata diſtictione. Vere tument ſyluæ.ſ.a ſuperioribus terræ:& genitalia ſemina requirunt terrarum.Sed melius Aſperum ſequimur:ut genitalia ſemina : q̃ nos iacimus itelligamus:non quæ ſyluæ ex terra ſuſcipiunt. Genitalia autem dicimus ſemina:quibus aliquid procreatur:& gignitur. Tument: Suſpenduntur.

AN.M. Retuſo:hebeti:Theophraſtus li.v.de cauſis plantaꝝ ait ꝙ ferro q̃ leuiſſime purgandæ ſunt arbores & uites etiam periculũ nanq; interitus propter ulcera imminet : quemadmodum enim radicibus: uulneratis:quum foditum : arbores deterioreſcunt: ſic etiam uulnere partis ſuperioris noxam eandem his poſſe afferri credendum eſt : quum nequeunt tolerare. Semina: arborum uel uitium plantulas. Ruit : emittit. Ab uertice:a ſeptentrione. Tempeſtas:

uentoꝝ furor. Ferens:flãs. Hoc ubi:ſupple euenerit. Infœlix:ſterilis. Borea ſpirante:Cũ ſolũ flatibus aq/lonis concreſcat atq; ſicceſcat auſtrinis cõtra labeſcat:atq; humeſcat:plantaq; pari ratiõe humidior ſicciorue ſeipſa reddat̃:hac de cauſa melius per auſtrũ ſeritur:radicatur enĩ germinaturq; celerius cũ planta turgẽs cre ditur ſolo turgenti: cælumq; adeſt emollitũ atq; benignũ. Aquilone autẽ aduerſa omnia ueniũt: frigẽt etenĩ plantæ atq; laborãt:& ſolo gelato neq; radicẽ æque demittere neq; germen edere poſſunt:hæc ex Theophra ſti li.v.de cauſis plantaꝝ. Optima uinetis ſatio:eſt.Colu.li.iii.capite tertio ait:Plantaria facito ab exoriente a decima luna & a uiceſima:hæc uel melior eſt uitibus ſatio:ſed quũ ſeres frigidos uentos uitato: docet etiam ibidem Colu.quo pacto plantaria fieri debeant:& li.iiii.capite.xiiii.ait:q; uitis uere autũno tẽpeſtiue deponit̃

Vere:melius:ſi aut Pluuius aut frigidus ſtatus cæli ẽ:ut ager piguis aut cãpeſtris & uliginoſa planicies. Rur ſus autũno ſi ſicca:ſi calida ẽ aeris q̃litas:ſi exilis aut aridus campus: ſi macer ꝓruptuſue collis. Verneq; poſi/tionis dies fere q̃draginta ſunt:ab Idibus Februarii uſq; in æqnoctiũ:rurſus autumnalis ab Idibus Octobris in cal.Decembris.Sationis autem duo genera Maleoli:uel Viuiradicis:qđ utrũq; ab agricolis uſurpatur &c.

Pría uel autũni:Theophraſtus li.iii.de cauſis plantaꝝ ait Turgeſcit ſolũ quũ humectũ atq; tepidũ ẽ: ſtatũq; tẽperatũ aeris obtinet:tũc.n.agile fertile atq; lætũ cõſiſtit:qđ duobus fieri tꝑibus maxĩe arboꝝ generi ſolet uere ac autũno:& quidẽ iis tꝑibus arbores magis ſerimus:ſed melius uere:tũc.n.ſolũ humidũ ẽ:& ſol tepefa ciẽs elicit germen:& cælũ placidũ atq; roſidũ cõſtat:ita ut ex iis oĩbus educatio & germinatio ꝓſpere ſeq poſ ſit:tamẽ ſatio cõmunior oĩum uel plurimoꝝ tã fructuũ q̃ plantaꝝ tẽpori uerno tribuit̃:hæc ille. Rubenti:

Cicõia florido. Cãdida auis:Ciconiã itelligit:quã e lõginquo uenire nõ dubiũ ẽ:uti & grues:illas hyemis:has æſta/tis aduenas nec uenire ſed ueniſſe cernimus:honos iis ſerpẽtiũ exitio tãtus:ut i Theſſalia capitale fuerit occi/diſſe:eadẽ legimus pœna:quæ in homicidas:hæc & plura Plini.li.x.ca.xxii. Quũ rapidus ſol:rapit.n.ac attra hit ad ſe cũcta torrẽs & ſorbẽs calore ſuo:quo liquor ſiccat̃:de quo etiam ante patuit. Aeſtas:autũni calorẽ æſtatem appellauit. Tument:turgeſcũt. Et genitalia ſemĩa poſcũt:ſemꝑ enim ſolo turgenti ſemina mãda re oportet:ſic.n.optime germinatio agitur:ut ſcribit Theophraſtus li.iii.de cauſis plantarum.

CHRI. Semina:tenellãs plantas. Semine iacto:Impoſito malleolo.Nam ſemen non ſolum de granis ſe getum ſiue pomorum dicimus: ſed etiam de uirgultis unde arbores ſerunt & ipſas nouellas arbores quæ e ſeminario trãſferunt̃:ſemĩa appellãt. Vere tumẽt.q.d.facile concipiunt ex natura ſua calida & humida.

Tum pater oĩpotẽs fœcũdis imbribus æther
Coniugis in gremiũ lætæ deſcendit:& oẽs
Magnus alit magno cõmixtus corꝑe fœtus.
Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris.
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit alm9 ager: zephyriq; tepẽtib9 auris
Laxãt arua ſinus:ſuperat tener oĩbus humor.
Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto
Credere:nec metuit ſurgẽtes pãpius auſtros.
Aut actũ cælo magnis aquilonibus imbrẽ:
Sed trudit gemmas:& frondes explicat oẽs.

SERVI. Tum pater omnipotens : Interdum pro

Iuno Iuppi/ter Ae/ther aere Iuno:pro æthere Iuppiter accipitur. Aliquotiens & pro aere pro æthere Iuppiter : Iuno uero Pro terra & aqua ponitur:ſicut hoc loco ĩtelligimus Nã æther non habet pluuias. Vnde Iouem pro æthere accipi/mus cui attribuuntur aer & æther : quæ duo mixta terræ & humori uniuerſa procreãt.Dicit autem uer/no tempore eſſe pluuias : quibus cuncta naſcuntur: unde & fœcundis imbribus dixit: quibus terra fœ/cundatur. Commixtus corpore:Pro corpori:ut Hæ ret pede pes.Item alibi & magno ſe corpore miſcet. Licet poſſimus accipere mixtus terræ magno ſuo cor pore:ideſt æthere. Certis diebus : Statutis legitimis a natura arcana quadam ratione diſpoſitis ut tractat. Lucretius qui dicit rationem hanc æthereo calore deſcendere. Almus ager:Ab eo qđ nos alat. Ze/phyri:Fauoni:Alibi zephyro putris ſe gleba reſoluit.Horatius: Soluitur aeris hyems grata uice ueris & fa/uoni. Nouos ſoles:Vernales dies. Nec metuit ſurgentes pampinus auſtros:Varia dicit. Nam ſupra ait:Au/dent ſe gramina committere. Trudit gemmas:Propellit:effundit in folia.

Iuppi/ter Aer AN.M. Coniugis in gremium:Iuppiter ut dixit Ennius is eſt:quem græci uocant aerem:qui uentus ẽ & nubes:ĩber poſtea dictus quia mortalis atq; arbores herbaſq; omnis iuuat.Iuppiter item cælum dicitur. Var/ro ſcribit talia:Iuppiter igitur:ideſt aer qui uentus eſt & nubes imber poſtea:Deſcendit in gremium lætæ cõ iugis:ideſt Iunonis quæ & terra eſt Philoſophus eth.libro octauo ſcribit Euripedem hæc dicere: Quum eſt ſicca tellus:ipſa certe tum imbrem amat:quum turget æther:imbri quum cælum tumet affectat ut telluris i

Ae/ther ſinus cadat. Aether:Iuppiter: quem ſummum deum:mũdiq; animam uoluere.Euripides ætherem cælum ipſum ac Iouem uoluit: ut ſcribit Tullius libro primo de.n.d. Lætæ:fecundæ:ueris temperie. Magno cor/pore:ſcilicet terræ:ſubeſt enim natura terræ unde ſuperius ait:Quippe ſolo natura ſubeſt.Natura autem res omnes creat auget:alitq; ut Lucretius inquit. Reſonant:Ouidius item libro primo Faſtorum ait:Et tepidũ uolucres concentibus aera mulcent:Ludit & in pratis luxuriatq; pecus. Zephyri:de his late libro primo Ge orgicorum Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Superat tener omnibus humor:Ver enim calidum fecit & humectum deus omnium fabricator. Sicca eſt æſtas & calida: Autũnus ſiccus & frigidus.Hyems humida pariter & frigida eſt:auctor Macrobius libro ſeptimo. Nouos ſoles:tunc enim eſt noua temporis ætas:ut ẽt Ouidius libro primo Faſtorum inquit. Auſtros:qui humidi ſunt & nubila nutriũt de quibus latius ſupra.

Imbrem:ideſt grandinem:ait enim Aquillo libro ſexto metamorphoſeon:Induroq; niues:& terras grandi ne pulſo. Gemmas:uitium oculos intelligimus per metaphoram:ut latius Patuit æglogа ſeptima.

CHRI. Tum pater:Iouem multis modis intelligi ſuo loco demõſtrauimus.Mõ.n.Iouẽ ſtellã illã ſalutarẽ

quæ ĩ ordine ſecunda eſt modo pro anima mundi. Sæpiſſime autem pro ipſo ſummo deo a quo omnia ſũt intelligimus. Non nunq̃ uim ipſam duorum ſuperiorum elementorum quæ actiua eſt per Iouem exprimimus: quæ dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem eorum quæ aſſiduo mutantur omnino facit. Iunonem uero ipſa duo inferiora elementa aquã terramq́ intellexerunt phyſici: quæ paſſiua nuncupat. Vnde quoniam pariter ad gignendum concurrunt fratrem ac ſororem dixerunt: quoniam uero illa agunt: hæc patiuntur: Iouem maritum quoniam maſculinam agentemq́ Iunonem uxorem quoniam fœmineam patientemq́ ui obtinet: appellarunt. Verno igitur tempore propter maximam elementorum cõtemperantiam cum iam calor in humidum agere incipiat: recta temperie dicimus Iouem actiuam uim fœcundis imbribus: ideſt genitiuo humore deſcendere in gremium Iunonis: ideſt terræ quæ agentem uim tan q̃ fœmina uirile ſemen accipit. Late: paſſim. Auia: ex illa enim contemperie caloris in humidum excitatur natura ita ducente deſiderium ad procreandum: ex quo deſiderio & aues ſuauiter queruntur: & animalia cũcta ſalire & inire cupiunt: & in terra ipſa plantæ in quibus nõ eſt ſenſitiua ſed uegetatiua uis parturiunt. Venerem: ſic dictam uel qd' in omnia ueniat ut inferius. Omne adeo genus in terris hominumq́ ferarumq́. Et g.æ.p.p.q.u. In furias ignemq́ ruunt amor omnibus idem. Certis diebus: uernali tempore qd' ſingulis annis ſtatuto tempore redit: uel quia certo quodam tempore & non omni fœmina marem expetit: exceptis ut ait Ariſtote. muliere & equa: quæ omni tempore etiam fœtæ concubitum expetunt. Item iis quæ ſuperfœtant: ideſt quæ adhuc prægnantes alium fœtum concipiunt ut lepores. Almus: quia ſuis fructibus nos alat.
AN. M. Quid ' ibor: aut benefacta iuuant? Ouidi. amorum li. iii. īquit: Scilicet omne ſacrum mors impor tuna profanat: Omnibus obſcuras iniicit illa manus. Viue tamen moriere pius: colle ſacra: colētem Mors gra uis a templis in caua buſta trahet. At qui non maſſica: bacchi munera. Certe inquit non potētia uina illis nō epulæ repoſtæ: ideſt ſæpius appoſitæ: ac per id copioſæ & uariæ nocuere: uti quidem hominibus accidere ſo/ let nam clari fontes & flumina uiua potum præbebant: frondes & herbæ ſimplices pabulum miniſtrabant. Eſt itaq; metaphora ab edacibus & ebriis ſumpta. In peſtilentia enim maxime obeſt edendi luxus: hinc iubēt medici eo tempore in eadem menſa diuerſa cibaria eſſe non debere nec edenda eſſe. Nam non æqualiter dige runtur: hinc generantur humores mali ægritudines facientes & pernecantes: ut etiam Auicenna tradit. Sene/ ca etiam in epiſtolis inquit: q ubi ſunt diuerſa cibaria inquinant: non alunt. Peſtiſq; tempore ut medici aiunt: uina potentia longe obſunt: dulcia item & artificilia. Somnos ſalubres: temperatus enim ſomnus: & qui nō ex crapula & ebrietate uenit inſtaurat ſpiritus in uigiliis reſolutos: membra labore feſſa reparat: calorem ſto/ macho ſubminiſtrat mentem purgat deniq; totū corpus ad agenda omnia renouat. Immoderatus uero ſom nus corpus deſiccat & infrigidat ac ſuperfluitatibus replet flegmaticis. Superfluæque uigiliæ calorem inter/ dunt: corpus deſiccant. Nec abrumpit: uti etiam hominibus accidit: aduc enim perſtat ī metaphora. Quæ ſitas ad ſacra boues: Herodotus quinto folio primi uoluminis ſic ait: Cum dies feſtus Iunonis apud argiuos eſſet: oporteretque omnino matrem horum (Cleobis uidelicet & Bitonis) ad templum ferri bobus iunctis: ííque boues ex agro eius ad horam præſto non eſſent: tunc iuuenes excluſi tempore: iugum ſubeuntes: plau/ ſtrum pertraxerunt: quo mater uehebatur & quinque ac quadraginta per ſtadia ferentes: ad templum perue/ nerunt. Quibus cum hæc feciſſent & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent: optimus obtigit uitæ exitus: per quem deus iudicauit: ſatius eſſe homini mori quam uiuere. Nam cum circumſtantes Argiui laudibus tollerent: ui/ ri quidem conſilium filiorum: fœminæ uero eorum matrem: quod talibus filiis prædita eſſet. Mater gaudio perfuſa: tum liberorum facto: tum fama: ante ſimulacrum ſtans: præcata eſt deam: ut Cleobi & bitoni filiis ſu is daret id: quod optimum eſſet homini contingere: poſt hanc precationem ubi ſacrificauerunt: epulatiq; ſūt quieſcentes in ipſo delubro: non ſunt amplius excitati: ſed hoc uitæ exitu perfuncti: quorum effigies tanquā uirorum qui optimi extitiſſent argiui factas apud Delphos collocarunt: hæc ille. Cicero uero libro primo Tu ſula. ſic ait: Primum Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filii predicantur. Nota fabula eſt: cum enim illam ad ſolemne & ſtatutum ſacrificium curru uehi ius eſſet: ſatis longe ab oppido ad Fanum: morerenturq; iumen/ ta: tunc iuuenes ii: quos modo nominaui: ueſte poſita: corpora oleo perunxerunt: ad iugum acceſſerunt: ita ad uecta in fanum: cum currus eſſet ductus a filiis: precata a dea dicitur: ut illis premium daret de pietate: quod maximum homini dari poſſet a deo: poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe: mane inuentos eſſe mortuos: hæc Cicero. Et uris imparibus: id poeticum eſt. Nam & Herodotus & Cicero oſtenderunt ali ter eueniſſe de Vris autem latius libro ſecundo Georgico. Donaria: templa intelligit multa enim illic diis do nantur. Rimantur: in rimas & ſulcos agunt homines ipſi. Aegre: duriter difficulter.

Sōnus

CHRI. Tempore non alio: & hic creſcit commiſeratio cū oſtendunť q̄ maxima īcōmoda ſecuta ſint.

SER. Nec gregi. no. Quod ait nocturnus figura te rē tpis ad pſonā: trāſtulit. Obābulat: iſidiať. Cu/ ra. ſ. peſtilētiæ. Timidi dā. mutauit genus ut uitaret ομοιοτελευτον. Nā Hora. ī fœminino genere poſu/ it dicēdo: Et ſupiecto pauide natarūt æquore dāmæ dicēdo dāmas & ceruos errare cū canibus duo oſten dit: & hos timoris & illos ferocitatis oblitos. Fugi/ unt: q̄ſi timētes marinā peſtilētiā. Ipſis ē aer auibus nō æquus: Suis quodāmō q̄ alarum uelocitate ſupgre/ di aerē poterāt peſtilētē. Phyllirides chiron: medici næ iuentor: Saturni & phyllires filius. Amythāiuſq; melāpus Amythaōis filius καθαρτης. i. purgator. Nā .petides ipſe purgauit luſtrationibus quas inuenit: & hoc dicit conualeſcente morbo: nec medicinā prodeſ ſe nec religionem poſſe. Arenteſque ſonant ripæ: Vult peſtilentiam etiam elementa ſentire. Sicut ī ter/

Non lupus inſidias explorat ouilia circum
Nec gregib⁊ nocturnus obābulat. acrior illū
Cura domat: timidi dāmæ ceruiq; fugaces
Nunc interq; canes & circū tecta uagantur.
Iā maris īmenſi prolem & genus oē natantū
Littore ī extremo ceu naufraga corpa fluctus
Proluit: inſolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera: & attoniti ſquamis aſtātibus hydri.
Ipſis eſt aer auibus non æquus: & illæ
Præcipites alta uitam ſub nube relinquunt.

Præterea iam nec mutari pabula refert.
Quæſitæq; nocent artes:ceſſere magiſtri
Phillyrides chiron amytaõiuſq; melampus:
Sæuit:& in lucem ſtygiis emiſſa tenebris
Pallida tiſiphone morbos agit ante:metũq;:
Inque dies auidũ ſurgens caput altius effert.
Balatu pecoꝝ & crebris mugitibus amnes
Arenteſq; ſonant ripæ:colleſque ſupini:
Iãq; cateruatĩ dat ſtragẽ :atque aggerat ipſis
In ſtabulis turpi delapſa cadauera tabo:
Donec hũo tegere:ac foueis abſcõdere diſcũt
Nã neque erat coriis uſus nec uiſcera quiſq̃
Aut undis abolere poteſt:aut uincere flãma:
Nec tondere quidem morbo illuuieque peſa
Vellera:nec telas poſſunt attingere putres
Verũ etiã inuiſos ſiquis temptarat amictus

tio.Arebant herbæ: & uictum ſeges ægra negabat. Nam ſegetem pro terra poſuit. Nam neque:erat coriis uſus Quippe morbo putrefactis. Nec uiſcera q̃ſ q̃:nec lauari nec coqui poterant.Caro enim corrupta morbo quẽdam hẽt mucorẽ.q nõ põt ablui : quoniã oẽ corpus poſſidet.Item igni ſuppoſita:aut putreſcit: aut dureſcit:nam non coquitur.

AN.M. Explorat:exquirit:præmeditatur. Proluit:aſpergit lauat. Obãbulat:circumambulat. Fugiunt in flumina:tanquã hæc ſalubriora eſſẽt. Phocæ:Vituli marini quos uocant phocas:ſpirant ac dor miunt ĩ terra:moreque pecudum in eadem pariunt: nunquã geminis plures educant mammis fœtum: non ante duodecimum diem deducunt ĩ mare : ipſis in ſono mugitus:unde nomen uituli acceperunt:nullumque animal premitur grauiore ſomno : pennis quibus in mari:utuntur:humi quoque uice pedum ſerpunt.Plinius libro nono. Hydri:ſerpentes aquatici:hydas enim : hydoſque : & hydor aqua dicitur. Mutari pabula:Columella libro octauo:capi.quinto ſic ait:quod ſi ægrotat uniuerſum pecus:eſt remedium præſens & ſummum pabula mutare:& aquationes totius regionis:alium quærere ſtatum cæli.Curemuſque ſi ex calore & æſtu concepta peſtis inuaſit : ut opaca rura:ſi inuaſit frigore ut eligantur aprica. Ceſſere magiſtri:Non eſt ĩ medico ſemper releuetur ut æger Interdum docta plus ualet arte malum.Ouidius libro primo de põto. Phillyrides chiron:herbariam & medicamentariam a Chirone Saturni & Phillyræ filio inuentas ſcribit Plinius libro ſeptimo.Et medicinam ab Aegyptiis.Alii per Arabum Babylonis & Apollinis filium. Melampus:is teſte Homero libro decimoquinto Odyſſeæ:fuit Amythaonis filius:patria Argo:qui ut ait mantis fuit:ideſt uates.Vtque Lactantius ſcribit libro tertio.the. Prœti Abantis filii Argiuorum Regis ĩſanas filias. Melampus: curauit herbariæ artis pitiſſimus:latius autem ægloga ſexta. Tyſiphone:Tiſis pœna:ultio punitio dicitur.Phone autem ac phonos cædes uel mors fertur.Alecto inceſſans dici poteſt:Megæra uero a megæro quod eſt odi ac inuideo:eæ tres furiæ dicitur. Metum:ideſt mortem. Inque dies:ideſt quotidie magis. Stragem:corporum proſtrationem & ruinam. Cateruatim:multipliciter:congregatim. Tabo:corrupto humore & ſanguine. Abolere:purgare : ita corrupta erant. Illuuie:ſqualore:immundicia:ſorde. Vellera:Varro libro ſecundo capi.ultimo ſcribit:quod lanam demptam ouibus ſcilicet & conglobatam:alii uellera:alii uelumia appellant:ex quorum uocabulo ait: animaduerti licet:prius lanam uulſuram quam tonſuram inuentam:Qui etiam uellunt ante triduo ieiunas habent:q languidæ minus ægre radices lanæ retinerent. Omnino tonſores:in Italiam primum ueniſſe ex Sicilia dicunt.Olim tonſores non fuiſſe aſſignificant antiquorum ſtatuæ:q pleræque habẽt capillum: & barbam magnam:hæc ex Varrone. Attingere telas:puenire ad telas. Putres : ſolubiles : uti illud: Et zephyro putris ſe gleba reſoluit.Vnde & penelope ut Homerus ſcribit:quod interdiu texebat:noctu diſſoluere ſolita eſt. Inuiſos:odioſos malis ſequentibus.

Phocæ

Hydri

Tiſiphõe Alecto Megæra

CHRI. Non lupus:Magna uis morbi cum illa cogantur naturam ſuam dediſcere. Nec iam maris immenſi:Nullum animalium genus immune euaſiſſe uult ab hac peſte.Sed deſcriptio potius poetica eſt q̃ philoſophica. Quæſitæ artes nocent:Maius ẽ q̃ ſi dicat nõ iuuãt. Phyllirides: Ex phyllire filius Saturni fuit. Chiron:Melampus qui Argiui prœti filias a furore purgauit:Amithaonis filius fuit & fratrem habuit Biantem. Inque dies:Aliud eſt in dies aliud in diem.In dies enim quottidie cum incremenro ſignificat.Quapropter aut cum comparatiuo ponitur aut cum uerbo quod incrementum ſignificet Vt magis magiſque indies homines admirabantur.In diem:uero cum dicitur ita præſentia temporis denotatur:ut nulla futuri ratio habeatur.Vnde eſt illud more ferarum indiem uiuentes. Nam neque erat coriis uſus:Peſte corrupta corpora ouima & pelles & lanas corruptas habent.Quin etiam refert Ariſto.in eo libro quem de aĩalibus ſcripſit ait pelles & uellera ouium quas lupus occiderit:& ueſtes ex iis factas aptiores eſſe ad pediculos gignendos.

Indies Indiẽ

Ardentes papulæ atq; ĩmundus olẽtia ſudor
Membra ſequebatᷓ.nec longo deĩde morãti.
Tempore contactos artus ſacer ignis edebat:

Finis Tertii Georgicon.

SERVI. Papulæ:carbunculi. Immundus ſudor: morbus pedicularis φθειρίασισ. Sacer ignis : quem græci.ιερανнοσ ομ.uocant.

AN.M. Ardentes Papulæ : Papularum duo genera ſunt.Altera eſt in qua per minimas puſtulas cutis exaſperatur:& rubet leuiterq; roditur : medium habet pauſillo leuius.tarde ſerpit:idque uitium maxime rotundum incipit eademque ratione in orbem procedit.Altera autem eſt quã agriam: ideſt feram græci appellant:in qua ſimiliter quidem ſed magis cutis exaſperatur:exulceraturq;.ac uæhementius & rodit & rubet:interdũ ẽt pilos remittit:hæc Celſus li.v.ubi ẽt curatiões edocet. Cõtractos:correptos:coinquinatos. Sacer ignis.i.execrandus Nã ut inqt Celſus li.v. Sacer

quoq; ignis malis hulceribus annumerari debet Eius duæ ſpecies ſunt. Alteꝝ eſt ſubrubicũdũ: aut mixtũ rubore atq; pallore: exaſperatũq; ꝑ puſtulas cõtinuas: q̃rũ nulla altera maior ẽ: ſed plurimæ ꝑexiguæ ĩ iis ſp fere pus: & ſæpe rubor cũ calore ẽ: ſerpitq; id nõ nunq̃ ſaneſcẽte eo: qđ prĩo uitiatũ ẽ: nõ nunq̃ ẽt exhulcerato: ubi ruptis puſtulis hulcus cõtinuaꝰ: humorq; exit: q eẽ iter ſaniẽ & pus uideri põt fit maxĩe ĩ pectoꝛ aut lateribus aut eminẽtibus partibus: ꝑcipuæ ĩ plãtis. Alteꝝ ãt eſt ĩ ſummæ cutis exhulceratiõe: ſed ſine altitudĩe latũ ſub liuidũ: inæq̃liter tamẽ: mediũq; ſeneſcit extremis procedẽtibus: ac ſæpe id quod iam ſanũ uidebiꝰ iteꝝ exulceraꝰ: at circa ꝓxĩa cutis: q̃ uitiũ receptura ẽ: tumidior & durior ẽ: colorẽq; hẽt ex rubro ſubnigrũ: hæc Celſus igni ãt ſacro ut Pli. docet li. xxx. medenꝰ uermes terreni ex aceto illiti. Grillus cõtritus ĩ manibus. adeps anſeris uipæ caput aſſeruatũ & cõbuſtũ: deĩde ex aceto impoſitũ &c. Plura inde Celſus medicamẽta ibidẽ edocuit. Colu. uero li. viii. ca. v. ſic ait. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis: quã Puſulam uocant paſtores ea niſi cõpeſcaꝰ intra primam pecudem quæ tali morbo correpta eſt: uniuerſum gregem contagione proſternit &c.

CHRI. Sacer ig. ſacer quoq; ignis ut ait Corneli. malis ulceribus annumerari debet: eiuſq; duas ſpẽs põit: ut alter rubicũdus ſit & mixtus ruboꝛ & palloꝛ: exaſꝑatuſq; ꝑ puſtulas cõtiuas ac ꝑ exiguas. Et ĩ iis ſp fere pus & ſæpe rubor cũ calore: ſerpitq; nõ nũq̃ ſaneſcẽte qđ ĩcepit uitiari nõ nũq̃ ẽt exulcerato: ubi ab ruptis puſtulis ulcus cõtinuaꝰ. Humorq; exiit q eẽ iter ſaniẽ & pus uideri põt. Fit maxĩe ĩ pectoꝛ aut lateribus ꝑcipue ĩ plãtis Alter ẽ ĩ ſũmæ cutis ulceratiõe. Sed ſine altitudĩe latus ſubliuidus. Mediũ ſaneſcit extremis ꝓcedẽtibus ac ſæpe qđ ſanũ uidebiꝰ iteꝝ exulcerabiꝰ. Cutis q̃ circa ꝓxima uitiũ receptura eſt tumidior duriorq; ẽ: colorẽq; habet ex rubro ſubnigrũ. Hoc fere ſeniora corpora tẽtanꝰ: & q̃ mali ſũt habitus ſed ĩ cruribus maxĩe. Nõ ãt idẽ morbus ẽ ignis ſacer & carbũculus ut idem Celſus oſtendit. Nam multo grauior morbus ẽ carbũculus.

SER. PRotius aerei mellis cæleſtia dõa Exeq̃r: rhetorice dicturus de rebus minimis magna ꝓmittit: ut & leuẽ materiã ſubleuet: & attẽtũ faciat auditorẽ: Sane ꝑite: quoniã ſcit breue eſſe opus hoc de apibus: & ĩtra paucos uerſus poſſe cõſumi: uſus ẽ trãſlatiõibus ad dilatãdã materiam dicẽs apes hr̃e reges ꝑtoria urbes & populos. Sãe ſciẽdũ ut ſupra dixius ultimã ꝑtẽ huius libri eẽ mutatã: nã Galli laudes habuit locus ille: q nũc orphei cõtiet fabulã q̃ iſerta ẽ poſtq̃ irato Augu. occiſus ẽ. Gallus. Protius: deiceps: exĩde ẽt floridũ agrũ exeq̃r: ſicut ſũ cæteros executus. Et aerei mellis dicit: qa mel ex rore colligiꝰ: q̃ utiq; ex aere defluit: unde ẽ & cæleſtia dõa. i. munus deoꝝ antea. n. mel iuẽiebaꝰ ĩ foliis. Vt Mellaq; decuſſit foliis Hãc etiã ſicut ſuperiores.

ariſtæus AN.M. Ariſtæus: de quo latius primo libro Georgicoꝝ habeꝰ primus & apiũ & mellis uſũ & lactis ad coagula hominibus tradidit ut Iuſtinns libro. iii. ſcribit. Diodorus quoq; in fine libri q̃nti cũ iuſtĩo cõuenit: dicit. n. q nymphis a matre traditus ẽ nutriendus: a q̃bus cũ lac coagulare mel atq; oleũ cõficere didiciſſet primus ea in uſũ hominũ traduxit unde a poſteris ut deus cultus ẽ. Quãdo uero & in q̃ regiõe primũ natæ ſint apes: uideto Columellã li. x. ca. ii. Eſt ãt apis res ꝑcipui q̃ſtus quũ ſauit ut teſtaꝰ Pli. libro. xxi.

Protinus Protinus aerei mellis: de ꝓtenus & ꝓtinus uideto latius ĩ Tityro. Protinus. i. ſtatĩ cõtinuo uel deiceps ꝑterea: utrũq;. n. hic conuenit: nã Cap ſcrbit ꝓtinus ꝑi aduerbiũ eẽ tẽporale. i. ſtatĩ: & Priſcianus li. xv. ſcribit eẽ aduerbiũ ordinatiuũ ut deĩde ꝑterea cõtinuo. Aerei mel. Venit mel ex aere & maxĩe ſyderum exortu. Itaq; cũ prĩa aurora folia arboꝝ melle roſida iueniũꝰ at ſi q matutĩo ſub dio fuere: unctas liquoꝛ ueſtes capilluq; cũcretũ ſẽtiũt ſiue ille ẽ cæli ſudor: ſiue q̃da ſydeꝝ ſaliua: ſiue purgãtis ſe aeris ſuccus: ſiue aq̃ ẽ & purus ac liq̃dus ac ſuæ naturæ q̃lis dfluit. i. Pli. li. xi. Hãc ẽt: attẽtũ hic Mœcenatẽ r̃ddit rogãdo ut hæc quoq; aſpiciat.

Carmina Ouidii Naſonis

PRrotius aerei mellis redolentia regna
Hyblæas & apes aluorum & cætera tecta
Quiq; alibi flores examina quæq; legenda
Indicat: humectiſq; fauos cœleſtia dona:

AN.M. Argumentũ uoluminis quarti.

Quæ ſedes apibus: ſtatio ue paranda repõit.
Lãguẽtũ quoq; ſigna docet: medicãq; ſalutẽ:
Naſcendiq; modũ: Nymphaꝝ noĩa multa:
Pandit Ariſtei luctum: matriſq; fauorem.
Tum uatis protei patriã: mores: ſpecieſq;
Orpheus Eurydicen ſtygia reuocarat ab unda:
Examenq; apiũ tãdẽ reparare docemur.

P. Vergi. Maronis Georgicon Li. IIII.

PRotinus aerei mellis
cœleſtia dona.
Exequar hanc etiam
mœcenas aſpice
partem.

CHRI. Protius aerei mellis: Cũ de apibus atq; de eo qđ ab iis ẽ melle narrãdũ ſit: ex coꝝ q huiuſmõi iter ꝑtationẽ quærũt re futuꝝ arbitror: ut ſemel ſed breuibus cũcta ꝑcurramus: de q̃bus & diligẽtiſſime ab Iginio ornatiſſime a Vir. & elegãtiſſime a Celſo dictũ affirmat Columella. Principio. n. q fabuloſe magiſq̃ uere rem ꝓſequũꝰ. Alii mulierẽ pulchertimã fuiſſe Meliſſã referũt: eã ĩ huiuſmõi inſectũ relicto tamẽ ſibi ſuo uetuſto noĩe Iuppiter cõuertit. Apes. n. græce μέλισσαι dicunꝰ. Home. aũt apes ex crabrõibus & ſole natas ſcribit q; nymphæ phryxõides educauere q̃ mox Dictæo antro Iouis nutrices aſtitere: & dei munere pabula ſortite ſũt q̃bus ipſæ paruulũ aluerũt alũnũ. Quærũt præterea. De regione in q̃ primũ natæ ſint. Vtꝝ ĩ Theſſalia ſub Ari

ſro.an in inſula Cea:ut ſcribit Home. An Ericthonii temporibus in monte hymeto:ut refert Euth... nius:
An Cretæ Saturni temporibus quod placet Nicandro. Refert præterea Ariſtoteles:q̄ alii putarent apes neq;
coire neque parere:ſed aliunde fœturas deportare exiſtimant. Alii ex flore callinthri. Alii ex flore harundinis.
Alii oleæ. Alii dicunt fucorum fœturam ita deportari. Ortū āt apum præſtari a rege qui ſolus mas ſit. Eſſe āt
huius rei argumētum q̄ nulla ſine illo ſit fœtura alii putent apes fœminas fucos mares atq; inde eſſe fœturā.
Quærunt quoq; utrum: euomant liquorem mellis:an alia parte reddant. Genera apum plura idem Ariſtote/
les tradidit Earumq; alias uaſtas : ſed glomeroſas eaſdemq; nigras & hirſutas. Alias minores quidē:ſed æq;
rotundas & fuſci coloris horridiq; pili: Alias magis exiguas nec tam rotundas ſed obeſas:tamen & latas & co
loris meliuſculi non nullas minimas gracileſq; & acuti alui & aureolo uarias atque leues. Eiuſq; auctoritatē
ſequens Maro maxime probat paruulas oblongas leues nitidas ardētis auro paribus lito corpora guttis. Mo
ribus etiam placidis. Nam quanto grandior apis atque rotondior tanto peior. Si uero ſeuerior maxime peſſi/
ma. Sed tamen iracundia notæ melioris facile delinitur aſſiduo in teruentu eorum:qui curant aluearia. Apes
annum decimum non excedunt:gaudent thymo origano: tymbra:ſaturea: rore marino:cytiſo. Tilia arbor
ac taxus repudiatur. Crocus colerat atq; odorat mella. Thymus ſupra omnia præcipui ſaporis mella reddit d
inde ſerpillum tymbra & origanum. Apes oderunt fraudulentum & immundum cultorem. Aluearia opti
ma ſunt ex ſuberis cortice: quia nec hyeme rigent:nec candent æſtate. Ex ferulis etiam quibus commode ua/
ſa texuntur ex fictilibus deterrima ſunt : quia accēduntur caloribus & rigeſcunt frigore. Emantur apes ex ui
cinis quia ſolent cæli nouitate laceſſiri. Si longe uehantur curandum ne ſalebris ſolicitentur optime noctu co
lo portantur. Diu requies danda eſt: Reges ſine ſpiculo ſunt. Nam plenior quaſi capillus quem in uentre ge/
runt ſpiculum non eſt. Qui errones ſunt illis alæ ſunt amputandæ:ne exire poſſint. Cum in examine nata ſit
pullities & apium ſequatur in frequentia interimatur rex nouus:ut nata proles facile remaneat cum matri/
bus. In ipſo fere fine cærarum uelut papilla uberis apparet eminentior & latioris fiſtulæ ī hac ſemen regiorū
pullorum eſt Celſus afrimat in extremis fauis tranſuerſas fiſtulas eſſe. quæ contineant regios pullos. Iginius
uero ſcribit in circuitu fauorum maiora eſſe & recta foramina repleta quaſi ſorde rubri coloris ex qua proti/
nus alatus rex fugeretur. Apes emortuæ ſi per hyemem in ſicco loco ſeruentur. & circa equinoctiū uernū cū
clementia cæli pſuaſit poſt horam tertiā in ſolem proferantur ficulneoq; cinere obruant̄ infra duas horas re
uiueſcent. Atq; in alueare intrabunt. Ex floribus cæras fieri & ex matutino rore mella:q̄ tāto meliorē quali/
tatē capiūt quanto iocundiore fit materia cæra cōfecta ait Celſus. Fuci nihil pabulo℞ cōferūt:ſed q̄ ab apibus
congeſta ſunt conſumūt. Ve℞ tamen ad procreationē ſobolis conferunt aliquid inſidentes ſeminibus qbus
apes figurant̄. Itaq; ad fouendam & ad educandā nouam prolē familiaribus ab apibus admittunt̄. Incubant
enim ueluti aues ſeminibus apes:& fuſci:& ex iis uermes excudūt candida mēbrana icluſos ſiue alis : haſque
nymphas nomināt deinde diſrupta mēbrana abſolutæ alatæq; euolāt apes ut etiā refert Ariſtotel. Excluſis er
go pullis extra tecta proturbant̄. Ergo uidemia mellis tūc matura itelligit̄ cū fuci ab apibus pellunt̄. Dicunt̄
autē caſtrari aluearia cū faui decidunt̄. Scribit ꝑterea idē Ariſto. eē in ponto apes cādidas: q̄ bis ī menſe melifi
cēt:& circa Amyſum urbē apes ī arboribus ſine fauo mellificare:melq; ipſū cādidū eē:& mirūimmodū craſ
ſum. Pluāt ſcri. nō ſolū mel & cæras ī aluearibus repiri:ſed & ab illis congeri q̄ operi conducāt. Prima. n. opis
fundamēta metyn uocant. Hæc prima cruſta ē ſaporis amari. Secunda piſſoceros dicitur q̄ ſuper metyn uēit Me/
picantiū mō ceu dulcor cæræ initiū populorūq; mitiore gūmi. Tertia em propolis craſſioris iā materiæ ad/ tyn
ditis floribus nondū tamen cæra ſed fauo℞ ſtabilimētū:quo omnes cæli iniuria℞ aditus īſtruuntur odore Piſſo/
etiā nūc graui qua pleriq; pro galbano utunt̄:ꝑter hæc cōuehitur Rithace: quā alii ſandaracū:alii cæryntum ceros
uocant. Hic erit apū dum operantur cibus qui ſæpe inuenitur ī fauo℞ inanitatibus ſepoſitus:& ipſe amari ſa Propo
poris:ſed plenus humoris cibus. Gignitur āt rore uerno & arbo℞ ſucco gūmi modo africo flante minor:au/ lis
ſtro nigrior aqlone rubus melior & rubens plurimū in græcis nucibus. Mel igit̄ ex aere ē: ſiue ſit cæli ſudor Sanda
ſiue q̄dam ſyde℞ ſaliua:ſiue purgantis ſe aeris:ſuccus ſiue aquæ eſt & purus & liquidus & ſuæ naturæ qua/ racū
lis defluit primo:nunc uero e tanta cadit altitudine:multumq; dū uenit ſordeſcens:& obuio terræ hanelitu
infectus. Præterea a fronde ac pabulis potus & in utercul os congeſtus apū ore. n. eū uomūt. Ad hæc ſucco flo
rū corruptus & alueis maceratus:totienſq; mutatus magnā tamen cæleſtis naturæ uoluptatem affert. Opti
mum eſt mel in hymeto actico & in hybla ſiciliæ. Eſt autem initio mel ut aqua dilutū: & primis diebus fer/
uetq; purgat:uigeſimo die craſſeſcit. Sorbet̄ optimū:e q̄rcus tiliæ & arundinū ſoliis ait ꝑterea Iſido. repe
riri et nunc in india & arabia mel ramis adhærens ī formā ſalis quod oſtendit ipſū ex rore eē:Cæras uero ex
omnium herbarum:ac arbo℞ floribus faciunt excepta rumice & chenopede. Refert tamē Ariſto. q̄ apes plu
rium flo℞ genera non petunt:ſed ſingulis tēporibus ſingula. Verbi gratia a uiola ad uiolam aduolant:nec ad ali
um florē tranſeunt donec in alueū ſuū redeant. Operant̄ intra. lx. paſſuū:ide conſumptis floribus ſpeculato/
res ad pabula ulteriorē mittūt noctu in expeditiōe dꝑhenſæ cubant ſupinæ ut alas a rore protegant fures &
ſimiles menſes refugiūt. Iliſchus thaſius deſerta harum amore incoluit:ob idq; agrius cognominatus ē. Ari
ſtomachus ſolēſis duo de. lx. annis in ſolis apibus cōtemplādis uerſatus eſt. Ambo de his ſcripſerunt. Proti
nus ex pro & tenus eſſe puto:pro autem in cōpoſitione ſignificat denotat .i. ē ad ulteriora duci : ut de loco ad
locum moueatur. Vnde eſt procedo prodo. Hinc Teren. cū reſponſū eſſe moueo addidit. Sed nihil promoues
tenus autem demonſtrat pertingentiā quandam:ut cū dicimus tenus cru℞ oſtenditur q̄ a colo continuant̄
porrecta dum tangant crura. Ex hoc manifeſtū ē ꝑtinus ſignificare iugiter. Eadē ratione deinceps. Nā qd fit
iugiter fit ſine intermiſſione:ut poſt unū ſequat̄ alte℞ erit ēt ſtatim : nā illud ſtati fit quod nulla interpolita
mora abſoluto priore aggredimur. Quin & cū Maro dixit: Quo protinus oē intonuit nemus. Duo ſimul

oſtendit ſonum celeriter oīa pertigiſſe:& gradatim ꝑpetua ſucceſſione proceſiſſe.Sic in Buco.En ipſe capellas Protinus æger ago.Nam oſtendit ueri ſugæ iugem progreſſum:ex quo oportet illā ad longīqua eſſe. Aerei: quia ab aere cæloq; ut diximus eſt ex eadem ēt materia refert Albertus cognomento magnus:Manna ē quæ non apparet niſi in calidis regionibus:quia ros in illis melius decoquit̄. Hanc etiam.m.a.p.aſpice: ueluti numen mœcenatem inuocat.Nam numina ſolo aſpectu prodeſſe poſſunt.Hinc illud ad Iouem:aſpice nos.

Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum:
Magnāimoſq; duces totiuſq; ex ordine gētis
Mores & ſtudia & populos & prœlia dicam.
In tenui labor.at tenuis non gloria:ſi quem

SER. Admiranda tibi: Audies ex rebus leuibus digna ſtupore eē in apibus proceres & tanta certamina. Mores:quia caſtæ:ſunt ut illū adeo placuiſſe apibus mirabere morē. Et ſtudia:ut Tātus amor floꝝ & generandi gloria mellis.Et populos:Vt binæ regū facies:ita corpora plebis. Et ꝓlia dicā:ut erūpunt portis: concurritur æthere in alto. In tenui labor at tenius non gloria:Compenſatio eſt laboris quod magnam dat gloriam ſi fuerit materia exilis ornata.

AN.M. Admiranda tibi:attentum iterum reddit promittens ſe de rebus mirandis uerba facturum:exponenſq; etiam numero res de quibus dicturus eſt. Duces:apium reges. Mores:inſtituta & cōmunes omniū conſenſus. Studia:occupationes labores. Populos:progeniem. In tenui labor:eſt enim difficile minima exornare atque extollere: e contra maxima leue eſt.Sunt enim refecta bonis pluribus.

CHRI. Admirāda tibi.q.d.talia eē ut ēt maximi īgēii uiris: q̄lē te eſſe uolumus:admirationē icutere poſſint. Leuium:quid ergo maius eē poteſt q̄ ex rebus leuibus ea prouenire q̄ admirationē afferāt.Magnū ergo ꝙ exoriat̄ admiratio:Maius ꝙ ex rebus leuibus maximū ꝙ proueniat ſapientibus uiris:Ergo qd maius q̄dra re potuit ad attētionē captandā.Maximū ergo poetæ ingeniū maximūq; conſiliū.Nā in re depreſſa & humili ſibi attētionē comparat:& pollicetur ſe & dona cæleſtia & ſpectacula reꝝ q̄uis leuiū tamen admiranda relaturum.Rhetorum enim præceptū apprime utile ē:ut i rebus humilioribus & quas auditur iure ſuo cōtemnere poſſe uideatur:attētionē nobis cōparemus.Deinde cū propriis ac ſuis uerbis res ſuapte natura humilis extolli nō poſſet:ipſe crebris trāſlationibus attollamus. Magnanimoſq;.d.duoꝝ īſectoꝝ genera uidemus q̄ ſuo cœtu proxime ad ciuilē humanāq; uitā accedere uideant̄ formica atq; apis.Veꝝ formicæ popularē ſtatū apes āt regiā poteſtatē imitant̄.Quapp cū apū ſit naturā deſcripturus a regibus tū circa diſciplinā militarem. Tū circa reipublicæ adminiſtrationē tranſlationibus crebis utit̄.Oſtēdit āt re ipſa i tenui laborē eſſe at non tenuem gloriā:quādoqdē rē tā depreſſam trāſlationibus ſimilitudinibuſq; ac multis aliis uariiſq; tū figuris:tū uerboꝝ ac ſententiaꝝ coloribus ita rē exornat.Atq; erigit ut non apum naturam aluearia ue: ſed præſtantiſſimorū ducum inuictorumq; exercituum caſtra ac prœlia deſcripſiſſe putes : nec uero ſolum attentionem: ut demonſtrauimus captat.Verum & ab eodē loco beniuolentiam ſibi conciliat utilitatem rei ſtatim a principio proponēs:& ut exordii uim penitus adimpleat breuiter ueꝝ dilucide atq; abſolute qbus de rebus dicturus ſit ꝓponit. Magnanimos:trāſlatio ē ab ipſis īperatoribus. Ex ordine:oſtēdit ſe gradatim a primis illaꝝ īcunabulis ad extremā ſenectutē oīa proſecutuꝝ. Mores & ſtu.Solus ex oībus animalibus hō ē:q quoniā ratione inſignit̄ ſuaꝝ actionū principiū in ſe habeat: itaq; & mores & ſtudia & cætera oia q̄ a ratione ſunt uere i homie dicimus eē.Reliqua āt animalia nō ratiōe:ſed naturæ ipulſu mouentur.Et tamē teſte etiā Ariſto. ipſo. In brutis quoq; dep̄henditur aliquo modo prudētia.Vnde & de apibus nō icōgrue mores & ſtudia dixit.Ex moribus āt.i.cōſuetudine i q̄ ſunt aſſidui actus: & ex ſtudiis q̄ habēt uehementē animi applicationē ad aliquid peragendū proueniūt uirtutes morales:q̄ habitus ſunt ab aſſiduis actionibus profecti. Nec miꝝ huiuſcemodi īgeniū eē i apibus. Nā docet Alber.magnus Aſtuta eſſe oīa genera ſerpētū ꝑ p ſubtiliorē humorē qui in illis ē.Frigida.n. cū ſint carent eo calore q illoꝝ actiōes commiſcere confundereq; poſſit.Ineſt aūt calor ille quem cōplexionalem nuncupant:quo cuncta & decoquantur & recte digerantur.Hinc ſpiritus animales in illis lucidiores fiunt & lucidior extimationis iternus ſenſus q̄ in quadrupedibus i quibus multū de terra ſupeſt.Hinc illud eſt ingenii acumen in ſerpētibus.Et eadem ratione inſectis oībus ꝑter q̄ in muſcis.

Numina leua ſinūt auditq; uocatus apollo.
¶ Principio ſedes apibus ſtatioq; petenda
Quo neq; ſit uētis aditus nam pubula uenti
Ferre domū ꝓhibēt.neq; oues hædiq; petulci
Floribus inſultent.aut errans bucula campo
Decutiat rorem.& ſurgentis atterat herbas.
Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Piguibꝰ a ſtabulis meropeſq; aliæq; uolucres
Et manibus progne pectus ſignata cruentis:
Omnia nam late uaſtant.ipſaſq; uolantes

SER. Numina leua: Proſpera:ut alibi Intonuit leuū auditq; uocatus apollo.Aut quaſi poeta Apollinem īuocat:aut quaſi paſtoralem deū:nā Apollo Nomīus dicitur. Principio ſedes:dicit ubi aluearia ponenda ſint:in qua re ſatis perite & ea quæ abeſſe debeant.ſine noceant apibus:& q̄ debeant adeſſe Virgi.optime cōmemorat.Sane ſciendum quoniam ſupra ait Magnanimoſq; duces:iō intulit modo ſedes ſtatioq; quā tranſlationē diligenter reſeruat. Hædiq; petulci.laſciui:& exultantes:& petulci dicti ab appetendo: unde & meretrices petulcas uocamus. Picti terga lacer.picta terga habentes. Pinguibus a ſtabulis:plenis ſicut ēt manes res tenues nomīamus ecōtrario. Meropeſq; aliæq; uolucres:dicendo aliæ uolucres oſtendit meropes eē aues:ſunt āt uirides & uocāt̄ apiaſtræ q a apes comedūt. Et manibus.p.nomē poſuit pro noīe. Nā philomela i hirundinē uerſa ē pro qua prognē uel quaſi ſororem poſuit uel quaſi cā quæ fuerat illius ſceleris cā. Nā ipſa miſerat Tereū ad ducendā ſororē.

Meropes

AN.M. Numina leua ſinunt: ideſt aduerſa nam deos quoſdam ut prodeſſent celebrabant, quoſdam ut ne obeſſent placabant: propterea Virgilium quoque aiunt Numina leua in georgicis depræcari ſignificantē quandam uim eſſe huiuſmodi deorum in lædendo magis q̄ iuuando potentem. Gellius libro.v.capi duodecimo. Sedes apibus: ſedes apibus collocanda eſt contra brumalem meridiem procul a tumultu & cœtu hominum ac pecudum nec calido loco nec frigido: nā utraq; īfeſtant. hæc autē ima parte ſit uallis ſic enim faciliꝰ apes aſcendunt quū prodeunt pabulatum. cum onere autem per procliuia nō ægre deuolāt. Columella libro decimo capi.quinto. Hædiq; petulci: hoc epitheto primus Lucretius uſus eſt. dixit enim libro ſecundo. Præterea teneri tremulis in uocibus hædi Corni.eras norunt matres: agnique petulci. Macrobius libro ſexto. Petulci: laſciui. Inſultent: inſiliant. Bucula: a boue diminutiuum eſt. Surgentes: creſcentes. Squalētia: ſplendida. Pinguibus: pinguia propter mel ait. Meropeſque: hæ aues cunabula in terra faciunt: corporis grauitate prohibitæ ſublimæ petere genitores ſuos reconditos paſcentes pallido intus colore pennarum ſuperne cyaneo: priori ſubrutilo. nidificant in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine. Pli. libro decimo ca. xxxix. aliter gauli dicuntur ut aiunt uulgo etiam ieuoli. Progne: in hirundinem philomela fertur ab aliis: nō progne uerũ. Id autem Varro etiam aſſerit: dicit enim: Luſciola q luctuoſe canere exiſtimatur: atq; eſſe ex Attica progne in luctu facta auis. latius tamē de Progne uideto libro ſexto met. Pectus ſignata: occiderat enim itim filium. hinc ait etiam Ouidius. Neq; adhuc de pectore cædis Exceſſere notæ: ſignataq; ſanguine pluma eſt.

Meropes

CHRI. Numina le. Seruius Ait: leua.i. pſpera. Hoc dici ī auguriis placet. De qua re alio loco dictū ē. Sed ī cæteris rebus nunq̄ legi leuū pro proſpero. Placet ergo quod refert: Gellius eū dicere numina leua non deos quos ut pdeſſent celebrabāt. Sed eos quos cū nocendi poteſtatē haberent ne obeſſent placabant. Principio: Iure a principio elligit locū & præparat materiam: oſtendit quibus in locis conſtituenda ſint apiaria. Inſultent. Verbum hoſtile poſuit ut oſtenderet nocumentum. Rorem: unde eſt mel futurum. Petulci: Laſciui. Nam petulcus a petendo eſt. Petit: enim aut unde non oportet aut pluſq̄ oportet. Decuciant: Quatere commouere eſt. Inde quaſſo. Decutere autem eſt quatiendo rem id quod in ea eſt deicere excutere idem penꝰ eſt. Hinc dicimus equum equitem excuſſiſſe: quoniam dum ſe quatit illum deiicit. Concutere eſt undiq; quatere. Hinc dicimus concutere ciuitatem: cum aut pauore: aut grauiori quadam perturbatione uehementer commouetur. Diſcutere poſtremo eſt cum rem ita undiq; quatimus. Vt ſi quid in ea latebat ueniat in lucem. Vnde dicimus litem eſſe diſcuſſam. Lacerti: Stelliones inimiciſſimi cocleis ſunt. Negantur ſemeſtrem uitā excedere. In arabia cubitales reperiūtur. in Nyſo uero indiæ monte. xxiiii. pedū ī lōgitudine cōſpiciunt co lore fului: aut punicei: aut cerulei. Squallentia: nitentia uariis maculis. De ſquallore autem dicetur in æneide. Et manibus progne: Pandionis Athenarum regi filia fuit Progne: Hæc Tereo thracenſi regi nupſit. Verum cum ille eius ſorori Philomelæ uim intuliſſet: ac mox linguam procidiſſet: ne illa ſcelus queri poſſet: Progne itim communem filium patri Tereo epulandum poſuit. Parabat in mulieres ultionem re intellecta Tereus. At dii miſericordia moti ipſum in upupam: Itim filium in faſianum. Prognem in hirundinem. Philomelam in luſciniam commutauere. Dicuntque prognem habere purpureum e ſanguine interēpti filii.

Petulci
Quatere
Decutere
Excutere
Concutere
Diſcutere

Ore ferunt dulcem nidis mitibus eſcam.
At liquidi fontes & ſtagna uirentia muſco
Adſint: & tenuis fugiens per gramina riuus:
Palmaq; ueſtibulū aut igēs oleaſter obrūbret
Vt cū prima noui ducent examina reges
Vere ſuo: ludetq; fauis emiſſa iuuentus
Vicina inuitet decere ripa calori.
Obuiaq; auſpiciis teneat frondentibus arbos.
In mediū ſeu ſtabit iners ſeu profluat humor
Tranſuerſas ſalices & grandia coniice ſaxa
Pontibus ut crebris poſſint conſiſtere: & alas
Pandere ad æſtiuū ſolē ſi forte morantis
Sparſerit: aut præceps neptūno imerſerit eurus.
Hæc circum caſiæ uirides: & olentia late
Serpilla & grauiter ſpirātis copia thymbræ
Floreat: irriguūq; bibant uiolaria fontem:
Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis
Seu lento fuerint alucaria uimine texta
Anguſtos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems: eadēq; calor liq̄facta remittit.

SER. Dulcem nidis immitibus eſcam.i. crudelibus pullis qui apum morte nutriuntur. Et tenuis fugiēs. Suſpendendū eſt tenuis ne incipant eſſe duo epitheta: quod apud latinos conſtat eſſe uitioſum.

Vere ſuo: ſibi grato & aptiſſimo. Vicina inuitet decedere ripa calori: ut æſtus poſſint aquarum uicinate uitare. In medium. Ordo eſt. in medium tranſuerſas ſalices & grandia coniice ſaxa. Pontibus ut crebris. Velut pontibus nam non ſunt pontes. Si forte morantes: tarde remeantes ex paſcuis neptunno immerſit. Deum pro aquis poſuit. Grauiter ſpirantis copia thymbræ: genus eſt herbæ abundantis in phrygia. Grauiter autem modo: bene & multum ſignificat alias male: ut. Aut ubi odor cœni grauis. item graue olentis auerni. Violaria: loca ubi naſcuntur uiolæ. Vtraque uis apibus pariter metuenda. tā caloris q̄ frigoris. Quod licet utrūque æquali modo metuēdum ſit tamē diſſimiliter nocet. nam calore liquefacta defluunt mella quæ ſi fuerint frigore condurata: conſtrictas apes interimunt.

Violaria

AN.M. At liquidi fontes: Varro etiam libro tertio capi. xvi. docet prope apiarium debere eē loca ubi pabulum ſit frequens & aqua pura. Si pabulum naturale deeſt ſerenda ſūt roſa ſerpillum apiaſtrum papauer faba lens piſum ocymum medica: maxime cytiſum: quod ualentibus utiliſſimum eſt: etenim ab æquinoctio uerno florere incipit: & permanet ad alterum æquinoctium autūni. ſed ut hoc aptiſſimum

Apū ſedes

Vtraq; uis apibus pariter metuēda.neq; illæ

ad ſanitatem apium:ſic ad meliſiciū Tymum. Mu/ſco: uiridi lanugine. Vere ſuo:ſibi conuenienti. Fa/uis: Fauus eſt quem ſigunt multicauatum e cæra cum ſingula caua ſēa latera habeāt ut ſingulis pedes dedit natura.Varro libro tertio. Iuuentus:apium progenies. Hoſpitiis:ſedibus. In medium:apibus aquā liqui/dam unde bibāt eſſe oportet:eamq; propinquā quæ præterfluat:aut in aliquem locum influat: ita ne altitu/dine aſcendat duos aut tres digitos in qua aqua iaceant teſtæ aut lapilli ita ut extent paulum : ubi aſſidere & bibere poſſint:in qua diligenter habenda cura ut aqua ſit pura quod ad melliſicium bonū uehemēter ꝓdeſt Varro libro tertio. In medium:Ordo eſt ī medium cōiice & cætera. Morantis:dū pabulant̄ ſcilicet. Ne/ptūno:aquis ipſis. Caſiæ:de iis uidet o in alexi.Sic ēt de ſerpilo. Tymbræ: hæc alio uocabulo ſatureia dicit̄: ſeritur menſe Februario.Plini.libro.xix.Colu.uero libro decimo cap.iiii.ſic ait: aut etiam thymbræ uel no ſtratis Cunelæ:quā ſatureiā ruſtici uocant:in Pli.aūt.li.xx.Cunila ſemp legit̄. Ipſa āt aluearia ſunt optima cor tice:ſecūda ferula:tertia uimine Pli.li.xxi.Var.āt li.iii.ait:ꝗ alii f... int aluos ex uiminibus.alii e ligno ac corti cibus.alii ex arbore caua.alii fictiles.alii ēt ex ferulis q̄drata s:lōgas pedes circiter tres:latas pedē:hæc oīa uocāt a mellis alimonio aluos. Aluearia:hoc aluear & hoc alueariū:hæc aluus:& hæc alueus:ſic thymus& thymū cytiſus cyt.ſū legimus ī Var.Colu.& Pli.ſic ēt ſatureiā ī ſingulari & ſatureia ī plurali repimus. Anguſtos adi tus:Colu.docet li.x.aditū fore capacē unius apis tātū mō:ſed plures eē debere quo facilius apes ītrēt exeantq;

Fauus

Tymbra Satureia

CHRI. Dulcem immittibus:iucundiorē reddūt orationē cōtraria uerba ut ſunt dulce & imite.Præterea cō citat̄ cōmiſeratio ꝙ tam nobile inſectum.Eſca ſit inutilis pene auibus. Meropes:aues ſunt q̄s italia appellat barbaros a partitione cantilenæ:& ut ait Plinius quia corporis grauitate in ſublime ferri prohibentur:in ter ra nidificant.Genitores ſuos reconditos aliæ palido intus colore pennarum ſuperne cianeo priori ſubrutilo. Nidiſicat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine. Vere ſuo:ideſt ſibi conuenienti. Iners: tāquam lacuna pro fluat ut riuus. Sparſerit:torquendo aquam in eas merſerit quia illas in aquam deiecerit. Serpila:Latine pi per erraticum hæc uerba dicitur. Huius duæ ſunt ſpecies: Vna hortularis ſiue uſualis:quæ in campis ſabulo ſis ſiue arenoſis creſcit.Alia agreſtis quæ etiam cor dicitur:quæ non ſerpit ſed ſurgit cum ramis duorum pal morum altitudine. Tymbræ:hæc latine ſaturea dicitur a ſatyris:quia utentes in Venerem pronos redit:ut ſatyri ſunt.Abundat in agro troiano:ubi templum eſt Apollinis:qui inde tymbreus dicitur.

Ne quicq̄ in tectis certatim tenuia cæra
Spiramenta linunt fucoque & floribus oras
Explent. collectūq; hæc ipſa ad mūera glutē
Et uiſco & phrygiæ ſeruant pice lentius idæ.
Sæpe etiam effoſſis:ſi uera eſt fama latebris
Sub terra fodere larem.penituſque repertæ
Pumicibuſque cauis exeſæque arboris antro.
Tu tamen & leui rimoſa cubilia limo
Vngue fouens circū.& raras ſupiniice frōdes
Neu propius tectis taxus ſine:neue rubentis
Vre foco cancros.alte neu crede paludi.
Aut ubi odor cœni grauis aut ubi cōcaua pul
Saxa ſonāt.uociſq; offēſa reſultat imago.(ſu
Q d ſupeſt ubi.pulſam hyemem ſol aureus
Sub terras cælumq; æſtiua luce recluſit(ægit
Illæ continuo ſaltus ſyluaſq; peragrant.
Purpureoſq; metunt flores & flumina libant
Sūma leues:hinc neſcio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidoſq; fouēt:hinc arte recentes
Excudunt ceras.& mella tenacia ſigunt.
Hinc ubi iā emiſſū caueis ad ſydera cæli
Nare per æſtatem liquidā ſuſpexeris agmen
Obſcuramq; trahi uento mirabere nubem.
Cōtēplator:aquas dulcis & frondea ſemper
Tecta petunt.huic tu iuſſos aſperge ſapores

SER. Spiramenta:Exitus alibi Sæui ſpiracula di tis. Fucoq;:genus eſt herbæ:unde tinguūtur ueſtes: Fucū aūt & flores pro cæra poſuit:quam ex his colli/gunt rebus. Hæc ipſa ad munera:ad officia coaguſtā daꝑ cauernarum. Et uiſco & phrygiæ:ordo eſt ſer/uant glutē:quod eſt lentius & uiſco & phrygiæ idæ pice.Seruant autem mire ait:nam apes pilas quaſdā in alueatibus faciunt:de quibus poſtea cærea tecta cō ponunt. Si uera eſt fama:ſi credendum eſt apes poſ/ſe terrā effodere. Et leui rimoſa cubilia limo : alii & leui legunt.Vnus tamen ſenſus eſt:Nā hoc dicit ꝙ il/læ nimio labore perſiciunt. Tu leui iūge rimoſa cu/bilia:circunfouens limo etiam raras frondes ſuperii/ce.Quod iō ſit ne uel limus crepet : uel cauernæ aut ſole penetrentur aut frigore. Taxum ſine:uenenatā arborem:ipſe in bucolicis Sic tua cyrneas fugiant exa mina taxos.Mel enim exinde peſſimum gignit̄. Ru bentes cancros:Odore enim ipſo pereunt. Rubentes autem cum uruntur:non qui per naturam ſint hu/ius coloris. Altæ neu crede paludi:Ne facile mergā/tur. Vociſq; offenſa: reſonat eccho repercuſſa:quam apes uehementer horrere manifeſtum eſt. Pulſam hyemem : ſecundum phyſicos qui dicunt tempore quo hic hyems eſt æſtatem eſſe ſub terris:& uerſa ui ce:cum hic æſtas illic hyemem .Quod etiam Lucre/tius exequitur:& trahit in argumentum putealem aquam quæ æſtate frigidiſſima eſt:hyeme uero cali/diſſima. Metunt flores:ſecant: unde & meſſores di cti ſunt.Sane meto metis præteritum facit meſſui. Hinc:ex floribus ſcilicet ex quibus primo mel:mox pulios efficiunt. Neſcio q̄ dulcedine:quadam arcana rōne naturæ. Mella tenacia ſigunt:quia cum inuer/ſi ſint faui:mel tamē ide nō fūdit̄: Vnde ait tenacia: q̄ ī reſupinatis fauis cohærēt. Caueis al.æſtatē liqdā:p iner ſerenum. Contemplator:pro intuere:nā tps fu turi pro pſenti poſuit ab imperatiuo mō. Aquas dulcis:pp hoc ait ſupra:Et tenuis fugiens p gramīa riuus.

AN.M. Certatim:cum certamine. Tenuia ſpiramēta:rimulas. Linunt:iungunt: Circunlini aluearia fimo bubulo utiliſſimum inquit Plinius libro uigeſimoprimo. Fucuſq;:eſt fucus rubea herba qua ueſtes tinguntur phyſicos .n.color dicitur. Et flo.flores quoq; latiores a ditibus circunſtruunt apes:ut Pli.ſcri. Oras: fiſſuras. Glutē:confectionē quandam ea autem ut Plini.li.xi.c.vii.oſtendit.Propolis dicitur:ait.n.ſic propolis craſſioris iam materiæ additis floribus nondum tamen cæra:ſed fauoꝝ ſtabilimentū:qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruūtur:odore etiā non graui ut qua pleriq; pro galbano utantur. Meminit & Varro libro tertio. Munera:officia. Pice idæ:de hac ſuperius. Sub terra fœdere larē:circa Thermodoontē fluuiū duo apium genera:aliæ in arboribus mellificant:aliæ ſub terra triplici cæraꝝ ordine huberrimi prouentus: Plini.libro undecimo capi.xvii. Penitus cauis:ualde cauis. Pumicibus:lapidibus. Antro:cauerna. Limo: fimo bubulo inquit Pli. Cācros:grauis & tetri odoris:nō ſolū urentia:ſed & quælibet res prohibeanť:ſicuti cancri nidor:quū eſt ignibus aduſtus:aut odor paluſtris cœni:nec minus uitenť cauæ rupes aut ualles argutæ:quas græci Echus uocant:Colu.libro decimo ca.quinto. Cācros:cācroꝝ odore ſiquis iuxta coquat apes exanimanť:Pli.li.undecimo. Alte paludi:aqua enim nō debet aſcendere duos aut tres digitos ut iam oſtēdimus latius. Offenſa:repercuſſa. Vocis imago: echo intelligitur:imago uero quaſi imitago diciť. Reſultant:inimica apibus echo eſt reſultanti ſono q pauidas alterno pulſet ictu:inimica & nebula.Plinius li. undecimo. Quod ſupereſt:quod reſtat docebimus. Vbi pulſam hyemē: Alexander aphrodiſeus problematum Sectione ſexta ſic ait.Cur putealis aqua i hyeme calida ē in æſtate āt frigida.Reſpondendū ꝙ contrariū ſemper fugit:ut pote ſibi infeſtum contrariū.Cū ergo calidū & frigidū iuicē iter ſe cōtraria atq; corruptoria ſint nō dubium quin per æſtatē calor aerē ambiat calidū:inque terræ ſinus atq; penetralia fuget frigus & ob hoc aquam frigefaciat.Per hyemē uero frigore dominante in aere calor porro in terre penitiſſima difugiēs aquā calefacit:nā ita natura ſanxit ut contraria in eodē loco ac per idem tempus ſimul manerent:hæc ille tamē eadem fere Lucretius quoq; dixit quum ait frigidior cur i puteis æſtate ſit humor.Areſcit qa terra calore &c. Ille continuo:hyeme apes condunť ante fabas florentes nō exeunt ad opera & labores:nulluſq; quū per cælum licuit ocio perit dies:primū itaq; fauos conſtruūt:cæram fingunt hoc eſt domos cellaſq; faciunt:deinde ſobolē poſtea mella.Plinius libro undecimo. Et flumina libant:ſine aqua inquit Colu.libro decimo neque faui neq; mella neq; pulli deniq; figurari q̄runt.Eſt igiť opus ut aqua ſit apibus uicina. Hic:e floribus & aqs. Dulcedine:dulcis enim eſt ſoboles omnibus fere. Cæras:Celſus ait ut inquit Colu.li.x. ex floribus cæras fieri:ex matutino rore mella:quæ tanto meliorem qualitatem capiunt quanto iucundiore ſit materia cæra confecta. Caueis:ab alueis. Aeſtatem liquidam:uer ſerenum:ait.n.iferius:Ergo ubi uer nacte ſudum. Agmen:examen.Quippe talis eſt apum natura ut pariter quæq; plebs generetur cum regibus:qui ubi euolandi uires adepti ſunt cōſortia dedignantur uetuſtiorum: multoq; magis imperia.Itaq; duces procedunt cum ſua iuuentute quæ uno aut altero die in ipſo domicilii ueſtibulo glomerata cōſiſtens egreſſū ſuo proprie deſiderium ſedis oſtendit & cætera.Columella libro decimo. Contemplator:inſpice aduerte.

Propolis

Apū reges

CHRI. Spiramenta linunt:ut paulo ſupra demonſtratum eſt.Spiramenta tenues rimas per quas ſaltem ſpiritus ingredi poſſit. Fuco:ſpecies herbæ fucus eſt de qua lana inficitur: fucus etiam dicitur quo mulieres colorantur:& per tranſlationem omne figmentum fucum dicunt. Cancros:cancri hyeme aprica littora ſectantur æſtate in opaca gurgitum recedūt autumno & uere pingueſcunt:plenilunio magis quia noctu ſydus tepido fulgore mitificat uita iis longa pedes octeni fœminæ primus pes duplex:mari ſimplex ſole cancri ſigno tranſeunte cancri cadauer in ſicco politum in ſcorpionem tranſfigurari ferunt:ait Plinius. Nare:uolare:quia mutua eſt tranſlatio a nauibus ad aues.Vnde mare ueliuolum dixit & remigio alarum.

Cācri

Trita meliſphylla:& cerithæ ignobile gramē
Tinituſq; cie & matris quate cymbala circū.
Ipſæ conſident medicatis ſedibus:ipſæ
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.
Sin aūt ad pugnā exierint:nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu
Continuoq; animos uulgi & trepidātia bello
Corda licet longe præſciſcere. nāq; morantis
Martius ille æris rauci canor increpat:& uox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum
Tum trepidæ inter ſe coeūt.pēniſq; coruſcāt.
Spiculaq; exacuūt roſtris:aptantq; lacertos:
Et circa regem atq; ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur:magniſq; uocāt clamoribus hoſtē

SER. Trita meliſphylla: Varro hāc herbam apiaſtrum dicit in tertio lib. operis ruſtici. Cerinthæ ignobile: Vile ubiq; naſcens. Matris cymbala:quæ i eius tutela ſunt: ideo qd ſimilia ſunt hemicyclis cæli: quibus cingitur terra quæ ē mater deorum. More ſuo:naturali ratione cuius cauſa nō redditť. Quis: enim nouit cur eris ſono redeant in aluearia licet ipe paulo poſt dicat.Crepitantiaq; æra ſecutæ dictæo cæli regem pauere ſub antro.Sed & hoc poeticum eſt. Inceſſit:ingruit:iuuaſit.Alibi: inceſſi muros: ignes ad tecta uolare:& inceſſit regibus figuratum ē. Nam inceſſit reges dicimus. Trepidantia bello:Alacritate pugnandi:non timore Alibi exultantiaq; haurit Corda pauor pulſans. Morātis:tarde icedētis. Fractos: colliſos. Trepidæ coeunt: Feſtināt iter ſe in aluearibus. Penniſq; coruſcant:Quēadmodum ſcuta milites commouent. Vocant hoſtem: Prouocant.

AN.M. Meliſphylla:Plini.libro uigeſimo ſic ait. Apiaſtrum Hyginius qdem Meliſphyllon appellat. hæc ille interpretatur autem ut aiunt alii meliſſes.i. apis Phyllon folium herba enim eſt cuius folia mel ſapiunt idem uero Pli. libro uigeſimoprimo ſcribit Meliſphyllo ſiue meliterna ſi perungantur aluearia non fugient apes nullo enim magis gaudēt flore.Copia iſti

Apiaſtrum

Meliſphilō

us examina facillime continenť.Itẽ pſentiſſimum eſt contra ictus eaꝝ ueſperarum q̃ & araneoꝝ: itẽ ſcorpio
Cerinthæ num &c. Cerinthæ:herba eſt folio cãdido incuruo cubitalis:capite concauo mellis ſuccum habẽte florum eius auidiſſimæ ſunt apes atq; ẽt ſinapis.Pli.xxi.c.xxiiii. Tinnituſq; cie:Varro li.iii.ſcribit quando noua exa/
mina uolant iaciundo inter apes puluerem & circũtiniẽdo ære perterritas quo uoluerit perducet.Mellarius
Cym/bala & Pli.li.xi.inquit de apibus.Gaudent plauſu atq; tinnitu æris:eoq; conuocanť. Matris cymbala:inſtrumen
ta erãt qbus utebanť in ſacris Cybeles deoꝝ matris. Medicatis ſedibus:ſolent.n.mellarii locũ aliquẽ oblini/
re apiaſtro cæteriſq; rebus quibus delectanť apes ut ibi conſidant:ubi conſederint afferunt aluum prope eaſ
dẽ illiciis itus:& prope appoſita fumo leui circũdato cogũt eas itrare.Var.iquit li.iii. Inceſſit:iuaſit. Aptátq;
lacertos: pſtat i metaphoris. Circa regẽ:Mira apũ circa regẽ obedientia:quũ procedit totũ examẽ circa cum
conglobatur cingit protegit cerni non patiť.Pli.li.xi. Prætoria:dicta q; ibi reſideat p̃tor ad diffiniendum.

CHRI. Meliſphylla:apiaſtrũ eſt:Var.ait de apiaſtro quod alii melliſpholõ.Alii mellinẽ appellãt. Sunt eti
am q credant mellilotõ eãdẽ eſſe herbam.Alii nolũt differre. Cerinthæ:herba eſt folio candido incuruo ca/
pite cõcauo:& q̃ mellis ſuccũ habeat.Eius magna eſt copia i Euboea:in qua eiuſdẽ nominis ẽt oppidũ fuiſſe
dicunt. Ipſe:ſua ſponte ſine tua opera. Medicatis:ideſt aſperſis odoribus de quibus dictum eſt ſupra. Ani/
mos:audaciam & tumorẽ illum ex ira:ut Pone animos & pulſus abi. Trepidantia:nõ timentia:ſed feſtinan/
tia ad pugnam. Auditur fractos ſonitus imitata tubarum:Dum uult exprimere:q; uoce ſua clangorem tu/
barum imitantur ipſe eundem ſonitũ ſuoꝝ uerboꝝ compoſitione exprimit quod mirum eſt. Fractos:q̃a
in nullo muſico inſtrumento magis fractus ſonitus gignitur nec minus continuatus. Trepidæ:feſtinæ : ut
Ne trepidate meas teucri defendere naues. Corruſcant:Et crebrum motũ ſimul & ſplendorẽ:qui ex pẽnaꝝ
motu exoriť expreſſit.Eſt.n.corruſcare ſplẽdere.Sed quoniã ſplẽdor crebrã habet mobilitatẽ. Iccirco corru/
ſcare crebro moueri ſæpe diciť. Spicula:hoc ex phantaſia ſua.Ceteꝝ aculei quibus pungũt ex poſterioribus
ſunt. Et circa regẽ:p̃bent.n.munus deuotoꝝ ſatellitũ ut paratæ ſint regis uitã ſua morte defendere. Preto
ria:p̃toriũ in urbe dicimus ubi p̃tor ius dicit.Verum millitiæ pretorium appellamus:Vbi præfectus exerci/
tus præſidet ſiue prætor:ſiue conſul ſiue quicunque alius ſit.Nam & in claſſe prætoriam nauem dicimus:q̃
exercitus imperatorem gerit:& in caſtris tabernaculum eiuſdem prætorium appellamus.

Ergo ubi uer nactæ ſudũ campoſq; patentes
Erũpunt portis concurritur æthere in alto.
Fit ſonitus.magnũ mixtæ glomeranť i orbẽ.
Præcipiteſq; cadunt.non denſior aere grãdo:
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis
Ipſi per medias acies inſignibus alis
Ingentes animos anguſto in pectore uerſant.
Vſq; adeo obnixi nõ cedere dũ grauis aut hos
Aut hos uerſa fuga uictor dare terga ſubegit:
Hi motus animorũ atq; hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.
Verũ ubi ductores acie reuocaueris ambos.
Deterior qui uiſus eum ne prodigus obſit
Dede neci.melior uacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens
Nã duo ſũt genera.hic melior inſignis & ore
Et rutilis clarus ſquamis.ille horridus alter
Deſidia latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies.ita corpora plæbis.
Nãq; aliæ turpes horrẽt: ceu puluere ab alto
Quum uenit.& terram ſicco ſpuit ore uiator
Aridus elucent aliæ.& fulgore coruſcant
Ardentes auro.& paribus lita corpora guttis
Hæc potior ſoboles.hinc cæli tẽpore certo:
Dulcia mella premes.nec tãtũ dulcia quantũ

SER. Ver nactæ ſudũ:Serenum poſt pluuias:ut p
ſudum rutilare uident. Campoſq; patentes : Aerẽ
puꝝ & liquidũ:non nubibus clauſũ & ita aer cãpus ẽ
apum:ut mare nauiũ:hominum ſolum.Ipſe in quin
to dicit.Subtrahiturq; ſolum. Glomeranť in orbẽ:
more bellantum. Non denſior aere grando : in aliis
enim Bellis uicti tantum pereunt:in certamine Vero
Apum etiã uictrices.Nã dicturus eſt Animaſq; i uul/
nere ponunt. Tantũ glandis: erit nominatiuus hæc
Glans. Ingentes animos anguſto i pectore uerſant:
Statius Maior i exiguo regnabat corpore uirtus. Ho
merus πικροσ μενεηνλεμασ αλλωμαχητησ. Pul
ueris exigui iactu:Quia cũ puluerẽ uiderint: ſperant
tempeſtatem futuram:quæ eis plurimũ nocet. De/
terior q uiſus : peior a malo diciť deterior a meliore.
Prodigus:nõ mella cõficiens:ſed mella conſumens
ideo regem ſolũ p̃cipit occidendum : quia eo amiſſo
ſuus diſſipať exercitus. Nam ut Binæ regũ facies ita
corpora plebis. Squallentibus:ſplẽdentibus: quod a
ſquãmis uenit:ut Squãmis auroq; trilicẽ.nã aſqualio
re ſordidũ ſignificat: ut Squallentem herbã. Terrã
ſicco ſpuit ore:aut in terram:aut in re uera terrã pro/
pter puluerẽ. Paribus lita corpora guttis: ſimilibus
ideſt aureis habentes diſtincta corpora.Nã lita in lita
diſtincta. Potior ſoboles:ad mella ſcilicet procrean/
da. Cæli tempore certo : Et cum oriuntur pleiades:
& cum occidunt ideſt uerno tempore & autumno.
Dulcia mella : non eſt ſuperfluum epitheton. Nam
ideo dicit dulcia:quia etiam ſunt amara : ut corſica/
na.Sicut in Bucolicis diximus.

AN.M. Nactæ:inuenerũt. Ver ſudum: ideſt ſic/
cũ quaſi ſine hudo:ut ait Feſtus. Pulueris exigui ia.
Var.li.iii.ſic ait.Quæ crebrius inter ſe pugnabunt aſ
Prodigus apum reges pgi eas oportet aqua mulſa:quo facto nõ mõ nõ deſi
nũt pugna ſed ẽt cõfertiũt ſe lingẽtes &c. Prodigus:
cõſũptor:pdigere.n.ẽ cõſumere:ut docet Feſtus. Vacua:altero.ſ.rege. Aula:ea atriũ diciť aulizo ãt i aula ha
bito. Alter erit maſculis:Ariſto.li.v.ſic ait.Ducum apiũ duo ſunt genera:Alteꝝ fuluũ quod p̃ſtantius eſt:Al

terum nigra magiſq; uarium. Magnitudo iis dupla q̃ cæteris nec unus in quoq; examine dux:ſed plures. Pli. uero libro.xi.ſic apiū rex nō uermiculus naſcitur:uti aliæ:ſed ſtatī péniger. Reges plures inchoanť:nec deſūt. poſtea ex iis ſoboles quū adulta eſſe cœpit cōcordi ſuffragio teterrimos necat ne diſtrahant agmina. Duo autem genera eorū:melior niger uariuſq; oibus forma ſemp ægregia:& duplo q̃ cæteris maior pennæ breuiores crura recta:ingreſſus celſior in fronte macula quodā diademate cādicans:multū etiā nitore a uulgo differunt illudq; conſtat iperatorē aculeo nō uti:ſi quis alam ei detruncet nō fugiet examen. Quū proceſſere ſe q̃ q; proximā cupit eē & in officio cōſpici gaudet:feſſum humeris ſubleuāt:ualidius fatigatū ex toto portāt:ubi cunq; ille cōſedit ibi cunctaꝝ caſtra ſunt:tunc oſtēta faciunt priuata ac publica una depēdentes ī domibus tē plisue:ſedere i ore īfantis Plato. Tūc ēt ſuauitatē illā ṗdulcis eloquii portēdētes:ſemp duce pheñſo totū̃ teneť agmē amiſſo dilabiť:migrātq; ad alios:eſſe utiq; ſine rege nō poſſunt. Inuitē āt īterimūt eos quū plures fuere:potiuſq̃ naſcētiū domos dirimūt:hæc Pli. Squallētibus:ſplēdentibus. Ardens: lucēs. Melior inſignis ī ore:Diaſtole eſt. Ore:aſpectu & forma. Facies: eſt facies totius corporis forma dicta facies a factura corporis ut ait Nonius. Aliæ turpes horrēt apes:ſunt & ruſticæ ſylueſtreſq; horridæ aſpectu multo iracundiores: ſed opere ac labore ṗſtantes urbanaꝝ duo genera optimæ breues uariæq; & in rotūditatē cōpactiles. Deteriores longæ & quibus ſimilitudo ueſpaꝝ. Etiā deterrimæ ex iis piloſæ:ī ponto ſunt q̃dam albæ q̃ bis in menſe mellificiūt. Plinius libro undecimo. Lita:ideſt illita ac diſtincta ſunt. Potior:melior. Mella premes:Mellis conficiendi tempora duo ſunt. Ver:atque Autumnus:ſed uernum ſuauius candidius omnino præſtantius autumnali ē auctor Ariſto. libro nono de animalibus. Sicuti autem duo conficiendi tempora ita eximendi Columella āt li. decimo ſcribit q; pacto ſolſtitio uſq; ad ortū caniculæ:q fere dies.xxx. ſunt pariter frumenta & fauidemetunť:a canicula fere poſt dič.l. arcturus oritur. Poſt arcturi exortum circa æquinoctiū libræ fauorū: ſecūda ē exēptio Var. uero li.iii. ſcri. eē tria tp̄a eximēdoꝝ fauoꝝ de qbus iſerius dicā ibi. ſ. Duo tp̄a meſſis CHRI. Ergo hic prætoriū dixit:quia regē ducem:exercitum ponit. Clamoribus: ſuo bombo. Erumpūt ut feroces milites concurrūt. Fit ſonitus:&c. huiuſmodi miꝝ poetæ ingeniū demonſtrāt ut in re leuiſſima fortiſſimoꝝ exercituū pugnā exprimat. Ipſi:quaſi dicat præter cæteros. Nā emphaſīm hēt pronomen. Squallentibus:ſplēdentibus:De quo uerbo diceť in æneide:ubi melius cadit. In aula:quia uocauerat regē.

Et liquida:& durū bacchi domitura ſaporē.
Atquū incerta uolāt cæloq; examina ludunt:
Contemnūtq; fauos & frigida tecta relinquūt
Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus ꝓhibere labor. tu regibus alas
Eripe:non illis quiſq̃ cunctantibus altum
Ire iter aut caſtris audebit uellere ſigna:
Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et cuſtos furum atq; auiū cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.
Ipſe thymum pinoſq; ferens de mōtibus altis
Tecta ferat late circum cui talia curæ.
Ipſe labore manum duro terat ipſe feraces
Figat humo plātas:& amicos irriget imbris
Atq; equidē extremo ni iā ſub fine laborum

SER. Liquida:defæcata ſine ſordibus:nā quæ fluunt mala ſunt. Duꝝ bac. d. ſ. apta mulſo bene aūt ait saporē quia maiores uina aſperrima mellis dulcedie tēperabāt. Frigida tecta:mele uacua ĭopoſa cōtta Fer uet opus Terē. Ni miꝝ hi hoīes frigent. Inſtabiles aīmos:ſuadēs inanē uagandi licētiā. Quiſq̃: ſubaudi militū:aut quiſq̃ de exercitu. Altū iter:aut ludendo in altū uolare:aut in bella procedere. Inuitent croceis halantes floribus horti: Tā odoris optimi q̃ coloris nō enim dicit illic ſolū crocū eſſe debere. Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi. Nō dicit priapū illic eſſe de bere:ſed ṗcipit tales eſſe hortos:ut mereanť deum habere cuſtodē. Hic autē Priapus fuit de Lampſaco ciuitate Helleſpōti:de q̃ pulſus pp uirilis mēbri magnitudinē poſt in nūeꝝ deoꝝ ē receptus:meruit numen eſſe hortoꝝ. De hoc Hora. Nam fures extra coercet. Obſcœnoq; rubet porrectus ab inguine palus. Aſt ĭportūas uolucres ī uertice arūdo Terret fixa: dicitur autē pēſſe hortis pp eoꝝ fœcūditatē: nā cū alia terra ſemel creet aliqd horti nūq̃ ſine fructu ſūt. Ipſe. ſ. diligēs ruſticus & cultor agroꝝ. Irriget:infundat. Imbres:aq̃s Iuue. In tenuis plātas facili diffundiť hauſtu.

ANM. Liquida:pura. Durum bacchi domitura ſaporē: Ariſteus primus omniū mel miſcuit uino ſuauitate ṗcipua ſit autem mulſum e muſto cum quinq; congiis auſteri muſti congio mellis & ſalis cyatho ſuffereactis. Pli. li. xiiii. Ludo inani:ideſt ab ludo prohibebis inani tunc enim non mellificandi gratia exeunt. mulſū
Vellere ſigna:a militibus ſumpta metaphora illi enim digreſſuri euellunt ſigna. Quiſq̃: ideſt aliqua apiū. Quiſquā
Nā ut ſcribit Plini. Si quis alam regis detruncet:non fugiet examen. Quiſquā præterea & maſculino & fœminino generi iungitur. Ter. in eu. quandoquidem illaꝝ neq; te quiſquam nouit:ubi notandum quiſquam ꝓ muliere dictū. Helleſpōtiaci:priapi fabulantur antiqui filiū Dionyſii ac Veneris priapū fuiſſe ducti uero ſa... ſimili coniectura:quod q uino ĭdulgeāt:ſunt natura ad uenerem prōptiores:non ſolū āt ī urbiū templis: ſed i agreſtibus quoq; locis tāq; uinearum atq; hortoꝝ cuſtos colitur:fructuum fures caſtigās huic deo ſacra ...do & riſu fiebant. Diodo. li. quinto Priapus itē portus eſt & urbs ad mare helleſponti ſita:nomen habēs Priapus
a Priapo qui apud eos colebatur. Hinc ab iunioribus in deum habitus eſt. Nam Heſiodus priapum non no... Strabo libro decimotertio. Falce ſaligna:Plini. libro decimonono ca. ſeptimo ſic ait hortoſq; & foros tā ... cōtra inuidētiū faſcinationes dicari uidemus i remedio ſaturnica ſigna:hæc ille:Cur autem falx ſaturno de... libro ſecundo georgicorum oſtēdimus:& Collumella libro decimotertio de cultu hortorum ſic ait. Sed ...truncum forte dolatū Arboris antique numen uenerare Typhali terribilis membri medio qui ſemper i hor

to Lugunibus puero prædoni falce minetur. Diodorus auté ſcribit li. quinto ꝙ hunc deum quidã Thyphallũ: alii thyphoné nominant: dicitur autem pẽſſe hortis: ut ait Seruius propter eorum fœcunditaté. Horti. n. nunquã ſine fructu ſunt. Thymũ hortis maxime: aluearia & apes conueniũt. res pcipui q̃ſtus quũ fauit hæc ergo cauſa oportet ſerere thymũ apiaſtrum roſam uiolas liliũ cytiſum fabã papauer caſiã mellilotũ melliſophylũ cerinthé ſinapim arbores ité q̃ proximæ ſeri cõuenit: q̃ & euolantiũ examina inuitent: nec longius abire patianſ: & geniſtas circunſeri aluearíis gratiſſimũ: Plini. libro uigeſimoprimo capi. uigeſimoquarto.

Thymus

Thymũ: thymi duo genera. Candidũ radice lignoſa in collibus naſcens: quod & præfertur: alterum nigrius floriſq; nigri præcordiis medetur ex aceto cum melle: quæ potio datur & in alienatione mentis ac melancolicis Plinius libro uigeſimoprimo. Varro autem libro tertio ſcribit Thymum aptiſſimum eſſe ad mellificium, ꝓpter hoc ſiculum mel inquit fert parmam: quod ibi thymum bonum & frequens eſt: & Columella libro decimo ait: ꝙ ſaporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima Thymbra ſerpillumq; & origanum. Pinoſq; ferens: Cæras enim ex omnium arborum ſatorumq; floribus cõfingunt apes excepta Rumice & Clenopde herbarũ hæc genera Plini. libro undecimo. Atq; equidé: excuſat ſe cur de hortis nõ ſcribat.

CHRI. Liquentia: pura & defæcata. Bacchi domitura saporé: nã uina d'urioris ſaporis melle concinnãt. Fitq; mulſum quod Ariſtei inuentũ eſſe dicunt. Croceis: croci: ut referunt qui de herbis ſcribunt duplex genus eſt. Alius cõmunis qui orientalis dicitſ. Alius hortulanus & infectiuus uocaſ: quia inde ſericũ ificiũt. Carramiq; flos eſt.

Carramus

Dicũt. n. carramũ herbã quæ habet folia longa diuiſa & ſpinoſa: tyrſum ãt longũ & ſpinoſum in quo ſunt capita rotunda cũ flore croceo ſemen album oblõgũ & anguloſum: quo pſytacus auis paſcitſ: hũc græce cincũ & gincũ appellant: ait Diaſcorides Puto prioré illam ſpeciem apud priſcos non ita uulgo ſeri conſueuiſſe: ut ſequentibus deinde temporibus ſatam eſſe uidemus. Nam pauci qui de re agraria ſcripſerunt raro huius meminerũt: Coryciũ crocum. Diaſcorides cæteris ꝓponit.

Priapus

Priapi: de hoc ita ait Stra. cũ de Phrygia ſcribit Priapus portus eſt & urbs ad mare ſita ſiue a Mileſiis ſiue a cizicenis condita & nomé hẽt a Priapo qui apud eos colitur ſiue ex horneis: q apud Corinthũ ſunt nomé acceperint: ſiue liberi patris & nymphæ filius dicaſ. Hoíes profecti ad eum colédũ moti ſunt. Nã hæc regio & finitima pariana: & lampſacena uineis abundãt. Hic a iunioribus deus habitus eſt: nã Heſio. Priapũ non nouit Diodo. ãt ſicu. ſcribit. Hircũ ægyptii deificarunt ut græci Priapũ pp eã corpis pté a q̃ ſit oíum ortus. Nã pudẽdis nõ ſolũ ægyptii: ſed alii plures ſacra faciũt tãq̃ cauſe aíãtiũ generationis. Alio ãt i loco idé ait priapũ Dyoni. & Veneris filiũ fuiſſe uolũt phyſica quadam ratione: nam qui uino calent in Venerem proni efficiuntur. Alii dicunt uirile membrum priſcos fabuloſe Priapum appellaſſe. Nonnulli uolunt hoc membrum eo ꝙ generandorum hominum cauſa ſit eſſe immortalitate donatũ: hæc Diodo. Euſe. aũt Pãphilus ait uĩ ſeminalé q̃ i terram deſcendit priapum eſſe: Cuius qđ ad ſiccos ptinet fluctus bona dea: qđ ãt ad arbores Dyoni. appellaſ. Ego uero puto ſcenico hortorũ deũ putari: quia nulla agrorum ſpecies hortis feracior eſt.

Vela traham: & terris feſtiné aduertere prorã
Forſitan & pinguis hortos quæ cura colendi
Ornaret: canerem: biſeriq; roſaria pæſti.
Quoq; modo potis gauderent intiba riuis
Et uirides apio ripæ. tortuſq; per herbam
Creſceret in uentré cucumis. nec ſero comãté
Narciſſum. aut flexi tacuiſſem uimen acãthi
Pallenteſq; hederas: & amãtis littora myrtos:
Nanq; ſub œbaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat flauentia culta galeſus

SER. Vela trahã: pro traheré. Et terris feſtinem aduertere prorã: illã allegoriã reſpicit: qua eſt uſus in primo: Addes & primi lege littoris orã. Ité pelagoq; uolans da uela paténti. Feſtiné: pro feſtinaré. Pĩguis hortos: fœcundos. Biſeriq; roſaria peſti: peſtũ oppidũ eſt Calabriæ: in quo uno anno bis naſcitur roſa.

Cucumis

Creſceret i uentré cucumis: incuruaturã ideo ãt ſic: q̃a p herbã. Nã rectus creſcit ſi pẽdeat: Sane hic cucumis huius cucumis declinaſ: ſicut agilis ſecundũ idoneos. Nã neoterici huius cucumeris dixerũt ſicut pul uis pulueris. Nec ſero comãté: narciſum ſero floré habẽté. Oebaliæ turribus al. Oebalia ipſa é laconia: Vnde de Caſtore & Polluce ait Statius Oebalidæ fratres.

Galeſus

Galeſus: fluuius Calabriæ: qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam: in qua ſe hortos optimos uidiſſe commemorat. Oebaliæ autem turres ait quas condiderant hi qui de Oebalia uenerat. Nam ut etiam in tertio æneі. diximus Lacones diu bello atriti ab Athenienſibus & inopiam timentes uirorum præceperunt ut uirgines cum quibuſcũq; cuncumberent: quo facto cũ poſt uictoriam iuuenes de incertis parentibus nati erubeſcerent originem ſuam: nam & partheniatæ id eſt de uirginibus nati appellabantur duce Palanto octauo ab Hercule nauigiis profecti uenerunt ad oppidum Calabriæ quod Taras Neptunni filius condiderat: & id auctum habitauerunt.

AN. M. Vela trahã: a nautis ducta metaphora: q portui uicini aut littori uela contrahũt. Aduertere: appropinquare. Biſeri pæſti: in Lucania Peſtũ oppidũ ab græcis Poſidonia appellatũ a Dorenſibus conditũ: ut Plini. libro tertio & Soli. aiũt. Strabo ité libro. v. ſic ait Hoc uero tépore ſinus ipſe præſtanus nuncupatur uerũ urbs ipſa poſidonia pæſtum uocatur medio in ſinu locata: utq; alii dicunt tanta ibi cæli idulgentia uiget: ꝙ bis in anno fructus quoſdã & roſes ipſas producit: quod quidé hic quoq; Maro oſtendit.

Pæſtũ

Intiba: de his li. i. georgi. Apio: de hoc æglo. vi.

Cucumes

Tortus cucumis: Creſcunt cucumes qua cogunſ forma in italia uirides & q̃ minimi in prouinciis maximi & citrini: aut nigri: ſi uas cũ aqua ſubiiciatur a quattuor digitorũ interuallo deſcendunt ante poſterũ diem: at ſi oleũ eodé modo ſit in hamos curuantur: quũ magnitudiné exceſſere peponés uocanſ.

Pepones

Proueniũt & mali cotonei effigie: quos Melopeponas uocãt: nõ pendent ii: humi rotundanſ. Pli. li. decimonono utq; ẽt ex li. xx. colligi põt: Cucumeres torti dicunſ pepones rotundi: Malopepones melones.

Narciſſum:uideto latius in alexi. Sera:pro ſero ac diu. Acanthi:uideto in palæmone. Hederas:diximus æglogą.vii. Oebaliæ turribus: Tarenti intelligit:qđ oppidū lacedæmonii ædificauerunt:duce phalanto:apol linis oraculo:ut latius Strabo libro.vi.edocuit:Oebalus autē arguli filius Laconicæ rex:de ſuo nomine proui ciam dixit ut ſcribit dictis Cretenſis in Troiana hiſtoria. Galeſus:is ut Liuius li.v.de ſecundo bel.punico di/ xit:Calabriæ flumen eſt:Tarento proximum per quinque paſſuum milia. Niger:cæruleus.

CHRI. Pæſtum:de hoc Strabo ita ſcribit ut ponat poſt Campaniam & terram ſamnitum in picentinis. Pæſtū Ait enim ad mare Tyrenum picentinorum natio colit.Eorum pars modica picentinorum qui Adriam ha/ bitant:quos romani poſſidoniatem inſinum colonos traduxere.Hoc uero tempore ſinus ipſe peſtanus ap/ pellatur. Vrbs uero ipſa poſſidonia Peſtum uocatur.Quod autem florida ſit regio plurimi poetæ teſtantur qui peſtanas roſas:peſtanoſq; flo res dicunt.Sic Propertius.Vidi ergo odorati uictura roſaria peſti.Sub matu tino cocta iacere noto. Intyba:Græcum nomen quidam putant quæ Endiuia latine dicatur.Arabice hunde be Pli.autem ait Intybam erraticam apud nos quidam ambulam appellant in ægypto Cicorium uocant qđ ſylueſtre ſit.Satiuum aūt ſerini.Et infra quidam propter ſingularem ſalubritatem chreſton appellant.Alii pā cration qđ ſylueſtre genus. Alii hedrimoda.Stephanus autem cicorion endebani intubam appellat. Virides apio ripæ:quia in locis humidioribus uiuacius ſurgit apium ut ait Macer.Eſt apinm dictum ꝙ apex hanc fer re ſolebat Victoris ueterum fieret dum more triumphus.Arabice dicitur karphi græce ſelinō.Huius duo ſūt gene.domeſticum & agreſte.Agreſtis quinq; ſunt ſpeties:aquaticum:hydroſelinon qđ & macedonicum di/ citur:& latine Olixatrum.Eſt & montanum Oroſelinon.Eſt & quarta ſpecies dictum a petra Petroſelinon. Quinta ſmirinon.Eſt & apium a ranis dictum uatrachion.Coronabantur apio in conuiuiis quia herba hu/ Apiū iuſcemodi ebrietatem arceri putabant.Huius herbæ uirtus prima calefacit ſecunda attenuat & incidit tertia Mace/ prouocat urinam & menſes muliebres.Valet Ad tuſſim & ad uenena. Cucumis:Si cucumeres ſerantur ſe/ doni/ mine per biduum ante in lacte mulſo macerato:dulcioris ſunt ſaporis.In Italia uirides & quā minimi:in ꝓuo cum uinciis maximi & citrini & nigri. Oleum oderunt:Nam curuantur potius ꝙ ad illud creſcant.Aquam dili/ Olixa gunt itaq; modice diſtantes etiam ſecti ad eas adrepunt.Columella docet quomodo toto anno naſci poſſint trum ſi ſemen cucumeris herba quæ culix dicitur trita maceretur cucumeres inde nati carēt ſemine. Quos autem Cucu/ florentini meliones appellant eos antiqui a forma longa atq; tenui ſinuata cucumeros anguinos dixerunt.Ve mis rum ut aliquid de fabula admiſceamus aiūt cephiſi fluuii qui per Boetiam labitur & lyrropes nymphæ Nar/ ciſſum filium fuiſſe adoleſcentulum omnium pulcherrimum.Hic cum forte in fonte ſui corporis imaginē conſpicit illa captus eſt neq; unꝗ a fonte illam intuens diſcedere potuit:donec in florem ſui nominis conuer/ ſus ē.Fabulæ aūt iſti huiuſcemōi ſenſū ꝓfūdiorē adhibet orpheus.Sed de hoc dicemus ī.iiii.li.æn.cū de amo re aliq̄ deſcribenda erūt. Narciſſus:Pli.de liliis hæc ait:Liliū īpoſitū ēt roſas decet medio illaꝝ ꝓuētu īcipiēs Narci/ cecullis floꝝ excelſitas maior lāguido ſemp collo & nō ſufficiente capitis oneri candore foliis foris ſtriatis ab ſus anguſtiis in latitudinē paulatī ſe laxātibus effigie calathi reſupinis ꝑ ambitū labris tenuiq; filo & ſemie ſtanti/ Liliū bus i medio crocis.Et flos non diſſimilis illi in herba ꝙ conuoluolum uocant naſcens ꝑ fruteta nullo odore Cēuol nec croceis intus candorem tantū referēs & ueluti rudimentū naturæ lilia facere condiſcentis:nil fecundius uolū una radice qngenos ſæpe emittēte bullos.Eſt & rubēs liliū qđ græci crinō uocāt alii florē eius cynorodō.Sūt & purpurea lilia aliquādo gemiō caule carnoſiore tantū radice maioriſq; bulbi ſed unius:narciſſum uocant. Huius alteꝝ genus flore cādido calice purpureo.Differētia liliis ē:& hæc ꝙ narciſis folia ī radice ſunt. Floret āt narciſſus poſt arcturi ortū ī ipſo autūno.Vnde dicit ſeracomātē narciſſū.Dixi igitur de lilio & de narciſſo.

Corycium uidiſſe ſenem:cui pauca relicti
Iugera ruris erant nec fertilis illa iuuencis
Nec pecori oportūa ſeges:nec ꝯmoda baccho
Hic rarum tamen i dumis holus albaq; circū
Lilia uerbenaſq; præmēs ueſcumq; papauer
Regū æquabat opes animis: ſeraq; reuertens
Nocte domū dapibꝰ mēſas onerabat inēptis
Primus uere roſā atq; autūno carpere poma
Et cum triſtis hyems etiā nūc frigore ſaxa
Rumperet:& glacie curſus frenaret aquarū
Ille comam mollis tum iam tondebat acāthi
Aeſtatē icrepitans ſerā: zephyroſq; morātis.

SER. Corycium uidiſſe ſenem : cilica Corycos Cory/ enim ciuitas eſt ciliciæ in qua antrum illud famoſū cos pene ab omnibus celebratum.Et hic per tranſitum tāgit hiſtoriam memoratam a Sueto.Pōpeius enim uictis pyratis cylicibus parti ibidē parti ī græcia:par ti ī Calabria agros dedit.Vnde Luca.An melius fiēt piratæ magnæ coloni.Male aūt qdā coryciū propriū eē aſſerūt cum ſit appellatiuū eius qui more corycio hortos excoluit:qđ etiā Pli.teſtimonio cōprobat. Et hic ordo ē memini ꝓprie uidiſſe coryciū ſenē : Dici/ mus āt & memini uidere.Terē.Memini uidere quo æqor ſū Pāphilo ſi ſe illam ī ſomnis. Relicti:deſerti atq; contēpti.Quis.n.agꝝ nō ſperneret nulli rei aptū nō uitibus: aut frumētis uel paſcuis. Raꝝ: holus.i. plātatile. Veſcūq; pa.Quo ueſcimur.Nā eſt aliud le thæū quo nō utimur.Nā ueſcas ſalicū frondes aliter dcū ē.Regū æq̄bat opes aīs nō ꝑtāte,qa regū more ci/ bis nō cōparatis utebaſ. Frigore ſaxa:Vnus.n.eſt ut diximus effectus caloris & frigoris. Glacie curſus frenaret aquarum:mira uarietas.Nā ſupra ait Cōcreſcunt ſubitæ currenti ī flumine cruſtæ. Aeſtatem icrepitās ſeram:Tarde uenietē:cum ille eius iā carperet fructus.

AN.M. Corycium ſenem:Cilicem intelligi uult:ut Probus inquit:hoc eſt remigem piratarum. Pompe/ ius enim:quum oppugnaret piratas:remigibus eorum promiſit agros:ſi uiciſſet eorū auxilio quoꝝ ꝓditio/ ne uictor.Tarentinoꝝ agros diuiſit.Eſt autē Coricos Mela teſte oppidū in Cilicia ſupra qđ ſpecus eſt nomine

Holus Corycius ſupra quam dici poſſit eximius. Seges:ideſt terra. Baccho: uitibus. Rarum holus: quia rarum tranſponitur.Eſt autem holus unaqueque herba qua ueſcimur.Vtque ait Varro ab holla holera dicta:ibi.n. decoquebantur. Verbenas:uideto in Pharmacentria ægloga. Veſcumque papauer:de papauere latius i Alexi ægloga:latiſſime tamẽ libro.i.Georgicorum:ibi.Et cereale papauer. Veſcum:id minutum ſignificat teſte Nonio:poteſt tamen hic etiam quo ueſcimur exponi:ueſcebantur enim papauere ut ſuperius oſtendimus.

Opes animis:Ait Seneca:in animo non in patrimonio putemus eſſe diuitias Animus eſt qui diuites facit. Carpere: carpebat. Etiã nunc:hoc eſt adhuc dicitur item etiamnum. Seram:tardius uenientem cum ipſe in hyeme roſas carperet & huiuſmodi. Zephyroſque morantis:libro tertio Georgicorum diximus zephyros in æſtatis principio flare:ibi uidelicet:At uero zephyris quum læta uocantibus æſtas.

Corycium CHRI. Corycium : Cylicem in cylicia enim eſt corycum promontorium ultra qđ ad ſtadia.xx.eſt antrum corycum in quo crocus optimus naſcitur.Id autem eſt ingens quædam concauitas in orbẽ ducta cui labrum petroſum ac ſatis altum circumadiacet:cum deſcenderis ſolum eſt ícquale & magna ex parte petroſum materia ſemper uirenti plenum.Adiacens uero ſolum croco ſatum eſt: ait Strabo. Relicti : Deſtituti ab aliis propter ſterilitatem.Fecit ergo hortum quæ eſt quarta ſpecies agriculturæ cum neque aratorius eſſet ager ad fruges quod genus in libro primo tractauit:Nec paſcuis idoneus:neque arboribus conſerendus:quæ duo in ſecundo & tertio libro tractata ſũt. Animis:Nam opes tantæ non erant quantæ regibus ſunt:ſed ita illis paruis contentus degebat ut reges ſuis magnis.Et per tranſitum oſtendit: naturam paucis minimiſque contentam eſſe:& in illis uitam beatam inueniri:modo cupiditates nimias coerceamus.Et laudat uitam pyctagoream qui ab omni animante abſtinebat.Quod & Iuuenalis proſequitur.Viue bidentis amans & cuſtos papaueris horti:Vnde epulum poſſis centum dare pyctagoreis.

Ergo apibus fœtis idem atq; examine multo
Primus abũdare:& ſpumãtia cogere preſſis
Mella fauis:illi tiliæ atq; huberrima pinus:
Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Indurat:totidem autũno mutata tenebat.
Ille etiam ſeras inuerſum diſtulit ulmos
Eduramq; pirum:& ſpinos iã pruna ferẽtes.
Iãq; miniſtrantẽ platanũ potãtibus umbras.
Verũ hæc ipſe equidẽ ſpatiis excluſus iniquis
Prætereo:atq; aliis poſt cõmemorãda reliquo.
Nũc age naturas apibus:quas iuppiter ipſe
Addidit expediam:pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus crepitantiaq; æra ſecutæ
Dictæo cæli regem pauere ſub antro.
Solæ communis natos conſortia tecta.

SER. Ergo apibus:Ne ſine cauſa hortos deſcripſiſſe uideretur. Illi tiliæ atq; uberrima pinus:illi ſcilicet uberrima.Nam per naturam & tiliæ & pius ſteriles eſſe dicuntur. Seras ulmos:Maiores qđ nimiæ difficultatis eſt. Inuerſum : in ordinem ut Triplici pubes q̃ dardana uerſus impellunt. Diſtulit:Tranſtulit nam permutauit præpoſitionem. Eduram pinum:eduram nimium duram ualidam. Et ſpinos iam pruna ferentes:Prunorum arbor ſpinus uocatur gene.maſc.Nam ſentes has ſpinas dicius. Spatiis excluſus iniquis:Anguſtis:ut Spatioq; ſubit ſergeſtus iniquo:& dicit ſe carminis breuitate conſtrictum hortos plenius nõ poſſe deſcribere. Aliis poſt commemoranda relinquo : Gargilium Martialem ſignificat.Naturas apibus quas Iuppiter ipſe. Addidit:naturas pro moribus poſuit.Aut dedit ſignificat aut reuera addidit.Neceſſe enim ẽ eas etiam ante habuiſſe aliquos mores propios.Pro qua mercede Ordo eſt:Expediam naturas apum:quæ canoros curetum ſonitus crepitantiaq; : æra ſecutæ. Dictæo cæli regẽ pauere ſub antro:Pro q̃ mercede.i.grã:uel labore. Solæ cõis na.Nã ut ẽt Donatus dicit tragicũ ẽ:& ultra carmẽ Geor.ſi accipiamus ꝓ q̃ mercede exclamationem ẽe:ut ſit ꝓ quãta hoc mercede fecerunt ut.ſ.Iouẽ alerent:quẽ Ops Saturni uxor curetibus coribantibus & idæis dactylis cuſtodiendũ dedit i mõte cretæ dictæo ne eũ Saturnus cõſumeret ut filios oẽs ſolebat.Quod iõ fingit:qa Saturnus ut dixius tem.poꝝ deus eſt: q̃ in ſe reuoluunt i æternum tũc itaq; apes æris ſonũ ſecutæ Iouẽ melle aluiſſe dicunt:ꝓ q̃ re eis poſtea pſtitit Iuppiter ut haberent liberos ſine ullo concubitu. Solæ cõis natos:Plato in libris quos περιπολιτιασ.i.de re pu.ſcripſit dicit amori reipublicæ nihil ẽe ꝓponẽdũ.Omnes ꝑterea & uxores & liberos ita nos tanq̃ cõmunes habere debere ut charitas ſit nõ libido confuſa.Quod ꝑceptum nullum dicitur præter apes ſeruare potuiſſe.

AN.M. Fœtis : ac ſi diceret enixis. Abundare:abundabat. Cogere:cogebat. Illi tiliæ.ſ.erant huberrimæ fœmina enim ſemẽ fert ac florem teſte Pli.Sed de Tilia latius libro primo Geor.ibi cæditur & tilia ante iugo leuis.Columella autem libro decimo ca.quarto ſcribit Tilias eſſe apibus nocentes Virgi.uero aliter ſenſiſſe uidetur cũ hic appoſuerit cum ipſa pinu:cuius quidẽ floribus ut cæteraꝝ pomiferaꝝ arborum ueſcãtur apes. Et paulo inferius ait:Et pinguem tiliam ſcilicet paſcunt Et Plinius li.decimoprimo ca.xiii.ſcribit: qđ ſorbet mel optimum:& minime fronde infectum:e quercus:tiliæ arundinum foliis. Seras:diutinas grandes ingentes. In uerſum:in ordinem. Diſtulit:tranſtulit. Eduram:hoc loco robuſtam & per id grãdem. Iam pruna ferentes:per id agelli optimum ingenium oſtendit:cum in eo tranſpoſiti ingentes trunci:non ſolum plantulæ optimæ prouenirent:ac creſcerent. Iniquis:anguſtis breuibus hoc eſt carminis breuitate compulſus & cætera. Atque aliis poſt commemorãda relinquo: Id autem Columella executus eſt poſtea unde ait ipſe libro decimoprimo.Hortorum quoq; te cultus Siluine docebo:atque ea:quæ quondam ſpatiis excluſus iniq̃s cũ caneret lætas ſegetes:& munera bacchi:Et te magna pales:necnõ cœleſtia mella:Vir.nobis poſt ſe mẽorãda reliq̃t.Floruit aũt Colu.ſenecæ tẽpe ipſe nanq; libro quarto capi.tertio:de uineis ſic ait:his certe tempori

bus & Nomentana regio celeberrima fama eſt illuſtris:& præcipue quam poſſidet Seneca uir excellentis in/
genii atque doctrinæ.cuius m; prædiis uinearum iugera & cætera. Pro qua mercede: quia Iuppiter eis tales
naturas addiderat. Curetum:Curetes ut Strabo docet libro decimo:dicti ſunt quaſi curatores:ii enim infan Cure/
tem Iouem curarunt:pulſantes cymbala & ſimilia:ne pariens mater Rhea:eiuſque uagitus a Saturno audire/ tes
tur:qui quidem natos filios illico deuorabat:hæc ex illo.Curetum autem ſonitus apes ſecute mella intra Io/
uis ora inferebant:quo illi gratiam referrent naturæ eis ab ipſo traditæ.Macrobius uero libro primo Satur/
nalium:de Saturno inquit huncaiunt filios ſuos ſolitum deuorare eoſque rurſus euomere:per quod ſimili/
ter ſignificatur eum tempus eſſe:a quo uicibus cuncta gignantur:abſumanturque & eodenuo renaſcantur.
Eundem a filio pulſum quid aliud eſt:q̄ tempora ſeneſcētia:ab eis quæ poſt ſunt nata depelli. Dictæo antro: Dicte
Dicte ut Strabo ſcribit libro decimo:in Creta mons eſt:ubi iouis Dictæi templum. Solæ:ex cunctis om/
nibus animalibus ſcilicet. Communis natos:nihil enim nouere niſi commune:ut etiam Plinius ſcribit. Cō
ſortia tecta:eiuſdem ſortis ſunt enim communia omnibus.Tamen ut ait Plinius.Regias imperatoribus fu/
turis in una parte aluei extruunt amplas:magnificas:ſeparatas:tuburculo eminentes.

CHRI. Platanum:Hac arbore noſtro tēpore italia caret.Aliis quod deide dixit Columella & Pli.& Palla
dius. Naturas:non mores ſed natura.Nā naturali ui hoc īſitū eſt apibus.Verū de apibus ac melle ſemel ī hu/
ius libri principio diximus. Cōis natos:In qua re nō ſolū optīæ reipu.formā q̄lis apud hoīes aliquando rep
ta eſt:& Ariſto.deſcribit:Sed qualis etiā a Platone fingit̄ deſcribit in qua filios cōes eſſe uult. Expiunt̄: exer
cēt. Iuppiter ipſe:q̄uis ad fabulā hoc iure referri pōt:tamē etiā uarietatē ſub fabula occultat.Si.n.prolē ut dixi
mus pducūt nemini dubiū ē q̄ hoc illis a natura quā Iuppiter oīum reꝝ cōditor ipoſuit īſitū ē. Addidit: īſer
uit hoc fabulæ magis q̄ ueritati.q.d.cū ſua priori natura aliter rem pficerēt Iuppiter p accepto beneficio hoc
extra ordinem illis conceſſit:qđ tamē naturæ loco ſubiuit. Curetum:de his ac coribantibus ī æneī.dicetur.

Vrbis habēt:magniſq; agitāt ſub legibꝫ æuū.
Et patriam ſolæ & certos nouere penates.
Venturæq; hyemis memores æſtate laborē
Experiuntur:& i medium quæſita reponunt.
Namq; aliæ uictu inuigilāt:& fœdere pacto
Exercentur agris.pars intra ſepta domorum
Narciſſi lachrymā:& lentū de cortice glutem
Prima fauis ponūt fundamina:deide tenacis
Suſpendunt cæras aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus.aliæ puriſſi ma mella
Stipant:& liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.
Inq; uicem ſpeculantur aquas:& nubila cæli.
Aut onera accipiūt uenientū:aut agmine fcō
Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent.
Feruet opus.redolētq; thymo fragrātia mella
Ac ueluti lentis cyclopes fulmina maſſis
Cum properant.alii taurinis follibus auras
Accipiunt redduntq;:alii ſtridentia tingunt
Æra lacu.gemit impoſitis incudibus ætna.
Illi inter ſeſe magna ui brachia tolunt
Innumerū.uerſantq; tenaci forcipe ferrum:
Non aliter ſi parua licet componere magnis

SER. Magnis agitant ſub legibus.i.æternis nūq̄ mutabilibus iiſdem enim legibus ſemper:utūtur nec eas ut homines ſæpe commutant. Nouere penates: Chariſſimos habent:ut hic inter flumina nota : ideſt chara. Et ī medium quæſita raponunt: Quæſita & parta in commune conſeruant. Ipſe alibi : In mediū quærebant. Vt uictu inuigilant:pro uictui. Fœde/re pacto.ſ.ut uiciſſim in aluearibus uel in agris labo/rēt. Narciſſi lachrymam:humorem Quod autem Narciſi lachrymam alluſit ad fabulam:quia ut dixi/mus de puero qui conuerſus eſt in florem. Prima fa/uis:ponunt fundamina.Græce προβολην locat du/riore cæra quæ uix ferro poteſt frangi.quā colligunt de gūmi arborum:& de raſis lapidibus.Vnde paulo poſt dicet.Sæpe etiam duris errando in coribus alas Attriuere. Tenaces cæras:Mella retinentes. Adul/tos educunt fœtus:quos educendo adultos faciunt.

Cecidit cuſtodia ſorti:Ex ſorte.Nam aduerbium eſt:quod traxit a militia.Legimus enim Partibus eq̄bat iſtius aut ſorte trahebat. Ac ueluti lentis:Com/paratio ad feſtinationem pertinens ſolam.

AN.M. Certos penates:id quidem qđ ait Plinius libro uigeſimoprimo:poeta hic aſſerit. Nam hoſti/lia uicus alluitur pado:huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus aluearia: noctibuſque ad quinta milia paſſuū contrario amne ſubeūt egreſ/ſæ luce apes paſtæq; ad naues quottidie remeant:mu/tanteſq; locum donec pondere ipſo preſſis nauibus plena aluearia itelligant̄:euectiſq; eximuntur mella Et in Hiſpania mulis puehūt ſimili de cauſa. Nāq; aliæ uictu:quum agmen ad opera pceſſit aliæ flores aggerūt pedibus:aliæ aquam ore: guttaſq; lanugine
totius corporis:aliæ intus operantur:Plinius libro decimoprimo. Narciſſi lachrymam:colligunt etiam la/
chrymas arborum:q̄ glutinū pariūt:ut Pli.docet. Glutē:propoli intelligit:de qua ibi ſupius Collectūq; hæc
ſ.iad munera gluten. Cæras:ex oīum arborū ſatorūq; floribus cōfingunt cæras ut ſcribit Pli.Ariſto.uero
li.de aīalibus dicit eas cōſtruere fauos e floribus:Cæram ex lachryma arborū fingere:Mella ex rore aeris ſy
derū exortu potiſſimū. Educunt:nutriunt:hic.n.uetus ſenſus eſt Poetæ:nā apes gallinarū modo incubāt: ut
latius infra dicemus. Stipāt:cōponūt:denſāt. Liqdo : mūdo:puro. Diſtēdunt:implēt. Nectare:melle hoc
loco.Sed qđ pprie dicitur uideto ægloga.v. Sorti:aduerbiū ē hoc loco.Nomīa enim per diuerſos caſus loco Sorti
aduerbioꝝ ponūt̄.Per noīatiuū:ut fors pro forte:recēs p recenter.Per genetiuū:militiæ p ī militia.Per dtūm
ut ueſpi ruri:ſorti Priſcianus li.xv.Sorti.p ſortem. Cuſtodia: more.n.caſtrorū iterdiu ſtationem ad portas

ſeruant. Aquas:id ait:quoniam prædiuinant uentos imbreſq3:& tunc ſe continent tectis:ut ait Plinius. Ac/
Fucus cipiunt:quæ enim flores comportant ab aliis exonerantur. Fucos:Sunt fuci ſine aculeo maiores apibus:no
uiſſimæq3 a feſſis & iam emeritis inchoati:primos in opera experiūt:tardātes ſine clemētia puniūt neq3 i ope
tantū ſed in fœtu coadiuuant eas:multum ad calorem conferente turba Quū mella cœpint matureſcere abi
gunt eos.Multæ ſingulos aggreſſæ trucidant.Nec id genus niſi uere conſpicitur:fucus ademptis alis in alueū
reiectus:ipſæ cæteris adimit.Nigri ſunt fuſci & lata aluo fures maximi inter apes:ita appellati:quia furtim de
uorent mella.Pli:auctor libro.xi. Ignauum pecus:animal imune ſine doctrina:inutile:non aptum induſtriæ:
Præſe/ nam induſtrios gnauos dicimus. Præſepibus alueäribus:præſepia enim non tantum quibus iumenta: cæte
pia cy/ raq3 animalia pabulantu. [illegible]d omnia loca clauſa & tuta:dicta præſepia:auctor eſt Marcellus. Feruet: frequē/
clopes tatur. Cyclopes:Brontes:Steropes:& Pyragmon:Cyclopes inſignes fuere:hos artificioſos fuiſſe cōſtat:quos
Stero/ Vlcano ignis deo attributos:ſub eo iouis conficere fulmina uolunt:de quibus latius Maro ipſe libro.viii. me
pes minit.Brontesque ſteropeſque & Nudus membra Pyragmon.Brontes autem tonitrus dici poteſt:nam brō
Pyra te tonitrum ſignificat.Steropes uero fulgur interpretari ualet:Aſtrape enim coruſcatio dicitur:pyragmon di
gmō citur quaſi Ignita incus.Pyr namque ignis eſt:Acmon incus.Videto etiam de Cyclopibus libro primo Geor
Folles gicorum circa finem. Follibus:inſtrumenta ſunt folles ex corio:quibus excitando igni utuntur fabri ferra/
rii. Redduntque:quum enim folles eleuantur aerem concipiunt:quum uero premuntur emittunt eūdem.

Aetna:de hoc monte uideto libro primo Georgicorum circa finem.Diodorus ſcribit libro ſexto:q3 aſſerūt
nonnulli meatus eſſe ſubterraneos ab Aetna ad Aeolias inſulas.Sub aeoliis autem Cyclopes eſſe Vulcani mi
For/ niſtros Poetæ fabulantur. In numerum:in ordinem & rationem. Forcipe:Forceps dicitur:q3 fornum ideſt
ceps candens capiat ferrum:fornum enim calidum ſignificat.Inde fornus & fornax Marcellus ſcribit.

CHRI. Magnis:uel epithetū æternū ē legū ſūt.n.magnæ qa ex illarū obſeruatione Vita beata puenit. Vel
magnis:qa i magna auctoritate & obſeruatiões illas habēt neq3 unq̄ imutāt. Pria ſū.de qbus iā dictū ē. Edu
cūt:nā cū paterna aluearia nouā ſobolē cape nō poſſint:educiť tāq̄ i coloniā. Cecidit:caſu euenit.i.forte quaſi
hominum conſilia imitentur. Ac ueluti lentis cyclopes:Mirum ingenium quod humiles apium naturas &
tranſlationibus & comparationibus tam mirifice extollat.De cyclopibus autem dicetur in tertio æneidos.

Cecropias innatus apes amor urget habendi
Munere quanq3 ſuo:grandæuis oppida curæ
Et munire fauos:& dædala fingere tecta.
At feſſæ multa referunt ſe nocte minores
Crura thymo plenæ:paſcūť & arbuta paſſim
Et glaucas ſalices caſiāq3 crocūq3 rubentem:
Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacīthos.
Omnibus una quies operū labor oibus unus
Mane ruunt portis:nuſq̄ mora. rurſus eaſdē
Veſper ubi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit:tū tecta petunt:tū corpora curant
Fit ſonitus muſſantq3 oras & limina circum.
Poſt ubi iam thalamis ſe compoſuere: ſiletur
In noctem:feſſoſq3 ſopor ſuus occupat artus
Nec uero a ſtabulis pluuia impēdēte recedūt
Longius:aut credūt cælo aduētantibus euris

SER. Cecropias:Athenienſes a rege Cecrope At
ticæ regionis:ubi optima mella naſcunť. Innatus:i
ſitus. Vrget:pmit. Grādeuis oppida curæ:Sicut ſe
nes muros tueť nec i bella prorūpunt. Dædala te.
ingenioſa:ut Dædala circe. Crocūq3 rubētē:Salu.in
hiſtoriis ait in qua crocū gigniť:genere neutro ſecū/
dū artē uſus ē.hic poetice maſculino referēs ſe ad pue
rū: q in hūc florē diciť eſſe conuerſus. Ferrugineos
hyacinthos:Ferruginei.i.nigri coloris. Tūc corpora
curāt.i.ſe reficiūt:ut Feſſiq3 equos & corpora curant
Sane curare corpus ſi de hominibus dicimus & cibō
& lauacro intelligimus : aut alterutro.Si de apibus
tantum cibo accipimus. Sopor ſuus: ipſis aptus:ha
ud:credunt cælo ſcilicet ſuos uolatus.

AN.M. Cecropias apes:Cecrops ædificādæ urbis
athenarum initium dedit:ut Strabo docet li.ix.licet
non omnes id aſſerunt. Euthronius autem ſcripſit:
Apes apes Erichthonii temporibus i monte Hymeto pri/
ubi in/ mum natas:ut inquit Columella libro.x.capi.ſecun/
uentæ do Et Plinius libro decimoprimo ſcribit in Hyme/
to atticæ monte mel optimum eſſe uti in Hybla ſi/
ciliæ. Dædala:ingenioſa.Dædalos enim ingenioſus
dicitur: dædalo orno uario. Fingere : componere.

Opera Minores:iuniores.Nā adoleſcentiores ad opera exeūt ſeniores itus operanť:aliæ.n.ſtruūt aliæ ſuggerūt:aliæ
apum cibū comparant ex eo quod allatū eſt.Neq3 enim ſeparatim ueſcuntur:ne inæqualitas operis aut cibi fiat & tē
poris.Plinius libro decimoprimo. Crura thymo plenæ:Quæ flores comportant:prioribus pedibus fœmina
onerant:propter id natura ſcabra pedes priores roſtro totæq3 honuſtæ remeant ſarcia pādatæ:Plinius. Glau
Glau/ cas ſalices : glaucus color uiridis cæruleus dicitur:ut Gellius oſtēdit libro.ii.ca.uigeſimoſexto. Tiliā:de hac
cus co latius paulo ſuperius & etiā libro ſecundo Georgicorū. Hyacinthos:de hyacintho uideto ægloga tertia. Fer
lor fer rugineos:Ferrugineū colorem ferri ſimilem eſſe uolunt.Verū tamē ferrugieus color cæruleus ē Marcellus
rugi/ auctor ē hūc locū afferens. Mane ruunt:Noctu qui eſin matutinū:donec una excitet oēs gemino aut tripli
neus ci bombo:ut bucinno aliquo.Tunc uniuerſæ peruolant:ſi dies mitis futurus eſt Pli. Veſper : uideto libro.i.
color Geor. Fit ſonitus:Quum inueſperaſcit:in alueos ſtrepunt minus ac minus:donec una circūuolet:eodē quo
excitauit bombo:ceu quietem capere imperans:& hoc caſtrorum more:tunc repente omnes conticeſcūt Pli.

CHRI. Cecropias innatus apes: Athenienſes propter nobilitatem mellis himetii.nam in himeto mon/
te attico optia producuntur mella propter thymi copiam.Nobilitatur etiam iſte mons ſpecie quadam her/
bæ in qua uis amatoria ineſſe putatur.Ergo illa brachiis alligatam gerunt mulieres quo a uiris ardētius appe

cantur. Præterea regem:Duo genera inſectorum ſunt quæ uitam ciuilem haud multum diſſimilem uitæ humanæ degunt.Formicæ atq; apes.Sed formicæ ſtatum popularem adamant:& tanq̃ ſubmagiſtratibus ui uentes in communi degunt & reipublicæ formam obſeruãt:Apes autem ueluti monarchiam ſecutæ regem habent:illumq; humano pene ingenio obſeruant. Grãdæuis:imitantur mores ciuitatum:i qbus ſenes mu ros cuſtodiunt iuniores in prælium aduerſus hoſtes prodeunt. Ferrugineos hyacinthos:Nam in illis ita ru ber color ut ad ferrugineũ tendat. Veſper:magna illarum uis ut uniuerſum diem in opere conterant : quie/ tem non niſi noctu accipiant. Siletur in noctem:Nam uno ſuo bombo ueluti tuba alue are circuit quo uelu ti ſigno dato omnes ſtatim ſilent & quietem capiunt. Nec uero a ſtabulis:Oſtenderat illarum tollerantiam i laboribus.Nunc uero deſcribit cautellam in periculis uitandis.In qbus non tamen omnino ab opere ceſſant.

Sed circum tutæ ſub mœnibus urbis aquant̃
Excurſuſq; breues temptant:& ſæpe lapillos
Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburrã
Tollunt:his ſeſe per inania nubila librant.
Illũ adeo placuiſſe apibus mirabere morem
Q̃ nec cõcubitu idulgent:nec corpa ſegnes
In uenerẽ ſoluunt.haud fœtus nixibus edunt.
Verum ipſæ e foliis natos & ſuauibus herbis
Ore legunt.ipſæ regem paruoſq; quirites
Sufficiunt.aulaſq; & cærea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere:ultroq; animam ſub faſce dedere.
Tantus amor florũ & generãdi gloria mellis.
Ergo ipſas q̃uis anguſti terminus æui
Excipiat.neq; eni plus ſeptima ducit̃ æſtas.
At genus imortale manet.multoſq; p annos
Stat fortuna domus: & aui numerant̃ auorũ.
Præterea regem non ſic ægyptus & igens
Lydia nec populi pthorũ aut medꝰ hydaſpes
Obſeruant:rege icolumi mens oibus una eſt.
Amiſſo rupere fidem:conſtructaq; mella
Diripuere ipſæ & crates ſoluere fauorum.
Ille operum cuſtos:illum admirantur:& oẽs
Circunſtãt fremitu denſo: ſtipãtq; frequẽtes.
Et ſæpe attolunt humeris.& corpora bello
Obiectant:pulchrãq; petũt p uulnera mortẽ.

SER. Sub mœnibus urbis aquant̃ : aquã hauri/ unt ex uicino. Inſtabiles:fluctuãtes. Cõcubitu idul gẽt:Pro cõcubitui datiuus ẽ.Nã indulgeo illi dicius.
Nec corpora ſegnes In uenerẽ ſoluũt.i.in libidinẽ nõ reſoluũt.Perſi.ille i uenerẽ putris ẽ. Nixibus:ptubus Vnde & enixa dicius. Regna re.i.figũt. Sub fa.ſub onere ut Iniuſto ſub faſce uiã.d.c. Tantus amor flo. Supra de equis Tãtus amor laudũ tantæ eſt uictoria curæ. At genus immortale manet:ſcilicet p ſucceſ/ ſionẽ. Domus:Familia:ut Da propriã tymbreæ do mũ. Nec populi par.aut me.hy.Fluuius mediæ.De his ãt gẽtibus Salu.dicit Adeo illis igenita ẽ ſanctitas regii nois quas gẽtes tamẽ apes dicit amore circa re/ gẽ ſuperare Virgi.Regẽ obſeruãt. Venerãt̃:alias ob ſeruare ẽ callide aduertere.Terẽ.Obſerues filiũ quid agat:quid cum illo conſilii captet. Conſtructaq; mel la Diripuere ipſæ:Quæ ẽt ipſe aimã colligẽdo melli ipẽdere cõſueuerũt:ut Vltroq; aimã ſub faſce dede/ rũt. Stipantq; frequẽtes:Quas quodã ſatellitio am/ biunt. Attollũt humeris:ætate ſcilicet ſeſſum. Pul chram petunt per uulnera mortẽ:Glorioſam mor/ tem quippe quæ pro rege ſuſcipitur. Traxit aũt hoc de celtiberorum more:qui ut in Saluſtio Legimus ſe regibus deuouent:& poſt eos uitam refutant.
AN.M. Vrbis.i.Apiarii. Lapillos:tollunt Geru/ læ ſecundos flatus captãt.Si cooriatur procella appre henſis pediſculo lapillis ſe librant:quidam in hume ros imponi tradunt:iuxta uero terram uolant.Plini.
Cymbæ:nauiculæ. Saburram arenam:grauem ter ram & onus:quo naues ſtabiles fiunt. Vnde Plini.li. xvi.ca.lvi.ſcribit.cxx.modios lentis pro Saburra fuiſ ſe naui:qua Obeliſcus in Vaticano circo ſtatutus ex Aegypto Caii principis iuſſu adductus eſt:de Abiete autem huius nauis diximus li.ii.Georgi.circa princi pium:ubi ẽ ſcriptũ capi.lv.,p ca.lvi. Nixibus:ptubus conatibus. Ipſe natos:apes gallinarum modo incu/ bant.Id quod excluſum eſt primum:uermiculus uidetur:candidus iacens tranſuerſus adhærenſq;:ita ut pa/ ſcere uideatur.Rex ſtatim mellei coloris:ut electo flore ex omni copia factus:neq; uermiculus:ſed ſtatim pen niger. Quirites:ac ſi diceret:ciues & nobiles:apud Regem:eſt enim ab urbibus ſumpta metaphora. Suffici unt:ſuggerunt:ſubminiſtrant. Aulaſq; & cærea regna refigunt:Non pro figunt exponatur : ſed iterum fi/ gunt:ait enim Plinius li.xi.capi.x.Ruentes cæras fulciunt pilarum inſtar interius a ſolo fornicatis:ut ſit aditus ad ſarciendum. Attriuere:colligendo inde rorem. Faſce:onere. Septima æſtas:Ariſtoteles.li.v.de hiſt.ani/ malium ſcribit:uitam apium annos ſex.non nullas etiam ſeptem poſſe complere. Regem non ſic ægyptus: Aegyptii & ciuilem & mitem uitam degunt:nam Rege conſtituto multitudinem trifariam diuiſerunt:& alios qdẽ milites alios agricolas alios ſacerdotes uocauerũt:& alios ſacrorũ curatores alios eorum q̃ ad homi nẽ pertinent:alios q̃ ad bellum:alios quæ ad pacem & terram:& artes ſpectant.Ex quibus regi prouẽtus aſſe runtur.Sacerdotes philoſophiam & aſtronomiam exercebant:& cum regibus diuerſabantur.Strabo libro xvii. Lydia:Ea cum Phrygia & Caria & Myſia iungitur:quapropter earum regionum loca difficulter diſtin gui poſſunt:cum inter ſeſe coeant:Lydia autem & Mæonia eadem eſt.Sardis urbs quidem magna Lydorũ: caput fuit.Strabo libro.xiii. Parthorum:de Parthis uideto in Tityro. Medus:Media teſte Plinio libro ſex/ to ab ortu Parthiæ iungit̃:tu uero latius uideto libro.ii.Geor. Hydaſpes:is fluuius ẽ ampliſſimus:& ad naui gandi uſum aptiſſimus i India:ut ſcribunt Dionyſius & Strabo libro.xv.& Ptolomæus libro.vii.Poeta tamẽ Medum appellat:& id propter eius amplitudinem. Obſeruant:cuſtodiũt:hinc ait Rege icolumi mẽs omni

Sabur ra

Lydia

Media

Hidaſ pes

bus una eſt.Et ſuperius ait Et circa regem denſæ miſcentur &c.Plinius item libro decimoprimo:iquit Mira
apum circa regé obedientia:quũ procedit totũ agmen circa eũ conglobatur:cingit protegit: cerni non patitur.
Aſconius uero li.ii.uerrinaꝝ expõit obſeruant hoc loco ꝓ uenerant:ſed conuenit etiam cuſtodiunt ut patuit
Crates:unde dicãtur Crates uideto li.i.Geor.nam hic conuenit. Attollunt humeris: feſſum regem humeris
ſubleuant ualidius fatigatum ex toto portant:ſe quæq; ꝓximã illi cupit eſſe:& i officio conſpici gaudet.Plini.
Pulchram mortem:ut illud:Pulchrumq; mori ſuccurrit i armis.Plinius autem ſcribit: ꝙ Aculeum apibus
natura dedit:uentri inſertũ:ad unũ ictum:hoc infixo:quidam eas ſtatim emori putant:aliqui non niſi in tãtũ
adacto ut inteſtinum ſæpe aſſequatur:ſed fucos poſtea eſſe nec mella facere:uelut caſtratis uiribus.

CHRI. Quod nec concubitu:In datiuo caſu eſt.ut curruq; uolans dat lora ſecundo.Sequitur opinionem
eorum qui negant illas ex concubitu concipere. Aquantur:militare elegit uerbum ut maneat in tranſlatiõe.
Genus immortale manet:Hoc cõmune eſt cum cæteris animãtibus.Nam q̃uis ſingula ipſa & particularia q̃
in una quaq; ſpecie indiuidua uocant immortalia non ſint:tamen ſucceſſione natorum & reliquorum deſcé
dentium ſpecies immortalis relinquitur:Nam q̃uis nullus ex iis qui in ſuperioribus ſæculis fuerunt:nunc ui
uant:tamen quia aliis alii aſſiduo ſuccedunt:humana ſpecies immortalis eſt. Aegyptus & lydia:meminit eo
rum populorum apud quos ea tempeſtate reges pene pro diis colebantur.Nec diſputabo nunc id qđ omnes
pene philoſophi ualidiſſimis argumentationibus probant ex omnibus ciuitatum ſtatibus monarchiam cæ
teris præſtare.Quod ſi approbauerimus optime regi apes concedemus. Amiſſo rupere fidem. Omnis
enim turba diſſoluitur & in diſcordias cadit pereunte principe.

His quidã ſignis atq; hæc exempla ſecuti.
Eſſe apibus parté diuinæ mentis & hauſtus
Aethereos dixere.deũ nanq; ire per omnes
Terraſq; tractuſq; maris cælũque profundũ
Hinc pecudes: arméta:uiros. genus oẽ feraꝝ
Quẽque ſibi tenuis naſcentẽ arceſſere uitas
Scilicet huc reddi deinde:ac reſoluta referri
Omnia:nec morti eſſe locũ.ſed uiua uolare
Syderis in numeꝝ:atque alto ſuccedere cælo
Si q̃do ſedem anguſtam.ſeruataq; mella
Theſauris relies.prius hauſtus ſparſus aquaꝝ
Ore foue.fumoſq; manu prætende ſequaces

SER. His quidam ſignis atq; hæc exempla ſecu
ti:Eſſe partem diuinæ mentis:Sane locum hunc ple
nius eſt executus in ſexto:qué hoc loco breuiter colli
git:ut probet etiam apes partem habere diuinitatis.
Namq; omnia animalia ex quattuor elementis & di
uino ſpiritu conſtare manifeſtum eſt Trahunt enim
a terra carnem:ab aqua humorem:ab aere anhelitũ:
ab igne feruorem:a diuio ſpiritu ingenium qđ quia
eſt in apibus ſicut etiam in hominibus: namq; me
tuunt:cupiuntq; dolentque gaudentque. Quæ pro
bantur ex his quæ faciunt dimicant enim colligunt
flores prouident pluuias.Fateamur neceſſe eſt etiam
apes partem habere diuinitatis.Vt autem hoc exem
plis:ideſt rebus ſimilibus comprobaret. Lucreti.ſe
cutus eſt qui dicit ea quæ per ſe probare non poſſu
mus:a ſimilibus comprobanda.Ventumq; docet eé
corporalem:non ꝙ eum tenere uel cernere poſſimus
ſed qđ eius ſimilis aquæ effectus é: q̃ corporalem eé
manifeſtum eſt. Hauſtus æthereos:diuinos ſpiritus. Deum namq; ire per omnes Terras tractuſq; maris:
Ipſe in ſexto Cælum ac terras campoſque liquentes Spiritus intus alit Lucanus Iuppiter eſt qđcunque uides:
quodcũque moueris. Hinc:ideſt ex deo & diuino enim ſpiritu ſummunt omnia cum naſci cœperint uitam
Cæterum corpus ex quattuor elementis eſt ut diximus ſupra. Scilicet huc reddi:ſine dubio etiam cuncta diſ
ſolui incipiunt:& redire rurſus in originem ſuam neceſſe eſt:nec eſſe locum morti.i.ꝑditiõi.Nil enim eſt q̃ pe
rire funditus poſſit cum ſit τοπον.i.oẽ id qđ redeunt uniuerſa reſoluta.Res aũt hæc quæ mors uocatur non
eſt mors:quippe quæ nihil perire facit:ſed reſolutio:Vnde mors a pleriſq; interitus dicta eſt quaſi iteruenies
& mixtarum rerũ cõnexionem reſoluens.Lucre.Nã continuo hoc mors eſt illius quod fuit ante connexio.Si
quando ſedem auguſtam:ideſt aluearia.Et proprie auguſtum eſt tectum augurio conſecratum.Abuſiue Au
guſtum nobile quaſi maieſtatis plenum. Theſauris.i.repoſitionibus:ac ſi diceret apothecis.Hauſtus ſparſus
aquarum pro ſpargens participium eſt pro participio. Ore foue:ipſos hauſtus ſcilicet & dicit ſpargédo aquã
immitabere pluuiam. Fumos prætende ſequaces:Fumum etiam profer ſcilicet ut cũ his rebus territæ illæ
diſceſſerit:impune poſſis mella colligere.Alii legũt:Ore faue. Vt ſit tacet etiã ipſe in qnto: Ore fauete omnes.
Horatius Fauete linguis. Sequaces fumos:Quippe apum perſecutores:ut Mellæque ſequacibus undis.

AN.M. Hauſtus æthereos:diuinos ſpiritus. Deum namque ire per omnes:Deus ut etiam Fabius iquit
libro ſeptimo ſpiritus eſt omnibus partibus immixtus.At Tul.libro primo Tuſcula.ait:Certe & deum ipſũ:
& diuinum animum:corpore liberatum:cogitatione complecti non poſſumus.Lactantius uero libro primo
ſic Deus eſt mens quædam ſoluta libera & ſegregata ab omni concretione mortali:omnia ſentiens:& omnia
mouens.Videto etiam Plura ægloga tertia ibi:Ab ioue principium muſæ iouis omnia plena. Cælumque
profundum:ideſt aera:quod latius declaratum eſt ægloga quarta:ubi eſt hoc idem carmen. Hinc pecudes:
Deus qui prima cauſa:& eſt:& uocatur (ut Macrobius ait libro primo de ſom.) unus omnium: quæq; ſunt
quæq; eſſe uidentur:princeps & origo eſt. Hinc pecudes:ordo eſt Dixere hinc:ideſt a deo pecudes armenta:
uiros & cætera arceſſere ſibi tẽues uitas. Tenues uitas:ideſt ſpiritus & animas.Hippocrates enim Macrobio
teſte libro.primo de ſom.dixit animam ſpiritũ eſſe tenuem:per corpus omne diſperſum.Epicurus uero ſpe
cie ex igne & aere & ſpiritu mixtam. Scilicet huc reddi deinde:Animæ de cælo in terras meare: & de terris i
cælum remeare credũtur:ut etiam Macrobius inqt: Et Manilius libro quarto.An dubiũ é habitare deũ ſub

pectore noſtro.In cælumque redire animas:cæloque uenire. Nec morti eſſe locum:Sunt qui diſceſſum ani
mi a corpore putent eſſe mortem:uniumque illud erat inſitum p ſcis illis:quos caſtos appellant Ennius eſſe
in morte ſenſum.Neque exceſſu uitæ ſic deleri hominem:ut funditus interiret. Ipſam enim mortem quan/
dam quaſi migrationem commutationemque uitæ credebant.Quæ in claris uiris & fœminis:dux i cælum
ſoleret eſſe.In cæteris humi retineretur:& permaneret tamen.Ex hac opinione Romulus in cælo cum diis
agit æuum:& Hercules:& huiuſmodi:Cicero auctor libro primo Tuſculanarum. Syderis in numerum:in or Sydus
dinem & rationem:uel inter ſydera:Dicitur autem ſydus auctore Macrobio id qd in aliquod ſignum ſtella
rum plurium compoſitione formatur:ut aries:taurus:perſeus uel corona. Anguſta: Seruius legit Auguſtã
CHRI. Id metuēs:Nā hæc ē prima cā:reliquæ ſūt acceſſoriæ. Veteris:ac ſi diceret īpfecti operis.Hoc ali/bi ipſa dolēs ait:Nā capti potuere capi.Et paulopoſt:Me ne iceptis deſiſteŕ uictā:uel memor belli.i.iiuriaꝝ ob quas bellū ſuſceperat. Saturnia.q.d.crudelis:ut a Saturno eſſe ſe oſtēdat:dicit́ autē iuno a iuuādo:ſed quoniam ī hoc loco troianos nō iuuare:ſed ledere conatur:optimus uates illam a Saturno ſtella noxia denominare maluit. Ceteꝝ poetæ cū cā phyſica q̄dā rōne deſcribunt:terrā ītelligūt.Hæc pulchre oſtendit Dionyſius ac Euſe.& Var.Quapp hac ratiōe ipſam deā regnoꝝ nominant qa hæc terrea ſūt atq; ois cōtētio iter mortales & terraꝝ poſſeſſiōe ē.Capitur āt a Marcē allegorice pro ambitiōe q̄ eſt cupiditas regnādi & imperādi.Huius deæ ſimulachꝝ ligneū apud ſamios:ubi apprime collebat́ fuiſſe refert Calimachus: Iunonē priſci noluerūt eē nuptialē uiri ac fœminæ cōiūctionē.Quapp illi ſacrificātes bilē ab hoſtia ſe mouebāt:ac iuxta aram ifodiebāt:ut oſtēderēt ſine ira & odio & amaritudie matrimonium eſſe oportere.Iunonis autem & Latonæ pote/ſtatē ſic iūgūt ꝙ iuno terra ſit:Latōa nox:nā obliuio ex nocte per ſomnū fit.Nox aūt eſt terræ umbra matri/monii uero finis pcatio eſt ideſt a tenebris ad ſolis lumina progreſſio.Dicūt āt ioui Iunōe irata & ab eo diſſi/dēte mœſtū iouē ab Alabcomene idigna doctū & alterā ducere ſimularet. Quapp ille ex quercu muliebre ſimulachrum cōpoſuit nuptiaſq; pparauit:ad quas tritonides nymphæ & uniuerſa boetia cōfluebat. Qua re cōmotā Iuno a Citherōe deſcēdit & plateſiū mulieꝝ turba ſequēte ad iouē peruenit:ſimulatiōeq; patefacta illiſſima cū lætitia recōciliata ē.Simulachro āt qđ Dedalē appellarūt:iunōis gr̄a feſta dedala īſtituta ſūt Iunōi p terea oium mēſe calēdæ dicatæ ſūt.Vnde illi duodeci aras īſtituūt. Cāe:iraꝝ. Iniuriæ:iiuria.n.irā gignit q̄ ē accēſio ſāguinis ad ulciſcendū.Dolores:qui & ipſi ab iiuriis naſcuntur:ait Diodo.mulieres diopolitanas ſiue thebanas q̄ ī ægypto ſūt:Nā Diopolis thebe eſt pharmachū aduerſus irā & mœrorē iueniſſe. Aio:mēte ideſt memoria:ut manet alta mēte repoſtū Iudiciū paridis. Iactatos æquore:arcebat. Oibus ex locis Iunonē iui/dia onerat pathoſq; cōmouet:i hoc āt loco citat a mō:ut ipſe alibi altaria ad ipſa tremētē.Traxit & ī multo lapſātē ſāguie nati:ſic Demoſtenes ſe pulſatū cothurno q̄rit́:i quo erat cōtumelia.Nā nō ſolum iiuria ex ſe ſpectāt:ſed ēt modus iſerēdæ iniuriæ:iiuria ē ꝙ arceret italia.Modus āt qđ arceret crudeliſſime illos p oia maria iactādo:& ut magis illius odiū īſatiabile oſtēdat:dixit troiāos nō itegros & florentes in patria in quos poſſēt citari aliqua inuidia:ſed miſeros atq; infœlices:&qui ex grcoꝛrum preſertim Achillis crudelitate ſupfuerāt.

qui nō ſolum uenia:ſed ēt commiſeratione digni eſſent eeq; magis quod iam tam diu i eos ſæuierat: ut iam omnis ira ſatiata eſſe potuiſſet. Læti:capiebāt lætitiā propter propiquitatem italiæ quæ res magis iunonem īcēdebat. Nam ex inimicorum lætitia dolēt inimici. Caris:ſic & apud Home.loquitur Ητοι εμοι τρεισ αυεη μεν πολυ φιλταται εισι πολισ αργοσ τε σπαρτη τε και ευρυαγυα μυκηνη. Iudicium paridis: de Paride: Ganymede atq; aliis troianis dicemus ſuo loco. Hic ad ea q̄ dicit Dona.addā igenioſiſſime poetā noſtrum cū cauſas quæ iunonem excitabant ponere et ita narrare uoluiſſe:ut ipſa ſi adeſſet narraret. Nā ut ait Cice.a natura & uſu nō eſt recedēdum. Nō ergo rationem habuit temporum:ſed ſi irata iuno loqueret̄:ſemper ea prima p ferret:quibus magis ꝑmeretur:& quia nihil grauius accidit reginæ q̄ poſtponi minoribus:nihilq; moleſtius fœminæ q̄ i iudicio formæ ſuccumbere:iudicium in quo utrūq; icōmodū eſt prius dixit:deinde moleſtius i ſecundo loco erat:Electram uiro ſuo potitam:quā Ganymedem filiæ i munere ſuccedere. Forma a græco ē

forma — per trāſpoſitionem litterarum. illi enim μορφην nos formam dicimus. Eſt aūt forma propter quam aliquid quod nō erat:eſſe incipit. Nā ebur Phidiæ iouis ſimulachrum:nō erat: ſed poſtq̄ addita eſt ad materiā forma cœpit eſſe ſimulachrum. Ergo quia dat eſſentiā & pulchritudinem:forma pro ipſa pulchritudine capit̄. His

Danaus — accē.ſu.aduerbiū ē in hoc loco ſuper ſecundum Priſcia. Danaū:græcorum a danao antiquiſſimo rege fratre Aegyptii:q relicto ægypti regno frī i græciā nauigauit:argoſq; uēit & nomē gēti dedit:ait āt Pli. hunc primū

Aegyptias — naui nauigaſſe cū antea hoies ratibus ab Erithra i mari rubro inſtitutis uterentur. Euſe.ita ſcribit ægyptus q̄ prius æria dicebat̄:ab ægypto ibi regnante nomē accepit cui datū eſt regnū eiecto Danao qui in græcia argos

Achilles — occupauit ac aquis abundare fecit. Achilles dictus eſt quaſi ανευ χιλου ideſt ſine cocto quoniam illū Chyron ita educaſſet herbis bacciſq; ſilueſtribus:ut nullū cibum coctum guſtaret. Vnde Euphorion poeta Εισ ωμην χιλου κατ ηιε παμπαν αγευστοσ τουνεκα μυρμιδονεσ μιν αχιλλεα φημιξαντο. Errabāt: arecto curſu uagabātur:aliquādo peccare. Itē paſci:ut Mille meæ ſiculæ errant in montibus agnæ. Tantæ molis: tāti ponderis.i.difficultatis. Lege alegorias noſtras: & iudices quid proprie uellit. Tātæ molis:Epiphonema eſt q̄ ē rei enarratæ:uel probatæ ſūma acclamatio:ſic Cice. Facere enim Probus adoleſcens piculoſe q̄ ppeti turpiter maluit. Vix e cōſpectu ſiculæ telluris i altū Vela dabāt læti:erat adeo itenta his rebus iuno:ut uix nauigare icœperint:cum animaduertit. Et ſpumas ſalis ære ruebant:ideſt aquam ruendo ſpumoſam reddebant.

SER. Cum iuno æternū ſeruās ſub pectore uul. De pterito dolorē dixit: de futuro metū ad utrunq; uulnus rettulit. Hæc ſecū:ſubaudi locuta deeſt.n.& hoc fictum eſt:ut ſuperius diximus : unde enim hoc ſciret poeta bene āt impacientiam doloris oſtēdit de trahēdo ei ſolatia: ut i quarto ſolā iducit Didonē En qd ago?rurſus ne procos irriſa priores. Me ne:ne nō uacat ſignificat.n.ergo:& ē coniunctio rationalis. In cepto deſiſtere : tolerabilius eſt.n.nō ichoare q̄ incepta deſerere. Nec poſſe italia teucrorū auertere regē: Sic in.vii. Vicor ab ænea:& detraxit more ſuo prouinciæ,ppoſitionē:nō eni dixit de italia:ſed italia. Quippe uetor fatis:uera inquit fata me prohibent ergo iuno ignorat uim fatorū:ſed hoc nō poſſumus dicere: quia ſuperius lectū eſt, Si qua fata ſināt: Et progeniē troiano a ſanguine duci Audierat : hoc ergo eſt.omnes res hominū:aut ex noſtra uoluntate deſcendunt: utputa ſeder̄ ſurgere:aut ex fati neceſſitate ut puta naſci mori aut ex deorū uoluntate:ut puta nauigare:uel honoribus frui. Nūc de nauigatiōe agitur & bene inuidioſe:quaſi etiam huius rei poteſtatē ei poſſint fata detrahere. Eſt & alter latēs ſenſus:ut ſperet reginā cōtra exulem fata poſſe aliquid:ſi minerua numē inferius ualuit cōtra fata uictorū. Pallas ne:minerua απο τω παλλειν το δουρι ideſt ab haſtæ cōcuſſiōe:uel quod pallātem gigantem occiderit. Claſſem:ad inuidiā poſuit:ut pro una naui claſſem dicat:Sic Venus nauibus īfādum amiſſis:cum Orōtis ſola periſſet. Aut re uera unā nauē ſignificat:ut Hora. Me uel extremos numidarū i agros claſſe releget. Claſſis enim dicta ē απο των ξυλων ideſt a lignis: unde & calones dicunt̄ qui militibus ligna portant:& καλοποδια. Potuit ad illud referri:quod ſupra dixit:Nec poſſe. Vnius obnoxam:in iſtis ſermōibus unius illius ipſius naturaliter media producit̄ ſyllaba:ſed cū opus ē corripitur hac excuſatiōe:quod quotiēs uocalē lōgā uocalis ſequit̄ ei uires detrahit:ut ē iſulæ ionio i magno:Et ſub ilio alto:& ob hoc mutat accētū i latino eni ſermōe cū penultima corripit̄:antepenultima hēt accētū:ut hoc loco. Vnius obnoxā:& cōtra Nauibus īfādū amiſſis unius ob iram ꝓdimur. Noxam:pro noxiam:& hoc itereſt iter noxam & noxiam q noxia culpa eſt.ſ.peccatum:noxa autem pœna. Et furias aiacis oili: amorem:ut i Buco. Seu quicūq; furor. Oilei:nō uacat. Nam & duo aiaces fuerūt & ambo fuerūt:ſed ira Telamōis:hic amore:& eſt græca figura ſi dicamus æneas Anchiſæ : & ſubaudiamus filius. Hac āt figura utimur circa patres & circa maritos tantū: ut Virgi. Deiphœbe glauci ideſt filia. Item Hectoris andromachæ.i.uxor. Ipſa:bene dulcis:eſt.n.propria māu q̄ſita uidicta. Vnde plus dolet iuno aliēis ui ribus ſe uti:ut Aeoli:ut iferiorū:ſicut ipſa Flectere ſi nequeo ſuperos acherōta mouebo. Rapidū:uelocē ut

Cū iuno æternū ſeruans ſub pectore uulnus
Hæc ſecum. me ne incepto deſiſtere uictam:
Nec poſſe italia teucrorum auertere regem.
Quippe uetor fatis:pallas ne exurere claſſē
Argiuum:atq; ipſos potuit ſubmergere pōto
Vnius obnoxam:& furias aiacis oili.
Ipſa iouis rapidum iaculata e nubibus ignē,
Diſiecitque rates:euertitque æquora uentis,
Illum expirantem tranſfixo pectore flāmas
Turbine corripuit:ſcopuloque infixit acuto,
Aſt ego quæ diuum incedo regina:iouiſque
Et ſoror & coniunx una cum gente tot annos
Bella gero : & quiſq̄ numen iunonis adorat:
Præterea:aut ſupplex aris imponit honorē?
Talia flammato ſecum dea corda uolutans

Cum rapidus ſol mundum hyemem contingit equis:iam prætenitæ ſtas.Item rapidi ue potentia ſolis. Iacu/
lata:in libris etruſcorum lectum eſt:iactus fulminum manubias dici:& certa eſſe numina poſſidentia fulmi/
num iactus:ut iouem Vulcanum & Mineruam:Vnde cauendum eſt:ne aliis hæc numinibus demus. E nu
bibus:ſecundum phyſicos qui dicunt colliſione nubium fulmen creari. Rates:Abuſiue naues.Nam proprie
rates ſunt connexæ inuicem trabes. Illum:auctorem:ſcilicet criminis. Expirantē flammas:Nō animam di
cit flammas:ſed cum anima fulminis flammam euomētem:ut ſuperius Pleno nomini adiecit opum ideſt di
ues opum.Sic hic uerbo cū plenū ſit expirat:addit flāmas:ut alio loco Confici expirāt animas. Turbine: uo/
lubilitate uentorum. Scopulo:ſaxo eminēti.ſcopulus aūt aut a ſpeculando dictus eſt:aut a tegmēto nauiū απο
του σκεπαζειν.Cōtingerunt autem iſta circa caphareum mōtem euboeæ. Aſt ego:nūc comparat ſingula:&
ne leue eſſet quod dixerat ego addidit deorum regīa.Sic Salu.nos aūt hoc eſt populus roma. Incedo:īcedere
proprie eſt nobilium pſonarum. Iouis & ſoror & coiunx:Phyſici iouē ætherem.i.ignem uolūt itelligi: Iunonē
uero aerem.Et quoniam tenuitate hæc elementa paria ſūt.dixerūt eſſe germana.Sed quoniam iuno hoc eſt
aer ſubiectus eſt igni ideſt ioui iure ſuperpoſito elemēto mariti traditum nomē eſt.Iouem autem a iuuando
dixerunt:Nulla enim res ſic fouet oīa quemadmodum calor. Tot annos:Licēter in iſtis locutionibus & actō
utimur & ablatiuo.Dicimus enim & tota nocte legi:& totam noctem legi Hōeſtior autem locutio eſt per ac/
cuſatiuum. Et quiſq̄: nō troianorum:ſed omnium generaliter. Præterea:poſtea:ut præterea uidit nec por
tiorum Amplius obiectam paſſus tranſire paludem. Talia flammato:Quod ſuperius intermiſerat:nuc red
dit.Nam dixerat ſuperius hæc ſecum: & modo ait Voluntas:ideſt cogitans. Nimborum:Nimbi nunc uen
tos ſignificant plærunq; nubes & pluuias:Ergo prout locus fuerit intelligendum:eſt proprie tamē dicuntur
nimbi repentinæ & præcipites pluuiæ.Nam pluuias uocamus lentas & iuges.

DONA. Cum iuno æternum ſeruans ſub pectore uulnus:Aduertens iuno troianos de proximitate ita/
liæ laborare recrudeſcebat uulnus:Et excluſa ab inuentione nocendi: & a loco & a tēpore ſic ſuos dolores in/
timis ſenſibus enumerat. Me ne:compōit ſumma arte quales habere debuerit cogitationes carens inuentio
ne ad nocendum:& inducto qualitatis ſtatu per exempla aliena inuenta conſilia enumerat: & comparat per/
ſonam ſuam cum perſona Mineruæ & troianorum & græcorum & inimicitiarum cauſas. Me ne: Empha/
ſim habet pronomen & magnum dicendi pondus:quod infra aperuit:cum dicit.Aſt ego q̄ diuum incedo re
gina iouiſq; Et ſoror & coniunx. Inceptis deſiſtere uictam:incepta ſunt animorum deſtinationes. Saluſtius
Nam talia incepta non conſultorem uertiſſent rerum peſtem factura.Dolet igitur intentionem ſuam ſine ef/
fectu defeciſſe:nec ſupereſſe nocendi conſilium uel tempus:& quia bonorum eſt incepta deſerere ſi aut prece
flectantur:aut ſponte ignoſcant:oſtendit utranq; occaſionem perdidiſſe:& incidiſſe i ludibrium:ut ſcilicet ſu
perata diſcederet. Regem:ideſt ſi perdere non potui:debui ſuperare teucrorum regem. Italia : ideſt ab ita/
lia.Sic alibi Bellum ingēs geret italia:ergo ſi nō poterat perdere ſaltem diſiungere ab italia:& ſi omnes nō pe/
rirēt:ſaltem id obtineret iuxta unum æneam:cuius ſtirpi deberi ſciebat imperium Romanum. Quippe ue/
tor fatis:Ergo magis debuit uetari Minerua fatis græcorum. Pallas ne:Quæ non eſſet tanti meriti aut pote
ſtatis. Exurere claſſem:Comparatio pœnarum mierua potuit naues græcorum & ipſos exurere:ego unum
ab italia arcere non potui. Exurere:urere eſt aliquid lædere incēdio.Exurere ē penitus abolere incendio Cō/
firmat autem poeta ſoli æneæ deberi imperium:cū de ipſo ſolo laboret iuno. Illum expirantem:illa pp unū
plurimos perdidit:ego a plurimis offenſa unum ab italia arcere non poſſum.Et quod auget dolorem oſtēdit
Mineruam minorem deam iouis fulmine uti potuiſſe: Et in pœna delicti defendit auctorem.Si ergo ille in/
iuſte grauiſſimum pertulit ſupplicium:multo magis eius ſocii.Defendit āt culpam in amorem reiiciens: &
utitur ueniali ſtatu:Factum enim quod manifeſtum eſt non purgatur niſi dicatur nō erat ſuæ mētis nec ſui
conſilii Aiax:ſed furore amoris trahebatur.Nam quicquid fit per pathos:non aſcribitur homini. Diſiecitq;
rates:Ne ſi alicui contigiſſet euadere:haberet nauigandi ſubſidium. Euertitque æquora uētis:Alieno eſt uſa
imperio.Nam iouis fulmen arripuit:& neptūni imperium.Habuit enim poteſtatem ī uentos qui alieno ſub/
iecti ſūt imperio. Illum:Emphaſim pronomē:habet quaſi temerarium:incōſideratum ſacrilegum: propha
num:qui ī templo deæ uirginis ante aras ī cōſpectu numinis regiam ſacerdotem ītactam uiolauit. Pectore:
quo uulnus omnino lœtale eſſet. Turbīe corripuit: Nam aliter īfigi nō poterat & oſtēdit uim iræ ī tāto im/
pulſu.Voluit īfigi ſcopulo: ne ad litus deueniēs ſaltem ſepulturam acquireret. Aſt ego quæ diuum īcedo re
gina iouiſq; Et ſoror & cōiunx:Declarat quid illud ſit. Aſt ego: ſcilicet quæ omni genere rerum Mineruam
ſupero.Sum enim regīa.Sum ſoror & cōiux iouis.Vnde deberem ab eo qui frater eſt & maritus omnia impe
trare. Vna cum gente tot annos:Cum Minerua uno ictu potuerit. Præterea:ī medio poſuit:& bis eſt repe/
tita. Flāmato: ſuperius dicit accēſa.ſed plus eſt flammato.p.Vt oſtēdat q̄tum accreuerit ira ex comparatiōe
Mineruæ:Nocēdi autem cōſilium de Mieruæ exemplo cœpit pſertim cū troiāos uideret nauigātes.

CHRI. Cum iuno æternum:De hac dea deq; ioue alio loco dicetur.Quare autem troiāis inimica impla/
cabilis fingatur:nos in noſtris diſputationibus chamaldulenſibus in quibus ſex primos libros ſecundum al/
legoriam interpretati ſumus:diligenter expreſſimus.Nam cum iuno dea regnorum ſit iureq; poſſit pro cu/
piditate imperandi & pro omni ambitione capi.Quid eſt quod ægregium uirum ab italia : ideſt a contem/
platione diuinarum rerum in qua eſt ſummum bonum magis amouere poſſet:ſed hæc & reliqua omnia in
eo loco itelliges. Me ne:Hoc iratorium eſt:ut principia orationis habeant abrupta & præcipitata : clauſulas
breues & uerba ſubtrahant:& ab interrogatione incipiant:cui uix aliter quā quod uolunt reſponderi poſſit.
Hæc omnia in illa terentiana deprehenduntur.Ego ne illam:quæ illum:quæ me quæ non.Præterea non poſ
ſunt explicare a principio id quod poſtquam iram euomerūt facilius exprimunt.Itaque a principio dixit me:

Inter/
roga/
tio

nec potuit explicare quid oneris habeat me: Explicauit autem poſtquam in oratióne debaccáta euomerat
Pallas iram:& ſe non nihil collegerat: Aſt ego quæ diuum incedo regina iouiſque Et ſoror & coniunx. Pallas exu/
rere claſſem: Hæc latine minerua dicitur quam non ſolum lanificii ac multarum muliebrium artium deam
eſſe uolunt: ſed ipſius quoque ſapientiæ. Aiuntque non ex muliere conceptam eſſe: ſed ex capite Iouis ortam.
Minerua Eſt ergo fabula iouem cum iunonem ſterilem uideret ut liberos haberet ſæpius concuſſo capite Mineruam
edidiſſe: Per quod oſtendunt nulla admixtione rerum humanarum aut corporearum ab ipſo deo nobis ſapi
entiam prouenire. Et re uera hebeti omnino ingenio ille erit qui ſapientiam: quæ intelligentiam ſcientiamq;
amplectitur: ex corporum commixtione nobis prouenire opinetur. Ipſa enim ex intellectu ſiue potius intelli/
gentia: quæ pura ſimplex incorporeaque eſt prouenit: Cice. in libro de natura deorum quinq; Mineruas po/
nit. Primam quæ Apollinis mater fuerit. Secundam ortam nillo: quam ægyptii colunt. Tertiam quæ ſit ex io
uis capite. Quartam iouis & Coryphes Occeani filiæ ilam: quam arcades Coriam uocant: & quadrigarum
inuentricem fuerunt. Quintam ex plante natam: quæ patrem ſuum Pallantem dicitur interemiſſe: quia uir/
ginitatem ſuam ſibi uiolare uellet. Huic penarum talaria aſſignant græci Mineruam athenam dicunt: a qua
dictæ ſint athenæ urbs de qua re in Georgi. dictum eſt Minerua lanificium & texturam reperit: & numeros
atque illorum figuras Hanc Vulcanus adamauit uxoremque petiit. Verum cum illa concubitum refugeret:
ſemen in terram fluxit natuſque inde eſt Erichthonius: ſic dictus a terra in qua natus eſt: quæ χθων græce di/
citur & a contentione quæ inter Vulcanum & ipſam fuit quæ græce ερισ dicitur. Pallas præterea appellatur:
uel a Pallante eius parente interfecto: uel a concuſſione haſtæ. Nam παλλειν concutere eſt. Appellatur etiam
Tritō tritōia· Tritonia a Tritone africæ palude. Apud quam ut ſcribit Auguſtinus regnante Ogygio apparuit. Fuit autem
Cecrops. quo regnante ab Athena: ideſt Minerua athenæ denominatæ ſunt Anno mundi quinquageſſimo
ſupra tria milia ac ſexcentos: quo tempore Moyſes ex ægypto populum eduxit. Herodotus autem ait in afri
ca maclyes eſſe populos iuxta quos Triton ſit fluui. ex quo ſit Tritonis palus ex qua dicunt Neptunnum Mi/
neruam ſuſcepiſſe: ſed cum pater illi quandoque ſuccenſuiſſet: ſe ioui adoptandam dedit Huic uirgines ſingu
lis annis ſacra facientes in duas acies diuiduntur: ac lapidibus fuſtibuſque inter ſe decertant: & ſi qua in pugna
occubuerit ea pſeudoparthenos: ideſt non uera uirgo appellatur: Ante autem q̄ pugnam ineant pulcherrimā
omnium ex his Corinthia galea & tota armatura græca ornatam curru imponunt: illamque paludem luſtrā/
tem ſequuntur. Cretenſes tamen in creta Tritonem fluuium eſſe dicunt: & apud illius fontem ex ioue natam
affirmāt: ibiq; illius templum oſtendunt Addit Diodo. ſiculus Minernuā in tritone flumine natam ab am/
mone coniuge Rheæ aduerſus illam cuſtodem poſitam filio quem ex Amalthea ſuſceperat: ipſamq; perpetu
Alcida am uirginitatē ſeruaſſe: & propter animi ſolertiam multas artes iueniſſe: & ī bello plurimum ualuiſſe: Atq; al
cidam bælluam: quæ ignem uomens omnia inflāmaret ingenio ac uiribus interemiſſe. Dicunt hanc bælluam
primum in phrygia apparuiſſe quæ ex hoc combuſta uocatur. Deinde in taurum mōtem conuerſam cuncta
nemora perpetuo tenore ad indos uſq; incendio conſumpſiſſe: Deinde per phœniciā conuerſam ac libani ſyl/
uis exuſtis per ægyptum in libyam tranſiſſe uſq; ad heſperum: ibiq; ī ceraunis ſyluis omnia cremantem om/
nes mortales aut perdidiſſe aut ī fugam uertiſſe: donec pallas eam perdiderit. Aegypti uero Mineruam æthe/
rem eſſe interprætantur: & iouis filiam uolunt ac uirginem: quia æther naturam ſemper incorruptam habe/
at. Sed ut ad rem redeam: Ex comparatione maxime creſcit idignatio ac dolor: eſt autem duplex compara/
tio & ad perſonam & ad rem. Dolet enim primum quod Pallas minor dea non prohibita ſit quī ſe de hoſte
ulciſceretur. Ipſa uero maior dea prohibeatur. Ad rem autem pertinet quod multo mīus flagitium fuit quod
cōmiſſit Aiax in Palladem q̄ quod troiani ī ſe. Vnius obnoxam: neſcio an Seruii ſentētia uera ſit. Illud ſcio mi/
Noxa nime obſeruari. Nā noxa frequenter pro pena ponitur: Sed in iure ciuili de uerbo℞ ſignificatione ſcriptum ē
noxe appellatione omne delictum contineri. Oui. Inuidiam noxæ continet ille meæ. Et alibi Nocte nocēt po/
Noxia tæ ſine noxa luce bibuntur. Noxia adiectiuum potius eſt: Nam noxios & innoxios dicimus. Furias: inua/
lidat cauſam: quæ non fuerit per ratiocinationem: ſed per impulſionem. ſ. per uim amoris: Verum de furiis
amoris latius ī quarto diſputabitur. Aiacis oili: Pro oilei per ſyncreſim: Et poſuit datiuum græcum pro ge/
nitiuo latino. Alibi in datiuo dixit: ut Orphi calliopea lino formoſus Apollo: ubi eſt orphi ꝓ orpheo. Oilus:
rex locro℞ fuit. Ignē iouis: Potuit ut ſe ulciſceret̄ alienis uti armis. Cæterum fulmē ſecundū phyſicos eſt ua/
por ignitus compactus & ſolidus impetuoſe cadens. Gignitur ex uapore groſſo ex cōtrariis & diuerſis con/
poſito uehemēti calore inflammato: & uento℞ nubiumq; concuſſione impulſo: & quaſi lapis igneus ſit de
cōcauitate nubis deorſum per uiolentiā pulſo. Raro cadit ī frigidiſſima hyeme: quia propter frigus uapor in
aere nō gignit̄. Raro ēt in uehementi æſtate: quia propter ſiccitatem & ſubtilitatem aeris uapores in nubibus
non aggregant̄: ſed calore cōſumuntur. Eadem ratione ī partibus orbis aut calidiſſimis aut frigidiſſimis ra/
riora cadunt: Et in ea parte italiæ quæ a ſeptentrione ad meridiem diſcedit: crebriora apparent. Ergo in uere
Fulmē & autūno uapores multi eleuantur: & condenſant̄: & igneſcunt. Priſci fulmē quibuſdam ſacris eliciebant nō
ſine periculo: Nam Hoſtilius rex cum eliceret cum omni regia crematus eſt. Etruſcorum litteræ teſte Plinio
nouem deos fulmina emittere: dicunt eaq; eſſe undecim generum: ſed iouem tria emittere. Romani duo tan
tum ſtatuerunt diurna quæ ioui & nocturna q̄ Sumano tribuunt. De ſumano meminit Plautus. Refert Ari/
ſtoteles tria eſſe genera fulminum. Vnum quod adurit. Alterum quod quia humidum eſt: non urit: ſed
quæ tangit: nigra reddit. Tertium eſt clarum: & miræ naturæ. Nam uinum effundit intactis uaſis. Aliquan/
do fracto uaſe ita obſtupeſcit uinum: ut per tres dies non fluat. Aurum in ſaccis & uaſa argentea in capſulis
ita liquefacit: ut ſacci capſulæque integræ maneant: comburunt corpora intactis ueſtibus Martia romana muli
er grauida icta fulmine partu exanimato illæſa permāſit: pp hāc triplicē naturā triſulcū fingit̄ a poetis fulmē

Refert Acron cæterorum deorum manubias albas nigraſque eſſe: Iouis uero rubras. Huius rei haud ignarus Horatius de ioue dixit. Et rubenti dextra ſacras iaculatus arces. Diiecitque rates euertitque æquora uentis. Exaggerat rem quod illa propter unius ſcelus multos ulta eſt. Exornat autem locum colore rhetorico qui eſt ſimiliter deſinens: ſcilicet auertere: exurere. ſummergere. Turbine corripuit: ui uentorum i circuitum ſe notante: & quæque proſternente. Plinius autem ponit repentinos flatus: qui exhalante terra coorientur: & nubium cute obducta multiplices exiſtunt: inter hos enumerat typhonem & turbinem. Ac turbinem cum dicit: qui maiore depreſſæ nubis ſpecu erumpit: ſed minus lato q̃ procella: nec ſine fragore proxima quæque proſternit. Si idem ardentior fuerit: preſter uocatur amburens cuncta pariter ac proterrens. Ab hac circulari reuolutione turbinem dicunt latini ludum puerorum: quem græci trochon nũcupant. Ipſe alibi. Ceu quõdã torto uolitãs ſub uerbere turbo. Scopulo. i. ſaxo euboico. Quiſquã adoret: interrogatio q̃ ſimplex quãdoq; ẽ: ut Sed uos q tandẽ? Aliquãdo figurata: cũ nõ ſcitãdi ſed iſtandi gratia fit: Cic. Quid. n. tuus ille tubero diſtrictus gladius i acie pharſalica agebat? itẽ quouſq; Catilina abuteris patiẽtia nr̃a? Nã magis ardet q̃ ſi dicãus diutius abuteris. Interrogamus etiã quod negari nõ poſſit. Cic. Dixit ne tadẽ. C. Figulanus facula. Item ubi difficilis eſt reſponſio ut uulgo dicimus quomodo põt hoc fieri. Item inuidiæ gr̃a: ut medea Quas peti terras urbes? Aut miſerationis ut Virgi. Hẽ quæ me inquit tellus quæ me æquora poſſunt accipere? Conuenit itidem indignationi ut hic: Quiſq; numen iu.a. Item admirationi. Vt Quid nõ mortalia pectora cogis improbe amor. Turbo

Nimborũ i patriã loca fœta furẽtibus auſtris
Aeoliam uenit: hic uaſto rex æolus antro
Luctantes uentos tempeſtateſque ſonoras
Imperio premit: ac uinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure mõtis
Circũ clauſtra fremũt: celſã ſedet æolus arce.
Sceptra tenẽs: mollitq; aĩmos: & tẽperat iras
Ni faciat: maria ac terras cælumq; ꝓfundum
Quippe ferãt rapidi ſecum: uerrantq; p auras:
Sed pater oĩpotẽs ſpelũcis abdidit atris
Hoc metuens: molemq; & montes iſup altos
Impoſuit. regemque dedit qui fœdere certo
Et premere: & laxas ſciret dare iuſſus habẽas.
Ad quem tum iuno ſupplex his uocibus uſa ẽ
Aeole namq; tibi diuũ pater atq; hominũ rex

SERVI. Loca fœta: Nunc plena: ut alio loco: Fœta armis. Sciendum eſt autem dici fœtam & grauidam & partu liberatam: ut Fecerat & uiridi fœtam mauortis in antro. Enixam autem eam fuiſſe lac qđ pueris præbebatur oſtendit: Item fœtam in illo loco grauidã oſtendit: Nõ inſueta grauis tẽtabunt pabula fœtas. Ergo qa fœta medius ſermo eſt. Bene hoc loco epitheto diſcernit dicens grauis fœtas ut bonum facinus & malum facinus dicimus & bonum uenenũ & malum uenenũ. Auſtris: figura ẽ celebrata apud Virgili. ut eſt ſpecies pro genere. Legerat apud Enni: furentibus uentis: Sed quaſi aſperum fugit: & poſuit auſtris pro uentis. Aeoliam uenit: nouem inſulæ quæ ſunt poſt fretum ſiciliæ appellantur æoliæ ab æolo rege hippotæ filio licet & habeant propria nomina. Vnde Virgili. ait Aeoliam liparim: Poetæ quidem fingunt hunc eſſe regem uentorum. Sed ut Varro dixit. Rex fuit iſularum ex quarum nebulis & fumo uulcaniæ inſulæ prædicens futura flabra uentorum ab imperitis uiſus eſt uẽtos ſua poteſtate retinere. Hic: illic: ut ſuperius: Hic currus fuit. Vaſto antro: Phyſica ratione hoc fingit poeta. Naturale enim eſt ut loca concaua plena ſint uentis. Luctantes: elaborantes egredi. Sonoras: graui ſonans: & eſt tempeſtatis epitheton. Ordo autem talis eſt: Aeolus luctantes uentos & tempeſtates ſonoras uaſto antro præmit. Ac uinclis & carcere frenat: Tranſlatio: eſt per poeticam licentiam facta. Carcere: carcer eſt undecunque prohibemur exire dictus quaſi arcer ab arcendo. Locum autem in quo ſeruantur noxii carcerem dicimus numero tantum ſingulari: Vnde uero erumpunt quadrigæ: carceres dicimus numero tantum plurali. Licet plerunq; uſurpet poeta: ut eſt Ruuntque effuſi carcere currus. Illi indignantes: Hic aperte oſtendit quid ſit luctantes. Magno cum murmure montis: non circum montis clauſtra ſed cum magno montis murmure fremebant ſic fremebant: ut etiã antra poſſent ſonare. Celſa arce: Secũdum qđ ſuperius diximus. Venti. n. melius deprehendunt ex alto. Sedet: non ociatur: ſed curat. Apud antiquos. n. ſedet conſiderat ſignificabat: ut alio loco ait Turnus ſecreta ualle ſedebat. Mollitq; animos: ideſt uentos απολων ανετων: ut alibi. Quantum ignes animæq; ualent: Et Horatius. Impellunt animæ lintea thraciæ. Mollit ãt ideo dixit ut p trãſitũ oſtẽderet uitia naturæ nulla ratiõe mutari. Sed mitigari aliquatẽus poſſe. Maria ac terras cælũq; ꝓfundũ: At qui quatuor elemẽta ſunt terra: mare: aer: æther. Sed hoc loco rite ꝑtermiſit ætherem: qa uenti nõ turbãt ſuperiora ut ait Lucanus. Pacẽ ſumma tenent: Sed aut terras: aut maria: aut aerẽ. Nam cælũ hoc loco ꝓ aere poſuit: ut Lucretius: in hoc cælo q dicit aer. Ferant: ideſt auferant: & eſt aphæreſis. Rapidi: ueloces ut ſupra. Verrantq;: Verrere eſt trahere a rete quod uerriculum dicitur. Eſt aũt principalitas uerbi uerro uerris præteritum uerſi unde fit participium uerſus. Hinc alibi: Et uerſa puluis inſcribitur haſta ideſt tracta. Hoc metuens: Timens ergo Iuppiter timet non ſibi ſed elementis: ne turbentur eruptione uentorum: ut ſi dicas bellorum tempore uirũ fortem timere: non ſibi ſed liberis ſuis. Molemque & montis: ideſt molem montis & eſt figura ut una res in duas diuidat metri cauſa interpoſita coniunctiõe ut alibi: pateris libamus & auro: ideſt pateris aureis. Fœdere: Modo lege alias pace quæ fit inter dimicantes. Fœdus autem dictum: uel a fecialibus ideſt ſacerdotibus per quos fiunt fœdera: uel a porca fœde lacerta: ideſt lapidibus Cæſa: ut ipſe alibi: Et cæſa iungebat Fœdera porca. Et præmere & laxas ſciret dare iuſſus habẽas: Permanſit i trãſlatione. Iuſſus autem ob hoc poſuit qa ſuo nihil facit imperio. Nam tolle hoc & maior eſt omnibus diis. Si ad eius uoluntatem poſſint elementa

confundi:ut ipſæ æolus Mihi iuſſa capeſcere fas eſt.Simul & uentoꝝ oſtendiť uis.Quibus paꝝ fuerat mon
tem ſuperpōi:niſi & regē acciperēt.qui ipſe quoq; alieno pareret impio. Ad quē:ꝑ apud quē:ut ſupra. Aeo
læ:rhetoricū eſt i omni petitiōe hoc obſeruare:ut poſſit pſtari quod petiť.i.ut ſit poſſibilitas & ſit res iuſta:ut
habeat modū petitio:ut ſequať remuneratio.Et ſciēdum ſecundum hunc ordinē oēs petitiōes formate.Vir
gili.ut i hoc loco poſſibilitas eſt.Et mulcere dedit fluctus & tollere uento:iuſta petitio eſt.Gēs inimica mihi:
Omne.n.quod cōtra inimicos petimus:iuſtum eſt.Modus ē petitiōis.Et diſiice corpora pōto.Remuneratio.
Sunt mihi: bis ſeptē.Ordo eſt.Aeolæ icute ui uentis & ē figura parēthēſis:inter parēthēſim & eclypſim hoc i
tereſt:quia parēthēſis ē quotiēs remota de medio ſentētia itegeŕ ſermo pdurat.Plenū nāq; eſt.Aeole īcute ui
uentis.Itē æneas rapidū ad naues præmittit achatem.Ecclypſis autem eſt quotiens remotis interpoſitis deeſt
aliquid:ut Quos ego deeſt.n.affligam. Diuum pater atq; hominum rex:Peryphraſis eſt ideſt circūlocutio.

DONA. Nimborum in patriam:Hēc rationem perſonæ nō reginæ:ſed iratæ quæ occaſionē nolit omit
tere loci & temporis.Nam ſi rationem reginæ haberet:mitteret aliquem qui Aeolo iuberet.Sed quia manda
ta:niſi ipſa adeſſet:poterant aut negligentius agi aut differri:& ſic preteriret nocēdi occaſio:omiſit perſonam
reginæ:Et ſic monet poeta per nos ipſos agendum:quod rectius curari uolumus:& inferiori perſonæ exhibē
dum honorem:ſi illa indigemus.Nam gratatur ſibi a potiore eſſe delatum:Cætera ſignificant uētos cauis ter
ræ oriri. Supplex:Non quia ſupplicantis uerba ſit locuta:ſed quia uenit. Aeole:omnia in hac oratiōe ſatia
ta ſunt ſummo artificio.Incipit a nomine:quod nec iunonem humilem facit:& æolo gratum eſt.Oſtendit.n.
ſe illi beniuolam cum norit nomen.Et ipſe lætatur ſe potiori notum:perindeq; acceptum atq; carum. Ergo
captat beniuolentiam iuno:Facit item attentum.Cum idem coniicit æolus officium ſuum iunoni eſſe neceſ
ſariū:cū ſubtiliter itellexiſſet hēre i uētos pleniſſimā poteſtatē. Diuum pr:ne arrogantem faceret iunonem:
ſi dixiſſet maritus & frater:ut ſupra cū locuta ē ſecū:ergo hic ſatius fuit id itelligi poſſe q̄ dici:ne āt plixior eēt
futura oro:ipa occulte ſibi ꝓpōit q̄ excuſatiōis cauſa potuiſſet æolus opponere:& illis reſpōdet ne ulterius ac
cedi poſſit:& ne negaret æolus uētos eē i poteſtate ſui ꝓuēit oſtēdēs plenā illū a ioue in eos habere poteſtatē.

Aeoliæ inſulæ CHRI. Aeoliā:Aeoliæ inter ſiciliā & italiā iſulæ ſunt.Hæ i cōmētariis Seruii nouē eē dicūť.In quo nume
ro librarioꝝ errorē eē putāt.Nā Pli.atq; Stra.optimi geographi ſeptē ponūt:Has græci a Vulcāo q ab illis ηφαι
στος uocať ephestiades dicūt.Latini ab eodē deo uulcāia nominā .Noīa ſingulaꝝ etiā extant.Nā prima dicta
ē Lipara a Liparo Auſonii filio:q italia a fratribus pulſus illuc uēit eius filiā æolus uxorē duxit:& regno ſucceſ
ſit.Lipara olim lōgina noīata eſt. Hiera ſecūda ē olim theraſia dicta.Collē habet nocturnas euomētē flāmas.
Tercia.Strongyle apprime ignita ſi futurus eſt auſter:caliginē euomit:ſi Zephyrus:fumū mixtū igni.Quarta
Dydime.Quinta Ericuſſa.Sexta Phenicuſa.Septima Euonymos.Ptolomeus circa ſiciliam ponit has inſulas:
Dydime.icene:Ericodes:Phœnicodes:Vulcāi iſula Lipara:euōymos:ſtrōgyle:uſtica:oſteodes:phorbātia:ægu
ſa hierapaconia æoli iſula. Auſtris:uentis ſpēs ꝓ genere poniť.Eſt āt uentus ut placet Ari.in meteoris:uapor
ſiccus a terra reſolutus cū aliqua uirtute cæleſti cōpoſitus. Auerro.ait uentū uaporē eſſe frigidū & ſiccū ex ter

Vētus ris & aqs per calorē reſolutum:q aerē uehemēter īpellit.Dictus eſt aūt uētus a ueniendo:quia non ſtat ſed ue
nit.Vel a uehementia q̄ in illo eſt q̄ terrā ac cælū cōturbat:maria cocitat.Sūt aūt q̄ttuor uenti a quattuor mū
di partibus:Sed ſinguli i ternos diuidunť.Ergo ab oriente eqnoctiali ſubſolanus ē.Sed ad ſeptentrionē habet
uulturnū a uoluendis nubibus dictū.Ad meridiē euꝝ ſic dictū qa late flat.Hi ſunt calidi & ſicci.quia ſub ſole
diu morant:& ut placet Auerroi i ortu diei ſunt ſalubres:quia uēiūt ab aere tēperato.Hinc flumina ad orien
tē labentia ſalubriora ſunt:qa orientaliū uentoꝝ occurſu & ſolis orientalis reuerberatu purganť & lēuiores ſi
unt.Ab ocaſu æquinoctiali fauōius eſt dictus:q̄d foueat q̄ naſcunť.Huic circius eſt ad ſeptentrionē:zephyrus
ad auſtꝝ.Sūt iſti tēpate frigidi & humidi:qa ſol paruā facit morā i occidēte ꝓpeaq; nec multū calefacit illos nec
multū deſiccat.In fine diei ſalubres ſunt:qa a ſole tunc ſubtiliores redduť.A meridie auſter eſt dictus: quod
auriat aquas.Huic ad orientem notus eſt:q græce ſic diciť ab humore.Africus ad occidētē:calidi humidiq; nu
bes pluuiaſq; inducunt.Aerem dēſum.Fulmineūq; reddūt.Citāt tēpeſtates marinas.Impediūt uirtutes aiales
& grauitatem corpori afferūt.Ait.n.Hippo.q grauant auditū & caput:Humores diſſoluunt: & ad exteriora
trahūt:ſenſus grauitatē faciunt.bilē corrumpūt:& i recidiuā morbos trahūt.Aperiūt tamē poros terræ & ger
mina ꝓducūt:a ſeptētriōe boreas ē.Huic ad oriētē aqlo ſurgit.Ad occaſum chorus.Hi uēti frigidi ſunt & ſic
ci Vnde corpora idurāt:poros cōſtrigūt:humores purificāt:Spiritus ſubtiliores reddūt.Vi decoquēdi & reti
nēdi corroborāt.Maſculos teſte Ari.ꝓducūt quēadmodū auſtri fœminas.Nec me fugit priſcos q̄ttuor dūta
xat uentos a quattuor mūdi partibus flātes noiaſſe.Vnđ plures nō meminit Home.Deide additos fuiſſe ſin
gulis ſingulos ut eſſent octo.Poſtremo alios quattuor ut ſint.xii.Præterea idē uēti diuerſis noibus uocāť.Nā
euꝝ uulturnū appellant:& ſubſolanū emphelioté.Africū Lybi nomināt.Poetice tamē ipſi uēti Aſtræi & Au
roræ filii dicunť:qa iunōe pp natū Epaphū:ut ait Lactā.concitati a ioue repſſi ſunt.Teodontius ait illos a fu
riis cōmotos:ſed a ioue hortatu lingui cælo pulſos:& cū omnia i diuerſa traherēt a ioue æolo ſubiectos fuiſ
ſe Aeolus. Aeolo Hellenis deucaliōis frater.Mimas filius fuit.Ex hoc & Menalipa natus eſt hippotes.Hic
aliū Aeolum genuit:q arnē ſuſcepit ex qua Neptūnus boetum genuit:Veꝝ pater illā ex Neptūno grauidā nō
credens:hoſpiti metapōtio adducēda tradidit.At illa æolū & boetū peperit:quos metapūtius eſt oraculo adō
ptauit:ipſi āt uiri facti metaponti tyrannidē occuparunt:Metapontiiq; uxorem Autolidē:quia arnæ matrē

Aeolus rum aduerſabať interemerunt:Quod cū ægre ferret Metapontius:ſumpta arna matre abierunt:& æolus qui
ad eas inſulas tyrrhēi maris:quas a ſe æolias nominauit emigrauit.Hæc Diodo. Alii ſcribūt hūc æolum regē
uentoꝝ fuiſſe fi.iouis ex Sergeſta hippote Troiāi filii:& habuit ſecūdū Home.vi.filios totidemq; filias quas
matrimonio illis copulauit.Hoc itcrpretanť:qa.xii.uenti ſunt quoꝝ ſex terrā diſponūt ut uires ſuas emittat

& ſex illam ad ſuſcipiendā præparāt. Tēperat: non penitus tollit q̄ naturalia ſunt. Cice. ad Qu. fratrem: Neq; ego hoc cōtendo qđ fortaſſe tū in oī natura: tum in nr̄a ætate difficile eſt mutare aīum: & ſi qđ ē penitus inſitum ſubito euellere. Atris: obſcuris. Laxas: remiſſas: per .x. ſcribit. Laſſus autem defeſſus: Sed lapſus a labor laberis eſt. Habenas: Lora ſunt frēo alligata quæ manibus habemus ut equum regamus. Ergo ab habendo.

Et mulcere dedit fluctus: & tollere uento
Gens inimica mihi tyrrhenū nauigat æquor
Ilium in italiam portans: uictoſque penates.
Incute uim uentis: ſubmerſaſq; obrue puppes
Aut age diuerſas: & diſiice corpora ponto.
Sūt mihi bis ſeptē præſtāti corpor nymphæ
Quarū quæ forma pulcherrima deiopeiam
Connubio iungā ſtabili: propriamq; dicabo.
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contra: tuus o regina quid optes
Explorare labor: mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

SER. Et mulcere .d. Alteꝝ ex altero pēdet: Nā q mulcere ualet: ualet & erigere. Gens: potes ad nationē Troianoꝝ & familiā æneæ referre: Nā utrunq; ſignificat. Tyrrhenū: uel qa Tyrrheniā .i. Tuſciā abluit: uel a nautis. Tyrrhēis q ī hoc mare ſe p̄cipites ddērūt: Hi. n. bacchū ī littore dormiētē ī nauem ſubſtulerūt: Mox illi exp̄gefacto & quo nauigarēt īterroganti reſpōderūt quo uellet. At ille naxū tendite inqt. Veꝝ cū alio uela tenderēt iratus tygrides ſibi ſacras coꝝ uiſibus obiecit: qbus p̄terrefacti ſeſe ī mare præcipitarūt. Aequor .i. p æquor græca locutio: ſic alibi. Terram mare ſydera uiro .i. p ſydera. Cum aūt tyrrhenū dixit oſtēdit iā illos italiæ uicios eē. Iliū: iuidioſe q̄ſi ipam urbē aſpexerit cū troianos aſpicit. Victos: ergo quos cōtēnas. Incute: ilice: & uētis erit datiui cāus: uel icute .i. fac uētis .i. cū uētis. Submerſaſq; .o. p. ordo ē cōfuſus. Ante. n. ut obruant deīde mergant. Corpa: non uiroꝝ ſolū ſed nauiū: Alibi de nauibus: Et toto deſcēdit corpore peſtis. Eſt āt ex arte ut minora cupiēs maiora poſcat. Ergo cū ſciat nō poſſe obſtare fatis: uult arcere ab Italia. Bis ſeptē: iure habet nymphas ī poteſtate iuno. Aer. n. ē de quo nubes creant: Vnde atq; in nubes cogit aer: & ex nubibus aquæ q̄ nymphæ ſunt. Pollicetur autē nymphas æolo: qa uētorū rex eſt: per motū ac creant. Bene ergo illi iungit origo uētoꝝ. Notāt aūt critici Virgi. qui marito iūgit uxorem: Sed excuſat regum licētia: Nā ait Salu. Denas aliis alii plures habēt. Sed reges eo amplius. Præſtāti .c. Laudat cæteras ut maior appareat ī Deiopeia pulchritudo: cū ſuper laudatas: Sic alibi laudat Turnū uictū ad gloriā uictoris æneæ: Harum aūt nomina ī Geor. inueniunt. Connubio .i. ius legitimi matrimonii ergo connubio: ut ab aliis ſeparetur: q̄ a regibus ſine lege habentur ipſi. n. inter plures unidant p̄cipue nomen uxoris: in connubio nu ſyllabā corripuit p ſiſtolē: cum ī nubo unde ē p̄ducat. Alibi uero legē ſecutus dixit Pyrrhi cōnubia ſeruas. Item Cuiq; loci leges dedimus cōnubia nr̄a reppulit. Sciendum tamē q; ī cōpoſitiōe uel deriuatione pricipalitatis ī terdū natura corripiunt. Ergo p cōnubiū legitimā oſtēdit: Cū ait ſtabili diuturnā cōcordiā: & q̄ diuortio caream p̄mittit. Propriam: remouet adulterii ſuſpicionē. Dicabo: Obſequētē futurā demōſtrat. Nam dicatus deo ſacerdos illi obſequens ē. Meritis: p̄ſtitis ſic alibi. Nec te regia negabo promeritam. Alteꝝ. n. ē ex altero. Meritum. n. ex p̄ſtātis beneficio manat. Pulchra: poſitus ē per figuram ſeptimus caſus p̄ genitiuo .i. pulchræ plis. Nec dixit p̄pter Canacē & Macareum turpiſſimos iter ſe fratres: nā illi alterius æoli fi. fuerunt. Aeolus hæc .c. dixit. Regina: inferior maiorē non p̄prio ſed dignitatis nomine appellat. Contra uero ſuperior. Niſi iræ aut indignationis cauſa ut in .xii. Ruitq; implorans nomine turnum. Et de Euriſtæo: Et te crudelē nomine dicit. Explorare: tuum eſt deliberare quæ uelis mihi eſt fas obſequi. Eſt fas: liptotes eſt. Nam minus dicit q̄ intelligit: ergo fas eſt capeſcere .i. nefas eſſet non capeſcere: ſic alibi Munera nec ſperno .i. libenter accipio.

DONA. Gens ini. Hic nō noīauit æneā ne reſpōderet æolus nō audeo ī nepotē iouis a quo imperium ſūpſi. Speciale igit ſubtraxit generale poſuit. Inimica: nō dicit ſe genti inimicā ſed gētem ſibi q̄ſi īferiores potiores prouocēt: q. res etiā æolo īdignationem moueat ut iunoni auxiliaretur. Mihi .q. d. regiæ & iouis ſorori & cōiugi qđ ne arrogās uideret ſubtraxit. Thyrrenum: qđ & facilius cōcitat & italiæ uicinus ē. Ilium .q. d. oēs opes ſuas ſi amiſiſſet nō eſſet facultas recuperandi. Ne aūt excuſaret æolus deorum cauſā addidit. Victoſq; penates: Nā q̄uis dii ſint tamē: qa uicti cōtemnēdi. Incute ui uētis: exp̄ſſit pathos pp qđ nō explicat rē ordīe. Dixit ergo q̄ cupiebat ſed pp ptu̇rbationē ſine ordīe: q erat. Incute .u. u. ſ. q; o. p. & diſiice corpa pōto: qđ neceſſe erat fieri nauibus ſubmerſis. Deinde pōere Aut age diuerſas. Vt ſi nō poſſit prouenire primum proueniat ſecūdum: quoniā ſpſī nec qcq̄ audere: nec ad italiā peruenire poterāt. Sunt .m. addit munus ut explicet ardor cupiditatis eius. Et ex obliquo pulſat ueneris munus ī paridem q̄ dedit mulierem q̄ nō erat in p̄tāte ſua Vnde cōtra iuno dicit. Sūt .m. nec poterat Helēa eſſe p̄pria uxor nec inde creari legitima ſoboles: Ergo acute dixit. Sūt .m. Et cōnu. iūgā ſta. p. q. d. o. u. t. m. p. t. a. Ex. &. p. f. t. p. p. q̄rum rerum nulla fuit ī Helena: nō enim erat Veneris ergo nō potuit dare ſtabilē: nec legitime collocare. Faciat te p̄le. p. nā ex legitimo & ſtabili cōnubio hæc p̄les erat ſpanda. Extollit ēt munus primum a numero bis ſeptē: deidea q̄litate p̄ſtāti corpe: oēs pulchræ ſunt: qđ difficile ē: ipſa āt oium pulcherrima: in Paride āt nō erat talia: qa ex adulterio non pōt dici pater nec legitima ē p̄les: ergo nō pulchra. Nā pulchritudinē hāc nō in corpe pōit ſed in hōeſtate natalium: ſic alibi. Naſcet pulchra troiāus origine Cæſar. Oſtēdit āt poeta debere nos dare ea q̄ magna ſunt apud nos: ut uoto potiamur. Aeolus hæc .c. nō contra uoluntatē iunonis: ſed cōtra uerba: nō. n. ad p̄mia reſpōdet: nec uideatur moueri libidine ut Paris. Reddit beniuolā cum dicit diſcernēdo officia Tuū eſt iubere: Meū cōplere iuſſa. Fas eſt: licebit facere etiā ſi illicita iuſſeris: Reſpondet cōtra ueluti ſi dicat: etiā ſi uicti non ſint penates licebit facere: Nam cum q poteſtatē habet iubet illicita fiunt licita inferiori. Vel dixit cōtra quia iuno dixit illum habere

imperiũ a ioue hic reſpõdet habere ab ipſa iunõe:& ut uideat memor beneficioꝝ addit. Tu ſceptra iouemq;.

CHRI. Gens:ita ad nationem refertur:ut etiam in brutis dicamus gẽtem. Vnde alibi de apibus. Cum gẽtis adultos educunt fœtus:imitatus Home. qui de muſis gentes dixit:ut illud μυαωη εοιϰαπολλα. Tyrrhenum.n.æ. Figurata locutio:ut oſtendit Quin. Dicimus.n. nauigo i æquore:ẽ aũt hæc oĩo æoli & ſuperior iunonis i genere deliberatiuo. Cuius finis eſt utilitas. Quæ habet honeſtũ & tutũ.i.utile & i eo quærit qd facile fieri poteſt. Captat igitur beniuolentiam iuno a nomie proprie qa illo oſtendit notam familiaritatem. Item ex eo q extollit illius imperium. atq; ex eadem re captat attentionẽ:qa non niſi propter aliqd magnum id memorare uidet. Præterea id facile fieri i poſſe qd petit. Eſſe utile ſibi propter pmium qd ꝓponit. Eſt honeſtum: qa ulciſcat inimicitias tantæ deæ. Obſeruat aũt hoc Maro ut anteq̃ petitionẽ ponat:id facile & honeſtũ oſtendat. Erat igitur ordo. Aeole icute uim uentis. Sed interpoſuit facilitatem dicens. Namq; ti.d.p.a.h.r. Item honeſtatem cum addit. Gens.i.m.t.n.æ. Ilium.q.d. Sacra & profana ita i italiam trãſfert. Vt itegram ciuitatem

Pẽates reſtauraturus ſit. Penates:De his diis uaria apud antiquos opinio fuit. Nam Nigidi. requirit an ſint Troianorũ.ſ. Apollo & Neptũnus q mœnia illis edificarũt:& nõ in italiã eos æneas uexerit. idẽ affirmat Corne. Labeo. Hanc opi. tangit poeta ibi:Tauꝝ neptunno:taurum tibi pulcher apollo. Var. autem refert penates. Dardanũ ex ſamothracia in phrygiam:ex phrygia uero in italiam æneam portaſſe. Sed cum eos qui ſint nõ dicat: ſunt qui affirment penates eſſe p quos penitus ſpiramus:p quos hẽmus corpus:per quos rõnem animi Erit ergo medius æther.i. Iuppiter & ſupmus.i. Minerua & imus aer cum terra.i. iuno. Huius indicium eſt q Tarquinus priſcus ſamothracũ ſacris imbutus hæc tria numina ſub eodẽ tecto temploq; poſuit:Caſſius Emia dicit hos eſſe quos appellãt magnos:Vnde poeta alibi cũ ſociis natoq; penatibus & magnis diis. Higi. addit eos eſſe deos pñios:hic poeta:Patriiq; penates. Incute uim:iſer ui:& recte incute:Nã uis uentoꝝ eſt ipſa incuſſio & cõmotio. Bis ſeptẽ:De his meminit i Geor. ut multi putant. Sed nos in noſtris diſputationibus in quibus allegoricũ ſenſum huius poetæ expſſimus: hunc locũ phyſice interptati ſumus:nã phœbi auroræq; filias.xiiii.

Nymphæ Iris fuiſſe dicũt:eaſq; iunoni nymphas attributas:iuno aer eſt. Aeri aũt ſeptem attribuunt: ſeptẽ itidẽ gignunt q oĩa ſolis opa dũ in nr̃o hemiſpio eſt ꝑueniunt. Eſt igit aeris ut leuis ſit:ut mobilis:ut calidus ut hũidus:ſerenus quoq; taciturnus:ſpirabilis. Iſta ergo ſeptẽ aeri attribuũt. In aere ãt gignũt i primis iris:cui tres adſũt miniſtræ pluuia:grãdo:nix:in hac cõtingit ut nubes ſoli opponunt ſed nubiũ corpus ita eſt ut alia ſui parte denſum:alia denſius:alia dẽſiſſimum ſit a prima ſubrubens a ſecunda ceruleus a tertia niger eſt color. Contra uerõ partes quæ in eo puræ ſunt croceum:quæ priores uiridem:quæ puriſſimæ albũ ꝑducũt:Hæc ergo prima ex aliis ſeptẽ nympha eſt:poſt eã python cometa. Fulmen exhalatio tonitruũ ac terræmotus. Veꝝ hæc ut dixi in noſtris chamaldulenſibus diſputationibus latius inuenies. Explorare:Vide i Georgi. Explorat robora fumo. Capeſcere:proprie eſt ſuſcipere:ut tueris aut perficias. Saluſt. Expergiſcimini & capeſcite rẽpublicã.

Tu mihi qdcũq; hoc regni: tu ſceptra iouẽq;
Concilias:tu das epulis accumbere diuum:
Nimborumq; facis: tempeſtatumq; potentẽ.
Hæc ubi dicta:cauũ conuerſa cuſpide mõtẽ
Impulit in latus:ac uenti uelut agmine facto
Qua data porta ruũt:& terras turbine pflãt:
Incubuere mari:totumq; a ſedibus imis
Vna eurusq; notuſq; ruũt:creberq; procellis
Aphricus:& uaſtos uoluũt ad littora fluctus.
Inſequitur clamorq; uirum:ſtridorq; rudẽtũ:
Eripiunt ſubito nubes:cælumque diemque
Teucrorũ ex oculis ponto nox incubat atra.
Intõuere poli:& crebris micat ignibus æther
Præſentẽque uiris intentant omnia mortem.
Extemplo æneæ ſoluuntur frigore membra
Ingemit.& duplices tẽdẽs ad ſydera palmas:
Talia uoce refert.o terque quaterque beati
Quis ãte ora patrũ troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.o danaum fortiſſime gẽtis

SER. Tu mihi quodcũq;:phyſice exprimit motũ aeris.i. Iunonis uẽtos creare. Quodcunq;:Vel ut uitet arrogãtiam ſua extenuat. Vel latenter iocat poeta Quis.n. poſſet uẽtos rẽ inanẽ tenere. Iouẽ concilias: Hyſterõ ꝓterõ in iſenſu. Nã non iuppiter ſibi:ſed ipe Ioui qa ſupior ẽ cõciliat. Cõciliamur aũt nouis: Recõciliamur antiqs. Epulis:tu me deũ facis:nã & dearũ cõnubio & deoꝝ cõuiuio dii efficiunt. Vnde i Buco. Nec deus hũc mẽſa: dea nec dignata cubili eſt. In latus.q.d. in rem quæ facili cedat ictui:Sic alibi:in latus inq; feri curuã cõpagibus aluum. Agmine:ĩpetu: ut illi agmĩe facto laocoõta petũt:uel multitudĩe:ut Vocat agmia ſæua ſoroꝝ:qui & exercitũ icedẽtẽ agmẽ uocamus. Porta:oĩs exitus eſt: dicta qua importari uel exportari aliquid põt. Eurus; quattuor cardinales uentos ponit nũc tres:paulopoſt quartum qui aqlo eſt. Procella:hæc uis uẽtoꝝ ẽ cũ pluuia q oĩa percellat. Inſequit.ſ.ꝓcedentẽ uentoꝝ ſonũ:quẽ etiã clamorẽ poſſumus appellare. Stridor:q ꝓprie in funibus dicit. Teucroꝝ ex.o. qa nunq̃ totũ cælũ nubibus oppleť:Sed qua uẽti flant. Diẽ:ad uidẽnũ oculos retulit nõ ad naturã. Nox:dicit qa oculis noceat. Incubat quia alienũ tẽpus inuaſit:incubare.n. eſt p uim aliena detinere. Poli:extremæ partes cæli. Aether: pro aere poſuit:in quo nubes & fulmina creant. Poeta autem ſæpe iſta duo confundit. Intentant: minantur. Extemplo:ſtatim. Nam templum ẽ locus quẽ augures in aere ſignant:quo facto illico capiunt auguria. Aeneæ:ſeruat propoſitũ ut ultimum æneam tertium ponat. Frigore.i. timore:& eſt mutua tranſlatio. Contra Teren. Vxorẽ tuam pauitare aiũt.i. frigeſcere. Vtrunq;.n. in unum exitum cadit ut de calore & frigore urere dicimus. Vt aũt boreæ penetrabile frigus adurat. Ingemit:Non propter mortem ſed propter mortis genus. Nã ſecũdum Home. graue ẽ pire naufragio.

Nam aīa ignea extīgui uidet̄. Vt igneus ē ollis uigor. Duplices: duas antiq. n. duplices & binos duos dicebāt. Terq; quaterq;.i. ſepius Finitus. n. numerus eſt ꝑ īfinito. Quis: & qbus ī datiuo eſt. Ná ab eo qd ē q in bus mittit: & ab eo qd eſt a quo ī is: Sed a tertia declinatiōe in uſu ſunt datiui & ablatiui plurales: licet antiq oibus uſi ſint caſibus. Cato ī originibus. Ques ſunt po. ro. Dixit. n. ques quīu: ut puppes puppiū. Altis: pp pgama q altiſſima fuerūt. Ex qbus teſte Aeſchilo oia alta ædificia pgama uocāt. Oppetere: ore terrá petere.i. mori: er/go dicius oppetit & morté oppetit: ut expirat & aiam expirat. Gétis: Atq ſuplatiuū exigit pluralé: Sed gens collectiuū nomé pluralitaté cōtinet. Sic Saluſt. romái generis diſertiſſimus: ſed qre fortiſſimū dixit cū terti/us ſit poſt Achillé & Aiacé. Ergo fortiſſimū qa Veneré uulneraui & Marté: Vel ad genus referas. Ná Achilles theſſalus fuit: Aiax grecus: Diomeđs danaus. Alii ad excuſationé æneæ dictū uolūt: ná ipe ab eo uulneratus ē.

DONA. Tu. m. qd uult eſſe iunonis q iuno illū a ioue accepiſſe memorauit. Das ep. ſupius beneficium humanitatis accumulatur: ſi conuiuium cum potiore miſceatur. Tertio ſi cum potioribus plurimis quarto ſi inferior perſona non ſedat: ut fieri ſolet: ſed accumbat: Poſuit in fine hoc qd deſideras tuum eſt. Perſonarū igitur in utraq; oratione rationé habuit: ſcilicet iunonis: æoli: troianorum: penatium uictorum: Veneris Helenæ Paridis & Deiopeieæ. Item loci propter mobilitatem tyrrheni maris & proximitatem italiæ. Item temporis: nam & iuno breuiter orauit: & æolus breuis reſpōdit ne longitudine tempus nocendi ſubtraheret̄. Hæc ubi: Poſt utriuſq; orationem: cœpit æolus iuſſa complere. Emiſit plurimos ac contrarios uentos: ut confin/gendis inter ſe fluctibus regendis nauibus conſilium non ſuppeteret: & deficiéte īduſtria facilius mergeret̄ & merſis nauibus corpora diiicerent̄: & ut cōpleret̄ iuſſa iunōis acceſſit ad uiolétiá maris aliorꝫ quoꝝ elemé torꝫ pturbatio ná nox eripuit cælū ac lucé: ut eét eadé facies maris & terræ: ne cōtra mala cōſiliū ſuſcipi poſſet ne ſcirét gubernatores ī quā ptē niterent̄. Mittebāt̄ tōitrua & fulgura: ut multiplici metu Troiāi deſpantes nihil aliud q morté expectarét. Extéplo æneæ: exprimit qle & aīmi & corpis ſéſerit pathos. Frigore: nō ꝑ ti morē poſuit: ná đrogaret̄ eius uirtuti: ergo frigus dixit ꝑprie q oriebat̄ nō ex caſu euidétiſſimæ mortis ſed ex toto aduerſis q corpis caloré extixerūt: qa cruciabat̄ aius uiri fortis q maluiſſet glorioſius ī cápo occūber̄ q igno biliter ī fluctibus īterire. O terq;. q. i. multifariá. Quis ante. o. de polyte ex iis q ī. ii. dicūt̄ itelligemus: qui ce de Pyrrhi ī cōſpectu patris occubuit. Altis. q. d. ītegra adhuc ciuitate: ipſe enim æneas nō Troiam altam: ſed campos ubi Troia fuit reliquit & in fluctibus periclitaturus eſt. O danaum fortiſſime gentis: Ex illo ad ali/ud raptus eſt: exiſtimans ſe infelicem qui & hunc exitum uitæ ſotiatur: & ignobili morte periturus.

Ariſto.excellentiſſimam uirtutem heroicam uocat:uel ab eo quod eſt αηρ:q̀ poſt mortem nubibus inuolu
ti a ioue hominibus ꝓpoſiti dicātur:uel ab ερασ.i.terra qa eorū bella de imperiis fuerūt. Auguſti.autem hoc
nomen a Iunone dicit tractum.q̃ græce hera dicitur:qui etiam refert filium illi fuiſſe Heroa nūcupatū hoc
myſticum ſignificante fabula q̀ aer Iunoni deputet̄:ubi uolūt cum dæmōibus heroas habitare:quo nomīe
appellāt alicuius meriti animas defunctorum.Item ait alibi gyrū & nymborum ac uentorū cacumina aeras
eſſe animas q̃ animo non oculis cernātur & uocari heroas & genios & lares.Trimegi.auctor eſt heroas habi/
tare iter aeris puriſſimam partem ſupra nos : & terram ubi nullæ ſūt nebulæ. Aceſtes:hic crinitii fluminis
filius fuit ex ægyptæ hippotæ troiani filiæ.

O paſſi grauiora.dabit deus his quoq; finem:
Vos & ſcyllæam rabiem:penituſq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos:uos & cyclopea ſaxa
Experti : reuocate animos mœſtumq; timorē
Mittite:forſā & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per uarios caſus:per tot diſcrimina rerum
Tendimus in latium:ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt:illic fas regna reſurgere troiæ.
Durate:& uos met rebus ſeruate ſecundis.
Talia uoce refert:curiſq; ingentibus æger
Spē uultu ſimulat:premit altū corde dolorē.
Illi ſe prædæ accingunt:dapibuſq; futuris.
Tergora diripiunt coſtis:& uiſcera nudant.

SER. O paſſi grauiora: artificioſe demōſtrat ꝓte
rita grauiora ut præſentia facilius tollerent. His:
ſicut & grauioribus. Scyllæam:exempla pro nego/
cii q̃litate ponenda ſunt. Ergo in marinis periculis
pōit tempeſtatis exempla. Penitus:ualde. Acceſtis:
pro acceſſiſtis:aut ualde ſonantes. aut ualde acceſſiſtis
quia non paſſi ſunt hæc:ſed his fuerunt uicini. Cy/
clopea:aut q̄ cyclops i ulyxem fecit:aut ſiciliam ī qua
cyclopes fuere : Vel ætnam intelligit.Nam ipſe in ter
tio ait noctem illam tecti ſyluis īmania monſtra per
ferimus. Mæſtum:qui meſtus facit: ut mors palli/
da. Mittite:omittite:& eſt aphereſis ut temnite pro
contemnite. Forſan:fortaſſe:fortaſſis:& fors idē ſi/
gnificant. Olim:in futurum. Meminiſſe:& accu/
ſatiuum & genitiuum regit: Nam obliuiſcor quod
illius contrarium eſt idem facit. Iuuabit:anomaliū
uerbum eſt Nam cum prima coniugatio aut in aui
ut amaui : aut in ui ut ſonui hoc facit in ui: ut iuui.

Per uarios caſus: Argumentum a compoſitione. Pars i fruſtra ſecāt:uerubuſq; trementia figūt

Quietas:Nam habuerunt ſedes in Tracia & in Creta:ſed non qetas. Fas i'llic:Ergo alibi neph is.Occurrunt autem cogitationibus ſociorum ne fatigati malis q̄ſcunq; requirerent ſedes.Hoc idē facit in quinto Incenſis nauibus. Durate:duri eſtote. Vos met:παρέλκον Hæ.n.particulæ met piā pte:ut egomet quiſpiam ſuopte: ornatus cā ponūtur: Aduerbia autē ſūt: Nā qcquid ab illis ſeptē partibus receſſerit fit aduerbiū. Voce:pleonaſmos ē.Fit āt quotiēs addūſ ſuperflua : ut alibi uocēq; his auribus auſi.Ter.His oculis egomet uidi. Curis:cura dicta q̄ cor urat. Aeger: & triſtis & male ualēs ſignificat.Aegrotus aut ægrotans male ualēs tantū. Spē:lætitiā.Significaſ āt ab eo quod p̄cedit id quod ſequiſ:hac figura crebro utitur poeta.Lætitia.n.ſpem ſequiſ:& i uultu uidetur.Spes uero nō uideſ.Contra aliquādo ſignificatur id qđ p̄cedit ab eo quod ſequiſ:ut Meritæq; expectēt gloria palmæ.Palmam enim p uirtute poſuit q̄ præmium meretur:& palmam poſt accipit. Prædæ:ad p̄dam. Accingunt:ſtudioſe ſe parant: ſic alibi accingunt operi.Accinctos enim iduſtrios dicimus Hora. Altius ac nos p̄cincti. Contra negligentes diſcinctos uocamus:ut Diſcinctos mulciber afros. Dapibus : ambitioſe de ceruis dixit dapibus. Tergora: tergus tergoris corium:Tergum tergi dorſum. Viſcera:non inteſtina tantum:ſed omnis caro ſub tergore ē. Vnde i albano latinis uiſceratio dabatur ideſt caro.Nominatiuus ē hoc uiſcus Lucre.uiſcus gigni ſanguemq; creari.Sanguem autem dixit:unde fit ſanguinis i genitiuo.Nam a nominatiuo ſanguis fit huius ſanguis. Verubus:Ex iis eſt quæ in ſingulari indeclinabilia ſunt:ut cornu & genu. Trementia:palpitantia.

DONA. Grauiora:ut incommodorum nouitas grauius peruertit: ſic ferendi cōſuetudo quicquid acciderit facilius tolleraт. Dabit de.:ultro reſpondit ſi q̄rerent:quando hæc mala inuenient finem:& poſt comparationem grauat p̄terita:& leuat præſentia:& a generali ad ſpecialem rationem uenit. Scyllæam: in matiſiculo eſt locus horrendis ſaxis obſeſſus:Non autem mulier uſq; ad pubem humani corporis.Inferius uero canibus armata. Acceſtis:Oſtendit fortunæ ſuffragio ex infima ſaxorum parte liberatos. Forſan & hæc:delectabit nos cum ad proſpera uenerimus etiam hæc inter mala enumerare. Olim:tria tempora ſignificat præteritum p̄ſens & futuꝝ. Durate:quando per mala ad bona tranſeundum eſt: ſpe bonorum tolleranda ſunt aduerſa:p̄ſertim ubi ſpōdetur p breuiſſimū tempus ociū ſempiternū. Fata:ergo ꝑ endū ē:nā illis obſiſti non pōt. Illic fas:& euadēdi & puenīēdi ſpē pollicet & aſſerit Italiā ſolā eē q̄ digna ſit i q̄ troiæ iperium reſurgat.

Curiſq; igē.ae.pſuaſoris erat:ut metū diſſimularet cū ſpē pſuadere rētaret:& regis erat afferre cōſolationem utrunq; ergo p̄ſtitit:neq; oportebat illum in ſua cauſa ſine cura eſſe. Illi: oſtendit quid potuerit conſo atio. Nam niſi mœror ſublatus fuiſſet refectionem aliquā non q̄ſiſſent. Tergora diripiūt:diuiditur per officia p curatio epulaꝝ:neq; delitioſæ dapes aut irritamenta gulæ erant iis paranda:qui naufragio & inedia laborauerunt.Tergora:eodem tempore alii detrahebant coria.Alii anteq̄ tota corpora apparerent reſecabant ꝑtes:& ut plenam properationem oſtendat addit. Verubus.t.f.hoc eſt in quibus adhuc aliquid ſpiritus teneretur.

CHRI. O ſocii:oratio eſt i genere deliberatiuo.Suadet.n.eē deponēdū timorē & more ſuo anteq̄ ponat quod petit:interpōit ea quibus illud utile honeſtū & facile eſſe oſtēdatur.Eſt.n.ordo: O ſocii mittite mœſtū timorē oſtendit āt facile fieri poſſe & debere quoniā aſſuetis accidat:& q grauiora paſſi ſint & pollicet deū ut aliis p̄teritis malis:ſit huic p̄ſenti finem daturꝝ.Ponit āt honeſtum & utile hoc ne ſuccūbāt malis: ſed magno aīo patiātur:quoniā ſic aſſecuturi ſint nō modo ſedes:ſed tranquillas ſedes:nec tranquillas ſolum ueꝝ etiā bus cōſtituāt iperiū.Deniq; addit id quod i deliberādo plurimū ualet.ſ.neceſſitatē:quādo fata quibus obſiſti

Socius comes

nō pōt ita uellēt. O ſocii:exæquat ſe illis & ſic captat beniuolētiā.Nā ſocius par dignitate & reliqs rebus ē Comes uero ſequiſ:ut ſi ſeruus non ſit tamē priori par nō extet.Ergo Cice.pro Marcello dixit illū ſociū & comitē:ſociū quidē quia i repu.par ſibi erat comitē āt quia cū nō eſſet ſibi col'ega i cōſulatu i eo nō erat ſocius:ſed ſuffragator. Ignari:proprie pōt poni.Nā qui iam cōſii ſunt maloꝝ ex cōſuetudine iā ſunt in ea ſpecie fortitudinis:de qua dicit Ariſto.Veteranos eē fortiores tyronibus. O paſſi gra.captat beniuolētiā uel a cōmiſeratione:uel quia laudat eoꝝ aiorum robur & ſimul arguit a maiori:nā qui ſunt paſſi grauiora: multomagis patientur minora:& tacite inuit turpe futuꝝ:ſi paſſi grauiora nunc deficiāt.Verum quia potuiſſent obiicere grauia ad certū tps ferri poſſunt ſemp autem nō poſſunt. Addit.Dabit.d.h.q.ſi.hoc probat coniectura reliquorum calamitatum quæ tamē ſinē habuerūt. Animos:uehemētiam animoꝝ quaſi fortitudinē quæ in calamitate occubuerat. Per uarios caſus:duo facit primo oſtēdit nō eſſe refugienda mala p q̄ uenitur ad tātū bonū deide nō eſſe dubitādū de eo bono quod promittūt ſata. Durate: nō hoc dixit niſi poſtq̄ oſtenderat quare eēnt tollerādæ. Rebus ſecūdis:q̄ſi i dubitate oſtēdat euaſiōem. Aeger:magna ſapiētia:qui poterat uim aſferre perturbatiōibus:& ita coercere ne apparerent. Spem:quomodo pro lætitia poniſ q̄ eſt de p̄ſenti bono qđ nullū hic ē ergo i ꝓpria ſignificatiōe dixit ſpē q̄ ita uultu dmōſtrari poterat:ut lætitia.Nā utraq; res hilaritatē hēt.Veꝝ de ſpe ac reliquis animoꝝ motibus alio i loco diſtictius diceſ. Dapibus ſu.ex affectu illorū loquitur q i tāta ægeſtate uilia p̄tioſiſſima putabāt ut illud Poſt aliqout mea regna uidens mirabor ariſtas.

SER. Ahena : quibus lauabant carnes non elixabant.Nam heroicis temporibus nō ueſcebantur elixis.Antiqui ahenam ſic aſpirabant. Victu:cibo.Inde conuictor. Horatius Non quia ſim tibi Mecœnas conuictor. Fuſi:diſcumbentes. Alias autem fugati: & occiſi. Veteris .b. huic uerbo & genitiuum damus. Cicero Squaloris plenus ac pulueris:& Teren. Plenus rimarum ſum:& ablatiuo Iuue. Lectica ma

Littore ahena locant alii: flāmaſq; miniſtrāt
Tum uictu reuocant uires:fuſiq; per herbā
Implentur ueteris bacchi pinguiſq; ferinæ.
Poſtq̄ exempta fames epulis:mēſæq; remotæ
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt

Spemq; metuq; inter dubii:ſeu uiuere credāt:
Siue extrema pati:nec iam exaudire uocatos:
Precipue pius æneas:nunc acris oronti
Nunc amyci caſum gemit:& crudelia ſecū
Fata lyci:fortemq; gyan:fortem q; cloantum.
Et iam finis erat:cū iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare ueliuolum: terraſq; iacentes
Littoraq; & latos populos:ſic uertice cæli
Conſtitit:& libyæ defixit lumina regnis.

tonis Plena ipſo. Ferinæ:feræ dicūtur uel qd' omni corpore ferantur uel q naturali utuntur libertate: & pro deſiderio ſuo ferūtur. Exempta: ideſt fugata ut ſufficientia non autem affluentia queſita ſit. Menſæ duæ enim apponebantur una carnis altera pomorū.

Amiſſos: nō reuera. Sed quos putabāt amiſſos. Vocatos. uel ſubaudi deos: ut ſit conqſtio illos præcibus non flecti. Vel intelligit non ſolum periiſſe: ſed nec ſepulturam habere ad quā uocentur. Vnde ē Maneſq; uocabat hect oreum ad tumulum. Et eſt figura ab eo qd præcedit id qd ſequitur: quia poſt facta ſepulchra manes uocantur. Præcipue: quia pius. Oronti: pro orontis: ut immitis achilli. Secum: quia aliter apud ſocios ſimulabat. Finis: Vel fabularū: uel diei: Seqtur enim per noctem plurima uoluens. Non enim ſemper ortum uel occaſum ponit. Sed uel intellectui reliquit ut hic uel negociis tempus ſignificat. Eſt aūt poetice pulchritudinis non omnia exprimere. Home. autem iſta contemnens tempora omnia deſcribit. Cum iuppiter: Oeconomia ſecundum matheſim ordinauit: nam ioue in altitudine ſua cum Venere poſito ſignificatur fœlicitas per mulierem uentura. Et æneas a Didōe in ptem regni receptus eſt: Per uenerem uero triſtem exitium amoris iſœlicē futurū notat Mercurius uero a ioue ad occaſū .i. ad ima terrarū defluēs ſignificat amicitiā futurā ſed nō diuturnā. Addūt ēt mathematici Venere i uirgie poſita miſericordē naſci fœminā. Hic Maro ī habitu uirginis uenatricis Venerē illi occurētē facit q & miſericordē reginā iuenit & illi i uenatione admixtus eſt.

Æthere ſūmo: Nā omnibus elementis ſuperius eſt. Deſpiciens: Deorſum aſpiciens. Deſpiciens autem diligenter iquirens: Sic deduco dorſum duco. Diduco uero diuido. Veliuolum: quod uelis uolatur. Alias qd ue ſuo'et. Ennius naues ueliuolas. Eſt autē reciproca tranſlatio nauium & auium: Vnde eſt Et uellorum pandimus alas: & de apibus Nare per æſtatem liqdam N: nare nauiū: uolatus auiū. Trāſlatio ergo aut reciproca eſt aut ptis unius. Iacētes: uel in lōgū expoſitas: uel ſtabiles. Hoc. n. terræ ē. cū reliq elemēta mobilia ſint: Vnde & terra dicit. Vel iferius poſitas. Nā elemētū īfimū eſt terra. Sic: ut iſta cōſpiceret. Et lybiæ: pœconomia .i. diſpoſitio carminis Vituperabile. n. ucrat ſi ex abrupto trāſitū faceret ut in nono. Atq; ea diuerſa pēitus dum parte geruntur. Sed excuſatur uero ſermone. Atq; ea: ideſt eodem tempore. Nunc uero bene tranſit quia in ducit Iouem & de rebus humanis cogitantem & africam intuentem Vnde honeſtus color eſt ut Venus timens ne Iuppiter romana fata Carthagini concedat eum adeat. Nam fœlix euentus eſt locis: quæ Iuppiter cōſpicit. Vnde in ſecundo Aſpice nos hoc tantum. Contra alibi. Atque oculos rutilorum reiicit aruis.

Deduco Diduco Nare Volatus

DONA. Ahena: Aquam imponebant igni ut elixā facerent carnem Hac coquēdis uiſceribus celeritatem pſtant. Deniq; epulis paratis uires labore & fame perditas reuocant. Fuſiq; p adeo aduerſariorum obliti erāt ut fuſi per herbā plus ſibi igererēt q̄ refectio poſtulabat. Hoc āt pſtitit p ſuaſio cōſulti regis. Ferina: per ſe ſua uis caro eſt hæc: ſed additur pinguedo ut ſuauior aio appetentium irritet. Vino āt acceſſerat gratia a tēpore q̄litate & quantitate. Nam & uetus & optimum & abundās fuerat. Hinc dixit Implentur ueteris bacchi. Poſtq̄ exempta fa. Fame & laſſitudine oppreſſos nullius cura tangebat. Refectis uero uenit in mentē recordatio ſociorum quorum cum de morte incerti eſſent erant inter ſpem uitæ & metum mortis. Aeneæ autem maior ponitur uirtus q nec cibum ſumpſit: nec diſſimulare a perditis potuit: nec eorū curam poſuit: qui nec ſupereſſe poterāt. Secū: Nam apud alios Spem uultu ſimulat. Finis. epularū uel fabularū: uel lucis. Deſpiciēs: Iuppiter ex alto actus hominum conſiderabat: Venus autem arrepta occaſione eum alloquitur. Triſtior: q̄ antea. Lachrymis. ille eſt maximus dolor qui ante uocis exortum lachrymis præcedentibus nunciatur.

CHRI. Ahena ab eo quod aes ſit aereus atq; æneus: & ſubſtantiuum per diſſolutionem diphthongi & ſter poſitionē. h. ahenum uas ex ære quo aqua calefit. Si autem capacius ſit ut id quo utuntur infectores ad ueſtes tingendas & huiuſmodi artifices cortina dicitur: ut inuenies apud Plinium. Flāmas: quia flando excitantur. Bacchi: ideſt uini: & eſt Denominatio color rhetoricus: quæ trahit oratione a rebus propinquis: ut intelligatur res quæ ſuo non ſit appellata nomine. Vt ab inuentore: ut ſi tarpeia capitolium dicamus: ab inuento: ut ſi pro libero uinum ponatur: aut ab iſtrumento ut ſi ſariſſas pro macedonibus ponas: aut quod ſit pro eo quod facit: ut cū dicimus Mars hoc fecit ideſt bellum: aut quod facit pro eo quod fit ut pigrum frigus quia pigros facit. Item cum ponitur continens pro contento aut contra. Spemq; metum inter: Anaſtrophe eſt qa prepoſitio poſtponitur: ut Tranſtra per & remos: ideſt per tranſtra. Poſuit autem hic duas pturbationes ambas de futuro. Nam metus eſt opinio impendentis mali: Spes eſt impendentis boni: Sed poſuit ſpem pro libidine. Nam ſpes ſedatus eſt motus in bono quod expectatur: & cadit in ſapientem. Quattuor enim ſunt perturbationes: Hæ autem in ſapientem non cadunt: quia expellunt tranquilitatem ex animo in qua ſemper eſt ſapiens. Excitantur enim non ſua natura: ſed falſa noſtra opinione: & habent motū aduerſantem rationi. Nā cum de bono præſēti ſupra modū lætatur: dicitur lætitia geſtiēs: Si autem ex futuro bono nimis pendet dicitur libido: ergo lætitia geſtiens eſt opinio recens boni præſentis in quo efferri rectum uideatur Libido aut eſt opinio futuri boni quod ſi ex uſu iam præſēs eſſe & adeſſe. Sin autem in malo præſenti timus dicit illa ægritudo Quæ eſt opinio recens mali præſentis in quo demitti et contrahiq; aio rectum eſſe uideatur. Si autem eſt impendens ac futurū malū dicit metus qē opinio impendentis mali quod intolerabile eſſe uideatur. Verum ut perturbatio omnis motus eſt aduerſans rationi: Sic inuenitur appetitus qui rationi obtemperet & conſtan-

metus Spes

Lætitia libido

ıer ſedateq; ínſurgat.Ergo in bono futuro eſt uoluntas.Ea autem eſt quæ quid cum ratione deſiderat.In præſenti autem eſt gaudium quod placide conſtanterq; mouetur. Sin autem ſit de futuro malo appellatur cautio:pſentis át mali nulla bona affectio é.Ergo poſuit ıpé pro libidíe & nimia cupiditate. Præcipue.p. Semper í officiis iuſtitiæ pietatis ac fortitudinis húc pcipuú facit.Gemit:optime dixit ut ſupra ingemit: Variat aũtem hunc locú ne ſimilitudo faſtidiú afferat.Non enim dixit gemit caſú orõtis lycigye & colanthi. Sed diſtixit & inſuper exornauit repetione. Vertice cæli:eum locum ſignificat:quem mathematici appellát decimam domum.Et eſt in medio cæli.Quæ domus eſt decima in ordine duodecim domorum cæli quæ ſignıcat reges ſublimitatem exaltationem dignitates & laudem.

Atq; illum tales.iactantem pectore curas
Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentis
Alloquitur uenus:o qui res hoiumq; deumq;
Aeternis regis imperiis:& fulmine terres:
Quid meus æneas in te cõmittere tantum?
Quid troes potuere?qbus tot funera paſſis?
Cunctus ob italiam terrarum claudit orbis?
Certe hinc romanos olim uoluentibus annis
Hic fore ductores reuocato a ſanguíe teucri:
Qui mare:qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus:quæ te genitor ſententia uertit?
Hoc equidem occaſum troiæ:triſtiſq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna uiros tot caſibus actos
Inſequitur:qué das finem rex magne laborũ
Antenor potuit mediis elapſus achiuis

SER. Tales:De rebus humanis. Iactanté pec.cu. Loqtur ſtoice li.n.dicunt deos humana curare. Alias ſecũdum epicureos qui negant deos curare humana Vnde illud.Nec curare deú credis mortalia quéquá. Triſtior:cõparratiuú pro poſitiuo.Quádo enim triſtis é uenus ut núc triſtior dicatur. Occulos ſuffuſa: occulos ſuffuſos habens dicendo autem nitentes expreſſit nimiá i lachrymis pulchritudiné ſicut in Eurialo Lachrymæq; decoræ. Impiis & fulmine: erát q primú ad deos:ſecundũ ad homines refferunt: ſed maioris poteſtatis eſt: idé poſſe circa deos quod circa homines. Terret:Ná fulminú alia terrent alia aflant ut Fulminis afflauit uentis:Alia puniũt: ut uel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras Alia plagiunt:ut De cælo tactas memini.p.q. Quid meus:ſubaudi filius: ut aiacis oili. In te:contra te Alias prout benignú accepit i teucros aíum. Quid: argumétum ab ípoſſibili: & plus ualet non poſſe q̃ nolle. Troes: Cuius nominatiuus eſt tros.Oia át græca monoſyllaba i latinú tráſeũt:a ſunt tertiæ declinatiõis & græcæ latinæq; declinãtur:ut tros trois & troos: pan panis & panos. Conctus ob italiam:ne ad italiam perueniant nuſq̃ cõſiſtere permittuntur.Ná etiá i africa hoſpitio prohibent harenæ. Certe hinc.r.& ſi hoc nuſq̃ legimus:tamé p ſilétiú itelligimus uel a ioue ſupius audiuit. Voluentibus.i.uolubilibus.Volués enim uoluit:Volubilis:uoluit:Anni auté uoluunt:ut atq; ſua i ſe per ueſtigia uoluitur annus.Dicendo autem reuocato:oſtendit italiam unde Dardanus fuit. Teucri:pro dardano poſuit.Ille enim uénit de italia: Teucer de creta. Mutát enim poetæ noía propinqua:ut domitus pollucis habenis ideſt Caſtoris.Ité Et manibus progne.p.ſã pro philomella. Ditiõe:poteſtate ideſt pace legibus bello. Policitus:policemur ſponte promittimus rogáti.

Quæ ſentétia:Verecũde agit nec enim conueniebat ut aperte contra uxorem ageret apud maritum.Sic enim reſpondet iuppiter. Nec me ſententia uertit Hoc: hac re. Rependens:recompenſans: Tranſlatio a pecunia quæ antea pendebatur. Eadem:qualis antea ut longitudo temporis nihil troianis prodeſſe uideatur. Finé: non regnum ſed laborum finem. Antenor:cur hunc ſolú noiat cum a Troia capys cápaniam:Helenus macedoniá alii ſardiniá ſecũdũ Salu.occuparint:qa ſi pditionis argueret poneret ſimilis pſona.Antenor.n.& æneas teſte Liuio patriá pdidiſſe dicunt qđ Virgi.tangit ibi.Se quoq; principibus pmixtú.a.a. Hora. tamé excuſans ait:Ardenté ſine fraude.i.ſine proditiõe.Nemo autem excuſat niſi rem plenam ſuſpitiõe.Si ſe una tamen dicit ſolú Antenoré pdidiſſe.Quod arguit:q i legatos Helená repetétes hoſpitio accepit & ulyxem ſub medici habitu cognitum non prodidit.Et ſi ſic eſt:augemus exemplum.Si proditior regnat cur non pius.

DONA. Tales:res plena ſubtili arte:ubi non perſonarum ſolum:ſed rerum habetur ratio. Loquitur Venus ad iouem ſi priuata filia ad patrem: ſi publica inferior dea apud ſummum deorum.Vicit autem qđ publicum fuit.Concitat ſubtilem iuidiam:qđ iuppiter:cuius ſit iuſte curare quid dii.quid homines agant omiſerit uerum in æneam iuditium:& innoxium tot tormentis diſſimulans uexari ſinat:præponit ergo publica perſona & ſubnectitur priuata.Apud enim patrem non potuit conqueri de diis : ſed apud deorum regé.Diis autem applicauit æternis.r.im.Et hominibus fulmine.t. Aeternis : Ergo non ſunt contemnéda uelutieaq̃ ad tpus ſunt.q.d.nõ ueniũt dii cõtra fata.Quid freta inocétia troiáorum:q̃rit nomé delicti:quo non íuento:conſtet eos ímeritos pati. Aeneas:ſpeciale põit nomé atq; ide tráſit ad géus. In te:regem.d.x.h.q omnia habes i poteſtate. Auũ ſuũ:promiſſoré noui iperii:qué oés dii ſuſcipiũt:& hoies fulmíe territi uenerát. Meus.i.filius tuus nepos. Tátũ:Bis repete qđ tátũ æneas:& qđ tátũ troes. Tantũ:tá magnũ tá imane. Cũctus : ad id redigitur:ut nec alibi ſtare:nec in italiá uenire poſſit.Ergo reſtat ut in fluctibus ſemper exagitet. Pollicitus: cõuenit ex ueteris pmiſſi ímo pollicitatiõis fide Turpe.n.é decedere de fide Turpiſſimũ cuius mutare ſententiá Quid ergo táto deo pſertim ubi filiæ nepotiſq; uertat icõmodũ. Genitor:põit poſt publicam perſonam patrem: ut appareat neutrá illaꝝ decere pfidia traduci. Vertit:cum uas uertit:oé quod habet effũditur. Ergo oſtendit q iuppiter inimica perſuaſione ita ſit uerſus:ut nihil pietatis ſit in eo relictũ:Quá integrá filiæ pſtare debuit. Genitor:multú ualet hæc pſona i pmiſſis:q nõ liberis ſolú uerum & poſteris ſint pfutura. Quæ ſétentia.q.d.qs te potior é qui te poſſit uertere. Hoc equidé:diſſimulandum é damnum:ſi quod admiſſu eſt

alterius cōmodi ratione penſatur.Vnde cōpenſatio dicit̃ ueluti ſi ī altera: lance damno poſito in altera cōmodi par aut maius ponat̃. Occaſum troiæ:oſtēdit rē maximā puiſſe.Caſus.n.puæ rei eſt uel perſonæ iferioris. Occaſus diuinæ rei uel pſonæ ſupioris:Nam ſolē lunāq; occidere & uiros pclaros occidiſſe dicimus. Repen/dens:comparans & exæquans mala fata bonis. Nūc eadem:nō ſolū nō uenīūt bona: ſed manēt mala. Quē das.Ēga Iuppiter pōt poſtulata cōplere:& potuit efficere ne aliquando acciderent.Pōt & ſic itelligi.Quem das finē.i.quādo troiāi uenīēt ī Italiā aut quādo carebūt his malis. Antenor.p.cōparatio a miore ad maius exag/gerat mœrorē Antēor ergo alicus a neceſſitudie tua homo humilis & depſſus manus hoſtiū potuit effugere.

CHRI. Triſtior:Subtriſtis:Significat.n.cōparatiuū aliquādo mīus q̃ poſitiuū:ut crudior fuit hodie roſcius. Lachrymis:Sunt q a lacerādo lachrymas dici putant.ſua.n.ſalſedie genas lacerant.Vt enim e naribus pituita & ex auribus bilis ſic ex oculis atra bilis emittitur.Hic aūt humor qa terrā refert ſalſus ē:proptereaq; corrodit.Alii dicunt lachrymas dici a græco uerbo.Nam illi δακρυα dicunt lachrymas ab eo qd ē δακρνω mordeo:quia oculos mordēt.Antiq autem lachryma : ſepulchrum: & pulcer hiſpirauerunt. O qui: O uocātis ē. Item admirantis:ut O qualis facies & quali digna tabella.Indignātis ut O tēpora o mores.Optantis ut Quāq̃ o ſedi ſuperēt qbus hoc neptūne dediſti : Eſt aūt oratio ī genere deliberatiuo:Suadet enim ioui ut liberet troianos a periculis:& deducat ī Italiā.Ponit rē facilē:cū ille oia poſſit.Pōit honeſtā:cū pollicitus fuerit.Ponit utilem q̃ dedēt filio & poſteris.Captat beniuolētiam:cum appellet regē hominū & deorum.Eſt ſermo patheticus.Nam ſtatim a principio latenter conqueritur qd cum omnia poſſit:promiſſa nō obſeruet.Prorumpit in iterrogationem quæ tūc grauiſſima ē:cum aliter q̃ uelit iterrogator reſpōderi nō poſſit:ut hic Nā cum dicat qd meus æneas cōmiſit:nō poteſt reſponderi niſi Nihil.Agit aūt tāq̃ apud deoꝝ regē de iure:tanq̃ autē apud patrem de commiſeratione.Quibus duobus cōiunctis oportet cauiam cōuinci. O qui res.h.Hoc principio & beniuolētiā ſimul captat & facultatē ieſſe i ioue oſtendit:ut det quod petit:cum multo maiora poſſit. Aeternis:Ergo nec defuit adhuc nec defutura eſt ſibi facultas. Regis:In qua re includit̃ iuſtitia quā in eo laudat: cū iuſta ab eo ipetrare cōtendat. Terres:Ergo & aduerſarios noſtros ne iniuſte ī nos agant terrore cōtinebis. Quid æneas & qd tros:Vt cū rex & populus extra noxam ſint nuſq̃ crimē relinquat̃.Magna aūt miſericordiæ motio eſt:ut poſt tot calamitates ēt regno excludātur:ut nuſq̃ cōſiſtere liceat:Et latenter iunonem ingēti iuidia onerat. Certe hinc:Aſſertio primi aduerbii:& repetitio alterius maximum affert pōdus oroni. Maximā aūt exaggeratio pollicitationis cum alia repetitione:cum dicit Qui mare q.t.c.d.t.Quæ.t.g.Quis adeo potens apud te ut deducat te & penitus deducat.Id enim eſt Vertit de uia recta preſertim contra filiam & nepotē id enim eſt genitor. Hoc equidem:A duplici loco mouet pathos:& q in calamitatibus maximis diutius :uerit:Nam diuturnitas hoc facit ut illud Septem illum perhibent totos ex ordine mēſes.Et quod præter ſpem conſolationē amiſerit ut illud O lycida uiui peruenimus aduēa noſtri Quod nunq̃ ueriti ſumus. Antenor: Admiror:dicere Seruium teſte Liuio Antēorem & Aeneam proditores patriæ dictos fuiſſe:Quæ enim ſcribit Liuius hæc ad uerbum ſunt.Satis conſtat troia capta in cæteros ſeuitum eē troianos a duobus Aenea Antenoreq; & uetuſti iure hoſpitii & quia pacis reddēdæq; Helenæ ſemper auctores fuerāt omne ius belli achiuos abſtinuiſſe.Duo ergo dicit Liuius:& antiquos græcorum hoſpites hos duos fuiſſe : & pacis reddendæq; Helenæ ſemper auctores extitiſſe.In horum utro proditionis accuſantur? An quia hoſpites fuerint ante bellum?Nam in bello non potuerunt.Atqui hoc non eſt patriam prodere:ſed potius illius maieſtatem propagare. An quia pacis : ac reddendæ helenæ per ſummam iniuriam ereptæ auctores fuerint:cum id fuerit patriā ab iis quæ ſecutæ ſunt calamitatibus liberare:illamq; iuſticia illuſtrare:cum ius faſq; poſtulent ut rapta ac raptores repetentibus tradantur.Neq; ueriſimile eſt uoluiſſe poetam eum uirum quem omni laudum genere ad diuinitatem uſq; extollere contendat:uel minima infamiæ ſuſpitiōe deturpare.Neq; cum dixit Se quoque pricipibus pmixtū agnouit achiuis.Oſtēdit illū aduerſus patriam pugnaſſe:quod neq; Home.neq; alius ſcriptor unq̃ ponit:ſed amore in patriam adeo flagraſſe:ut dum illam tuerēt uel inter confertiſſimos hoſtes ferri nō dubitauerit:Dixit ergo Antenor potuit ut a maiori argumētum faceret.Nominauit aūt potius Antenorē q̃ cæteros troiāos:qa illi in Italiā nō puenerāt excepto capy:q unus:ut puto:e comitibus æneæ fuerat.Quāobrem ego is ſum qui libenter illis aſſentio q ciuē optimū eū fuiſſe dicunt:& de reconciliatione inter Priamū & græcos ægiſſe:ſuaſoremq; ſemp reddēdæ Helenæ ſe pbuiſſe:Glaucū filiū qa ſeqbat̃ Paridē abdicauiſſe : eundēq; ab Agamēnōe cæſum nō fleuiſſe.Hic capto ilio cum nunciaret̃ in eum cōſpirari:mare cū ſuis cōſcendit: Henetis q ſub Philomene fuerāt eum ſecutis.Itaq; ſupato ægeo ac ionio adriaticū puēit:hac hinc dalmates: illyricos:liburnoſq; linquēs.Hinc apulos & picenos:in euganiam uenit:pulſiſq; inde euganeis patauium cōdidit.Prouincia ipſa ab Heneto q ſub eo erat henetia primū poſt uenetia eſt appellata:Nec uident̃ huic ſentētiæ cōtraria ea eſſe q̃ ab Euſebio ponunt̃:quāuis ſcribat Hectoris filios adiuuāte Helēo iliū recuperaſſe pulſis inde Antenoris poſteris:Nam potuerunt illi & fortunæ auxilio:& hoſpitalitate Antenoris intercedente ita ſine ulla fraude patriam recuperare:ut Helenus inter inimicos græcos regnare potuit.Quapropter non hæc ſcripſit poeta ut duos huiuſcemodi uiros proditiōis argueret:qua re nihil magis a ſuo cōſilio quo auctorē romani generis illuſtrādum ſibi propoſuerat:alienū eſſe potuit:ſed ut oſtēderet ſi Antēor tāta fœlicitate ī italia ſedes regnūq; occupauit nullo ſanguie ioui cōiūctus:nō debere ab eadem italia Aeneam nepotem ſuū arceri.

Illyricos penetrare ſinus:atq; intima tutus
Regna lyburnorum & fontē ſuperare tymaui
Vnde per ora nouē uaſto cū murmure mōtis

SER. Illyricos pe.ſ.Antēor nō Illyricū nec liburnam uēit ſed Venetiā:Sed ide uēit quidā Henetus a quo denomiata ē henetia deide Venetia. Tutus : cū liburni ſint rheti uīdelici ſæuiſſimi populi ab amazōibus originem teſte Horatio ducētes. Hos ſupera

Venetia

It marẽ præruptũ & pelago premit arua ſonã
Hic tamẽ ille urbẽ pataui:ſedeſq; locauit (ti.
Teucrorum:& gẽti nomẽ dedit:armaq; fixit
Troia nunc placida compoſtus pace quieſcit:
Nos tua progenies:cæli quibus annuis arcem
Nauibus infandum amiſſis unius ob iram
Prodimur:atq; italis longe diſiungimur oris.
Hic pietatis honos? ſic nos ĩ ſcæptra reponis?
Olli ſubridens hominum ſator atq; deorum
Vultu quo cælum tempeſtateſque ſerenat.
Oſcula libauit natæ dehinc talia fatur

uit Druſus.Dictum ergo eſt ad argumentum ꝙ tu/
tus etiam inter ſæuos fuerit. Fontem ty.circutione
utuntur ſæpe poetæ:ut dicãt Arcem butroti pro bu/
troto: ſic hic Fontem ty.pro tymauo & paulopoſt.
Vrbem pataui pro patauio. Nouem : multi ſeptem
dicunt.Quod ſi incerta fides eſt:erit numerus termi
natus pro indeterminato. Cum murmure montis:
Nam tanta ui exit in mare:ut uicinus mons reſonet.
Mare:hiſtoriã tangit.Nam fluuius hic ab ĩcolis ma
re uocari ait Varro. Proruptum:ideſt effuſum fluẽs
& melius eſt q̃ præruptum.Bene autem diffiniũt qd̃
largus fons ſit ſolutum mare. Pelago:aquarum ab
undantia. Præmit:populatur. Hic: in dificili loco.

Patauium

Pataui:Patauium uel a padi uicinitate quaſi padaui/
um uel a græco πετεσθαι:ideſt uolare:quia capto au
gurio ſit conditum:uel ꝙ urbem ibi condiderit ubi
auem telo petiuerit. Sedeſq; locauit:ex uotis ſuis mouet inuidiam quod id ſit conceſſum Antenori: qd̃ ipſa
deſiderat. Et genti nomen dedit:quod uictori Aeneæ non conceditur prohibente Iunone:cõtra quã obliq;
loquitur reſpectu mariti. Hi autem primis temporibus a duce antenoridæ dicti ſunt. Arma fixit:Nam fi
nita militia ſiue gladiatura templis arma ſuſpendebat:Horati.Veranius armis Herculis ad poſtem fixis. Cõ
poſtus:compoſitus per ſyncopem. Nos:tanq̃ una de troianis loquitur. Tua progenies: epexegeſis ẽ. Vt Aſt
ego quæ diuum in.re. Annuis:quia nutu promittit. Infandum:pro infande:ut Miſerum ſeptena quot an/
nis:& toruum repente clamat.Figura hæc in qua nomen pro aduerbio ponitur poetica eſt:oratores non utũ
tur.Infandum tamen hic poteſt eſſe interiectio dolentis. Prodimur:porro damur.Alias multa ſignificat.Er
go ut quid prodimur hic ſignificet explanaret:addit.Diſiungimur italis oris. Hic:ideſt talis:ut hũc te cur ya
le aſpicio. Honos:ſecundum artẽ eſt honor:arbor:lepor:& eſt or breuis:poetæ autẽ mutãt i os lõgam. Sal.
etiã pene ubiq; labos poſuit.Melius eſt ſeruire regulæ. Sic:Hoc ẽ per naufragia. In ſcæptra.r.ad ĩperia reſer/

Olli

uas:Aut antiqua licentia ẽ cõmuniũ præpoſitionũ. Olli:modo tunc:Pronomẽ enim nõ ponitur cum nomi
ne ſed pro nomĩe.Alias olli pro illi eſt:ut Olli dura qes.o.&.f.u.ſomnus. Subridens:lætus erat & qualis ſolet
eſſe cum facit ſerenũ.Dant.n.poetæ elemẽtoꝝ habitum numinibus:ut ſupra de Neptũno dictũ eſt. Serenat:
caret prima pſona:ut fulmino pluo & ſimilia:niſi loquatur qui põt eſſe:ut ſi iuppiter dicat ego ſereno. Liba
uit:leniter tetigit.Eſt autem oſculum dare religionis ſuauium uoluptatis.Teren.O thais meum ſuauium.

Penetrare

DONA. Illiricos penetrare:uoluit demõſtrare difficultatem pueniendi:& ad hoſtiles partes penetrãdi.q
omnia facit dictis poſterius annexis.Penetrare.n.ẽ penitus intrare:& ſinus ſunt receſſus terrarum penitus re/
motarum:quibus clauſis nõ potuiſſet euadere ſi picula extitiſſẽt.Et miro uerbo uſa eſt tranſire quod eſt ſine
moleſtia uel ĩpedimento quo uis puenire.Et qa fontem ſupare difficultatẽ nõ demõſtrat addit Vnde per ora
nouẽ & cætera:ut cõmemoret tãtæ illũ fontẽ uirtutis eſſe:ut p nouẽ illius ora tutus tranſiret. Vaſto cum.m.
m.It.m.pr. Vt fõs ſolo uocabulo re uera ſui abundantia in terris pelagi faciem oſtenderet.Repete ergo potuit
hoſtes euadere potuit penetrare:ſi illi potuit ſuperare.f.t. Hic.ſ.ĩ regionibus hoſtilibus & per omnes difficul
tates:Ergo unum aduerbium & pnomẽ graue pondus doloris adiecit. Ille minoris dignitatis cur tãtum fœ/
licitatis adeptus eſt:ut tutus tranſierit:tutus peruenerit tutus urbem ſuis condiderit:tutus nomine Troiano
uocitari indigẽas fecerit:tutus arma troiana.i.uicta ĩ eorum ptibus fixerit:quos non conſtat uictores fuiſſe.
Nos:trãſit ad cõparatiõem. Tua pgẽies:iterpretatio eſt. Tua:q deos homines ĩ poteſtate habes.Apud quẽ
priuilegium primi gradus habere debemus.Dum ſpe pmiſſoꝝ ducimur naues amiſimus:& pmiſſam itali/
am tenere non poſſumus. Vnius ob.i.opitime ad finem oratiõis reſeruauit ne ſi inter initia dixiſſet offenſus
Iuppiter ſororis & coniugis iniuria alienaret:Nec etiã nomẽ iunonis poſuit ut ſine offenſa ad iniuriaꝝ nume/
rum perueniret. Olli ſub.ut uenus lachrymis anteq̃ loqueret ſignificauit dolorẽ iternum: & qd dictura erat.
Sic Iuppiter ſtatim debuit hilaritate uultus & oſculo & prima parte orõnis demere angorẽ filiæ nec oportuit
eam circuitione defferri. Subriſit:riſu utit ut eam exhilararet:ſed ſubriſit ut maieſtatẽ ſeruaret ex modeſtia.
Nam ſatori hominũ & deoꝝ turpis erat plẽus riſus.Subriſit ut partẽ daret troianoꝝ caſibus partẽ reſeruaret
illis quæ erat pmiſſurus. Vultu quo cælũ : tali qualẽ habet cũ elemẽta tranqllat. Oſcula:ſignũ optimũ cum
beniuolentiã ſuam oſculo publicat. Dehic:oſtẽdit ſigna iſta nõ fruſtra fuiſſe pmiſa:q̃ ueneris mœrũ leuaret.
CHRI. Henetos:ãt de qbus meminit Seruius i paphlagõia aſiatica regiõe fuiſſe a qbus italici oriũdi ſunt

ueneti

Liuius & Pli.ſcribunt:Strabo tamen uenetos italicos a uenetis coloniæ populis coloniã eſſe cenſet. Alii dicũt
henetos ueniſſe i italiã cum Antenore. Illyricos:illyrici tenẽt quæ Iſtro ſunt alpibuſq; cõtinua iterq; italiã &
germaniã iacẽtia Inchoant aũt a lacu uẽdelicoꝝ:& rhetoꝝ & rœnioꝝ:ipſius oræ partem occuparũt daci qui

Illyria

boios & rauriſcos deleuerũt.Eſt aũt dicta illyria ab illyrio Polyphemi filio. Intima:ſuplatiuũ ab eo q ẽ itus.
Lyburni:ſinus ionicus adriatici pars eſt:huius a dextra latus facit illiriam.Siniſtrum uero italia uſq; aquile/
iæ receſſus.Ad terram illyricã iſulæ ſũt abſyrtides:cerictica:lyburnicæ.Item iſſa.tragurium: mellina:corcy/

Tymauus

rapharus. Tymauus:fluuius eſt uenetoꝝ concordiæ atq; trigeſtæ oppidis uicinus.Ex monte grandi p nouẽ
ora effuſus ampliſſimum ante alia fontẽ facit:ex quo tandẽ uno alueo fluens ĩ adriaticum exit mare ĩ ſinum
trigeſtinum: Ait florentinus Boccacius.Strabo uero non procul aquileia : quæ uenetias regionem terminat

Diomedis templum eſt & portus tymauus & lucus miro decore. Septem aſſunt fluuiatilis aquæ fõtes mare
irrumpentes lato: & profundo ſane fluuio: Reliquos: uno excepto: ſalſas habere aquas Polybius ſcribit: locũq;
ipſum maris fontẽ & matrẽ ab incolis uocari. Tymauus: ut ait Poſidonius: e montibus delatus decidit in pro
fundum deinde intra terrã abſorptus ſtadiis circiter. cxxx. decidit in mare. Nos tua. p. per cõtentionem q co/
lor rhetoricus ſummã uim orõni affert. Eſt. n. huiuſcemodi Antenor uir nulla cognatiõe: aut affinitate tibi cõ
iunctus. In italiã incolumis uẽit: & ſine difficultate urbẽ cõdidit: i qua cũ ſuis i ſumma trãquillitate degit. Nos
aũt qui tua ꝓgenies ſumus poſt diuturnos grauiſſimoſq; errores & multa pericula in ea terra quã fata conce/
ſerunt conſiſtere non poſſumus. Nos: admiſcet perſonã ſuam: Nã cũ filius ex matris uiſceribus: ſit nihil eue/
nit nato: quin idem & matri non eueniat. Quinetiam dolentius in filio q̃ in ſe damna ſentiunt matres: Maxi/
mopere igitur mouet iouem cum oſtẽdat ſe iouis filiam iiſdem calamitatibus quibus æneas premi. Cæli. q.
a. a. Quid grauius accidere poteſt: q̃ illis qui iubente ioue tanto deo cælum ſperabant nũc terras denegari? Eſt
aũt maximũ pathos cum aliquid præter ſpem euenit: ut alibi demonſtrauimus. Vnius. q. d. etiam ſi plures
irati nobis eſſent nedum una tamen contra tua iuſſa nullũ efficacẽ cõatum habere deberent. Diſiungimur:
miſeri non tenere Italiam ſed miſerius ab longe remoueri: ut omnis ſpes potiũdi eripiaẽ. Hic pietatis. h. Cũ
ualidis iam argumentis occupauerit mẽtem iouis: ad poſtremũ grauiſſima interrogatione uehemẽter urget
ut non ſolum ꝑſonam deæ ad deũ agat: ſed licentius filiæ ad patrem: & ea interrogat ad quæ aliter q̃ ipſa uelit
Iuppiter reſpõderet non poſſit. Subridens: optimũ tẽperamentũ nõ ſolũ qa tãtæ maieſtatis nõ erat ꝓfuſius
ridere uerũ quia ut hac modeſta exhilaratiõe ſpem auxilii præſtabat ſic ſoluciori riſu contemptũ oſtendiſſet.

Parce metu cytherea: manent immota tuorũ
Fata tibi: cernes urbem & promiſſa lauini
Mœnia: ſublimemque feres ad ſydera cæli
Magnanimũ æneam: neq; me ſentẽtia uertit
Hic tibi fabor enĩ: quãdo hæc te cura ẽmordet
Longius & uoluẽs fatorum arcana mouebo
Bellum ingens geret italia: populoſq; feroces
Contundet: moreſq; uiris: & mœnia ponet:
Tertia dum latio regnantem uiderit æſtas
Ternaq; trãſierint rutulis hiberna ſubactis.
At puer aſcanius cui nunc cognomen iulo
Additur: ilus erat dum res ſtetit ilia regno
Triginta magnos uoluendis menſibus orbes
Imperio explebit. regnumq; a ſede lauini
Transferet: & longam multa ui muniet albã.

SER. Parce metu: Cum arguimur in cauſis pri/
mo nos purgari oportet: & ſic ad actionem deſcende
re. Ergo ante obiecta purgat Iuppiter deinde promit
tit. Parce metu: dimitte metum: ut parce uerbis. Cy
therea: quæ græce ei diphthongum habent: latine in
e productum conuertuntur. Ergo κυθερεια cytherea
μηδεια medea. Quæ autem dicit Iuppiter ad ſolutio
nem antedictorum pertinent. Ergo quoniam dixe/
rat triſtior nunc dicit Parce metu. Immota: quia di/
xerat Quæ te ſententia uertit. Et ſtoice per trãſitum
ponit non mutari fata Nam fati immobilis ratio eſt.
Tuorum: Troianorum uel Romanorum. Tibi: nõ
propter te. Sed uacat: uel tibi quaſi quæ tua ſunt. Vr
bem: Aut mœnia lauini: aut Romam: quia cum pro
prietatem detrahimus: quod magnum eſt intelligi/
mus. Vt ſi dicam Lego oratorem intelligo Cicero/
nem. Et ne ſit longa expectatio adiicit & p. r. l. m. aut
ſubtrahat & atq; per epexegeſim erit urbem: ideſt ꝓ/
miſſa. l. m. Sublimẽ ad ſydera cæli: Propter illud cæ
li. q. a. a. Aeneas enim ſecundum quoſdam in numi/
cum flumen cecidit. Ouidius autem in cælum raptũ
aſſerit. Eſtq; iuppiter indiges dictus. Hic: ordo eſt:
Hic geret ingens. b. in. i. Fabor: enim excuſat quæſtionem futuram: & quaſi dolenti Veneri uera dicit. Sed ali
ter loquetur cæteris diis præſentibus in decimo. Abnueram bello italiam cõcurrere teucris. Remordet: ſo/
licitat: Teren. Par pari referto quod illam remordeat. Arcana: ſecreta. Vnde arca & arx quaſi res ſecretæ. Ita
lia: in *italia*. Sic non ante tyro deſpectus iarbas ideſt in tyro. Nam ſi aduerbialiter dixiſſet poſuiſſet tyri. Con/
tundet: incongrue conſolabatur bella prædicens niſi uictoriam poneret. Leges & mœnia: Hyſteron Prote/
ron: Primo enim ciuitas deinde mores ponuntur. Mores: leges. Tertia: rethorice ne breue ẽẽt ſi triennium
diceret tempora diuiſit in ſpetiem. At puer: prudenter exitum æneæ oſtendit: & tacuit dicẽdo filium poſtea
regnaturum. Cui nunc co. ait Cato æneam cum patre ad italiam ueniſſe: & propter inuaſos agros contra La
tinum & Turnum pugnaſſe: & in eo bello periſſe Latinum. Turnum autem auxilio Mezẽtii bellum renouaſ
ſe: in quo æneas turnuſq; pariter rapti ſunt. Migraſſeq; i Aſcanium & Mezentium: eoſq; ſingulari certamine
cõcurriſſe: uictoq; Mezentio Aſcaniũ eſſe cæptũ iulium uocari a prima barbæ lanugine: quæ uictoriæ tpe il/
li naſcebaẽ: Nam Aſcãius ab aſcanio Phrygiæ flumine dictus ẽ. Deĩde Ilus ab ilo rege: Ergo nunc dũ gerit bel
li. Ab hac hiſtoria ita diſcedit poeta: ut ſæpe oſtẽdit poetice & nõ ꝑ ignorantiã diſcedere: Sic & cũ dicit de An
chiſe: Quo magis italia mecũ lætare repta. Nã amphibolice oſtẽdit Anchiſen ad italiã uẽiſſe Eodẽ pacto etiã
fingit æneã cõdidiſſe carthagiem: cũ ſeptuagita annos ante urbẽ romã cõdita ſit: Et iter excidiũ troiæ & ortũ
romæ. cccxl. anni interſint. Cognomẽ: magis ꝓprie dixiſſet agnomen: Sed ad familiam q̃ inde iulia dicta eſt re/
ſpexit. Dicimus aũt nomẽ ẽ mihi Cice. Ter. Ecyra nomẽ eſt huic fabulæ & Cice. Salu. Cui nomẽ obliuionis cõ
dederãt & Ciceroni ut cui Remulo cognomen erat: & Ciceronẽ. Aeneadaſq; meo nomẽ de nomĩe ſingo. Re/
ctius tamen utimur datiuo. Magnos. o. tres ſũt anni lunaris triginta dierũ. Solaris duodecim menſiũ: Et ma
gnus qui ſecundũ Ciceronem i Hortenſio. xii. milia annorũ & quingentos quinquaginta quatuor continet.
Sed hoc ioco dicit magnũ cõparatione lunaris: ut alibi. Interea magnum ſol circũuoluitur annum. Annus di An/
citur quaſi annus. i. annulus: quia in ſe redeat ut Atq; in ſe ſua per ueſtigia uertiẽ annus. Vel ab ανανεουσθαι nus

ideſt ab innouatione. Voluendis:uolubilibus. A ſede lauini:uitans enim nouercalem inuidiam deſerto la
uino:albam longam condidit ab alba porca & ſitu longo dictam. Vi:Nunc uirtute alias multa ſignificat.
DONA. Parce:Si ſolum hoc dixiſſet:abunde ſuffecerat ad demulcendū animum.Reddit enim ſecuram:
& nihil immutatum eſſe demonſtrat.Dat autem huic poeta perſonam regis non patris:De futuris enim nō
niſi deus loquitur.Ergo cytherea dixit & non filia:& tuorum & non noſtrorum. Manent tibi fata: hoc ſat
erat:ſed ut faciaret quod aſſerebat addidit immota.Deinde enumerat ſpecialiter quod generalitate clauſerat.
Reſpondet etiam quærimoniis ueneris.Nam cum illa dixiſſet. Cūctus ob italiam terrarum clauditur orbis:
Hic dicit Cernes urbem. Et ad id Cæli.q.a.a.ponitur. Magnanimum æneam fabor ſententia ad ſydera
cæli: Vt autem apertiorem faceret generalitatem addit fatorum diſpoſitionem.Tangit autem geſta ab ænea
ad cæſarem & tēpora cæſaris:Quæ ſcribenda cum propoſuiſſet:morte præuentus:non impleuit breui igitur
oratione ſecuram facit Venerem longo deinde ordine futura explicat.Non enim ocioſe audiſſet Venus:quæ
pertinerent ad gaudium:niſi prius amotus eſſet metus.Sic.Ter.Vbi inueniam pamphilum ut metum i quo
nunc eſt adimam:atq; expleam animum gaudio. Fabor:enim Arcana fatorū quæ nulli fas ē noſſe: comēdat
ſenſibus filiæ:& ſe illicite facere demōſtrat ut cognoſcat illa beniuolum ſtudiū patris. Tibi:quia filia es quæ
ſolicita:qa nolo te uexari angoribus Tu docta tuorum fata lætaberis. Bellum: ꝓponit curā belli ſed bōa uē
tura ꝓmittit.Mortem aūt æneæ quod erat triſte ſubticet. At puer:oſtendit quod optabile eſt Aeneæ non æ
ternum.Sed filios ſucceſſurum eo fœliciorem ut non triennio:ut ipſe:ſed triginta annos ſit regnaturus.
Cythe rea Venus CHRI. Cytherea:Vēus a cytheris iſula dicta.Eſt autem cythera inſula e regione lacædemoīs locus con⁄
tra ſpartē bellum gerentibus apprime aptus:De qua inſula dixit Chilon ſpartanus uir ſapiēs præſtare lacedæ
monibus illam demergi q̄ extare.Vēus prima cæli & diei filia fuit. Et ex ioue ſeu Libero amorē geminum &
gratias genuit.Filia cæli quia ſuo cælo affixa eſt:& diei qa lucidus eſt planeta.Geminum amorem.ſ.caſtum &
laſciuum.Gratias quæ ſine amore nō ſunt.Venus ſecunda ex uirilibus cælii nata eſt.Saturnus.n.ut ait Heſio⁄
dus:accepta falce a matre:quæ illum ulciſci cupiebat: ex inſidiis uirilia amputauit cælio. Ex eorum ſanguinis
guttis terra gygātes Erynes & nymphas melias genuit.Virilia autem ī mare ꝓiecta: & fluctibus agitata ſpu⁄
mam fecerūt:ex qua Vēus creata ē: Vnde a uirilibus quæ μιλεα dicūtur philomedea.A ſpuma uero quæ αφ
ρος appellatur aphrodite dicitur:& quia e mari primo cytheris inſulæ adhæſit: ac mox in cyprum profecta
eſt cytherea ac cyprogenia dicit̄.Tertia aūt Venus iouis & dioneæ filia:ex qua eſt Aeneas.Antiqſſimū autē illi
templū aſcaloniæ urbis ſyriæ fuit.Nam quod ī cypro eſt:hinc ueniſſe cyprii uolūt.Quod aūt ī cytheris phœ
nices:qui ex hac ſunt:ædificarūt:Hoc ſcythæ qui ſyriam inuaſerunt cū rapuiſſent: Venus in eos fœmineam
morbum immiſit.Vocatur ab aſſyriis militia.Arabes alitam:Perſæ mitram nominant:ait Herodotus.Vēus
latine dicitur uel q̄ ad omnia animalia ueniat:uel q̄ per eam omnia ueniāt.i.oriantur.Venerem gignedi uim
dicunt.Si autem ad hiſtoriam referas dicunt cretenſis iouis illā filiam fuiſſe:& qua ætate & quibus ſacris nu
ptiæ ſint celebrandæ inueniſſe.Ac primū in ſiciliam iuxta Ericē nauigaſſe:inde in paphum cypri & in inſulā
cytheram: & in aſiam & ſyriā:ait Diodorus.Eſt præterea ſtella uenus in tertio cælo amoris conciliatrix:& ap
prime ſalutaris propter optimum in ea contemperamentū humoris & caloris.Solus planetarū excedit zodia
cum duobus gradibus.Nunq̄ a ſole diſcedit ultra.xxxxvi.Gradus:quoniam illum ſubſequit̄ motu naturali:
Antecedit autem motu proprio planetarum:qui eſt ab occidente in orientem contra motum firmamenti:
Heſpe rus apparet in occidente poſt occaſum ſolis:& dicitur heſperus ſiue ueſper:quando autem contra apparet in ori⁄
ente ante ortum ſolis:& dicitur lucifer:& iubar.Prius autē apud græcos Pythagoras auctore Parmenide de
Luci⁄ fer prehendit eundem eſſe luciferum & heſperum.Inducit amatores muſice & uerſuum.Domicilia ſua ſunt li
bra & taurus.Manet in uno quoque ſigno.xxix.dies:& perficit curſum trecentis ac quadraginta octo diebus.
SER. Hic iam tercētum: uſque ad ortum urbis
romæ: Nam ipſa quadringentos regnauit.Hinc di⁄
xit Donec regina ſacerdos: ipſa autem ad regnum
Hoſtilii peruenit: a quo eſt diruta. Totos: Sine in⁄
termiſſione. Sacerdos: Amulius & Numitor fra⁄
tres fuerunt:ſed Amulius fratrem regno pepulit.Fi⁄
lium interfecit.Filiam uero Iliam Veſtæ ſacerdotem
fecit Ex hac Mars geminos Romum ac Remum
ſuſcepit.Amulius eos cum matre in Tyberim deiici
iuſſit:& illa fluminis uxor facta eſt. Hinc Horatius.
Vxorius amnis dixit Pueros Fauſtulus paſtor ſubſtu
lit & Accæ laurentiæ nutriēdos dedit: Sed cum hæc
Lupæ meretrix eſſet fingūtur a lupa nutriti:quia illæ lupæ
Lupa⁄ naria uocant̄:& loca illarum lupanaria.Vel quia lupa mar
ti cōſecrata ē.Vnde Martius a ſtabulis rapuit lupus.
Hi cæſo amulio regnum auo reſtituerūt: ac romam
condiderunt a Romo qui deinde blandimenti cauſa
Romulus dictus eſt nominatam.Viderat prior Re⁄
mus ſex uultures.Romus autem poſterior ſed duo
decim.Quæ res bellum creauit: & Romus extin⁄
ctus eſt. Regina: regis filia: Sic de Paſiphæ Ma⁄

Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub hectorea:donec regina ſacerdos
Marte grauis geminā partu dabit ilia prolē.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentē:& mauortia condet
Mœnia:romanoſq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum:nec tempora pono.
Imperium ſine fine dedi:quin aſpera iuno
Quæ mare nūc terraſq; metu cælūq; fatigat
Conſilia in melius referet:mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos gentemq; togatā.
Sic placitum ueniet luſtris labentibus ætas
Cū domus aſſaraci phthiā: claraſq; mycenas
Seruitio premet: & uictis dominabitur argis
Naſcetur pulchra troianis origine cæſar:

Imperium oceano: famam ꝙ terminet aſtris. gnum reginæ.ſ.n.m.a. Grauis: Grauida: ut Non inſueta graues.t.p.ſ. Fuluo regmine: utebatur pelle lupæ more paſtorum: cur autem nutricis pelle utebatur? Vel ad imitationem iouis qui amaltheæ capræ nutricis ſuæ pelle utebatur. Vel excuſatur falſitate fabulæ. Excipiet gentem: cæſo remo cuius cæde cum peſtilentia exorta eſſet fuit oraculum placandos eſſe ſuos manes: Ergo agenti aliquid Romulo ſemper ſella curulis uacua cum reliquis inſignibus regis iuxta apponebatur: ut pariter imperare uideretur. Romanos: non romam. Vrbis enim illius uerum nomen nemo uel in ſacris enunciat. Vnde Tribu.pleb.ut ait Varro: id auſus nominare in crucem ſublatus eſt. Hoc nec Iginius de ſitu urbis loqués exprimit. Metas: ad terras metas: Ad tempora autem annos retulit. Nam ſine lauino & albæ dato romanis æternitatem tribuit. Quin: minus eſt eſſet. Plenum autem quinetiam. Aſpera iuno: tolerabilius maritus uxorem criminatur ꝙ alius. Metu: nam ſupra id metuens. Terras cælumque fatigat: Sic alibi Aſſumptæ in teucros uires cæli.q.m. Conſilia: quia bello punico ſecundo romanis placata fauere cœpit. Gentemque togatam: bene quia omnis ſexus & conditio toga utebatur. Nam illam fœminas habuiſſe cycladum & ricini uſum oſtendit. Ricinus ex eo dicitur ꝙ poſt terga reicitur uulgo mauorte appellatur. Placitum: uel fatis uel mihi. Luſtris: quinquenariis. Numerat autem ab olympiadibus: quia nondum erat roma & conſules. Luſtrum autem dictum eſt ꝙ poſt quinquennium unaquæque urbs luſtrabat. Domus: familia troiana. Aſſaracus enim capym: capis Anchiſen: & ille æneam genuit. Vnde Romani ex quibus Mumius achaiam uicit. Phthiam: Achillis eſt patria. Claras: propter Agamenoné cuius fuit patria. Naſcetur: Contra illud Certe hinc ro. Et omnis intétio poetæ ad Auguſti laudem tendit: ut in ſexti Catalogo & in Clypeo apparet. Iuppiter autem & obiecta purgat & aliquid pollicetur. Pulchra: Alluſit ad Venerem. Cæſar. C. Iulius Cæſar. Et cæſar dicitur ꝙ cæſo matris uentre natus eſt. Vel quod auus eius manu ſua in aphrica elephantem: qui punica lingua Cæſar appellatur: cecidit. Imperium.o. ad laudem dixit. Vel hiſtoria eſt: Nam & britannos qui in oceano ſunt uicit. Et cum poſt mortem ludi funebres ab Auguſto adoptiuo filio celebrarentur: ſtella medio die uiſa eſt. Vnde Ecce dionei proceſſit cæſaris aſtrum. Ricius Luſtra Cæſar

DONA. Hic iam tercentú.poſt trienniú æneæ.xxx.Aſcáio &.ccc.hectoreæ géti dant. Regina: quæ ꝗuis geminos pariat: ad unú Romulú nápiom peruétura oſtédit & parricidú occultat & romáos a Romo appellari iri: qui táta ſint fœlicitate regnaturi ut nullis alterorum regú temporum terminis claudant. Aſpera iu.aperte pôit qd Venus unius ob irá dixit. Ergo tátam fœlicitaté pollicetur: ut acerrima inimica poſito odio futura ſit. At domus aſca. extremus cumulus lætitiæ: ut qui ad tempus uictores erát iis quos uicerát ſeruituri eſſét Quodé plus ꝗ antenoré iter uictores populos cóſediſſe: & per medios achiuos plapſus eé: Verum q̄ hæc i honore cæſaris ſcribebat: apuit qd i poſterioribus ſuſſet ſcripturus: niſi mors peruéſſet. Nam poſt mortem Turni ſecuebá-ur.xxx.ac.ccc. annorum geſta: ac deinceps uſque ad cæſaris tpa facta. Et cæſaré ita amplificaturum romanorum ut nihil reliqueret qd nó ſe ſubactú fateret. Pulchra: op.ia & hóeſta: ut nó corporis ſit ſed originis.

CHRI. Regnabitur. refert Liuius albam lógam nomé ſumpſiſſe & ab alba porca cuius nomie códitá eſt: & ſitu urbis: quoniá i mótis iugo i lógitudinem porrecta ſit & códitá eſſe ab Aſcáio æneæ filio. Sed utrum ab eo qué ex Creuſa i phrygia: an ab alio qué ex lauia i italia genuerat ambigit: Tamé ita proſeqtur. Is Aſcanius quicúque ſit matre natus: abúdáte Lauini multitudie albá cóndidit: atque íter lauinum & albani trigita interfuere anni. Siluius deinde regnat Aſcáii filius caſu quodá i ſyluis natus. Is æneam ſiluium creat: inde latinú Siluiú a quo aliquot coloniæ deductæ priſci latini ſút appellati. Máſit deiceps ſiluius oibus cognomé. Alba ex latino ortus & ex Alba Atis ex Ate Capis ex capi Capetus ex Capeto Tyberinus qui i traiectu albulæ ſubmerſus nomé ſuú flumini reliqt. Ex Tyberio orit̄ Agrippa & ex agrippa Romulus q fulmie ictus piit ex quo é Auétius. A quo mós auétinus quia i illo ſepultus eſt nomé ſumpſit. Auétini filius Procas eſt: qui munitorem creat & Amulium. Amulius Numitoré cui regnum legatum erat quoniam grádior eſſet natu pellit: filiumque interimit: & filiam ueſtalé uirginé facit: quæ grauida facta Marté ſiue ꝙ ita crederet. Siue ut quia deus auctor culpæ hóeſtior eſſet: patrem núcupat. Eius partu natus eſt Romulus & Remus. Hæc Liuius. Dionyſius autem halycarnaſeus refert Aſcáium Creuſæ filium qui antea Euryleó uocabatur: albam cóndidiſſe. Erat æneæ & alter filius: ſed ex Lauinia: Hic Siluius uocabatur: quoniá mater ilia metués priuignú illú cláculú i ſyluis alédú curauerat tradés illú Tirrheo paſtori. quem latio ſciebat fuiſſe acceptú. Mortuo auté Aſcáio certabát de regno hic Siluius: & iulus aſcáii filius Sed populus litem diremit: Siluiumque regnare iuſſit: iulo autem regni loco ſacram quandam poteſtatem attribuit honorem periculis imperii uacátem. Quem idem Dionyſius ſcribit i domo Iuliorum ad ſuá uſque ætatem duraſſe: i qua Cæſar mirifice floruit. Regnauit: autem Siluius unde triginta annis. Aeneas. filius.xxxi. Latius li. Alba.xl. Capis.xxviii. capetus .xxvii. Poſt hunc: ponit Dióyſius regnaſſe Calpetum annos.xiii. Tyberium.viii. Agrippá.xxxiii. Poſt húc loco Romuli póit Alladium tyránica uiolétauirum q deos contemnens fulminum & tonitruum imitatióibus ſed deú credi cupiebat. Verum hymbribus & fulminibus in eius domú cadentibus: & lacu iuxta quem habitabat i eius domú exúdáte cum tota domo abſortus eſt: Auentinus regnauit annos.xxxvii. Procas.xxiii. Amulius q fratri regnú eripuit duos & quadragita regnauit annos Euſebius ait Aſcaniú albá cóndidiſſe anno múdi.xxvii. ſupra quattuor milia: & regnaſſe annos.xxxviii. Deinde Siluium poſthumum.xxix. Aeneá ſiluium.xxxi. Latinum.l. Albani.xxxix. Ati ſiue Egyptum.xxiiii. Capim.xxviii. Caleptum.xiii. Tyberiú.viii. Agrippam.xl. Aremulú qué alibi Remulú uel Romulum.xxxix. Auentium.xxxvii. Procam.xxiii. Amulium.xliiii. Annos: anni certus modus apud ſolos ægyptios ſemper fuit. Aliæ gentes diſpari numero pari errore nutabant. Arcades.n.trium menſium habebant annú. Acarnanes ſex. Reliq græci.ccclini.dierum Romulus romáus ex decé méſibus iſtituit: anná a martio initiú ſummenté confectú ex.ccciiii. diebus. Numa deinde pompilius addidit quinquaginta Mox etiam unum dié Alba longa

ad honorem imparis numeri addidit.Verum cum ſol.ccc.& ſexagintaquinque diebus ac quadrante zodiacū
conficiens annum faciat:ſicque deeſſent.xi.dies anno ac quadrans græcorum quidam inſtituerunt ut octauo
quoque anno nonaginta dies itercalarétur:dieſque illos ὑπερβαίνοντας:& menſes ἐμβολίσμους:appella/
runt.Romani autem alternis annis binos & uigenos alternis ternos & uigenos intercalabant:Vnde octauo
anno quattuor actis intercalationibus propter illum quem addiderat Numa octo dies ſupererant.Itaque er/
rore cognito inſtituerunt ut tertio quoque octennio non nonaginta:ſed ſexagintaſex intercalarentur remo/
tis uigintiquattuor diebus qui totidem annis affluebant.Intercalatio autem fiebat poſt uigiſitres diem febru/
rii interminalibus ſacris peractis:deinde reliqui qui erant quinque religionis cauſa poſt intercalares ponebā/
tur:ne martius a februario diſiungeretur.Fuit etiam tempus ī quo intercalatio regiliōis cauſa ſublata ſit.Qui
& ſacerdotes in fauorem publicanorum numerum dierum modo augebant: modo diminuebant.Cæſar
autem ad uerum curſum ſolis annum redegit conſumptis iis diebus quibus confuſionem facerent.Itaque fu
it ille annus.cccc.xliii.dierum.Voluitque eſſe ex.ccclxv.diebus:& quarto quoque anno propter quadrantem
ſuperabundantem diem intercalari iuſſit.Annum romāi a bruma:hebræi ab æquinoctio uerno:Græci a ſol/
ſtitio.Aegyptii ab auctunno incipiunt:Ait Iſidorus.Atque hæc de ſolari anno.Eſt & annus lunaris triginta ſe
re dierum.Eſt & annus magnus qui impletur quotienſcunque omnes planetæ ac omnes octauæ ſphæræ ſtel
læ eodem redierint unde a principio mundi motum inceperunt.De hoc ſpatio uariæ apud priſcos fuerūt opi
niones:Tamen Andalo & Paulus florentinus cum ex triginta & ſex milibus annorum conſtare dixerūt:quo
niam gradus ī cælo.ccc.ac.lx.ſūt:& ſtellæ fixæ nō niſi cētenis annis ſingulos gradus cōficiūt.Quapp totū cæ/
Meta li ſpatiū miori tpe pagrare minime poſſūt. Metas:ſic dicta ē meta uel qa ſit poſita ī dimēſo ſpatio: uel qa illā
metiātur quadrigæ.Eſt āt termius ad quē curritur & cum illic puētum ſit neceſſe eſt ut circa ipſam flectātur.
Hic Iuue.Per quem magnus equos arūcæ flexit alūnus & Statius Flectere ſi poſſet circum compēdia metæ
& Virgil.in.v.Hic uiridem æneas frōdēte ex ilice metam Cōſtituit ſignum nautis pater unde reuerti Scirent
& longos ubi circumflectere curſus.Pōitur tamē pro oi termīo. Togatam:ſic Laberius poeta licētiam & li/
Pthia bidinem ut tollam petis togatæ ſtirpis. Pthia:pars Theſſaliæ auſtralis eſt:ī qua thetidis fanum prope phar/
Myce/ ſalum ueterem & nouum eſt iuxta magneſium pelagus Strabo. Mycēas:pelopōneſi eſt urbs cōdita a Perſeo
nas iouis & Danaæ fi. Cæſar:nō hic primus cæſar cognomiatus eſt.Nā & ī iulioꝝ familia pleriqꝫ ante hūc cæſa/
res fuerūt.Et Plinius li.vii.ait.Auſpicatius enecta parēte gignūtur ſicut Scipio africāus prior natus ē primuſqꝫ
Cæſar a Cæſo matris utero dictus.Helius autem ſpartāus ſcribit primum qui Cæſar appellatus ſit nomē ac/
cepiſſe ab elephāto: q maurica līgua Cæſa dicitur ī prœlio a ſe Cæſo:Vel quia mortua matre cæſo uentre ſit
natus:uel quia magnis crinibus utero materno ſit effuſus:uel q oculos ceſios habuerit.Habuit autem origi/
nē Iulioꝝ domus a regibus albāis:qui a iulio aſcāio ſūt.Nam A remulus ſiue Remulus filiū:hūit iuliū ut pla/
cet Euſebio : qui fuit ,pauus Iuli proculi:qui cum Romulo romam commigrās iuliam gentem fūdauit.

Iulius a magno demiſſum nomen iulo.
Hunc tu olim cælo ſpoliis orientis honuſtum
Accipies ſecura:uocabit̄ hic quoque uotis.
Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis.
Cana fides:& ueſta remo cū fratre quirinus
Iura dabunt:diræ ferro:& compagibus arctis
Claudentur belli portæ:furor impius intus
Sæua ſedens ſup arma:& cētū uictus ahenis
Poſt tergū nodis:fremet horridus ore cruēto.
Hæc ait.& maiæ genitum demittit ab alto.

SER. Iulius a magno: Sicut Alexander & Pom
peius. Cælo:in cælum. Spoliis orientis:uicto Phar
nace Mithridatis fi.Hic in oriente eſt.Nam ægyptus
in qua uenit Ptolæmeum meridiana eſt regio. Ho/
nuſtum : oneratus eſt quocunque pondere praſſus
ab onere:Honuſtus autem is eſt cui onus honori eſt
ab honore dictus. Accipies:nam poſt mortem cæ/
ſar meruit aram. Faſtigium:flamiem. Hic quoqꝫ:
uel ſicut Romulus uel melius ſicut æneas.Quoque
enim ad ſimilitudinem ponitur:ut Tu quoque litto
ribus noſtris.æ.n. Votis:ad uota:uel in uotis. Tūc:
Cæſare conſecrato regnante Auguſto.Templum
autem hoc ter eſt clauſum.Primum regnante Nu/
ma poſt bellum punicum ſecundum:Tertium poſt
bella actiaca ab Auguſto geſta.Quo tamen tempore
flagrauerunt bella ciuilia.Vnde ait furor impius intus.Aperiendi autem uel claudendi ratio fuit hæc.Romu
lo contra ſabinos pugnante cum iam uincerent̄ romani calidam aquam ex eo loco ſcaturiſſe dicunt: quaſa/
bini fugati ſunt.Hinc ergo mos deductus ut pugnaturi templum aperirent in eo loco coſtitutū ad ſpem pri/
ſtini auxilii.Alii dicunt Romulum & Tatium hoc temp o icto iam fœdere ædificaſſe:proptereaque Ianum
duas habere facies:quaſi oſtendat duorum regum coitionem:uel quod ad bellum ituri debent de pace cogi/
tare:uel q melius eſt quod ad prœlium ituri optent reuerſionem. Cana fides:uel q in canis hominibus in/
uenitur:uel q manu albo panno inuoluta illi ſacrificatur ut oſtendatur fidem debere eſſe ſecretam.Horatius
Veſta & albo rara fides colitur uelata panno. Veſtam:religionem quia nullum ſacrificium fit ſine igne.Vnde ipſa
& Ianus omnibus ſacrificiis inuocātur.Veſta autem dicitur uel ἀπὸ τῆς ἑστίας addito digamma ut enetus
uenetus uel q uariis ſit ueſtita floribus ē eni terra quā ignē habere non dubium eſt. Remo cū fratre: multi
telligunt it quod diximus Romulū poſt cæſum fratrē omnibus geminis uſum eē: unde ē Viden ut geminæ
ſtēt uertice criſtæ.Sed eēt aut iteratio ſupradictoꝝ aut ordo pꝑoſterus.ſ.poſt cæſarē Romulum repit.Cōſtat
pterea Iani tēplū patuiſſe ſub Romulo.Alii uolūt p hos romāos ītelligi.ſed ſi Quirius Auguſtus eſt p Remo
erit Agrippa:q ſororem Auguſti duxit uxorem & cū eo pariter bella tractauit:unde ē:Parte alia uentis:& diis
agrippa ſecūdis: Nam p adulationē tria nomia Octauiāo obtulit populus Ro.Quirinū Cæſarem Auguſtū.

Ille autem ne uno accepto partem quæ aliud afferret læderet: oibus diuerſo tẽpore uſus eſt: ut ait Suet. & Vir. i georgicis cum de gangaridis populis iuxta gangem ab Auguſto uictis intelligeret: dixit Victoriſque arma quirini. Nam Remum pro Agrippa ponens poetico uſus eſt more: ut nomen ex uicino ſumeret. Dicit ergo cum poperit Iulius Cæſar cælum tenere patratis omibus bellis iura dabunt Auguſtus & Agrippa. Romulus autẽ Quirinus dictus eſt quod haſta utebatur: quæ lingua ſabina curis dicitr: & eſt telum lõgum: unde eſt ſecuris quaſi ſemicuris: uel quia græce κοίρανος rex dicitur: Conſtat autem græcos fuiſſe romanos: Vel propter generis nobilitatem. Mars enim cum ſæuit gradiuus: cum tranquillus Quirinus dicitur. Vnde duo habet templa: alterum in urbe quod quirini eſt: Aliud extra urbem in appia uia prope portã quaſi bellatoris & gradiui.

Curis
Securis

Diræ: cum apertæ ſunt. Compagibus: Compages & Ambages antiquitus eſt in nominatiuo: Vnde genitiuus Ambagis & Compagis: Nam Cõpago & Ambago uſurpatur. Vnde non eſt Ambaginis & Cõpaginis. Furor impius: propter bella ciuilia contra Brutum & Caſſium in philippicis & contra Sex. Pompeium i Sicilia. Super arma: Secundum antiquam licentiam. Hodie tamen In & ſub communes ſunt Subter uero & Super accuſatiuæ ſunt. Sic clam & poſt prius communes naturam mutarunt. Nodis: non cẽtum nodis: ſed cathenis: quas circunlocutiõe ſignificauit. Nam cathenæ plures nodi ſunt. Maiæ: Mercurium per circunlocutionẽ. Cice. in libro de natura deorum plures ponit Mercurios. Sed in deorum ratione fabulæ ſequendæ ſunt: Nam ueritas ignoratr. Simul etiam alluſit poeta: qa per caductatores. i. inter nuncios pax fieri ſolet.

In
Sub
Subter
Super
Cathenæ

DONA. Iulius: Cæſar trahens nomẽ demiſum i tantũ autẽ domiturus omnes gentes ut exiſtentibus triũphis eius: pax: de hic. & fides. Perpetua permaneret. Iura dabũt. i. leges Romuli perdurabunt: Et deniq; ceſſu mmia mala fœlicitate Cæſaris dixit furorẽ. ſ. & bellandi neceſſitatem. Hæc ait. &. m. Expoſita futurorum promiſſione prouideri ſecuritas debuit: ne naufragi i terris alienis: & in qbus inimica regnabat Iuno: aliquam uiolentiam paterẽntur. Procuratur autem troianis ſecuritas per duos quorum alter auus alter affinis eſt. Nã Maia Mercurii mater Troianorum generi nectebatur. Debuit ergo ad effectus iplẽdos talis mitti perſona: quæ præceptorum auctoritate duplici ratione ducta celerius maturaret alarum iuuante ſubſidio.

CHRI. Nomen: in Cæſare nomen fuit. In aſcanio uero cognomen. Nam a lanugine qua primum eius genæ ueſtiri cœperant: dictus eſt Iulus. Et autem Iulus diſſylabum nomen: ſed metri ratione fit dierefis in prima ſyllaba & efficitur triſyllabum. Cana: Quia qui fidem ſeruat: non mutatur: ſed conſtanter in amicitia perſeuerans: in eaq; ſine aliqua nouitate conſeneſcunt. Veſta: de hac alio in loco. Secura: pollicetur non ſolum fugam periculorum: uerum etiam uocationem curarum. Fides: hæc duplex eſt. Alia enim dicitur: a fidẽdo: quia per eam confidimus aliquid futurum. Hæc autem una eſt ex tribus illis theologicis uirtutibus. Alia aũt eſt quam Cicero fundamẽtum iuſtitiæ nuncupat: diciturq; fides quod fiat quod dictum eſt. Iuſtitiæ enim partes ſunt: Relligio: Innocentia: Pax: Cõcordia: Pietas: Integritas: & Vẽdicatio. Integritas autem eſt iuſtitia quæ regique conſtantiã dictorumq; ueritatem iuiolabiliter cõſeruat. Fides eſt integritas qua dictorum conuentorum communiter uel ſpecialiter conſtitutorũ intemerata ueritas cuſtoditur. Verum de iuſtitia latius paulo poſt. Cõpagibus: & compagem & cõpaginem dixerũt Ouidi. Atq; ita depoſitis calamis compagine ceræ. Et Seneca i epiſtolis cõpaginem dixit. Belli portæ: ſcribit Piſo i annalibus ædificatũ templum a Numa Pompilio inter romanum boariumq; forum iano gemino fuiſſe: & ab eo iſtitutum ut eius porta clauſa pacem: aperta bellum ſignificaret. Clauſa eſt ter primo ſuo tempore. Secundo in primo bello punico a Luctatio finito. Tertio ſub Auguſto finitis bellis ciuilibus. Ianus ut refert Macro. ſiue ſol: ſiue mundus puter ab eundo dicitr quia mundus ſemper eſt i motu. Appellaturq; Ianus. Item pater geminus. Item Iunonius: quia calendarum eſt priceps quæ Iunoni dicatæ ſunt: unde illi ut Ait Varro duodecim aræ dicatæ pro duodecim menſibus dicatæ erant. Dicitur conſinius a cõſerẽdo: ſcilicet propaginem generis humani. Item quirinus: quia belli ſit portus. Dicitr Patultius & Clauſinius: quia bello ualuæ eius pateãt: & pace claudãtur. Volebãt romani in bello ſabino quod raptis uirginibus geſtum eſt protam quæ erat i radicibus collis uiminalis deinde ab euẽtu ianuale uocatam claudere: Sed cum ter clauſiſſent: & totidem ſua ſpõte pateret armati igreſſum cuſtodiebãt: mox cum audirẽt ab alia parte ſuos a Tacio fugatos fuga arrepta cuſtodiam deſeruerũt Erãt irrupturi ſabini cum extemplo per hãc portam magna uis torrẽtium ſcatentibus undis erupit & multas cateruas hoſtium aut feruentibus uſtas: aut uaſta uoragine deuoratas ferunt. Hinc mos manſit Iani ianuam in bello ad auxilium patere. Maia Filia fuit Athlantis: Sed de ipſo eiuſq; natis i georgicis diximus. Ex Maia & ioue natus eſt Mercurius: cum ex eodem ioue atq; Electra natus etiam Dardanus ſit. Ergo utraq; ab origine cõiunctus erat troianis Mercurius: & qa ex ioue natus eſſẽt: & Aeneas ioue auum habebat: & quia ex Maia quæ electræ ſoror eſſet: ex qua erat Dardanus. itaq; non ſolum qa nuncius eſt deorum mittendus erat Mercurius Verum etiam quia cognatus troianis pro illorum ſalute laboraturus eſſet. De Mercurio autem dicemus in. v. huius uoluminis libro.

Fides

Ianus
Geminus
Iunonius
Cõſinius
Quirinus
Patultius
Clauſinus
Maia

Vt terræ: utq; nouæ pateãt carthaginis arces
Hoſpitio teucris: ne fati neſcia dido
Finibus arceret: uolat ille per aera magnum
Remigio alarum: ac libyæ citus aſtitit oris.
Et iam iuſſa facit: ponuntque ferocia pœni
Corda uolente deo: in primis regina quietum
Accipit in teucros animũ: mẽteq; benignam.

SER. Vt terræ: propter illud Hoſpitio prohibemur harenæ. Pateat: propter illud Cunctus ob italiam terrarũ clauditur. Orbis. Hoſpitio: ad hoſpitium. Fati: non ſui. Si. n. exitum ſuum ſciret magis uetaret: ſed fati: ideſt uoluntatis iouis ut Fati iunonis iniquæ. Vel fati troianorum qui non ſponte: ſed neceſſitate africam tenuerant. Ergo ut diſcat Dido troianos ad italiam tendere. Sed quare ſe æneæ iunxit? uerum illud fuit furoris non conſilii: Nam nec ſacerdotibus hæc dicentibus credidit. Vnde eſt quid uota

At pius æneas per noctem plurima uoluens:
Vt primum lux alma data eſt exire:locoſq;
Explorare nouos:quas uento acceſſerit oras:
Qui teneãt(nã iculta uidet)hoíes ne feræ ne
Quærere cõſtituit:ſociiſq; exacta referre.
Claſſem in conuexo nemorũ ſub rupe cauata
Arboribꝫ clauſã circũ:atq; horrẽtibꝫ umbris
Occulit:ipſe uno graditur comitatus achate
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua
Virginis os:habitũq; gerẽs:& uirginis arma
Spartanæ:uel qualis equos threiſſa fatigat
Harpalice:uolucrẽq; fuga preuertitur hebrũ
Nãq; humeris dẽ more habilẽ ſuſpẽderat arcũ

furentem:Quid delubra iuuat. Citus:nam uelox eſt in curſu.Mercurius. Pœni:Quaſi phœni per antiſtichon. Deo:Mercurio:uel Ioue. Per noctem : decet enim pro cunctis regem ſolicitum eſſe. Alma: quia alat.Sic & alma ceres.Nam dicunt phyſici omnia per diem creſcere . Nam quod alibi dicit Exigua tantum gelidus ros nocte reponit:pro miraculo dixit : ut etiam Plinius ſentit. Locos:in plurali maſculini & neutri generis eſt:in ſingulari maſculini tantum: Sic etiã iocus iocos & ioca facit. Acceſſerit: præpoſitio detracta nomini datur uerbo:& eſt hyſterologia:ut hic Acceſſerit oras.Cum autem mutatur figura eſt : ut Cumarum allabitur oris pro oras. Qui teneãt:iure dubitat.Nam cernit inculta. Exacta:exquiſita. In conuexo:prooeconomia: ut non terreatur ueluti claſſis Ilionei. Conuexo:concauo. Vnde conuexũ dicimus cælum & intellige loco: ut Caſtrorum & campi medio ſcilicet hoſpitio. Rupe cauata:ſpelunca per periphraſim. Arboribus umbris: ideſt umbris arborũ. Achate:multi multa dicunt:quare comes ſit Achates:melius tamen eſt ut ſit a græca ætymologia:αχοσ enim cura eſt:quæ ſemper comes eſt regum. Bina:ſi ad utrunq; referas bene dictum eſt bina:ſi ad æneam bina:ideſt duo: ſicuti duplices palmas. Lato ferro:ideſt lati ferri. Sylua:υλην græci dicunt:ideſt elementorum cõgeriem:unde omnia creantur. Multi uolunt æneã in Horoſcopo uirginẽ habuiſſe . Bene igitur in media ſylua uirginis habitu uenerem facit occurrere:quia uenere in uirgine conſtituta miſericordes procreantur fœminæ : & uiri per illas fœlicitatem conſequuntur.

Os habitum:faciem & amictum. Spartanæ:nam ſparta habet uenatrices uirgines. Threiſſa: Thracia:& ẽ ſolutio:nam treſſa facit ſicut creſſa: ut Creſſa gẽus pholoe.Sunt ãt ab eo quod eſt thres & cres.Sed threiſſa:quia per ei diphthongõ ſcribitur:habet diſſolutionem:Creſſa uero quia ſcribitur per η non habet diſſolutionem.

Harpalice:Hæc collecta multitudine patrem ſuum agetis captum celerius liberauit quam de fœmina poſſit credi.Vnde fluuium dicitur celeritate tranſiſſe. Præuertitur:tranſit & peruertit dicitur. Arcum:ut credatur uenatrix. Habilem: aptum ſexui. Vnuſquiſque enim habet arcum pro uiribus ſuis.

DONA. Nouæ:quia nouitas regni cuncta habet ſuſpecta:ut ipſe Res dura & regni nouitas.m.t.c.m. Vel lege:ut Terræ carthaginis:& nouitas ædificiorum pateat teucris: ſolus ãt Iuppiter miniſtro Mercurio potuit præſtare:ut inimicos ſuos carthago ſuſciperet:ſed oĩa cum celeritate erant agẽda:quam breui ſermone eſt amplexus.Terras autem dixit:ne ĩ regionibus carthaginis aut in littoribus a gentibus uexarent. Nouas ar. Etiam ſic accipimus:ne carthaginẽ incogniti uenĩẽtes aduerſa paterent. Remigio alarum:aliter enim uolare nõ potuiſſet. Et iam iuſſa:Fructum executionis impletæ poſuit. Ponũt ferocia corda: Natura ferox in lenitatem mutatur. Volente deo:nam niſi dei ideſt Iouis:uel Mercurii iuſſus interceſiſſet:natura ferox immutari non potuit:& quia reginæ partes in ſecũdo loco poſuit:correxit dicẽdo in primis.Nam ipſa fuit lenienda:quæ uel icitare illos poſſet:uel uiolentiam comprimere.Et quoniam fieri non poterat ut eodem temporis puncto ferocitatem ponerent & amarent librauit uerba:& non dixit amant:ſed ponunt corda ferocia. At pius æneas: interpoſita narrationi fuerant uerba Veneris & Iouis in luctu troianorum : nunc ad narrationem redditeo unde digreſſus fuerat.ſ.Et iam finis erat. Exacta:propoſuerat plura in maſculino & fœminino.Hæc autem ut complecteretur:poſuit neutrum. Claſſem in conuexo:exiturus cum ſolo achate:nec omnino inermis fuit:ut temerarius:nec omnino armatus ut timidus:cum ſolis igitur inquit haſtilibus & uno ſocio in ſolitudinem enim iturus debebat eſſe expeditus ꝓpter requiſitionem celerem & maturum reditum.Ad omnium circunſpectus ſocios omni cautela occultat. Cui rei:inſeruit deſcriptio portus Claſſem ĩ conuexo nemorum. Quinta ergo diligẽtia fuit q nõ antea profectus q̃ ſociorum ſaluti cõſuluiſſet.Et cũ uno ad incertum ꝑgit.Additur aliud ad laudẽ a loco tpe & perſona:Nã cũ ſeſe fœmina ad fallẽdũ cõpoſita ſola ĩ ſylua obtuliſſet motus libidine nõ eſt:q̃uis uirginitas pulchritudo & ueſtitus accenderet.Accedebat ad caſtitatem congeries calamitatum:quæ etiam libidinoſos coercet.Vnde Teren.Nulla adeo ex re iſtud fit:niſi ex nimio ocio.

CHRI. Pateant:ut quaſi urbe penorum pro ſua utanť teucri. Carthaginis cũ ſtupore pronũciatur.q.d.urbis omnino inimicæ:& propter naturalẽ crudelitatẽ:& propter aduerſariã iunonem. At pius æneas: Deſcribit pricipem omni uirtutũ genere accumulatiſſimum.Eſt.n.& ſumma diligentia & ſumma in ſuos charitate ꝓditus q ne noctu quidẽ ſalutis iueſtigãdæ curã omittat:Eſt & ſumma prudentia:q & ſocios optime occulat:& cautiſſime ad explorationẽ rerum accedat.Nec defuit magnus animus & in rebus periculoſis tẽtandis excluſa temeritate fortitudo.Deniq; magna ĩ illo apparet caſtitas:qui aſpectu pulcherrimæ uirginis minime motus ſit. Per noctem:ut quietem mortalibus a natura datam ſibi ſubtrahens publicæ curæ iuigilaret:quod iouis apud Homerum præceptum eſt ουχρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα.Non enim decet totam noctem dormire populi conſultorem uirum.Plurima:nam nunquam recte conſulitur niſi prius omnes quæ ĩ cauſam cadere poſſunt rationes ĩ unum cõferamus:ac quibuſq; uel falſis uel ineptioribus eiectis ſolidas ueraſq; teneamus. Vt primum:optimus progreſſus.Nam & prius cõſulto:& ubi conſulueris mature

factio opus eſt.Conſulit ergo prudenter per noctem: Deinde prima luce quod decreuit fortiter aggreditur. Mater:quare Venus in excidio troiano ſe ut deam filio oſtendit:& quare hic ut uenatricem :in noſtris chal/ maduléſibus expreſſimus: q locus nõ te fugiat obſecro lector. Videbis q̃ altos q̃q; profundos ſenſus diuinus poeta ſub huiuſcemodi fabularũ figmentis abſcondat. Spartanæ:ex legibus Lycurgi cogebãt̃ ſpartanæ mu/ lieres uirilibus officiis exerceri.Vnde & mons in Lachonia parthenos eſt a uirginibus dictus q; i eo uirgines uenarent̃.Et Propertius ſic huius rei meminit:Multa tuæ ſpartæ miramur iura paleſtræ.Sed mage uirginei tot bona gymnaſii.Et infra:Et modo taygeti crines aſperſa pruina Sectat̃ patrios per iuga longa canes & Pla/ to in rep.ſua oſtendit quod ſi in cæteris animantibus fœmineus ſexus par uiribus eſt maſculino: ita & mulie res uirilia munera obire poſſunt. Harpalyce:fabulam narrat Seruius:Sed etiam legitur Boreæ filiam fuiſſe Harpalicé:in qua par eſt rapidiſſimi patris fuiſſe uelocitaté.Hæc Phineo regi nupſit priuignisq; iſenſa fuit. parthe nos

Venatrix:dederatq; comam diffundere uẽtis
Nuda genu:nodoq; ſinus collecta fluentis.
Ac prior heus inquit iuuenes mõſtrate mearũ
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum
Succictã pharetra & maculoſæ tegmie lyncis
Aut ſpumantis apri curſũ clamore præmentẽ
Sic uenus:& ueneris contra ſic filius orſus:
Nulla tuarum audita mihi: neq; uiſa ſororũ.
O quã te memoré uirgo? nãq; had tibi uultus
Mortalis:nec uox hominé ſonat: o dea certe:
An phœbi ſoror:an nympharũ ſanguinis una
Sis fœlix:noſtrumq; leues quæcunq; laboré.
Et quo ſub cælo:tandem quibus orbis in oris
Iactemur doceas:ignari hominũq; locorũq;
Erramus:uento huc uaſtis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nr̃a cadet hoſtia dextra.
Tum uenus:haud eqdé tali me dignor honor̃
Virginibus tyriis mos eſt geſtare pharetrã:
Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.
Punica regna uides: tyrios & agenoris urbé.
Sed fines lybici:genus intractabile bello.
Imperium dido tyria regit urbe profecta
Germanum fugiens longa eſt iniuria:longæ
Ambages.ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

SER. Diffundere:ut diffunderetur:& eſt græca figura:ſic & magnum dat ferre talentum:Inde da bi/ bere uſus obtinuit:quod facere nõ debemus ut duo uerba iungantur niſi i poemate. Sinus collecta:ocu/ los diffuſa.n. Heus:uocantis eſt aduerbiũ. Alias in/ teriectio dolẽtis:ut heus etiã menſas cõſumimus in/ qt iulus. Errãtem:inueſtigantem. Succinctã:inſtru/ ctam : uel ſecundũ alios in cingulo habentem phare trã & pellem. Lyncis:fuit rex thraciæ Linx. Hic tri/ ptolemũ ut hominibus frumenta monſtraret a Ce/ rere miſſum ſuſcepit hõſpitio:ac mox:ut gloria in ſe migraret occidere tẽtauit.At Ceres irata illum in lyn cem ferã uariæ pellis conuertit:ut ipſe uariæ mentis fuerat. Curſum clamore p̃mentẽ:Plerunq; duo di/ uerſa in unum exitũ cadũt:ut hic uidiſti etiam ad uo cem refert̃:quod ex æneæ reſponſiõe patet. Orſus: nunc incœpit . Alias finiuit:ut ſic Iuppiter orſus:& p̄ prie poſuit.Hic uero uſurpatũ eſt. Præteritum.n.par ticipium eſt. O quam te:non dubitat eſſe deam:ſed quæ dea ſit. Nec uox hominé ſonat:græca figura ẽ. O dea:concluſio ſyllogiſmi qui conſtat ex propoſi tione aſſumptiõe:& concluſiõe. Nam ſi nec uox:nec uultus mortalis eſt:reſtat:ut dea ſit. An phœbi ſo/ ror:a loco & ab habitu putat eſſe Dianã:quæ in ſyl/ uis uenatur. Sanguinis.i.generis. Fœlix : propitia Nã & qui dat:& q recipit fœlicitatem fœlix dicit̃ Sic i buco.Sis bonus o fœlixq; tuis . Et in ſeptimo. Quæ potui infœlix : ideſt aduerſa troianis. Leues:Leuem facias. Quæcunq;:ſeu diana ſeu nympha. Quo ſub cælo:ſub qua parte cæli . Vel ſecundum Epicuꝝ:qui plures poſuit mũdos. Tãdem:uacat ad ornatũ enim ponuntur.Tandẽ Quidẽ puta enim dum:gentium locorũ terrarum. Locorumq;:hypermetrus uerſus una:enim ſyllaba abundat: qui quotiens fit:debet ſe/ quens a uocali incipere ut hic.Sic etiam omnia mercurio ſimilis uocemq;:coloremq; & crines:niſi in fine fiat ſineræſis:ut Nec cura peculi pro peculii. Hoſtia:ſacrificium quod fit cum itur in hoſtes. Victima autem qđ fit poſt uictoriam.Tamen licenter hæc confundit auctoritas. Honore:ideſt ſacrificio: & aut uult probare ſe non eſſe numen:ſed hominem:aut quia paphiæ ueneri:quæ in cypro colitur:thure tantum & floribus ſacri ficatur. Dignor:dignam iudico:ut Cõiugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo ideſt digne habitæ. Purpureo: pulchro:aut roſei coloris. Cothurno: calcei ſpecies eſt uenatorii: quo etiam ſui a uincitur : Et aptus utriq; pedi unde ſingulari uſus eſt. Punica regna uides:attentum facit. Agenoris : quã fecerunt agenoridæ.Age nor rex phœnicum fuit:ſic illud Euboicis.c.al.oris.i.cumis quas ædificarunt:ii qui de chalcide euboiæ uene runt. Lybici:dubia dicta aperit.Nam & tyrii alibi eſſe potuerunt. Intractabile:inſuperabile: aſperum ſeuũ. Germanum fugiens:hoc ſtupuit Aeneas:Vnde ſuæ auiditati præſcribit Venus dicens: longa eſt iniuria:lõ. ga. Iniuria:ideſt cauſa ab eo quod ſequitur id quod præcedit. Ambages:circuitus. Faſtigia : primordia. Sic enim hiſtoriam Carthaginis longam.Sic Saluſtius de Carthagine ſilere melius puto q̃ parum dicere.

Lyn cis

Fœlix

Co thur nus Agẽor

DONA. Debuit Venus offerre loquendi fiduciam:ne improbum uideretur:quod cũ uirgine cũ ſola tũc reputaret̃:miſceret colloqũ:ſed & ad fallẽdũ quoq; ptinebat:ut nõ ſolũ ſpecie:ſed ẽt ſermõe imprudentes tra duceret:ut ad iter rogãdi neceſſitatẽ uenire potuiſſent. Mõſtrate:interrogatio eſt breuiſſima quæ tamen ne/ ceſſaria ad fallẽdum cõtinet.Dixit & ſigna ueſtitus & habitũ expreſſit.Breuius autem reſpondet Aeneas: nec tamen a propoſitis aberrat. O quan te: Completo reſponſo explicat ſeriem: extimationis:quam de ea habu/ it. O dea:cum hoc pronunciatum ſit:ſequatur certe an phœbi ſoror. Quæcunq;:ſiue Diana:ſiue nympha.

Hæc autem æneæ datur ſcientia religionum: non enim poſſet aliquid diuinum intelligere i hominis forma niſi quia pollebat omni ſcientia ſacrorum. Multa hoſtia: Cogebat non ad interrogata reſpondere: quia & ipſa ignorantes cupiebat inſtruere: ſed primo non primis: ſed nouiſſimis occurrit. Nam ſi oblationem ſacrificii in extremo poſitam tacendo acceptaſſet: confirmaſſet ſe deam: quod confutare feſtinat. Tali: nam ſi honori ficentiam mereor talis erit: quæ homini præſtanda non deo exhibenda ſit. Virginibus tyriis: quia uenus ſuſpicari poterat quibus ſignis illi dea ſe putabát. Iccirco illa conatur auertere. Habitus enim inquit quo me dei ſuſpicamini no meus eſt inquit: ſed omnium tyriarum uirginum: quæ in his regionibus ſunt. Ergo patrius mos pharetram & cothurnos pbet. Hoc autem facile poterat illa perſuadere: quia æneas ſe regiones hac homines ignorare dixerat. Punica.r.u. breuis & cócinna narratio. Non enim debuit Aeneas ſub incerto diutius teneri: & ipſa idé uolebat. Reſpódet át eo ordine quo iterrogať. Ille.n. quo ſub cælo &.q.o.m.o. hæc punica regna uides & deſignato loco dicit pſonas tyrios inquit & addit ſuperioris conditoris nomen. Fines lybici: illic enim occurrente pellago africæ termini claudunť. Inſuperabile: meminerat.n. ex pſona ſua dixiſſe: Studiiſq; a. perrima belli. Nec eſt hic repetitio eiuſdé rei: quoniá & dici neceſſe fuit & ex alterius pſona dictum eſt. Imperium.d. mira breuitas: ſed quæ multa cóplectatur. Præteritum.n. & præſens ponit: & quæ uocareť: & quid ageret quæ illic imperabat. Compendii uero cauſa fuit ne interrogando reſpondendoq; longum fieret: quod mature debuit fieri. Germanum fugiens: potuit enim quæri qua cauſa impulſa fuerit ut relicta patria mulier: quod difficile é: longinqua ſectaretur. Longa eſt in. hoc addit qa incredibile fuerat tantá interueniſſe cauſam quæ cogeret germanam dura ſectari relinquentem cum quem amare debebat. Sed ſumma ſe. Artificioſa narratio. Nam multa prætermiſſuram ſe ſimulat: ut ſpe breuitatis attentius audiretur.

CHRI. Succinctá pha. & ma. re. lyn. Copulat diuerſos caſus cótra cóſuetudiné: ſed melius i aliqbus codicibus legiť pharetra i ablatiuo. Eandé q́ſtioné habet. Quod ſcelus: aut lapithis aut calidona merenté: ſed & lapitas inuenitur & calidone. Ité iuſtitia ne prior mirer belli ne laboꝝ: ſed iuſtitiæ legiť: ait Priſcia. Apri: a græco eſt remota prima littera κάπρος.n. dicitur. Apri ſemel in anno gignunt. Plurima feritas eo tempore in maribus. Nam iter ſe dimicant durátes coſtas attritu arboꝝ: in india cubitales dentiú flexus gemini ex roſtro totidem a fróte ceu uituli cornua: in Arabia nullú é ſuillú genus hedera apri ſibi í morbis medétur: & cácros uescédo maxie mari eiectos: ait Pli. Náq; haud.t.u. ſic ſtat Diua potés nemoꝝ: ná te uultuſq; pudorq; Mortali de ſtirpe negant. Phœbi.ſ. Diana q́ uenatrix é: unde Qualis i euri otæ ripis aut p iuga cynthi Exercet dianachoros. Nymphaꝝ: ſecúdú Ariſto. moriúť ráde nymphæ: ſed ad plurima ſæcula durant. De his uero & faunis & panibus: idé iuenies apud Euſe. Pamphilú. Hoſtia: quid a uictima differat ſic ponit Oui. Victima quæ dextra cecidit uictrice uocať: Hoſtibus a domitis hoſtia nomé habet. Agenoris urbé: poetæ auctoré generis p ipſa géte ponút ut ſupra Reuocato a ſanguine teucri. Genus iſtoꝝ ſic ſe habet: ex Ioue prío natus é Epaphus ex hoc Bellus priſcus: ex Bello Agenor: hic Phœnicé genuit: ex Phœnice ſecundus Bellus natus é. q Methres é appellatus. Huius filii ſunt Pygmaleon & Dido & Anna: Eiuſdé auté Phœnicis filius fuit Pliſthenes: ex quo natus Sicarbas q patri í ſacerdotio ſucceſſit: & Eliſá q́ Dido a Maro. appellať uxoré cepit. Eſt ab eodé Bello priſco alia ſucceſſio. Fuerunt.n. ſibi filii Danaus & Aegyptus: ægyptus Lynceú genuit qui pulſo ſiue cæſo patruo ſuo Danao argis regnauit: reliquitq; Abantem filiú: q́uis ſunt qui hunc a priſco Bello genitú ſcribant. Abas genuit Iaſium & hic Amphioné qui orcomeni & pili regnauit. Item Talaonem ex quo natus eſt Adraſtus: et eodé Bello Agenor eſt. Huius filius fuit Cylix: ex Cylice Pigmaleon oritur qui Cylicú manu Cyprum occupauit & Paphú genuit: qui oppidum de ſuo noíe & in eo templum Veneris condidit: Cineramq; filium reliquit. Hic ex Myrrha filia ab ea tamen deceptus Adonem genuit. Hæc oia iccirco adiunxi quoniam multa incident loci in quibus hæc noſſe ex uſu erit. Germanum fugiens: nam niſi magna iniuria coactam patriam pudicam mulierem relinquere nó decet. Iudicátur.n. turpioris uitæ: quæ patriá mutát: hic Parmeno terétianus ſe tacere poſſe dicit: cum Thais narrat Samiá ſibi matré fuiſſe & habitaſſe Rhodi: q́ſi ex patriæ mutatione impudicitiæ illa argueretur. Hoc idé & Simo i Andria cú exclamat: Adeo eſt demens ex peregrina: &. Cicero ad Trebatiú ex Medea uerſus pfert idé oſtédétes: ait.n. Quibus illa pſuaſit ne ſibi uitio uerterét qd abeſſet a patria.

Huic coniunx ſichæus erat ditiſſimus agri
Phœnicú: & magno miſeræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat: primiſq; iugarat
Omnibus: ſed regna tyri germanus habebat
Pygmaleó ſcelere ante alios imanior omnes
Quos intermedius uenit furor: ille ſichæum
Impius ante aras atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorú
Germanæ: factumque diu celauit: & ægram
Multa malus ſimulans uana ſpe luſit amanté.
Ipſa ſed in ſomnis inhumati uenit imago
Coniugis ora modis attollens pallida miris

SER. Huic coniúx: cú noia a uerſibus abhorréťa inenit poeta aut ea mutat: aut aliquid ide mutilat: ná hic Sicarbas dictus eſt. Bellus Didonis pater dictus é Methres. Carthago a carthalectum eſt i hiſtoria pœnorum. Sichæus primá natura corripit: ſed hic ectaſim facit licentia qua in propriis nominibus eſt in quibus licet i quauis parte ſyllabæ mutare naturam idé euenit in appellatiuis ſi a propriis ſunt: ut Sicanio pteuta inu quæ a Sicano rege eſt. Miſeræ: datiui eſt. Omnibus: Auguriis ſecundum Romanos qui nihil ſine auguriis agebant. Lucanus Duce bruto & auſpice bruto. Tyri: aduerbium. Alios Quos intermedius ue. fu. q́ſi dicat Atreo & Thyeſte: uel Eteocle: & Polynice. Sichæum: ſi inc ſecúdum naturam eſt. Ante aras: probat cur impius: quia ante aras. Securus: Contemnés ut ſecuri pelagi atq; mei ideſt contéptores: ut ſecurus erat de amore germanæ erga ma

Sicarbas
Methres
Carthago

Crudelis aras:traiectaq; pectora ferro
Nudauit:cæcũq; domus ſcelus omne retexit:
Tum celerare fugã:patriaq; excedere ſuadet:
Auxiliumq; uiæ ueteres tellure recludit
Theſauros ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam dido ſocioſq; parabat
Conueniunt:quibus aut odiũ crudele tyrãni:
Aut metus acer erat:naues quæ forte paratæ
Corripiũt:onerantq; auro : portantur auari
Pygmaleõis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos:ubi nunc ingentia cernes
Mœnia:ſurgentemq; nouæ cartaginis arcẽ.

ritum ob quem poſt mortem Sichæi interemptu/ram ſe putabat.Nam niſi & ipſa periret auro ille poti ri non poterat. Amores in plurali numero ad uolu/ptatem:in ſingulari ad religionem pertinent. Ae/gram:mœſtam. Multa malus ſimulans:ſed quomo do hoc:cum alibi ſit quis fallere poſſit amantem.Sed oſtenditur nimia illius malitia:qui etiam amantem fefellerit. Vna ſpe:dicebat enim illum reuerſurum. Inſomnis: ſi ab inſomnio eſt erit ſynæreſis:ut pecu/li.Si a ſomno erit inſomnis ideſt:dum ſomnos cape/ret. Crudeles:epitheton de cauſa eſt. Nam aræ piæ ſunt. Retexit:Oſtendit quid ſit nundãt. Suadet: ſe/cundum naturam duæ ſunt ſyllabæ. Multi uero tri/ſyllabum putant:quod ſi inueniatur diſſolutio eſt:ut dicimus æneа : & ahena. Hoc autem ſolum huiuſ/modi uerbum in latino iuenitur. Ignotũ: aut quod ignorabat dido:Vel tantum quantum nullus unquã nouit. Quibus aut: Oderant læſi metuebant lædendi non ergo uoluntate ſed odio & metu abibant propter hoc in quarto dixit Quos ego ſidonia uix urbe reuelli. Crudele:ideſt crudelis tyranni per hyppallagen:Nam in tyrannum iuſtum eſt odium. Pygmalionis:ideſt quas ſuas putabat. Hinc in quarto. Vlta uirum: Nam quæ maior potuit eſſe pœna:q̃ aurum propter quod peccauerat perdere:aliter falſum eſt ultra uirum. Para/tas:nam phœnices a rege pecuniam accipiebãt ut de peregrinis frumenta coemorent.Naues igitur ad hoc pa/ratas accepit Dido quam cum a fratre miſſi inſequerentur:illa aurum in mare deiecit:qđ illi uidentes reuerſi ſunt. Surgentem:erigentem ſe. Nouæ:Carthago lingua pœnorum noua eſt ciuitas:ut docet Liuius.

DONA. Huic coniux:amoris inter coniuges honeſtas inſerit cauſas.Amabat inquit hominem ſecuta iu dicium patris & diuitem & probum. Intactam:multum enim differt inter affectum uirginis:& eius quæ ſe cũdo nupſit. Primis:nullis aliis ſed ſolis. Sed regna tyri:ex quo intelligitur habuiſſe ſpem faciendi: & factũ defendendi quia rex. Immanior ſcelere:nõ.n. eſt intelligendum quod furor medius inter Sichæum & Py/gmaleonem uenit:Nam ſic defendi poſſet Pygmaleõis factum:ſi nõ uoluntate ſed furore peccauit : & furens fuiſſet Sichæus.ergo pares.Quapropter ita pronunciandum:ut Sichæus fuerit innoxius.Pygmalion uero oĩ bus aliis ſceleratior:quos in facinus ĩpulit furor.Ergo alii ſi ĩ crimina ĩciderũt furor cã fuit aut ĩſania : aut ani mi dolor:& poſſunt habere ueniam facti.Pygmaleon uero aliorum comparatione ſceleratior oſtenditur:q̃ uoluntate non caſu:aut neceſſitate ſcelus admiſit. Cæcus amore:unam cauſam ponit a uitio naturæ pro/fectam:Sed cui alia crimina adnectuntur. Nam Saluſtius ait Auaritia fidem probitatem cæteraſque bonas artes ſubuertit. Pro iis ſuperbiam crudelitatem:deos negligeret omnia uẽalia habere edocuit. Auaritiæ ergo crudelitas comes perfidiaq; coniuncta . Non enim poteſt uoto potiri niſi ad id perſcelus uenerit. Habemus exempla apud poetam hic pygmalionis in tertio polyneſtoris.In ſexto qui auro patriam prodiderat . Nihil autem in prima narrationis parte fruſtra poſitum eſt. Ditiſſimus.a.imitatur peſſima natura opulantiã. Et magno.m.d.a.hic grauatur factum ut cariſſimum ſorori uirum necarit. Cui pater:ut contra inditium pa/tris fecerit. Clam:grauat factum.Nullus.n.clã facit:niſi illicitam eſſe ſciat.Vel clam:Ne ſi palam innocens de fendi poſſet.Ergo clam ut lateret auctor.Quis enim crederet ſororis uirum innoxium amabilem nullis in/teruenientibus inimicitiis ab eo cæſum. Ante aras:occidit propter ſolam auaritiam:cum rex nulla ĩopia ur geretur occidit innoxiũ:ĩcautum ſororis uirum.Ergo uirtute oratoria unũ admiſſum q̃tis criminum gene ribus aggrauat poeta & partes cõis loci ingreſſus:q̃ late diſcuſſit non omiſſa:breuitate quæ æneæ neceſſaria erat:pp tot calamitatis feſtinãti. Ille:de quo nihil tale ſperabat.Ille quẽ nulla urgebat inopia:q germanã ui/to priuare nõ debebat:q affinẽ ſeruare debuit.Qui contra naturæ religionẽ faceret.Contra iudiciũ patris ru/pto humanitatis & affinitatis uiculo.Ante aras:ut ſceleri ſacrilegiũ addret. Ante aras.i.diis ſpectãtibus quos humana cæde funeſtare non debuit. Auri cæcus:a cupidatate enim impeditus non conſiderauit ubi quid cur & ĩ quem faceret. Factum celauit. Duplici de cauſa. Prima ne manifeſta cæde ad auctorem aliqua uia ire tur:Secunda ne re patefacta potiendi uiri occaſione priuaretur. Ipſa ſed in.quoniam neque ſuſpicio ĩ Pygma lionem duci propter affinitatem poterat nec teſtis extabat:poſita eſt imago. Innumati:unde augetur credu/litas q; cæſum ſepultura priuauerit. Pallentia:ut iam illum cæſum ĩtelligat auditor. Crudeles aras:hoc per uerba. Traiecta:hoc per uiſum nudatur. Cæcumq;.d.ſtricti ponit quæ ſupra diffuſius dicta fuerãt.Suadet autem fugam quoniam neque ulciſci ualet apud ſceleratum tuta non poteſt. Auxiliumq;.u.propoſita fuga addit facilitatem in tanta theſaurorũ copia. Odiũ:eorum qui nonnullis uiribus potuiſſent reſiſtere. Mœ/tus:eorum qui aliqđ crudelitatis expectarent : Ergo alii fauebant Didoni : ne ille occupato auro fieret forti/or:alii propter metum quibus ferebat occaſio ut carerent ſæuiſſimi hominis dominatione. Paratæ:Si enim aliquid innouaſſent in nauigiis dabatur aperta ſuſpitio. Onerant auro: aurum omne & argentum iuſſerat tolli Sichæus:Sed iſti quia maior nauium copia ad omne tollendum opus fuiſſet:id tulerunt quod naues ca/pere poſſent.Ergo auro quidem prætioſius eſt & non argentum.Onerãt ut plus etiam q̃ naues ferre poſſent impoſitum eſſe uideatur.Quanta ergo fuit theſaurorum copia cum relicto argento ne totum quidem aurũ naues ferre poſſent. Auari pygmaleonis: omne illuc tendit:ut probetur quod dictum eſt: Sed quo modo

Pygmaleonis:Quia illas ſuas futuras animo conceperat:propter quod ſibi ereptas inique ferret. Dux fœmina:ad inſultationem pygmaleonis dictum:ut ea duce perdiderit:qua aſſecuturum ſe putabat.

CHRI. Primis:ideſt optimis.Nam quæ bono omine fiunt maiorem habent efficatiam. Vnde in Didonis coniugio quoniam diuortium futurũ erat:mala ponit auguria. Primis:optimis: Statius aduenisſe ducis genero primiſq; hymenæis Aegregiam argiam : nec formæ laude ſecũdam Deiphilem. Ante aras:Pathos a loco: ſic de Orpheo inter ſacra deum nocturnaq; orgya bacchi. Securus : cõtẽptor:Perſi . Hic ego ſecurus pelagi & quid ꝑparet auſter.Nam qui ſecurus eſt:non timet:qui non timet contemnit. Celauit:nã facile fratri ſoror credere poterat. Amantẽ:& propterea reditũ uiri cupientẽ facile ãt credũt quod cupiũt miſeri. Ipſa ſed in ſom.Tragediam excitat. Mire autem & tempori & perſonis accommodatur narratio: quia cum nihil breuius ſit:tamen omnia uerisimilia & aperta ponunt. Recludit:nam ſi in promptu fuiſſent iam rapuiſſet illos Pygmaleon:nec etiam tuti fuiſſent: ſi ita latuiſſent:ut tamen noti Didoni fuiſſent. Facile. n. nihil de fratre ſuſpicans illos ſibi indicaſſet:ignotum ergo Didoni. Portantur auari:Exprobatio in auaritiam quæ ſæpe impellit nos propter q̃ſtum ad ſcelus ex quo ab euentu decepti nullum commodum conſequimur.

Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo.
Sed uos qui tandẽ: q̃bus aut uenistis ab oris:
Quo ue tenetis iter: quærenti talibus ille
Suſpirans:imoq; trahens a pectore uocem
O dea ſi prima repetens ab origine pergam
Et uacet annales noſtrorum audire laborum:
Ante diem clauſo componet ueſper olympo.
Nos troia antiqua (ſi ueſtras forte per aures
Troiæ nomen iit) diuerſa per æquora uectos
Forte ſua libycis tempeſtas appulit oris.
Sum pius æneas:rapto qui ex hoſte penates
Claſſe ueho mecum:fama ſup æthera notus
Italiam quero patriam:& genus a ioue ſũmo
Bis denis phrygiũ conſcendi nauibus æquor:
Matre dea monſtrante uiã data fata ſecutus.
Vix ſeptẽ cõuulſæ undis euroque ſuperſunt.
Ipſe ignotus:egens libyæ deſerta peragro

SER. Mercatiq; ſolum: pellebatur lybia ab Iarba Dido itaq; callide emit tantũ ſoli quãtum poſſet bubulo corio teneri.Verũ corium in tenuiſſimas corigias ſectũ tetendit:occupauitq; ſtadia.xxii.hoc breuiter tangit cum dicit nõ tegere:ſed circundare . Facti de.n. de cauſæ qualitate. Tandem:uacat. Et eſt naturalis interrogatio quin unde & quo:ſic in octauo licet mutato ordine. Quo tẽditis: & quid genus:Vnde domo. Trahens.a.p.u.Subaudi dixit.Nã quotiẽs lõge reſpõdet parentheſis eſt quotiens nuſq̃ eclypſis. O dea: ita perſeuerat in opinione ſua:ut illi quandoq; concedat. Si ueſtras forte.p.au.t.n.iit: uel illud ẽ quod ſupius dixit an nympharum.ſ.u.Quæ non oĩa ſciunt & moriuntur ſecundũ Ariſtote.ut fauni & panes. Ab origine:a raptu Helenæ. Pergam:perſeuerem.i. uniuerſa dicam. Annales:hiſtoria eſt eorum temporum q̃ uidimus:aut uidere potuimus dicta ab στορειν.i. uidere. Annales ſunt eorũ annorum & temporum q̃ noſtra ætas nõ uidit. Sed cõfundunt ut hic ubi annales pro hiſtoria ponuntur. Clauſo.ſecundum poetas q dicunt nocte claudi:die aperiri cælum. Cõponet: finiet. Antiqua:nobili:ut Terra antiqua.i.nobilis: nec enĩ poterat eẽ noua. Forte ſua:caſu ſuo.i.quo ſolet:ẽ ãt nomen a nominatiuo fors.Teren.Fors fiat. Libycis:hoc iã audierat. Oris: datiuus eſt pro accuſatiuo: ut ſupra. Pius:nõ arrogãti:ſed iditiũ ẽ.Non.n.ſcientibus: ſed neſcientibus de re loquitur:uel ut heroes loqtur q̃bus q̃ mẽtiri turpe erat:tã uera reticere. Deniq; Vlyxes quoq; i Home. ait ſuã famam uſq; ad cælũ ueniſſe. Hoſte:optima elocutio:pluſq; ſignificat de plurali ad ſingularẽ trãſire:Hora.Et hinc multa cane apros i obſtantis plaga trudit. Patriã:diſtinguit ab italia:nã prouincia nõ patria ẽ:ſed ciuitas:licet Salu.ſcribat Hiſpaniã antiquã ſibi patriã eẽ:ſed illic ad laudem pertinet:nõ ad ueritatẽ.Tria ergo q̃rit prouĩciam.ſ.italiã patriã corythũ:unde Dardanus fuit. Genus.ſ.qa ex Ioue & Electra Dardanus natus troianæ gentis auctor. Phrygiũ:helleſpõtũ. Cõſcendi: bene dictum qa terra:ut aiunt phyſici inferius ẽ elemẽtũ aqua.Nam cõtinẽs ſupra cõtentũ eſt. Matre dea:tangit hiſtoriã:quam poetice ſcribẽs:nõ põt apte ponere.Propterea Luca.nõ meruit eẽ in numero poetarũ:quia hiſtoriam & nõ poema uidetur componere. Nam Varro in ſecundo rerum diuinarum ait:ex quo a Troia eſt profectus Aeneas Veneris per diem ſtellam ſemper uidiſſe:donec in laurentum agrum ueniret: ubi non eſt amplius uiſa : quare cognouit terras eſſe fatales.Ergo & alibi Nuſquam abero.Et Iamque iugis ſummæ ſurgebat lucifer idæ. Data fata a Ioue. Conuulſæ:aut ſuperſunt undis euroque conuulſæ:aut conuulſæ undis & euro:quia ſupra eſt Laxis laterum compagibus. Ignotus:Deeſt quaſi.Nam contrarium dicit Fama ſuper æthera notus.Subtrahit enim alias hanc dictionem : ut medias inter exultat amazon.Nam uolſca fuit.

DONA. Deuenere locos:ordina ſic Deuenere locos:Mercatiq; ſolũ.u.u.m.o.m.Nã ædificiũ inſtitui:nõ potuit:niſi prius empto ſolo. Taurino quãtũ:alii dicũt pecuniam tunc ex corio bubulo fuiſſe:& pecuniã dictã q ex pecore originẽ duceret:tantũq; fuiſſe i ꝑcio loci:quãtũ bouis coriũ cõficere potuiſſet:alii fraudẽ emptoris ponũt:qui tantũ mercatus ſit q̃tũ corio bouis poſſet circũdari: at uẽditor nihil tale ſuſpicans arbitratus ẽ tantũ dediſſe:quãtũ itegrum coriũ poſſet occupare.Emptores uero i tenuẽ corigiã illud ſecantes pluſq̃ deberent occupantes:ſed fabuloſa ſunt oĩa:nam ſi attẽdatur magnitudo urbis:& q̃ta a Virgi.deſcribitur:nõ poterat niſi laboribus locis cõdi:licet poeta hoc credibile faciat dicendo facti de noĩe byrſa: quod & lingua græca unde fuit Dido:& punica ideſt ipſius regionis i qua res eſt geſta:coriũ ſignificat. Sed uos: mira breuitas interrogantis:nec fraude caret.Nã conatur oſtẽdere:ſe nõ eſſe deã:ſed nõ fallit æneam. Nã cũ magna aĩ laceratione re

ſpondet. O dea: Duo dicit īpedire. Vnum quia non uacat. Alteꝝ quia breuitas temporis narrationem exple/
ri nō patiṫ properat redire ad ſuos a qbus i locis deſertis noctu ſeparari nō debuit. Beniuolā āt facit & honori
ficā: cum deā appellat. Et attentā cū multitudinem calamitatū ſuaꝝ propōit: & nō tamē oēs ſe dicturꝝ. Reſpō
det ad oīa ſed nō ordine. Primo.n. reſpondet ſecūdæ: Quibus aut ueniſtis ab oris. Et quāuis narratione toti/
us diei nō poſſe expleri calamitates dixerit: tamē breuitate mirāda labores oīum concluſit annorum. Nā dicē
do nos troia antiqua: primā tpis ptem poſuit: Dum āt diuerſa p.e.u. tangit mediā: & Forte ſua lybicis pōit po
ſtremā: & ſimul oſtēdit: ꝙ uiolentia fluctuū illic appullerit: & quia cū dea putabat ſe loqui: cōmendat perſonā
ſuā dicēdo Raptos. q.e.h.p.c.u.m. fama: mediæ poſuit: nec dixit q̄ fama: nā & multi mala fama noti ſunt: ſed
q̄ fama itelligat: ponit cū illū religione in deos fama ſup. æ.n. dicit. Cum enim laboribus meis eſſē notus to/
to orbi fama noīnis mei ſine fine decurrēs ad cælū uenit. Italiā q̄ro: ad id Quo ue tenetis iter? & ornatruus ge
nus addit: qđ nō q̄ſitū fuerat. Et genus a ioue ſummo. Matre dea: libēter auditur quod gratias agat matri q̄/
ſi abſenti. Data.f. ergo nō uolūtario a patria diſceſſerat: Sic præteritā ſtrictim tangit: & in pſenti immoratur:
ut maiorē moueat miſericordiā. Bis.d. oſtēdit magnū numeꝝ. Sunt āt ſi dolētis animū excutere uolumus
ſeparatim ſingula cogitanda. Vix: oſtēdit quanta difficultate euaſit. Ignotus: ſumma i humanis miſeria: in
alienis terris nullius habere notitiā: Augeṫ āt ſi ſit egēs: Nā ſi egeret: nō eēt ei cuiuſquā notititia neceſſaria: ad
hæc duo mala ignotus & egens additṫ tertiū ſolitudo: ut nihil ad uictū ſuppeteret: nec īueniretṫ qui daret.

CHRI. Solum: nō ſolū terra eſt ſolum: ueꝝ quicqd aliquod ſubſtinet animal. Vnde & de mari ſolū dixit: Terra
ut ſubtrahiturq; ſolū. Nomine: aliquando famā ſignificat: ut infra Et nos aliquod nomēq; decuſq;. Tauri Tau
no: taurus eſt bos nō caſtratus & armēti maritus. Iuuēcus āt q ī iuniori ſit ætate. Vitulus q adhuc non ſit pfe/ rus
ctus tanq̄ puer ī homine: ſed in elephanto uitulū dicimus. Circundare: dupliciter dicimus ut circundo ſolū Iuuen'
corio: ut hic & circūdo corium ſolo: Martia. Qui recitaturus circundat uellera collo. Hic ſe poſſe loqui: poſſe cus
tacere negat. Tādem: nō uacat: ſed ſignificat affectum loquentis: qui q̄uis breuiſſime porauerit: tamē pluſq̄ Vitu/
uellet tēporis cōſumpſiſſe dolet dixit ergo tandem: quia ſibi nimium tempus q̄uis breue fuerit cōſumpſiſſe lus
uidetur. Nam animo properanti nihil ſatis feſtinatur. Pergam: pergere ē ſuo ordine procedere. Ergo eſt ac ſi Perge/
dicat. Ita narrem: ut nihil omittam. Hinc dicimus pergere perſeuerare. Vacet: ocium ſit. Vacare.n. eſt uacuū re
eſſe. Vnde dicimus uacare imperium quod imperatore caret & quoniam qui curis uacui ſunt ocioſi ſūt: dici/ Vaca/
mus uacare ocioſum eſſe: & quoniam quod ocioſum eſt nihilq; agit ſuperabundat: dicimus uacare ſuperflu re
um eſſe. Præterea qa quibus nullū negocium eſt ii atētius aliqd aduertunt dicimus uacare atente incumbere
q qđ diligētius ītendūt uacuos ſe ab omni alia cura pbent. Erit igitur ſentētia. Si ego ordine cūcta narrem &
tu atēte audias erit prius diei q̄ narrationis finis. Olympo: cælo quaſi ololāpos.i. totū ſplēdēs. Forte: nomi/
natiuū habet fors. Spōte autem ſolum habet ablatiuum. Tēpeſtas: q̄litas eſt tēporis: & q̄uis ꝓ tēporis ſeuitia
ſæpius ponatur: tamen uerbū medium eſt: ut pro bono capiatur: ut unde hæc tam clara repente tempeſtas.
Capitur ēt pro ipſo tempore abſolute: ut ſæpe apud Salu. inuenies. Annales: pontificem facit æneam ſecun/
dum Macro. Nā pontificibus pmiſſa ē poteſtas memoriā rerum geſtarum in tabulis conferendi: & hos an/
nales maximos uocant: quaſi a pontificibus maximis factos. Differunt autem annales ab hyſtoria. Hyſtoria
enim non ſolū res geſtas lōgo ordine explicat: ſed & cōſilia quibus geſtæ ſunt pōit: & cōciones facit & acies in
ſtruit: & ſitus locoꝝ deſcribit. Annales autem ſinguloꝝ annorum geſta inde ac breuiſſime notant unde an/
nales Piſonis & pictoris dicimus. Liuii āt & Salu. hiſtorias: has cronicas græci nuncupant: pius eſt enim pietas
gratum & diligens officiū quod tribuimus iis qui propinquitate nobis cōiuncti ſūt: & patriæ ēt deuotis. Li/
byæ deſerta: pathos a loco: ut cū uitā in ſyluis iter deſerta feraꝝ. Item At nos hinc alii ſicientes ibimus afros.
Vix ſeptem: unus eſt ex locis ad captandam miſericordiam: cum ex ampla fortuna in calamitatem incidiſſe
oſtendimus: Sic infra Hic finis priami.

Europa: atq; aſia pulſus. nec plura quærentē
Sidon na cum fronte reſumeret orbes cinthia. Sidona:urbs phœniciæ eſt ſidon. Auxilio belli: Patris mei de quo diximus De Teucro:Hora.Teucer ſalamina patremq; cum fugeret:& reliqua. Cyprum:quam ſubactã con

Pelaſgi ceſſit teucro. Pelaſgi:populi ſunt qui prius ſamothraciam coluerunt:Deinde cum athenienſes totum ſuum agrum colere nõ poſſent hos ſuos uicinos receperunt & partẽ illis agri habitandã dederũt pacti : ut ſibi murũ q̃ eſt circa arcẽ ædificarẽt.Hinc græci uocari pelaſgi cepti ſunt : ait Herodo.ſunt autem pelaſgi ſecũdum Dionyſium alicarnaſeum dicti ſunt a pelaſgo eoꝝ rege quem ex Ioue & Niobe Phoronei filia:cui primæ mortalium commixtus eſt natum dicunt. Ipſe hoſtis:ipſe quaſi tantus uir. Hoſtis:q̃uis eſſet hoſtis. Solebat:quaſi hoc importat:ut ſe troianum q̃ græcum eſſe malet. Similis fortu.ne credant ſe contemni ab ea:quia deiecti ſint. Hac demum:dat ſpem & illos inuenturos ſedes. Non ignara: poſſumus legere ſimpliciter. Ego cũ animaduerto calamitatem ueſtram diſco ſuccurrere:quia non ignara mali ideſt quia experta ſum in me hæc

Feriæ ſtatiuæ mala. Indicit honores:ideſt ſacrificia:& oſtendit ferias fuiſſe imperatiuas.Feriarum enim aliæ erant ſtatiuæ: quæ omnes communes & certis menſibus & diebus in faſtis annotatæ erant:ut Agonalia: Carmentalia: Cõ

Feriæ conceptiuæ pitalia.Aliæ cõceptiuæ:quæ quot annis a ſacerdotibus:uel magiſtratibus concipiuntur in dies certos:uel incertos:ut erant latinæ:ſementinæ:paganalia.Aliæ imperatiuæ:quas conſules uel pretores pro arbitrio indicebant.Aliæ nundinæ dicuntur paganorum & ruſticorum:quibus conueniunt negociis propriis & mercibus emendis uendendiſue poluuntur feriæ ſi in iis opus ſit. Regi autem ſacrorum & flamini in ipſis feriis opus

Feriæ imparatiuæ fieri uidere non licet:& ideo per preconem nunciabãt:ne quid tale fieret: & inobtemperantem mulctabant. ſed de feriis latius eſt in georgicis:ubi eſt Feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinunt: Ergo in hoc loco notat ferias indictas. Lætitiamq; dic:Apronianus dei legit ea ratione:quod non tantum inter diu:ſed noctu

Nũdinæ bibatur.Ergo munera & lætitiam bacchi:ſed Gellius dii legendum ait:quia antiqua declinatio erat dies huius dii pernities pernitii. Lucilus:Rugoſum atque fami plenum:& Siſena libro ſeptimo:Romanos inferendæ pernitii cauſa ueniſſe:& Cato pueri & mulieres extrudebant famii cauſa. Cn.Maius in iliade. Altera pars acii uitaſſet & fluminis undas.Item an maneant ſpecii ſimulachra in morte ſilentum. Tullius pro Roſcio pnitii ſcriptum reliquit.Dixerunt aliqui hic dies huius dies.Nam Aulus Gellius ideo graphũ Virgilii in georgicis dicit habuiſſe.Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.Dixerunt & huius die & huius acie:ut oſtendit Cæſar. Regali luxu: ideſt tãto quantum reginam decebat.Luxus autem non uituperatur in ditiſſimis:quoniam id opes ferunt ſuæ.Vituperatur in tenui cenſu.Quapropter recte Iuuẽalis.Atticus eximiæ ſi cœnat lautus habetur.Si rutilus demens:quid enim maiore cachinno? Excipitur uulgi q̃ miſer apicius.

SER. Ingens argentũ:uel ſubaudi exponunt : uel menſas argenteas itellige. Cælata:ſculpta.Cælũ enĩ ferꝝ ẽ quo opant argẽtarii & producit.In deriuatiõe autem mutatur diphthõgus. Series: ordo cõnexus.
Per.t.d.u.A Belo prio aſſyrioꝝ rege: ut ab antiquo durãtia cynnama belo uſq; ad Belũ patrem Didonis nec caret rõe hoc nomen.Nam omnes in illis ptibus ſolẽ colũt q ipſoꝝ lingua hel dicit:unde eſt helios ergo addita digãma & i fine facta detractiõe belum dicunt. Rapidũ p̃mittit:nõ p̃mittit:nam ipſe ſequitur ſed p̃rapidum mittit:quod ex affectu patris potius q̃ ex achate uelocitate itellige.Dixit p̃rapidũ: ut Teren. Per pol:nã pol iurantis eſt:cui ꝑpoſitio ſeparata nunq̃ cheeret. Ferat:afferat:nũciet. Stat:ẽ alibi horret:ut Sãt lumĩa flãma:& Stabat acuta ſilex:Plenũ eẽ : lã puluere cælũ Stare uidẽt. Itẽ poſitũ eẽ: Stãt mãibus aræ. Item placet Stat cõferre manus. Erepta.r. cõmendat a difficultate: ut nec tuta in ualle reperti. Item ex perſona Ornatus argiuæ helenæ:ſic hoc priãi geſtamen erat.Commendatur & a lõgitudine:ut Teren.ex Aethiopia ẽ uſq; hæc. Erepta: conatur defendere non

Ingens argentum menſis:cælataq; in auro
Fortia facta patrum:ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta uiros:antiquæ ab origine gẽtis,
Aeneas:neq; enim patrius conſiſtere mentẽ
Paſſus amor:rapidũ ad naues præmittit achatẽ:
Aſcãio ferat hæc ipſũq; ad mœnia ducat.
Omnis in aſcanio cari ſtat cura parentis.
Munera præterea iliacis erepta ruinis
Ferre iubet pallam ſignis:auroq; rigentem.
Et circum textum croceo uelamen acantho.
Ornatus argiuæ helenæ:quos illa mycenis
Pergama cũ peteret:iconceſſoſq; hymenæos
Extulerat:matris ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum ilione quod geſſerat olim
Maxima natarum priami:colloque monile

Bacchatū:& duplicē gēmis:auroq; coronam. eſſe ab ænea proditam patriā: quam cum Antenore prodidiſſe manifeſtum eſt. Si ornatus Helenæ ex incendio abſtulit nō præmium proditionis accepit. Signis auroq;:ſignis aureis. Rigentem: inflexibilē pu aurum ſignificat tunicæ palium:qđ ſecundū Varro.palla dicta ē ab irrigatiōe& mobilitate quæ eſt circa finem huiuſmodi ueſtitū ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Velamē:cyclade. Achanto:Virgultū flexuoſum herbacanthū uulgo dictum.Cuius imitatiōe ueſtis ornat'. Argiue.a.Vicinitate:ſic etiam mycenis:Nam ſpartana fuit. Eſt autem omen futuræ infœlicitatis:cum Dido adulteræ ſuſcipit munera. Inconceſſos:fato & legibus. Hymenæos: Eſt Hymenæus deus nuptiarum:uel quidam iuuenis fuit qui die nuptiarum oppreſſus eſt ruina:Vnde expiationis cauſa nominatur in nuptiis:ſed falſum eſt:Nam uitari debuit nomen extincti.Ergo Hymenæus uir fuit athenienſis:qui inter bella ſæuiſſima uirgines liberauit:proptereaq; nomen eius in nuptiis inuocatur quaſi liberatoris uirginitatis. Sic Talas apud romanos. Nam cū Plebeus in raptu ſabinarum uirginem pulchram duceret ne ei auferret' ab aliis Talaſſionis eam ducis eſſe ſimulauit : cuius nomine fuit puellæ tuta uirginitas.

Palla Herba cāthū Himeneus

Ledæ:Vel qđ ipſa filiæ:uel qđ ei iuppiter dedit. Sceptrū ilione : Munera:offert apta perſonæ ſicut latino in ſeptimo. Maxima:antiquitus etiā fœminæ regnabāt:præſertim primogenitæ:unde ait maxima. Hæc uxor Polymneſtoris fuit. Monile : quod & ſegmentum dicitur. Iuuenalis Segmenta & longos habitus licet ſegmentatas ueſtes dicamus:ut ipſe & Segmentatis dormiſſet paruula cunis. Bacchatum : ornatum margaritis.Dicitur autem hoc margaritum:& hæc margarita & hæc margaris:ut hæc nais. Sunt qui ſeparant gemmas & margaritas:Cicero.Nullam gemmam aut margaritam.Et gemmas dicunt diuerſi coloris : Margaritas uero albas:uel gēmas integras.Margaritas pertuſas. Duplicē:uel latam:uel duplicem gemmis & auro.

Gemmæ Margaritæ

DONA. Argentum.m.adiecit menſis ut oſtenderet eſcariū argenteum: ne putaretur in ea ſpecie eſſe quæ longe eſſet ab uſu menſarum.Eſt multiplex argenti laudatio:Nam fuit magnum inſignitum auro : & miro artificio:ut ars cum ipſius ꝑtio certaret.Sculptura autem geſta maiorum continebat: quoꝝ contemplatione meruit longiſſimum tempus cōſeruari. Præmittit:non quia eſſet ſecuturus nec intelligit' prærapidum mitti:Sed ꝑmittit.i.ante prādium mittit ut maturius uideret filiū:& ut afferentur munera:quæ Didōi dare uolens inter epulandum commodiſſime dabantur.Maior.n.erat futura conuiuii uoluptas & ꝑſentia Aſcanii & oblatione muneꝝ. Omnis in.a.Nā reliquæ curæ iam ſemotæ erant. Munera : Hæc conuiuium gratius factura erant:& poterant oſtendere q̄ta urbis fuiſſet fœlicitas. Erepta:de magnis & plurimis credendū ē melio ra rapuiſſe. Argiuæ.h.Hinc adeo formoſam fuiſſe dicūt:ut eius forma redacto maximo pitiſſimoꝝ pictorum in unum numero propoſitis etiam formoſiſſimarum mulieꝝ nudis corporibus pingi neqerit : ergo q̄ cunctis erat formoſa ab ea appellabatur Helena.Sed Virgi.argiue dixit:ut de illa ſola intelligeret'. Extulerat: Nam cū eſſet regis uxor & locupletiſſima:& iret ad troiam has ut ꝑcipuas ſecum abſtulit non redituram ſe ſperans propter admiſſum adulterium ꝑpea addidit inconceſſos hymeneos. Ledæ mirabile : Vt tā pulchra niſi a matre donari non potuiſſent:& cum donarent' miratos eſſe qui uiderēt.Adduxit autem ut his uteretur quotiens adultero formoſior uideri uolebat.Ergo ſuperabant formam quæ pingi non potuit : pulchrioreq; reddebant. Maxima:ſolent enim religioſi parentes:quæ habent optima filiis deferre maioribus. Bacchatū: Neque hæc diſſimilia eſſe debebant:quæ optimus pater & ditiſſimus maximæ filiæ dederat.

CHRI. Ingens argentum:Hoc metallum poſt aurum prætioſiſſimum eſt.Videtur autem a græca eſſe dictione:illi enim ἀργύριον dicunt.Habet hoc qđ cum album ſit linea: ducit nigras. Gignitur ex argento uiuo & ſulphure albo:Vnde album & lucidum ſonorum purum:& excepto auro magis q̄ cætera metalla ductile:balſamum potiſſime conſeruat item iaſpidis lapidis uim uehementer conſeruat ut pollentior in argento q̄ in auro ſit. Valet argentum & ad plurima remedia.Nam eius ſpuma uulnera ſanat:neque ſinit ſuperfluas carnes excreſcere.Sordes cordis mundificat.Aduſtionem in corpore factam ne putreſcat tutatur. Fluxibilia membra corroborat. Series:dicitur a ſerendo quaſi ordo in quo res connexæ ſint cum elatione pronunciandum quaſi dicat per tot fortes principes. Amor patrius : qui omnium efficaſiſſimus eſt: Nam in ſeipſum diffunditur cum in filium diffunditur:qui uiſcera patris eſt. Achatem:Allegorice:Nam ſi curam ſignificat:cura eſt quæ pertingit filium. Omnis in aſcanio:ſublato nomine proprio erit ſententia. Munera & dona ſignificat:ut hic & officia:unde immunes dicuntur qui a murmure:ideſt officio publico præſtando liberati ſunt.Hæc eadem ſignificat.γέρας apud græcos. Signis:Quicquid ſculptura fictura ue aut arte fuſili factum eſt ſignum dicimus:ut pictura dicitur tabula:item ſigna militaria uexilla appellamus:Lucanus.Si pares aquilas & pila minantia pilis. Ornatus ar.h.Non laudat ab auctore ut eſt ſceptrum ilione quod geſſerat olim. Sed oſtendit magnitudinem ornatus:cum tam pulchræ mulieri ornamento eſſe poſſet:ꝑſertim cum adultero placere ſtuderet quo tempore ſe ſolito uehementius comāt.Hic Iuuena.Mœchis foliata parant'. Bacchatū:baccha cum aſpiratione bacchi ſacerdos eſt:& eſt græcum nomen latine autem Bacca ſine aſpiratione fructus eſt lauri myrthi:oleæ hederæ:& ſimilia.Verum a ſimilitudine rotundi corporis baccas appellāt uniones quas græci margaritas nominant.Naſcuntur in mari indico.Fertiliſſima eſt Taprobane inſula & Perimula promontorium indiæ.Præcipue laudantur circa arabiam i perſico ſinu maris rubri.Sunt enim conchæ quæ ubi genitalis anni ſtimulauit hora:prudētes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradantur:Grauidaſque poſtea eniti:partumq; eſſe margaritas pro qualitate roris accepti.Si purus influxerit cādorem conſpici.Si turbidus contra:Pallet ſi cælo minante concipitur:nam cæli maior eſt ſibi ſocietas q̄ maris:unde ergo trahunt colorem aut nubilum aut ſerenum ut fuerit aer. Quapropter orientales margaritæ propter aſſiduam aeris ſerenitatem lucidæ ſunt:ſed minores propter pauc.t item roris. Sed ſeptentrionales contra quoniam magis abundat ros ſed cælum turbulentum eſt:maiores ſunt ſed colore turbido.

Argentum Series Baccha Bacca

SER. Hæc celerans:Celeriter facere cupiens. Cytherea:Ab inſula quæ tantum in plurali declinatur:ut ſunt alta cythera. Artes:medium uocabulum eſt.Nam & bonas artes & malas dicimus. Faciem & ora:Periſologia eſt. Furentem incendat:incendat & furere faciat. Ambiguam:ideſt quam habitat mutabilis fœmina:ut Suſpectas habuiſſe domos carthaginis altæ. Bilingues:Fallaces ad mentem & non ad linguam retulit. Sub.n.Circa.n.& cum tempus ſignificat accuſatiuo ſeruit:ut Aut ubi ſub lucemque denſa inter nubila ſe ſe.d.r.r. Amoré:latini deum cupidinem appellant:eo quod facit amorem:Sed dic imitatur græcos:qui eodem nomine utrunque uocant. Diſtinxit tamen epitheto.Pingitur puer:quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas: ut iter quas curam Climene narrabat inanem: item quia imperfectus eſt in amantibus ſermo:ut Incipit affari mediaque in uoce reſiſtit. Item alatus quia nihil amantibus leuius uel mutabilius ut ipſa oſtendit Dido. Sagittæ dantur uel quia ipſe incertæ uelocesque ſint.Et hoc ratio in reliquis numinibus pro poteſtatum qualitate format. Meæ.r. Quia uenerea uoluptas exerceri ſine amore non poteſt:uel ſecundum Simonidem qui dicit cupidinem ex ſola Venere natum. Alii tamen ex ipſa & Marte. Alii ex Vulcano. Alii Chai & primæ rerum naturæ filium dicunt. Patri ſummi:ideſt iouis. Typhoea: multi Typhoia legunt:ut Cærealia & cærialia: Non autem dicit quibus typhœus uſus eſt ſed qbus iuppiter in typhœũ a ſpoliis & uirtute: ut Scipio aphricanus. Hoc autem agit facile eum poſſe contemnere Iunonem qui contemnit iouem. Numina poſſibilitatem. Vnus autem deus plura habet numina. Frater:conciliatio a qualitate perſonæ. Iactetur que: uacatque. Odiis:iuſta cauſa petitionis oſtenditur: odium primam corripit.Odi uero uerbum ꝓducit: ſic liquor & liquitur. Noſtro doluiſti ſæpe dolore: aut eo quo & ego: aut doluiſti quia me dolere uidiſti.

Quo:ideſt in quam partem. Iunonia: Carthaginẽſia ubi colitur iuno aut hoc uereor ꝙ æneæ carthago in hoſpitium patuit ut eſt Timeo danaos & dona ferentes. Tantum:aut ne in tantum quidẽ: ideſt breui occaſione ceſſabit:aut non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare:ut ſit notum prouerbium res in cardine eſt ideſt articulo. Quo:uel uacat:uel pronomen eſt.Supprimit autem recte nomen iunonis:ne illius frequenti commemoratione cupidinem terreat:Vel ſit aduerbium quo ideſt in aliquã partẽ. Mecũ: ideſt cũ officio uenereo:nec põt intelligi quẽadmodum ego:Nã aliter a matre:aliter a didone amatur æneas.

Hæc celerans iter ad naues tendebat achates,
At cytherea nouas artes:noua pectore uerſat
Conſilia:ut faciem mutatus:& ora cupido
Pro dulci aſcanio ueniat:doniſq; furentem
Incendat reginam:atq; oſſibus ĩplicet ignem.
Quippe domũ timet ãbiguã:tyrioſq; bilĩgues
Vrit atrox iuno:& ſub noctẽ cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis affatur amorem.
Nate meæ uires:mea magna potentia:ſolus
Nate patris ſummi qui tela typhoea temnis:
Ad te confugio:& ſupplex tua numia poſco.
Frater ut æneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur odiis iunonis iniquæ
Nota tibi:& noſtro doluiſti ſæpe dolore
Hunc phœniſſa tenet dido:blandiſq; moratˀ
Vocibus:& uereor quo ſe iunonia uertant
Hoſpitia:haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quo circa capere ante dolis:& cĩgere flãma
Reginã meditor:ne quo ſe numine mutet:
Sed magno æneæ mecum teneatur amore.

DONA. Hæc cellerans:laudat hois diligentiam. At cy.i.dũ hæc gererentˀ.Neceſſaria metuentis Veneris deliberatio:cuius æſtus augebat conſideratio loci temporis & perſonæ.Erant ab Achate pꝛicienda iuſſa.Et periculoſum credere nepotem eidẽ periculo in quo erat æneas:ne tota ſimul progenies interiret. Namq̃ ꝗs troiani eſſent humanæ ſuſcepti metuebatur fallax natura tyriorũ & ſtimulus iunonis:ne ipſa oportunitatẽ loci & occaſionẽ tp̃is nacta terra opprimeret quos mari extiguere nõ poterat. Artes:ergo nouæ.i.cõſilia elaborata exquruntˀ:ut Aſcanius nõ ꝑgeret:& tamen achates iuſſa faceret.Fallit ergo oẽs & ꝓfert æneæ amorẽ ſibi cõcilians didonẽ:nã neq; æneas iratæ reſiſtere potuiſſet exigua ſubſtãtia.Neq; cõuulſis nauibus: & in hyeme effugere. Nate:breuiter oĩa cõſilia ſua exprimit & quõ fieri poſſet oſtẽdit:& honeſtũ facile & neceſſariũ demõſtrat. Meæ ui.uẽdicat ſibi neceſſitudo parẽtũ qcqd liberi poſſunt.Et docet iter filios & parẽtes tale debere eẽ uolendi & nolẽdi ſtudiũ:ut ĩ multis licet corꝑibus uoluntas una & neceſſitudinis uĩculũ idiſtinctũ/ïtegrũq; ꝑduret. Tela ty.facile oſtẽdit eẽ qd petit:q.n.potuit iouis fulmẽ contẽnere:facilius poterit fœminæ mẽtẽ poſſidere:ergo ita dixit:ne ille excuſaret ꝑp iunonẽ.Fecit ergo beniuolũ filiũ dicẽdo nate. hẽ ꝙ potẽtior eẽt ioue:& ꝙ eẽt potẽtia ſua. Ad te.q.d.nõ ẽ alter q tãtũ:aut debeat aut poſſit. Supplex:admõuit pietatis ut filiũ rogauit ut deũ: qd igiˀ acceſſit oneris:cũ ẽ rogatus ab ea q̃ auctoritate parẽtis iubere poterat. Fr ut.æ.fecit beniuolũ & attẽtũ.Nũc facit docilẽ ſubiũcta narratiõe totius negocii:dixit fr̃ tuus ut appareat operã nõ i extraneo ponẽdã:ſed ĩ fr̃e eẽ neceſſariã.Ergo honeſtũ piũ:ut frater ꝓ fr̃e laboret:ꝓferti ĩ cauſa ſalutis. Adiungit labores ut moueat commiſerationem:& oſtendit iniuſte pati:& deformat perſonam aduerſariæ:quæ proſequatur innoxium. Nota ti.hoc ad laudẽ cupidinis pertiet.Maximũ.n.crimẽ eſſet eius:ſi fr̃is ꝑiculũ neſciret.

Doluiſti:Si ꝑterita doluit:debet cauere ne rurſus dolẽda ſuccedãt. Dido tenet:oſtẽdit facilitatẽ petitiõis:nã ſi iã æneæ affecta ẽ:nõ ẽ opus initio amoris ĩ quo magna ẽ difficultas:ſed augumẽto: deſideratˀ ãt augumẽtũ qa timetˀ iuno:a q̃ amor talis poſſet abrũpi:ergo opus erat tali amore:q nõ poſſet abrũpi a iunõe. Cardie:hic ſidẽ facit:cũ fores claudũtˀ:& tribuit firmitatẽ.Ergo dixit:Tãto ceſſabit.c.r.Erat.n.ĩ poteſtate abſoluere amorẽ:quẽ uolũtate ſuſceꝑat:ſed diuinitus ipactus nõ poſſet hũano arbitrio ſũmoueri:aſſerit ergo neceſſariũ re

medíū quo omnis illa factio ſuccūbat. Mecū:tanto amore amet:quāto mater amat filiū cuius amor nullius uiolētia numis ualet abrūpi. Capere ante:oſtēdit melius eē uētura ꝓpulſare:q̄ iis q̄ uenerūt remedia q̄rere. CHRI. Facē & ora:expſſit quā faciem dicere. Nam facies dicitur de cuiuſq; rei forma: ut Quibus aſpera quondam uiſa maris facies. Os autem hoīs eſt:ut Os humeroſq; deo ſimiles. Artes:Ars & prudentia in uita actiua uerſantur:queadmodum intelligentia:ſcientia & ſapientia in contēplatiua eſt igitur ars recta ratio re/ rum faciendarum:& artis remanet opus ut Phydiæ artis remanet ſtatua iouis. Prudentiæ uero ē actio quē ad/ modum uidemus in adminiſtratore rei aut publicæ aut priuatæ. Tamē ars aliquādo capit̄ pro ſcientia quæ ē rerum uniuerſalium. Item pro aſtutia quadam:& tranſit ad prudentia ſiue in uirtute ſit:ut in hoc loco:ſiue i/ uitio:ut inſtructus es arte pelaſga. Ergo nouas artes inuaditam & miram aſtutiam in conſultādo. Ars autem q̄ eſt ꝓ diſciplina ſecūdū Varrone duplex ē. Extriſecus & itriſecus Ars extriſecus ſcientiā ſol' demōſtrat ut cū ſcio qd ſit eloquētia & qd ſit finis & officiū eius:& qd oratio:& i quot partes diuidatur:quibus cognitis:nō ta mē ſcio loq ex arte:intrinſecus eſt cum artem ipſam conſequor:ita ut ex arte loqui ſciam ut cum doceor quo modo exordium faciam:quomodo narrationem:diuiſionem:ac confirmationem: & reliqua intrinſecus igi tur tradit ſcientiam:ut quibus rationibus id qd ſcientiam dat aſſequi poſſim. Augu.autem in quarto de ciui/ tate deinquit. Ars bene recteq; uiuendi uirtus a ueteribus diffinita eſt. Vnde ab eo quod græce dicitur αρετη nomen artis latinos tradidiſſe putauerunt. Noua.c.exponit quid ſit nouas artes. Conſilium autem eſt ut pla cet Ariſtoteli eorum quæ ad finem ſunt inquiſitio:cuius tria ſunt officia. Primum ſi quæ ſunt quæ ad finem conſtituiæ perquirere. Secundum ſi ſint quot ſint. Tertium ſi una plures ue ſint: quoniam mō illis uti uale/ amus. Dulci:ſibi q̄a nepos. Oſſibus: i ipſis medullis quæ intra oſſa ſunt. Ignē:amorē. Domū:Didonē & eius domeſticos:quoꝝ conſilio ipſa mutari poterat. Amorē.i.cupidinē Cice.i libro de natura deoꝝ tres pōit Cupidines:hoꝝ primū Mercurio dianaq; prima natū tulit. Alteꝝ Mercurio & Venere ſecūda. Tertium q an/ teros nominatur ex Venere:& profecto triplex eſt amor:Diuinaꝝ rerum & naturalium:ac poſtremo laſciuiæ. primū cōcipit Diana q̄ dea caſta puraq; ē ex Mercurio. Nā cū mēs nr̄a omni labe pura ad deū cōuertit̄ ex Mer curio.i.ex ſapiētia atq; doctrina amorē diuiaꝝ reꝝ cōcipit. Secūdus āt ex eodē Mercurio ſed ex uenere orit̄: qa amor reꝝ naturaliū a doctria caꝝ ē:ſed ex uenere q̄a ea doctria nō i corporeis ut i diuinis ſed corporeis admi/ ſcet. Tertius āt ex ſecūda uenere:q̄a laſciuia tota corporea ē:& nihil egregiū ſuſpicit:Vnde recte Petrarcha no ſtrū illū ex ocio laſciuiaq; natū aſſerit. Hic optime a Proptio deſcribit̄ i ea elegia cuius ē initiū. Quicūq; ille fuit puerū q pinxit amorem:Nōne putas miras hunc habuiſſe manus. Heſiodus aūt i theogonia ait Chaos ante oīa fuit. Terra poſt chaō pauimētū deoꝝ. Itē tartara. Itē amor. Alii dicūt primū cupidinem ſecūdi Mercurii ē. pri mæ Dianæ filiū fuiſſe. Secundū ut placet Simōidi:ex ſola Venere. Tertiū ex Venere & Marte. alii dicūt Venerē ſe unā ex cupidinibus reliqs antiqorē. Refert āt Auſonius Cupidiem quādoq; i Myrteto herebi deuolaſ/ ſe atq ibi ab heroidibus:quæ propter illum multos labores:ac demū mortē paſſæ fuerūt captum fuiſſe: & i eam myrto cruci affixum ipſe tamen mox iteruētu Veneris quæ illi cathenas a Vulcano fabricatas minitaba tur non ſolū liberauerūt:ueꝝ etiā a Venere ut illi ueniam daret ipetrarūt. Nate:oratio i genere deliberatiuo utitur. Quāto aūt artificio conſcripta ſit Donatus demōſtrat. Captat.n.beniuolētiā:attentionē:& docilitatē & oſtēdit quod petit facile:utile: honeſtū: & neceſſarium. Summi:ad omnipotētiam refert Sic Cice.pro do/ mo ſua. Quo circa capitolinæ iuppiter quem populus Romāus propter beneficia optimū: propter uim ma/ ximū nominauit. Typhoea:E ꝓ ei diphthōgo poſuit Sed alibi lōgā poſuit Stirpis achilleæ faſtus iuuenemq; ſuperbū hic breuē. Ait Priſciāus. Typhoea q̄ſi dicat maxima:q̄a maioribus i corpus gygātheum uſum fuiſſe io/ uē credimus uel Typhoea.i.ætnenſia:q̄a ibi ſit Typhoeus:& i illius antris fulmia fabricat Vulcāus. Fuit autem Typhoeus Titanis & Terræ filius:Et i bello titanum a ioue fulmine percuſſus ſub ætnea ut placet Ouidio: ut uero Maroni:ſub iarime relegatus ē. Fuit & alius Typhō:uir omniū crudeliſſimus:& q fratrē Oſyrim de hu/ mano genere optime meritum iteremit:eiuſq; corpus i uiginti & ſex partes diſcerpſit:ſinguliſq; cōiuratis ſin gulas dedit. Mox ab iſide ut Oſyrim maritū ulciſceret̄ iteremptus ē. Frater:dicit̄ quaſi fere alter. Hoſpitia: Hoſpitalitas amicitia ē:quæ cōtrahit̄ iter eos q nō ſunt eiuſdē patriæ:Sed alter cū i alterius patriā uenit:illius domo ut ſua utitur:diciturq; illud hoſpitiū: & illi hoſpites. Quæ aūt nō beniuolētia: ſed pecūia nos recipiūt: nō hoſpitia dicūtur:ſed diuerſoria & cauponæ. Flā/ ma:amore qd uiculū oīum tenaciſſimū idiſſolubile ē.

Ars ex trinſe/ cus

Ars in trinſe/ cus

Frater

Qua facer̄ id poſſis:nr̄am nūc accipe mētē.
Regius accitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat mea maxima cura
Dona ferens pelago:& flāmis reſtantia troiæ.
Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera:
Aut ſuper idalium ſacrata ſede recondam.
Ne q̄ ſcire dolos:medius ue occurrere poſſit.
Tu faciem illius noctem non amplius unam
Falle dolo:& notos pueri puer indue uultus.
Vt cum te græmio accipiet lætiſſima dido
Regales inter menſas:laticemque lyæum:

SER. Qua facere.i.Quo modo. Accipe:audi ut econtra. Da.i.dic:ut Da tityre nobis da non indebita poſco. Mentem:Diſpoſitionem:conſilium. Acci/ tu: Euocatione:& eſt quartæ declinationis. Vrbem ſido.quam tenent ſidonii. Mea ma.cu.& æneas cura eſt:ſed Aſcanius maxima cui regnū italiæ romanaq; tellus debentur & ubique aſcanius maxima cura Ve neris introducitur ut ueneris iuſtiſſima cura. Itē hūc tegere & diræ ualeam ſubducere pugnæ. Sopitum ſomno:Vnum quidem eſt ſopor:& ſomnus ſed mo do ſopitum irrigatum intelligimus. Idalium : cypri nemus eſt:in quo oppidum breue:ut paulo poſt : ida liæ lucos : Item Idaliumque nemus. Sacrata ſe/ de : Vel templi Vel oppidi. Ne qua : Qua uacat.

Idaliū

Et dabit amplexus:atq; oſcula dulcia figet:
Occultum inſpires ignem:fallaſq; ueneno.
Paret amor dictis caræ genitricis:& alas
Exuit:& greſſu gaudens incedit iuli.
At uenus aſcanio placidam p membra qeté
Irrigat:& fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos:ubi mollis amaracus illum
Floribus:& dulci aſpirās cōplectitur umbra.
Iamq; ibat dicto parens:& dona cupido
Regia portabat tyriis duce lætus achate:
Cum uenit:aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda:mediamq; locauit

Medius:importunus icongruus. Et faciem illius:
Faciem pro uultu poſuit.Nullus enim poteſt accipe/
re faciem alterius:ſed uultum qui pro mentis quali/
te formatur. Non amplius.u. Artis eſt non omnia
dicere:nec enim dicturus eſt diſceſſū cupidinis : neq;
acceſſum Aſcanii. Pueri puer:Arguit a facili. Rega
les:nam in illa intemperantia. Facilis amori eſt adi/
tus:Hinc Teren. Sine cerere & baccho friget uenus.
Latex:aqua eſt proprie quæ intra uenas: lateat : ſed
hic pro uino quod latet intra uuam: Aut lyæum pro
licium dixit. Occultum:diffinitio amoris eſt : ignis
occultus. Paret amor:ut ſupra pro cupidine amoré
poſuit. Et alas exuit:Laus magna aſcanii per tranſi/
tum.Sic cupido alis tantum depoſitis aſcanius fuit.
Placidam:Epitethon eius eſt uel ad diſcretioné eius
quietis:quæ in ſomniis perturbatur. Fotum : ſubla
Ama/ tum a fouendo. Amaracus:hic puer regius unguen
racus tarius fuit qui caſu lapſus dum ferret unguenta maiorem confuſione odorem creauit.Vnde optima unguen
ta amaracina dicuntur.Hic poſtea in herbam Sampſucum conuerſus eſt:quam nunc amaracum dixit. Iāq;
ibat:Cum uix Venus iſta dixiſſet. Sane:nec feſtinantibus perſonis: neque minoribus eſt reſpondendi facul-
tas ut hoc loco Cupidini:ut Mercurio ſupra:idem in quarto:ut in ſeptimo furiæ. Cum uenit:Aut pro cum
ueniret:aut cum ſit aduerbium temporis pro dum:nec enim poteſt coniunctiui modi particula iungi indica
Aulæa tiuo.Sane ſciendum cum & dum malo errore a romanis eſſe confuſa. Aulæis : Vellis pictis q̄ ideo aulæa di/
cta ſunt q̄ primum in aula Attali regis aſiæ:qui populū Romanū ſcripſit hæredé inuéta ſunt.Ideo etiā in do
mibus tendebantur aulæa:ut imitatio tentoriorum fieret.Sub q̄bus bellantes ſemp habitauere maiores: unde
& in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus.Varro tamé dicit uela ſolere ſuſpēdi ad excipiēdū puluerem: quia
uſus cameræ ignorabat.Horatius interea ſuſpenſa grauis aulæa ruinas in patinas fecere.t.p.a.Quantum nō.
a.c.ex.a.Cū uero a noie græco deſinéte i.н.fiat deriuatio cōuertit i æ ut αυλн aulæa α:θнн ætinea. Superbis:no
bilibus. Aurea:ſi dido pulchra.Si ſponda eſt ſeptimus caſus.Fitq; ſynæreſis: & eſt ſpōdeus. Spōda:Stupadia
antiq nō habebāt ſed ſtratis tribus lectis epulabāt:Vnde tricliniū ſterni dicit. Cicero Sterni triclinia: & i foro
ſterni iubebat.Errāt ergo q tricliniū dicūt ipſam baſylicā uel cœnatiōem. Mediā:Qui maioris locus é: Salu.
igitur diſcubuere Sertorius iferior in medio ſup eū.T.Fabius hiſpanēſis ſenator.Ex proſcriptis i ſummo An
tonius:Et ifra ſcriba Sertorii Verſus & alter ſcriba Mœcenas i imo:Medius iter Tarq̄niū & Deciū Perpēna.
DONA. Pueri.p.oſtédit i cōmutatiōe formæ ætatis cōmutationé nō fore difficilem. Maxia cu.nolebat
mittere Aſcaniū:ne duorum ſolicitudie frāgeret:uel is mitteret q ex oriéte tumultu ſibi per pietaté cauere non
poſſet. Hunc ego:ne diceret cupido qd fiet de aſcanio ſi ibo. Sopitū:nam illa ætas multū,p̄fundeq; dormit.
Ergo erit ſat tpis ad capiēdos mulieris aíos.Deſignat etiā tps & locū amoribus aptum. Nocté.u.erat ſpaciū
breue:ſed erat ,pperandū:ne longi tpis opera eſſet neceſſaria:qa aſcāius longiori ſomno teneri nō potuit. Pa/
ret:nō reſpōdet: quid.n.perſonæ matris uel maxime i tali cā reſpōderet: & tépus facta:nō fabulas exigebat.Er
go ſe officioſum matri præſtat. Gaudés:Vel ut filiū exprimeret ad patré eunté:uel qa pléa uolūtate iuſſa ma/
tris implebat. At uenus:natura puerorum tāgit:q ſecurius & diu dormiūt:ſi etiam accedār alia oblectaméta:ut
ſeceſſus:flores:& odores:& mollicies.Opacitaſq; umbrarum. Duce achate:ergo hunc fallebat : & lætus porta/
bat dona:qa non frangebatur onere munerum nec tedio uiarum. Cum uenit:executus eſt iuſſa mature:quia
præuenit conuiuium:& uenit cum iam diſcumberent in aptiſſimo tempore. Mediam:Nam is locis potior
apud ueteres fuit.Nam Saluſti.ita ſertorii conuiuium deſcribit:ut ipſum qa potior fuit collocaſſet in medio.
CHRI. Mentem:aimum & uolūtatem.Anima.n.teſte Augu.é ſpiritus itellectualis:rōnalis ſemper uiués
ſemp i motu bonæ malæq; uolūtatis capax ſecundū benignitaté creatoris:ac ſecundū ſui opis officium uariis
noibus dicit.ſ.aia dū uegetat.Spiritus dum contéplat.Senſus dū ſentit.Animus dū ſapit.Mens dum itelligit.
Ratio dum diſcernit.Memoria dū recordat.Voluntas dum uult.Differunt iſta nō ſubſtātia:ſed nominibus.
Vna anima é:proprietates diuerſæ:in ſpiritu tamen & aia pōt eſſe differétia:Nā ois aia ſpiritus:nō ois ſpiritus
aia. Sidoniā:carthaginem:quā cōdiderunt q de ſidoniis partibus uenerant. Eſt.n.in phœnicia poſt ortholiā
Idaliuſ & Eluetherum Tripolis:quæ nomen a re ipſa accepit:Tres.n.urbes habet:Tyrum:Sidonem:& aradum. Ida
lius:mons Veneri ſacer i Cypro eſt inſula i ſinu iſſico & pamphilio poſita:quæ pelago continua eſt ægyptio.
Lyæū Lyæum unū é ex noibus Bacchi ab eo qd é λυειν.i.ſoluere:qa hoies a curis liberet:De his nominibus ſcribit
Ouidi.Thuraq; dant:bachūq; uocant bromiūq; lyæū.Ignigenāq; ſatūq; iterum ſolūq; bimatrem Additurq;
his niſeuſq; indomituſq; thioneus & cum leneo genialis conſitor uuæ:nicteleuſq; eleleus parius & iachus &
euan.Sed de Baccho alibi. Ocultum inſpires ignem.i.oculte & diſſimulanter immitas. Venenum:quia pe
ſtifera res eſt amor:& cito tranſcurens occupat uenas. Fotum:ab eo quod eſt fouco. Dicuntur.n.aues pullos
ſuos fouere:cum alarum amplexu icubant. Amaracus:recte exponitur a Seruio:Hanc herbam thuſci p̄ſam
appellát.Sanſucus ut ait Diaſcorides a ſiculis amaracus dicit ramoſa herba multas uirgas ſup terram ſpargit
foliis puis & rotundis non diſſimilibus nepite:tota herba odorata eſt.Simō illam maioranam & piam uocat
amaracū Cynare regis cypri filiū i hác herbá mutatū fabulant. Spōda:exterior pars lecti é:ut pluteus iterior.

SER. Pater:Religioſus quia pater omnium deorum epitheton eſt:ut oſtendit Virgili.ubique. Oſtro:un
de tingitur purpura:& pro purpura poſuit. Dant famuli:Humilis character ισχνοσ dicitur. Tonſis: minu
tis uel uilloſis.Maiores enim mappas habuere uilloſas. Mātilia:a manibus ante lotis dicta ut Torale a toro.
Nam Horati.per apocopen dixit:ne turpe toral. Ordine:diſpoſitione:nam Cice.i œconomicis.Quid ubi po
nendum ſit:Nec enim debent uniuerſa confundi. Pœnum:Differt a cellario. Cellarium paucorum dierum
eſt:Vnde & in cellam imperatum frumentum dicunt.Pœnum uero longi temporis.Pœnus in maſculino &

Iam pater æneas:& iam troiana iuuentus
Conueniunt:ſtratoſq; ſuper diſcumbit oſtro.
Dāt mā̄ib9 famuli lymphas.cereréq; cāiſtris
Expediunt:tonſiſq; ferunt mantilia uillis.
Quiquaginta itus famulæ:qbus ordíe lōgo
Cura pænū̄ ſtruerē:& flāmis adolerē pœnates.
Cētum aliæ:totidemq; pares ætate miniſtri:
Qui dapib9 onerēt mēſas:& pocula ponāt.
Necnon & tyrii per limina læta frequentes
Conuenere:toris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona æneæ:mirantur iulum:
Flagrantiſq; dei uultus:ſimulata q; uerba
Palláq; & pictum croceo uelamen acantho.
Præcipue infœlix peſti deuota futuræ
Expleri mentem nequit:ardeſcitq; tuendo
Phœniſſa:& puero pariter doniſq; mouetur.
Ille ubi complexu æneæ colloq; pependit:
Et magnum falſi impleuit genitoris amorem
Reginam petit:hæc oculis:hæc pectore toto
Hæret:& interdum gremio fouet inſcia dido
Inſideat quantus miſeræ deus:at memor ille
Matris acidaliæ:paulatim abolere ſicheum
Incipit:& uiuo tentat preuertere amore
Iampridem reſides animos: deſuetaq; corda.

fœminino inuenitur quartæ declinationis.In neutro
tertiæ:ueluti pecus pecoris. Horati. Portet frumen/
ta pœnuſque: Et Plautus in maſculino dixit.Niſi mi/
hi annus pœnus datur Et Lucilius in fœminino : ut
Et uxori legata pœnus Perſius autem oſtendit quar
tæ eſſe declinationis. Vt in locuplete pœnu defenſis
pinguibus umbris. Struere:componere:unde ſtru/
ctores epularum dicuntur. Adolere:colere: ſed ado
lere proprie eſt augere:i ſacris autem adolere per bo
num omen dicitur nam in aris non adoletur quicǭ
ſed crematur. Pares:non in numero ſed in ætatis pa
rilitate eſt admiratio. Dapibus:hæ regum ſunt:epu Dapes
læ priuatorum. Ponūt: ſecundum antiquum loqui epulæ
tur morem. Iulū:ad conuiuias refert. Dei : ad poe/
tam. Simulata:Compoſita in Aſcanii ſimitudinem.

Infœlix:propter caſum futurum. Tuendo:dum i/
tuetur Omnis autem gerundii modus ſiue ab acti/
uo:ſiue a paſſiuo ſit ſimiliter profertur:ut Cantando
tu illum:ideſt dum cantas.Et frigidus in pratis can/
tando rumpitur anguis : ideſt dum incantatur. Vbi
poſtquā:interdum quando: interdum in quo loco.

Magnum:arduum : Difficile eſt enim imitari filii
affectum. Petit:petere eſt non ſolum adire. Verum Petere
etiam inſidiari:& ſic nunc intellige. Fouet : Subſti/
net. Inſideat:legitur etiam iſideat. Matris:ideſt eius
præceptorum. Acidalia: Venus iniicit curas αχοσ: Acida
enim cura:uel ab Acidalio fonte q eſt i orcomēo boe lius
tiæ urbe: In quo ſe glatiæ lauant quæ Veneri ſacræ Gla/
ſunt ipius eni & liberi filiæ ſunt & iure. Nam gratiæ tiæ
fere per horum numinum munera conciliantē. Sunt
autem nudæ:qa gratiæ ſine fuco eſſe debēt: ideo con
nexæ qa iſolubiles eſſe oportet:Hora.Segneſque no/
dum reſoluere gratiæ.Quod uero una auerſa pigiē:
duæ autem nos reſpicientes:eſt quia profecta a nobis
gratia duplex ſolet reuerti:Vnde illud nec te certaſſe priorem pœniteat. Abolere:ordo eſt naturalis ut primo
uellamus herentia:deinde inferamus noua.Sic Teren.Vt metum in quo nunc eſt adimam:atq; expleam ani/
mum gaudio. Viuo:Aut uiui hominis:aut uehementi. Præuertere:præoccupare propter iunonem. Reſi/
des:pigros ad amandum:iurauerat enim nulli eſſe nupturam.Contra uero qui inſtant induſtrios dicimus.

DONA. Iam pater æneas:Diſcernitur ipſe & troiani ſedibus purpureis. Dant:deſcribit familiæ ordinē.
Caniſtris:Mos apud ueteres fertur fuiſſe:ut panis non argēteis ſed uimíeis uaſculis íferrē. Longo ordine:
quæ fuerant qnquagíta ad quarum curam pertiebat procuratio cellarii & deorum pœnatum cultus illas ſine
dubio uiciſſitudo longo ordine tangebat. Centum aliæ:eleganter atq; breuiter diuitias expreſſit:laudauitq;
Volebat enim demonſtrare ducentos:& ſexum & ætatē diſcernere. Numerus autem non eſt res magna i rege
ſed parilitas ætatis quæ oſtendit quanta ſibi ſeruorum eſſet multitudo:ex qua ducenti pari ætate eligi potue/
rant digni:q curarent ſupradicta.Nec non ſupra oſtrum troiani:q magis eſſent honorandi ſederunt.Tyrii ue/
ro ueſtibus pictis. Mirantur:Per hoc oſtēditur regia q̄q̄ ditiſſima & ditiſſimi uiri uxor fuiſſet talia nunquā
uidiſſe:cum hæc ipſa & ſui tyrii mirentur.Alius itellectus eſt Mirantur dona ænæ:ideſt mirantur talia æne
am uel habere uel donare potuiſſe.Mirantur ergo ſubſtantiam animi largientis. Ardeſcitque tuendo : con/
trarium poſuit Nam conſiderationi intenta faſtidium incurrere debuit. Falſi:magna res ut etiam pater dece
ptus ſit inſideat quātus.Tanto libentius imprudens complectebatur:quantum neſciebat qualē deum ample
cteretur. Infœlix:Quia benignum animum exhibebat:quē deberet inimicum exhibere:cū ex eo pararetur ſibi
mors. Abolere:Prius.n.debebat remouere amorē priſtini uiri & paulatim:qa cū uehemēter hæreret:nō po
terat uno impulſu dimoueri:iccirco aūt Didonē caſtam diuitē:pulchrā:deceptā inducit per cupidinē : ut non
ſolum Didonis:ueꝝ etiam æneæ exiſtimationē oſtēderet:Ne illum ignobilis fœminæ proiecti pudoris ſpōte
amaſſe:aut prouocata muneribus uideatē:Aut ille malis ſubmerſus inumeris de amoribus illicitis cogitaſſe.

CHRI. Lymphas:Aquas quæ dicuntur a nymphis.Vulgo aūt teſte Pōpeio memoriæ proditū ē quicūq;

ſpeciem quandam e fonte.i.imaginem nymphæ uiderint furere cœperunt: quos græci lympholeptos latini
Ceres lymphatos appellant. Cererem q.i.panem: & denominatio quoniá capitur auctor ꝓ re cuius ẽ auctor.Teré.
Sine cerere & libero friget uenus.Cererem deam frugũ fabulantur Cæli & Veſtæ filiam.Alii iouis dicunt.Fe
runt præterea cum frater Saturnus cui fauebat pulſus eſſet metu Titani ĩ antro latuiſſe.Præſertim autem pu
dore ductã quia creſceret ſibi uterus.Nam cõceperat iam:Acherõtem:q & ipſe cũ natus eſſet: eodem pudore
affectus delituit & ad inferos deflexit.Concepit Acherontẽ ex captiuitate fratris.i.mœrorẽ ex quo ſolitudie
gaudebat.Ad id enim impellit mœror.Qui rem ad hiſtoriam referunt:aiunt illam Sicãi antiquiſſimi ſiciliæ
regis filiã fuiſſe:& ab ea ſiculos uſum frumẽti colendi cœpiſſe.Diodorus uero ſiculus q ex hac ĩſula oriundus
rem diligentius proſequitur:ſiciliam Cereri & filiæ eius ſacratam incolas a maioribus ſuis per ſucceſſiones
ſemper accepiſſe affirmat.Addunt etiam poetæ in nuptiis Plutonis & Proſerpinæ hanc inſulam ſponſæ a io
ue dono datam:ipſaſque deas primo hic apparuiſſe grauiſſimi ſcriptores tradidere: primoque hic frumentũ
eſſe natum propter loci fertilitatem:Vnde etiam nunc in agro leontino & aliis in locis quod agreſte frumen
tum nuncupant naſcitur:ergo hanc deam uolunt non modo ſerendi fruges præcepta dediſſe: ſed & leges ad
iuſte uiuendum tuliſſe.Vnde themoſphora dicitur.Quapropter & uiuendi & bene uiuendi auctor fuit.Sunt
quoque qui dicant Cererem Saturni & Rheæ filiam fuiſſe:& frugum culturam inueniſſe:& quidem ante ꝓ
ſerpinam natam & a Plutone raptam.Nam in rapina ipſa omnes ſegetes incendit:tum propter inimicitias qͣs
contra iouem ſuſcepit:tum propter filiæ mœrorem:inuenta autem filia & ioui recõciliata eſt:& Triptolemũ
miſit:qui fruges ſerere doceret.Multi denique populi de hac dea contendunt. Aegyptii enim dicũt Cererem
ac iſim eandem deam eſſe:& in ægyptum ſemen intuliſſe:quo tempore Nilo ſtagnante regio optime ſemen
exciperet.Athenienſes in athica eleuſina oſtendunt:ubi primum hoc munus dea dederit:hæc omnia Diodo
rus:Euſebius autem Paphilus ita rem partitur:ut Telluris uim Veſtam appellet:cuius uirginale ſimulachrũ
in foco ignis ſtatuit:quæ uirtus quoniam ferax eſt muliebri ſpecie fungitur.Rhea quædam opem dicunt la
pidoſæ montanæq; terræ uis eſt.Ceres feracis & plenæ.Hæc bonam quæ proſerpia eſt ioui peperit.Ac ideo
hanc ſpicis coronamus:& papauera iuxta ponimus:quoniam fertilitatis ſymbolum ſunt.Proſerpina uis eſt
proiecti ſeminis in terram:quam Pluto.ideſt ſol qui in hyeme remotiorem partem luſtrat ad inferos rapit.
Mantilia Villis:generis maſculini & ſecundæ declinationis.Vellus autem generis neutri & tertiæ declinationis. Mãti
lia:a mãu & tegeo uolũt q illis mãus lotæ abſtergãt:Vnde mãtilia pleriq; dicũt. Famulæ: achillæ ab oſcis ori
go ẽ huius nominis:apud quos ſeruus famel dicit. Cãiſtris:a capiẽdo dicunt.Aliqui a græco eẽ credũt illi.n.
Struere τακανητα dicunt. Struere:ordine & ĩ rectã figurã res diuulſas cõponere.Hic dicimus ſtruere orationẽ.Hic
ſtruẽ lignoꝝ.Hinc deſtruo cũ cõpoſita diſſiciunt.Hinc ſtruere aciẽ:& mẽtem ꝑ trãſlationẽ iſtruere dicimus.
Pœnus Cura pœnũ:Et lõgũ & longã legit:ut ſit longo ordine uel longum pœnũ.Pœnus ẽ omen quo ueſcunt ho
mines:ut ait Cice.in libro ſecũdo de natura deoꝝ.Et Feſtus ſcribit pœnora res eẽ neceſſarias ad uictum quot
tidianũ.Et Sceuola ait pœnus eſt quod eſculẽtũ poculẽtũ ue eſt.Gellius uero refert quæ lõge uſionis gratia cõ
trahunt & recondunt:qa nõ in ꝓmptu ſint:ſed intus & pœnitus habeant pœnus dicta ſunt:Eſt ꝓterea apud
iuriſcõſultos titulus de pœni legata in quo pœnus appellatione uenire demonſtrant:quæ eſui potuiq; ſunt
Neq; ſolũ qđ ut pãis caro caſeus uinũ Sed & quo ut ſũt cõdimẽta ſal piper:gaꝝ:cocrũ.Et in quo ut uaſa inq
bus eſculẽta poculẽtaq; tenent pœnariũ ãt ut etiã cellariũ nõ pœnũ eẽ dicemus ſed cellã ipſam & repoſitoriũ:
Cellarius in quo pœnus ſeruat ut granariũ ubi grana cõdunt.Cellarius eſt q præeſt pœnori:qui ut notari poteſt apud
Plautũ a promendo & cõdendo nomẽ etiam accipit.Sum pronus condus:procurator pœni. Adolere:Quia
urendo odor elicitur. Hic Homerus κα'Λλεισεν θακαλω ευολει κηοεντι [Greek uncertain].i.ardenti:hoc eſt dolẽti. Hæret:
affixa manet:eſt autem hic repetitio hæc.o.hæc.p.t. Abolere:remouere.Sunt autem exoleo & aboleo cõpo
ſita non cum ſoleo:ſed cum oleo:ut placet Priſciano.

Poſtq̃ prima quies epulis menſæq; remotæ:
Crateras magnos ſtatuunt:& uina coronant.
Fit ſtrepitus tectis:uocemq; ꝑ ampla uolutãt.
Atria:dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi:& noctem flãmis funalia uincunt.
Hic regina grauẽ gemmis:auroq; popoſcit:
Impleuitq; mero pateram:quam belus & oẽs
A belo ſoliti:tum facta ſcilentia tectis.
Iuppiter(hoſpitibus nã te dar iura loquũtur)
Hunc lætum tyriiſq; diem:troiaq; profectis
Eſſe uelis.noſtroſq; huius mẽiniſſe minores.
Adſit lætitiæ bacchus dator:& bona iuno.
Et uos o cœtum tyrii celebrate fauentes
Dixit:& in menſa laticum libauit honorem.
Primaque libato ſummo tenus attigit ore.

SER. Poſtq̃ prima quies:Propter regalem affluẽ
tiam.Cõtra ſupra:Poſtq̃ exempta.f. Menſæ:ſub ex
terna perſona morem ponit romãorum: apud quos
duæ mẽſæ erant:altera epularum altera pomorum.
Crateras : eſt hic crater græcum nomen.Latine
hæc cratera dicitur:Perſius Si tibi crateras.Vina:pro
poculis per ſynecdochen. Coronãt:Aut implent uſ
que ad marginem: aut quia antiqui pocula corona
bant:unde eſt:& magnum cratera corõa induit. Te
ctis:ideſt ad tecta. Legitur etiam Fit ſtrepitus tectis.
Atria:Romani duabus tantum epulis in atrio ue
ſcebantur:Vnde per contrarium Iuuenalis Quis fer
cula ſeptem ſecreto cœnauit auus:& ibi pecunias ha
bebãt.Vnde qui honoratiores ſerui erant liminum
cuſtodibus adhibebantur. Hinc qui Dardanio An
chiſe Armiger ante fuit. Fiduſque ad limina cuſtos.
ibi & culia:unde atrium.Quia eſſet atrum ex fumo.
Lychni:Græco uerbo utitur ne uile aliquid affer
ret A lychno autem lucerna dicta eſt: Vnde lu corri
pitur.Horatius Non quo fraudatis immũdus nacta

Tum bitiæ dedit increpitans.ille ipiger hauſit
Spumãtem pateram:& pleno ſe ꝓluit auro.
Poſt alii proceres:cythara crinitus iopas

lucernis:Si enim a luce non ſtaret uerſus. Laqueari/
bus:lacus principale eſt: Lucilius Reſultant ædeſque
lacuſque.Per dimmutionem lacunar facit Hora.nec
mea renidet in æde lacunar. Inde per aliam diminu
tionem lacunarium:& per antiſticon laqueariũ. Fu Funa/
nalia:a funibus qui intra cæram ſunt.Hos ante uſum papyri cæra circundatos habebant. Vnde funera dicta lia
quia funis incenſi illa præcedebant. Belus:primus aſſyriorum rex: quẽ conſtat Saturnum : quem & ſolem Fune/
dicunt iunonemque coluiſſe:quæ numina poſtea apud aphros culta ſunt unde lingua punica hel dicitur de/ ra
us apud aſſyrios hel quadam ſacrorum ratione & ſaturnus & ſol. Hoſpitibus : Exemplo iouis qui a Lycao/ Belus
ne ſuſceptus ipſum:quia hoſpitem mactarat:in luppum conuertit. Profectis:noluit profugis dicere. Velis:
ex etruſca diſciplina qui dicunt uolens propitiuſque ſis. Adſit:Alii adſis legunt unde bacchus aut per antipto
ſin eſt aut antiquus eſt uocatiuus:ut Socer arma latinus habeto bene autem addidit dator lætitiæ:quia eſt &
dator furoris. Bona:uel propitia & non irata troianis:uel bona:ideſt cæleſtis. Eſt enim & inferna ut iunoni
infernæ dictus ſacer. In menſa:tangit morem romanorum qui paniceas ſacrataſque menſas habebant i qui
bus libabant:ut Heus etiam menſas conſumimus inquit iulus. Summo tenus:& uerecundiã reginæ & mo
rem romanum tangit.Nam apud antiquos noſtros:fœminæ non utebantur uino niſi ſacrorum cauſa certis
diebus.Denique fœmina quæ ſub Romulo uinum bibit occiſa eſt a marito. Mecennius autem maritus ab/
ſolutus eſt:ſic Granius Lucianus cœnæ ſuæ. Bitiæ:per tranſitum pœnorum ducum numina introducit: nã
Bitias claſſis punicæ fuit præfectus:ait Liuius. Iopas:uero rex aphrorum unus de procis Didonis:ut eſt in pu
nica hiſtoria. Increpitans:inclamans ut Aeſtatem increpitans.Aut familiariter arguens ſegnitiem tarde capi
entis pateram:cum eſſet auidus in bibendo. Hauſit:Modo accepit:nec intelligas bibit.Cum ſequatur Et ple
no ſe proluit auro.Alias uidit:ut hauſit cælum menteꝗ; recepit: Alibi audiuit:ut uocemꝗ; his auribus hauſi.
Alibi uulnerat:Et latus haurit apertum:& multa alia pro loco ſignificat. Proceres : ergo & Bitias unus erat de Proce/
proceribus:hoc aũt nomẽ nomĩatiuũ i uſu nõ habet.ſicut nec dictiõe quãuis i cõpoſitiõe dicit̃ conditio. Pro res
ceres autẽ:teſte Varrone : pricipes icciro dicunt̃ q̃ eminẽt in ea:ſicut in ædificiis mutili q̃dam hoc eſt capita
trabiũ quæ proceres nominantur. Crinitus:uel q̃a imitabat̃ Apollinis formã : cuius etiã artis erat imitator.
DONA. Poſtq̃.p.q.conuiuii prolixi mos deſcribitur:Nã confectis epulis ſtudiũ bibẽdi proſequũtur. Fu
nalia:Faces ex funibus ꝓcreatæ. Grauem:laudat a pondere & a materia.Deĩde q̃ maiores Didionis uſi ſint
& durante merito tranſierit ad Didonem. Fata.i.rem enim diuinam actura ſilẽtiũ induxit. Iuppiter : rogat
iouẽ:& eius uirtutẽ narrat:ut oſtendat pleno uoto troianos excepiſſe:cum initam ſocietatẽ teſtimonio hoſpi/
talis iouis confirmet:Cum aũt ipſa eſſet Sidõia quaſi mortis ſuæ præſagio.tyrioꝝ ſolũ & troianoꝝ meminit
& merito diei meminit quo cõfirmabat ſocietatẽ ꝑ ſacra & conuiuium. Triſte:autẽ fuit tenebras nominare
uel noctem:uel maxime q̃a continuationẽ diei nocti cõiunxerat: & mundũ itũ erat ad requiẽ. Noſtroſꝗ; hu/
ius:Et ſic factum:ut etiã nunc duret de actibus didonis fabula. Bacchus:uinum ſine quo lætitia in conuiuiis
eſſe nõ poteſt.Nam ſi alibi ẽ bacchus:& ad culpã cauſas dedit:id non uini uitium ẽ:ſed hominis uſo uti neſciẽ
tis. Bona iuno:nam norat illã inimicã troiãis:ergo ut ſit bona & beniuola. Tyrii:ne eſſet aliqua incolarum
aduerſus peregrinos æmulatio. In menſa:in conuiuiis enim cum huiuſmodi honorificentia numinibus ex
hibetur.Pro ara mẽſa ſuccedit. Prima:uel q̃a ipa libabat:uel quia potior omnibus fuit:utpote regina. Sum
mo tenus:ſummis labris ut religionis & non uini cupidam demõſtraret. increpitans:clara uoce exhortans.
Hunc autem elegit q̃a ſciebat uini eſſe amatorẽ.Vnde ſeq̃tur ille ipiger hauſit. Et pleno.ſ.p.& pateram iquit
uacuam fecit:& cum auide biberet:& tantum ĩfunderet quantum fauces trãſmittere nõ poſſent:perfudit etiã
ſe. Poſt:itellige ritum executi ſunt poſt acta conuiuia:poſt conſecrationem fœderum. Ludorum autem fit
deſcriptio:q̃bus reges per uoluptatem ad producẽdam potationẽ utunt̃.Ludi autẽ didonis nihil turpe factu:
nihil obſcœnum dictu habuerunt.Nã cythareæ artẽ inter honeſtas numerari cõſtat per hanc.Orpheus pluri/
mum potuit.Hanc graues & prudẽtes amant.Hanc diligũt muſæ:q̃bus tradentibus in uſũ hominum uenit.
Hæc i agonibus ideſt i ſacris certaminibus coronatur.Ars ergo honeſta.Conuiuium quoque non diſſimile.
CHRI. Vina co.ſic Homerus πινοντεσ κρατηρασ επισ τεφεασ οινοιο. Fit ſt.nõ.n.ſine ſtrepitu potuit eẽ
tã & numeroſum cõuiuium. Volutãt:undatim.n.effluit uox per camerata loca. Atrium:gẽus ædificii ẽ: Atriũ
q̃d mediam areã contiet.In quam collecta ex oi tecto pluuia deſcendit:dictũ atriũ uel quia id gẽus ædificii
pmũ atriæ:quæ eſt urbs etruriæ iuẽtum eſt.Vel quod a terra oriatur quaſi atteritum.Ait Pompeius feſtus.
lichni λυχνο:ideſt oẽ quod lucet.Lucernam autem nõ hĩc eſſe puto:ſed a luceo:nam q̃uis primã corripiat Lyhni
tã luceo ꝓducit.Nõ caret exemplo.Nam a dico dicacem:& a duco ducem:& a uito uitium.Quæ oia nomi
na uerbis primam.Producẽtibus deriuata corripiũtur. Laquearibus:Lucretius Nec cytherã reboant la/
queata aurataꝗ; tecta. Patera:autem poculũ teſte Macrobio latium ẽ planũ & patẽs a patẽdo dictum Car/ Patera
cheſium autẽ procerum & circa mediã partem compræſſum anſatum mediocriter. Anſis ad ſummũ ad ĩfi/ Car/
mum pertigẽtibus.Verum Plautus cum apud pherecidem legiſſet Alchmene a ioue carcheſium dono datũ cheſiũ
tantũ nomẽ & græcis dũtaxat notũ reliquẽs paterã cuius figurã lõge diuerſa ẽ dixit.Tũc facta:ſcilicet nam fa
cta ſacrificium ſcilẽtium iduxit more ro.Apud quos ne omẽ malum ſequeretur aiebat ſacerdos Fauete li/
guis:tacete Iuuẽalis.ite igitur pueri liguis aĩmiſꝗ; fauẽtes. Iuppiter:iouẽ autem hoſpitibus iura dare dixerũt
nõ ſolũ pp fabulã Licaõis:ſed magis q̃a ab eo plãcta maxima ẽ iuſtitia & religio: atq; humãitas oĩs:Hĩc & apd̃
Homeꝝ Menelaus uiolati a Paride hoſpitii pœnas iouẽ poſcit:Et Sta.eadem de re ait:Nõ gentibus æquũ fas
aut cura iouis:melius legatus addiſſẽ Saurõatas auidos. Lætitiæ.b.d.nã uinum lætitiã iferre teſtis ẽ Salomõ.

Horatius aũt O fortes peioraq; paſſi ſæpe uiri mecum nũc uino pellite curas. Et Home. αρηε Διω και οινον ευφρονα καρπον αρουρασ. Bona: benigna ē.n. religio i deos: pietas in patriã patres & ſanguine coniunctos: bonitas i uulgus. Im mẽſa: Nunq̃ amore ro. deſcẽdit poeta. Ergo q̃uis nõ niſi i ara libeẽ: tamẽ legerat i papiri no iure uicẽ aræ pſtare menſã dicatã. Vt i tẽplo iunõis populoniæ augusta mẽſa ē. Ergo imenſa libat Euãder quoniã ſacrata erat. Hic aũt quoniã conuiuiũ erat regiũ nõ ſacrũ apud humanã menſam: i triclinio nõ i tẽplo qa non erat religioſa: ſed uſurpata libatio: ſola libat regina. In qua nõ obſeruatiõis neceſſitas eſt: ſed uſurpatio nis licentia. Ait Macrobius. Bitiæ dedit: recte de bitia Serui. Vez legiẽ etiã Didonẽ fratrẽ fugientẽ primũ in Cyprũ nauigaſſe ibiq; Bitiã ueneris ſacerdotẽ cũ magna puellaꝝ mãu q̃ ad ſacra uenerãt Didioni ſeſe dedicaſ ſe. Ipſamq; inde in Africam nauigaſſe Ergo dedit Bitiæ ueneris ſacerdoti: qui ut uerisimile ē cõuiuio itererat,

Perſonat aurata: docuitq; maximus atlas.
Hic canit errantem lunam: ſoliſq; labores:
Vnd hoiũ gẽus: pecudes: und iber & ignes:
Arcturũ: pluuiaſq;: hyadas: gemioſq; triones:
Quid tantũ oceano pperẽt ſe tingere ſoles
Hyberni: uel q̃ tardis mora noctibus obſtet.
Ingeminant plauſum tyri: troeſq; ſequuntur.
Nec non & uario noctem ſermone trahebat
Infœlix dido: longumq; bibebat amorem.
Multa ſup priamo rogitãs: ſup hectorẽ multa.
Nunc quibus auroræ ueniſſet filius armis:
Nũc quales diomedis eq: nũc q̃tus achilles.
Immo age & a prima dic hoſpes origie nobis
Inſidias inquit danaum: caſuſq; tuorum:
Erroreſq; tuos: nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris: & fluctibus æſtas.
Funera dardaniæ narrat: fletuſq; ſecundo.

CHRI. Aures:quia uocem auriant:ut Vocem his auribus auſi. Vel a græco illi.n.ωτα dicunt. Inclita:nobilis. Nā κλεοσ apud græcos. Gloria quæ diffinitur a Cice.ut gloria ſit cōſentiēs laus bonoꝝ incorrupta uox bene iudicantiū de excellēte uirtute:ut ait in tuſculanis. Quia bella ne.pathos a cauſa. Inde enim malum puenit:unde bonum prouenire debuit. Nam cauſa rem miſerabilem facit:ut de Aleſo dum ſeſe medium pro offert. item Qui ſanguine nobis hanc patriā peperere ſuo. Item indignatio a cauſa:ut At tu dictis albane maneres. Lumine:nam uitam lumen uocamus: ſicut mortem tenebras & noctem:ut In æthernam claudunt lumina noctem. Comitem:is eſt qui pricipalem ſequitur. Decus:a græco eſt per antiſticō. Illi.n.κυδοσ dicunt. Trahebam:quaſi inuitus uiuebam. Amici:mouet uehementer amicitiam:ſed etiam ſi non eſſet amicus:tamen quia inſons moueret. Promiſi:q̄uis promittamus bona & minemur mala:tamen quia promittere eſt ueluti ſe debitorem aſtringere:iccirco dixit promiſi:ut non ex ira minitaretur:ſed etiam fidem aſtringeret ſe facturum. Minari autem præfert ſui quādam fiduciam ſe facturum. Vnde Horatius. Multa ac preclara minantis. Quoniam ergo minari uidetur polliceri de ſe quandam inuitam ſupereminentiam dicimus minas murorum:& dicimus ædificia minari ruinam. Hinc:repetitio eſt quæ ſæpe com miſerationem mouet.

Vno ordine:quaſi pari gradu. Nam ordines dicuntur in theatro illa aſcenſio graduum : & qui in eodem ordine ſunt partes ſunt nec alter altero ſuperior aut inferior. Habetis:iudicatis exiſtimetis.

Idq; audire ſat eſt : iādudū ſumite pœnas.
Hoc ithacus uelit:& magno mercēt atridæ.
Tū uero ardemus ſcitari:& quærere cauſas
Ignari ſcelerum tantorum:artiſq; pelaſgæ.
Proſequitur pauitans:& ficto pectore fatur.
Sæpe fugam danai troia cupiere relicta
Moliri:& longo feſſi diſcedere bello.
(Feciſſentq; utinam) ſæpe illos aſpera ponti
Intercluſit hyems:& terruit auſter euntes.
Præcipue cū iā hic trabibus cōtextus acernis
Staret æquus:toto ſonuerunt æthere nimbi.
Suſpenſi eurypilum ſcitatū oracula phœbi

SER. Iamdudum:q̄primū. Hoc ithacus:callide uitā ipetrat oſtēdens mortē ſuā hoſtibus eorum gratam. Mercentur:quia ſacrorum ē ut uictima fugiēs ubicunq; inuenta fuerit occidatur ne piaculum committat. Ithacus:pro ithacēſis principale pro deriuatiuo. Ardemus:feſtinamus. Cauſas:pp quas eius interitus a græcis expectatur. Pelaſgæ:quia artis medium ē. Pauitās:q̄ſi pauitās. Ficto.p.fictis uerbis: Nā nūq̄ fingit pectus. Sæpe.f.hoc ſecundum Homerū ueꝝ ē. Feſſi:fauorem conciliat:cum dicit illos feſſos uirtute troianoꝝ. Ponti:recte nā hyēs etiam tēporis eſt. Euntes:ire cupiētes: ut Cum canerem reges. Habetur.n.ſtatuiſſe aliqd pro inchoatione. Præcipue:cōtra illud ne dicerent numia eſſe placata. Aethere: p aere. Suſpēſi:ſoliciti:ut Noſtroq; in limine pendens q nec tēpeſtas poſt dona mutabat aut ad nimbos refertur diſtictiōe mutata. Scitātē:pro ſciſcitaturum:

Mittimus:iſq; adytis hæc triſtia dcã reportat.
Sanguine placaſtis uentos:& uirgine cæſa
Cum primum iliacas danai uenistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus:animaq; litãdũ
Argolica:uulgi quæ uox ut uenit ad aures
Obſtupuere animi:gelidusq; p ima cucurrit
Oſſa tremor:cui fata parẽt:quẽ poſcat apollo
Hic ithacus uatem magno chalcãta tumultu
Protrahit in medios:quæ ſint ea numía diuũ
Flagitat:& mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus:& taciti uentura uidebant.

alii ſcitatum legunt. Oracula:templa de quibus dã/
tur oracula. Adytum:eſt locus templi ſecretior:ad — Adytum
quem nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. Sãguine.p.u.&
u.cæſa Cum primum:Hic diſtinguẽdum quia & ſe/
mel ad troiam uentum ẽ: & anteq̃ ad eam ueniretur
de iphigenia eſt ſacrificaturn.Cum enim græci ad au
lidem ueniſſent.Agamemnon dianæ ceruum igna/
rus occidit.Dea uero irata flatum uentorum remo/
uit.Cũ igiť nec nauigare poſſẽt & peſtilentiã ſubſtine
rẽt oracula cõſulta deã agamẽnonio ſanguie placãdã
dixerũt ergo cũ ab Vlyxe p nuptiaꝝ ſimulationẽ ad/
ducta Iphigenia ĩ eo eẽt ut ĩmolareť:numinis miſera
tiõe ſubrepta ẽ & cerua ipſa ĩ tauricã regionẽ ad regẽ
Thoãtẽ trãſlata:ſacerdoſq; diãæ dictynæ facta cũ deã
ſecundum morem ſanguine humão placaret:agno/
uit Horeſtem fratrem:qui carendi furoris cauſa cum amico Pylade cholcos petierat & cum his occiſo Tho/
ante ſimulachrum ſubſtulit abſconditum faſce lignorum:Vnde & faſcellis dř non tantũ a facie cum qua pigi
tur pp qđ & lucifera dř & aritiã detulit:ſed cũ poſtea romãis crudelitas diſpliceret:q̃q̃ ſerui ĩmolarẽť ad laco/
nas ẽ Duna trãſlata:ubi ſacrificii cõſuetudo adoleſcẽtuloꝝ uerberibus ſeruať:q appellanť Bomonice:qa aris — Bomonice
ſuperpoſiti contẽnebãt q plura poſſent uerbera ſubſtinere.Horeſtis oſſa:ab Aricia romam tranſlata ſunt &
condita ante templũ Saturni:quod ẽ ante cliũ capitoliũ iuxta concordiæ tẽplũ. Virgine cæſa:non uere ſed ut
uidebatur:& ſciendum in ſacris ſimulata pro ueris accipi.Vnde cum de animalibus quæ difficile inueniũtur
eſt ſacrificandum:de pane:uel de cæra fiunt & pro ueris accipiuntur.Hinc eſt etiam illud ſparſerat & latices ſi/
mulatos fontis auerni:nam & in templo iſidis aqua ſparſa de nilo eſſe dicebatur. Argolica:quia occurrebat
occidi potuiſſe captiuũ. Cui fata parẽt:cui pparent mortẽ. Magno tumultu:ad factionẽ tegendã. Numina
d.p oraculis poſuit & q̃rit mõ non quod dicat:nam planum eſt ſed quis debeat imolari. Multi crudele ca/
nebant:Multi bis intelligendum.i.multi uidebãt taciti:multi etiã dicebant ne ſit contrarium canebant taciti.

DONA. Idq; au.ſat ẽ:ubi ad cardinẽ uenit in quo mẽdatioꝝ conſtitit affectus:negauit ſe dicturũ ne ultro
oĩa referendo daret ſuſpitionẽ falſitatis.Ait igiť cum ſciat ſe perituꝝ melius eſſe ne ſecreta græcorum prodat.
Neq;.n.pp unũ hoiem debeo oẽs meos pdere. Quid ue moror:cur differo pœnas meas poſt relationis be/
neficiũ continuo moriturus:Vlyxes.n.oẽ malũ uidebitur intuliſſe qui me quolibet peccato q̃rebat occidere.
Tũ uero:hoc cõſiliũ noſtrã cupiditatẽ audiendi accendit. Ignari:Nã noſtra ſimplici natura pendentes græ/
cos illũ uera dicere putabamus: Sed illi oẽs ſunt doloſi:unde ſaciauit illud & crimine ab uno Diſce oẽs. Paui
tans:aut pauorẽ ſimulãs:aut putas ne lingua titubante in curſu inſidiaꝝ detectio naſceretur quam iam uide/
bat in tuto eſſe. Sæpe fugam:cũ hoc falſũ eſſet:parat cauſam q̃ ſit credibile.ſ.bello feſſi. Feciſſentq; utinam:
recte optare ſimulat:nã & troiãos placabat & ſibi cõmiſeratiõe captabat. Sæpe illos.a.non cõſilium facto ſed
euentus uoluntas defuit. Sanguine:uerum dicit de iphigenia.Falſum addit de pcepto Apollinis.Miſcet ergo
uera ut credantur falſa. Argolica:ne credatur potuiſſe litari alienigena:Nec quærenda erat uirgo cum exer/
citus fœminis careret. Vulgique uox:cum enim generalitatem propoſuiſſet:quia res incerta erat:unuſqſq;
timebat ſibi.Excuſat autem Chalcantem qui falſa dixerit.Nam oſtendit uim eſſe paſſum.Remouet a ſe odi/
um:quia non græci aſſenſere de eo quoniam odiſſent:ſed ut ipſi interitu qui incertus erat liberantur.

CHRI. Iãdudum:iãdiu ſignificat:& quia uehemẽter pperantibus etiam uelociſſima uidentur longiſſima
dicimus iãdudũ cũ uolumus exprimere q̃primũ:ut oſtẽdamus q̃uis ocyus fiat nobis ſero uideri. Pœnas:per
œ ſcribiť:qa ẽ a græco ποινη per oi. Ithacus:ithaca & ceplaleia & zacynthus ante ſinũ corinthiacum inſulæ ẽ — Ithaca
ithaca:in qua regnauit Vlyxes aſpera montuoſaq; eſt de qua Cice.At ſi nos id quod maxime debet noſtra pa/
tria delectat:cuius rei tanta ẽ uis & tanta natura ut ithacã illã in aſperrimis ſaxulis tãq̃ nidulũ affixã ſapientiſſi/
mus uir ĩmortalitati anteponeret. Merceň:nõ ſolũ cupiũt:ſed ita cupiunt ut ſint pro eo daturi p̃tiũ:neq; ſo/
lũ p̃tiũ:ſed magnũ p̃tiũ. Tũ uero:iſtæ duæ dictiões iũctæ hoc ſignificãt ut ſi alias tamẽ nunc maxime. Cãs: — Cauſa
cã ẽ p quã res fit.Sũt aũt q̃tuor cãæ efficiens:materialis:finalis:& formalis:ut in hoc equo cã efficiens fuit is fa
ber qui ædificauit. Materialis lignum ex quo fabricatus eſt. Formalis ea forma & imago equina quam
faber ĩ materiã ĩduxit.Finalis ut.ſ.p cũ fallerenť troiani. Pauitãs:pauere tũdere ẽ:unde pauimẽtũ quod pedi/ — Pauer
bus tundať.Hinc dicimus pauere hoiem cũ ex magno timore tunduň pectora crebro magnoq; motu pul/
monũ:& tremitu qui eſt a frigore totũ cõcutitur corpus.Ex timore refugit ſanguis ad cor:& partes externæ
ab eo relictæ frigeſcũt.Vnde pauitare ẽ frigeſcere & timeſcere.Ergo quod tremit timor:qđ pauet pauor diciť — Pauitare
Metus ãt a quodã motu aĩ dř:cũ illud qđ caſuꝝ putat:refugit mẽs.Cũ ãt ita uehemẽter ſe moueat ut abeat
foras formido dř.Pauitãs igiť q̃ſi pauitãs:Nõ eni pauebat ex timore ſed ſimulabat. Ficto.pe.fingebat aliud — Pauor
hře ĩ mẽte:q̃ hẽbat. Moliri:tãq̃ rẽ arduã. Acernis:ex acere:ẽ.n.acer opere elegãtia ac ſubtilitate cedro ſecũda — Acer
plura eius genera.Albũ qđ p̃cipui candoris gallicũ uocať.Altꝝ genus criſpũ maculaꝝ diſcurſu q cum excel
lentior fuit a ſimilitudine caudæ pauonis nomẽ accepit ĩ Hiſtria uenetiaq; p̃cipuũ.Euiliori genere craſſiueni/
um uocať.Tertiũ genus zigiã rubet & fixili ligno.Sed hoc alii proprii generis uolunt:& Carpinũ latini appel/
lant. Aethere.i.aere.Nã pturbationes iſtæ ut ſũt uẽti:pluuiæ:grãdies:nubes:& ſimilia:quoꝝ motus Ariſto.
in meteoris:exequitur nõ ſolum non trãſcendunt ad ætherem:ſed ne in aere quidem ſupra octo ſtadia ideſt

quinque milia inueniuntur. Nam cacumina nonnullorum montium quia hanc altitudinem ſuperant ut eſt olympus immunia harum perturbationum eſſe multi ſcribunt. Euryphilum:hic Euemonis filius orthomeni quæ urbs Boetiæ eſt regnauit:de quo nunc intelligit. Alter fuit Eurypilus filius. Tertius fuit filius Telephi ex Athocle. Adytis:Adytum neutri generis eſt:& græcum nomen & dicitur ab α priuatiua & δυω ſubeo:quia illum locum nemini niſi ſacerdoti ſubire licet. Adytus autem ab adeo adis uerbale eſt: & ſignificat ingreſſum:ut Sola uiri moles adytus & tempora noras. Gelidus:qui a gelu eſt. Nerui enim & ligamenta:Vnde ẽ motus & firmamẽtum:calore roborantur. Frigore autem debilitantur atque inde uacillant:& inde fit tremor. Calchanta:hic uates fuit Teſtoris filius ſic dictus ut græci grammatici uolunt αποτησ καλκησ. Id autem eſt πορφυρα πορφυρειν ãt ẽ μεριμνειν.i. acurate excogitare:quoniã hic acurate futura excogitaret. Hic apud troiã ex numero paſſe℞ a ſerpẽte uorato℞ quot anno℞ obſidio troiæ futura ẽet ꝑdixit. Poſt uero troianum bellum aiunt illum cum Amphilocho Amphierai filio tereſtri itinere colophonẽ quæ urbs cariæ eſt perueniſſe:& cum apud fanum clarii Apollinis:quod ante eam urbem eſt in mopſum augurem præſtantiſſimum incidiſſet:præ mœrore mortuum eſſe:Heſiodus ſcribit Calchantem Mopſo propoſuiſſe:ut diceret quot ficus ea quæ aderat caprificus ferret:ac Mopſum dixiſſe decies mille unaque amplius ac cum uera de numero dixiſſet:Continuo Calchantem e uita migraſſe:Pherecides autem ſcribit prægnante ſue oblata Calchantem interrogaſſe Mopſum quot illa porculos in utero gereret:& Mopſum reſpondiſſe tres atque ex
Cal/chas illis unam fœminam & cum uera dixiſſet:illum præ dolore mortuum. Sunt qui dicunt Calchantem ſuem propoſuiſſe:& Mopſum caprificum ac Mopſum uera dixiſſe:Calchãtem uero minime:& præ mœrore mortuum:& Sophocles in quodam loco ſcribit cum Helena repoſceretur:tunc Calchanti fata mortem decreuerunt:cum præſtantiorem augurem offendiſſet. Sed hic Calchantis mortem tranſfert in ciliciam. Refert præterea Strabo quod in agro ſaunio qui non procul ſiponte eſt: circa tumulum quem dryon uocant baſilicæ duæ monſtrantur. Vna quidem Calchantis in ſummo uertice cui petentes oracula nigrantem ſacrificant arietem & ſtrata in pelle dormiunt. Altera Podalyrii in infima montis radice poſita.

Bis quinos ſilet ille dies:tectuſq; recuſat
Prodere uoce ſua quẽq̃:aut opponere morti.
Vix tandẽ magnis ithaci clamoribus actus
Compoſito rupit uocẽ: & me deſtinat aræ.
Aſſenſere oẽs:& quæ ſibi quiſq; timebat:
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.
Iamq; dies infãda aderat mihi ſacra parari
Et ſalſæ fruges:& circum tempora uittæ.
Eripui fateor leto me:& uincula rupi.
Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua
Delitui dum uela darent:ſi forte dediſſent.
Nec mihi iã patriã antiquã ſpes ulla uidẽdi:
Nec dulces natos:exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia:& culpã hãc miſerorũ morte piabũt:
Quod te ꝑ ſuperos & conſcia numina ueri
Per ſiqua ẽ quæ reſtat adhuc mortalibus uſq̃
Intemerata fides:oro:miſerere laborum
Tanto℞:miſerere animi non digna ferentis.
His lachrymis uitã damus:& miſerẽſcimus ultro
Ipſe uiro primus manicas atq; arcta leuari
Vincla iubet priamus:dictiſq; ita fatᷣ amicis.
Quiſquis es amiſſos hĩc iã obliuiſcerẽ graios:
Noſter eris:mihiq; hæc ediſſere uera roganti.

SER. Bis quinos dies:bis quinis diebus ſilet dicimus. Tectus: Aut multitudini ſe ſubtrahens: aut tegens conſilium ſuum. Vix tandem: Aut iunge & uacat tandem aut ſepara & eſt exaggeratio a ſinonymis: ut abiit exceſſit. Compoſito: ex pacto. Rupit.u. Erupit in uocem dictum per cõtrarium. Nam
Rũpe ſilẽtiũ rũpe ſilentiũ ẽ loq:ut Quid me alta ſilẽtia cogis Rũpere. Rũpe.n. uocẽ eſt tacere. Et q̃.ſ.q.t. Aſſẽſere: ergo non quia mihi eſſent inuiſi. Parari: infinitus mo
Rũpe uocẽ dus ꝑ indicatiuo:& ẽ figura propria hiſtoricorum:ut Salu. Equitari iaculari:ut poeta℞ eſt Nuda genu: & toruũ clamat. Nã qđ ait Cice. Bellicũ canit non eſt figura:Nam eſt ſoni nomen. Salſæ.f. Saluſt. Et far qđ diciẽ mola ſalſa:qua & frons uictimæ & foci aſpergebantur & cultri. Fit autem ex horna fruge & horno ſale Horatius Et horna fruges. Victæ: Quibus uictimæ coronantur. Læto: Non ſacrificio: inuidioſe locutus eſt. Vincula rupi: At qui ſolutæ ſunt hoſtiæ:cum piaculum ſit aliquid in ſacrificio eſſe ligatum:Vnde unum exuta pedem uincliſq; in ueſte recinctis. Ergo uincla religionis intellige:ut Et uinclis innaret clœlia ruptis ſcilicet fœderis:Sed dices: unde iſte ligatus fuerit: non enim troiani ligauerunt: cum ultro ſe obtulerit:Vnde intelligendum ẽ a græcis magis ligatum:quia & conſuetudo illa:quam ſupra diximus:erat in ipſo tempore ſacrificiorum. Antea enim ligabantur:Iuuenalis. Sed procul extenſum petulans quattit hoſtia funem. Limoſo℞ lacu:Vtitur circunſtantiis quibus fuga ueriſimilis fiat: Sæpe autem ſub aliorum perſonis poeta cauſas exequitur nobilium ut hic Marii: infra autem Pompei: ut iacet ingens i littore truncus. Per no.o. Rẽ tpis ad ꝑſonam tranſfert:ut matutinus uenit & eſt honeſta locutio. Si forte dediſſent:nec negat nec affirmat eos nauigaſſe:ne aut eis det ſecuritatem:aut ne falſum ſit qđ dixerat non poſſe nauigare græcos niſi homine immolato:ut illorum ſit quicquid elegerint. Et artis eſt in anguſtiis argumentorũ uti i incertis ſermonibus. Antiquã: caram. Cõmemorat ãt liberos & parẽtes:ut oſtẽdat nõ ſe deſeruiſſe:ut uilem ſed mortis fuiſſe terrore. Fors & pœ. forte & pœnas. Alii iungũt fore &:ut ſit forſã. Elicit miſericordiã oſtẽdẽs nõ habere cãm redeundi poſt mortẽ ſuo℞. Effugia:nam fugam & effugium dicimus ſicut lana & lanitiũ:ut Sit tibi lã.cu. Piabũ:

expiabit:& ταλαίπωρον ē:Nā plerūq; impiare significat. Per siqua:dyasirtice irridet. Non digna:īdigno luctu affecta. Miserescimus ultro:aut p se plenū ē:aut cohæret sequētibus:qa nō pōt primis.Dicimus.n.illā rē.& illius rei misereor:non aūt illa. Vltro:nō sponte:nā iā rogauerat:Sed isup ab ultra qa plusq̄ rogauerat pstitere. Mãicas.a.a.aut epexegesis ē arctas mãicas:aut utrūq; habuit. Quisqs es:licet hostis sis : & sunt: ut habemus i Liuio:uerba iperatoris trāsfugā recipiētis i fidē:Quisqs es noster eris:Itē uigilas ne deū gens uerba sunt qbus pōtifex maximus utit̄ i puluinaribus:qa uariā sentētiā suo isērit carmini. Hic iā:Aut ex hoc tpe: aut ex hac ōrōne aut ex eo qđ te dicis ulyxis factiōe laborasse. Edissere ue.Hic distīguēdū : uera.n.audire desiderat.

DONA. Fugi:nō culpā criminis:sed inocēs crudelissimā mortē:Ne ea gauderet inimicus:& ne qs quæreret quomodo potuerit fugere:addit uincula rupi. Limosoq; la.limus.n.& lacus suffragabant̄ ne possent isequētes itrare.Posuit & noctē nā & tenebre adiuuabāt. In ulua:timiditatē maximā simulat:ut cū i loco eēt ad quē nulli esset aditus:tamē i eo q̄reret latebras. Vluā dicūt rē quā uulgus budam uocat:Sed nihil iterest q̄ species sit herbæ modo illū occultare posset. Vela darēt:ut ostendat suos plusq̄ troianos timuisse. Nec mihi:ponit consultationē quā in lacu habuit.Hinc enim nisi nauigarent erat periculum uitæ:si nauigassent priuabar antiqua:idest magna patria:uel antiqua idest cuius affectum diuturnitas temporis accumulauerat & filiis:& parēte:& singula singulis dedit patriam dixit antiquam natos dulcis expectatum patrē in qbus rebus occurūt pe iora:quod græci illos eēnt occisuri propter suam fugam piandam:quod erat necessarium.Hæc aūt omnia dicta sunt:ut faceret uerisimilia quæ fingebat. Per superos: quos nō latet ueritas. Per siqua est quæ.r.sciebat apud se non esse fidem:unde arbitrabatur apud nullos esse.Et cū persona sua esset odiosa quia hostis mouet misericordiam a suis calamitatibus Priamus autem ut omnia uera eliceret: deposita regia auctoritate ut amicus cum hoste locutus est. Noster eris:aperta beniuolētia cum recipiat eum pro ciue. Mihi:scilicet regi qui possim tormentis iquirere ueritatem & simpliciter quæro. Mihi:qui te seruaui:& i eorum numerū recepi. Vlua

CHRI. Bis quinos:poetice:Nam orator non ponit hoc nomē pro numerali nisi sit bis ut singulis diebus terni ueniebant & nisi sit nomen quod careat singulari:Nam tunc semper ponitur pro numerali:ut binas litteras & ternas nuptias. Prodere:simpliciter manifestare significat & est ex pro & dare.Pro enim in compositione demonstrat rem in promptu & aperto poni:ut promo promulgo.Sed quoniam qui sibi commissa manifestant fidem frangunt:dicimus prodere fidem frangere. Morti:mors est omnis separatio animi a corpore.Cædem autem & necem dicimus cum ui anima pellitur. Aræ:de qua uide i Buc. Timebat sibi:timeo te uel a te cum formido ne damnum uis ue a te inferatur.Timeo autem tibi.i.timeo ne tibi noceatur. Tulere: æquo aio passi sunt.Nō.n.lætati sūt:in quo ostēderent̄ ipsū eē suis odiū:Sed tulere tāq̄ rē molestā moti misericordia tulere tamē quoniā ipi se extra piculū uidebāt. Infanda:nā nō ex religiōe sed ex crudelitate parabāt̄ sacra. Salsæ fruges:sine sale uita hūana elegātior eē neqt. Et i aīo sales appellant̄.Varro Pulr ētarii uice usos sale antiquos refert.Maxima tamē i sacris appet auctoritas:quoniā nulla cōficiūt̄ sine mole salsa.Ait Pli. Salsæ ergo fruges.i.moles salsa:Faciebāt.n.molē.i.pultē ex sale & faria horna.i.huius anni. Antiq;:carā. Quod te p supos:callide loqt̄ ut argui nō possit.Ait.n.numia scire uerū.Non autem scire illū ea nō esse mētitum.Neq; dicit esse aliquem locum incorruptæ fidei. His.q.d.adeo callide ut quemuis decipere potuissent:& commēdat troianos a clementia.Nam artis est nos semper ab ea uirtute auditores commendare qua cupimus illos in nos uti. Manicas: Vincula manum.Alias ornamentum uestium circa manus:ut Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Arcta uinc.interprætatus est manicas in qua significatione poneret. Mors Sal Manicæ

Quo molē hāc imanis eq̄ statuer̄.qs auctor
Quid ue petūt:q̄ relligio:aut q̄ machia belli
Dixerat.ille dolis instructus & arte pelasga
Sustulit exutas uinclis ad sydera palmas.
Vos æterni ignes:& non uiolabile uestrum
Testor numen ait:uos aræ ensesq; nefandi:
Quos fugi:uittæq; deum quas hostia gessi:
Fas mihi graiorum sacrata resoluere iura.
Fas odisse uiros atq; omnia ferre sub auras
Siqua tegunt teneor patriæ nec legibus ullis
Tu modo promissis maneas seruataq; serues
Troia fidem:si uera feram si magna repēdā.
Omnis spes danaum & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit:impius ex quo
Tydides sed enim scelerumq; inuētor ulyxes
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium cæsis summæ custodibus arcis

SER. Quo:qua causa quæ i coniecturali statu sæpe quærit̄ cui respondet ne recipiatur portis. Quis auctor : Respondet Calchas attollere iussit. Quid ue.p.ut placet̄ mineruæ. Ignes:aut ararum quas fugit : ut sit execratio propter posteriora.Vos aræ : aut solem & lunam significat.Execratio autem ē ad uersarum depræcatio.Iusiurandum uero optare prospera. Testor:modo iuro:alibi Testificor ut Testor in occasu uestro. Vestrum numē:sydera enim secundum philosophos dicuntur elementa & habere proprias potestates. Enses::inuidiose ad pluralem transtulit.Teren.Non perpeti meretricum contumelias. Vittæ:uel quæ habentur i honorem deorum aut q̄ habent ipsa simulachra ut uirgineas ausi diuæ contingere uittas. Gessi:pene gessi. Fas:petit ueniam a diis ne uideatur proditor.Tacuit autem hæc anteq̄ audiret noster eris.Si.n.uoluntate proditor esset:occurrebat illud Cice.Nemo unq̄ sapiens proditori credendum putauit. Sacrata.r.iu.ne incidat in sacramenti pœnam:Sunt enim tria militiæ genera.Plerunque enim euocati dicuntur:& non sunt milites sed pro milite:Salu.Neu quis miles siue pro milite:item ipse ab iis omnes euocatos & centuriones plerunque tumultuarii:hoc est:qui ad unum militāt bellum: ple-

runq; ſacramento rogati: quia poſt electionem i rẽ pu.iurant & hi ſunt qui habent plenam militiam:nã quinq; & uiginti annis tenẽtur hæc tria genera tãgit Vir.ſacramenti i hoc loco. Tumultuarii:ut ſimul oẽ

Corripuere ſacrã effigiem:mãibuſq; cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere uittas.

tumultu coniurat trepido latium:euocationis Mittitur & magni uenulus Diomedis ad urbem. Odiſſe ui/ros:& hoc Dyaſirtice:nam & ad græcos & ad troianos poteſt referri. Si qua.t.propter ea quæ latent in equo. Legibus ullis:ſi græcorum propter illud noſter eris.Si troianorum quia græcus. Troia : nam qd rex pro/mittit uidetur reſpub.promittere. Omnis ſpes da.a ueris incipit more ſuo:nam fauit græcis Mineruæ:& ere ptum erat palladium.Sed.n.hiſteron proteron.Sed enim ex quo impius tydides.Nam hyſterologia unius eſt ſermonis:ut tranſtra per & remos. Impius:propter uulnerata numina. Inuentor ſc.propter palamedem oc ciſum ſua factione. Auellere:iuitum oſtendit eſſe ſublatum.Helenus apud ariſbam captus a græcis indica/uit per uim fata troiana in quibus erat palladium:Vnde dicitur a Pyrrho regna meruiſſe.Quãnq̃ præſtiterit pyrrho ut rediret per terram pdicens græcorũ naufragium.Tũc diomedes & Vlyxes ſeu cuniculis ſeu cloacis aſcenderunt arcẽ:& occiſis cuſtodibus ſubſtulerunt ſimulachꝝ.Dat̃ aũt his hoc negocium quia fuerunt cul/tores Mineruæ.Hoc deide habens Diomedes:ut Vir.tangit:& Varro deſcribit:credens ſibi non eſſe aptũ pp ſua pericula tranſeunti æneæ offerre conatus eſt ſed cũ ſe ille uelato capite ſacrificans cõuertiſſe nautes qdam accepit:Vnde non iuliorum ſed nauticorum familia ſacra mineruæ habuit. Vnde in.v.unum tritonia palas quem docuit.Alii dicũt hoc ſimulachrũ a troiãis eſſe abſcõditum itra extructũ parietẽ poſtq̃ troiam periturã agnouerunt & deide i bello mitridatico a Fibria quodã romano ĩdicatum romã aducẽtum eſſe & cum reſpõ ſum eſſet ibi imperium futurum ubi & palladium adhibito mamurio fabro multa ſimilia facta ſunt.Sed ue rum agnoſcitur haſtæ oculorũq; mobilitate.Vnde eſt arſere coruſcæ Luminibus flãmæ: ſed ab uno tantum ſacerdote agnoſcit̃:Luc.Troianam ſoli cui fas uidiſſe mineruam. Dicunt alii unum ſimulachrum cælo la/pſum apud athenas:Alii duo uolũt hoc de quo diximus & illud athenienſe. Sacram effi.quaſi cælo lapſam.

DONA. Quo molem:Breuiſſima propoſitio ſed pfecta.Quæſitum ẽ cur equus eẽt factus.Cur tãtæ ma gnitudinis.Quo auctore:utrum religionis : an belli cauſa. Ille dolis.q.d.natura ſua & arte pelaſga mandatis ſuorum & oſtendit nullum græcum carere dolis. Vos æter.iurauit ſed ſubtiliter:Nam troianos fallit:& nõ prodit arcana ſuorum Adhibuit iuſiurandum quia non uidebatur uerisſimile illum ſuorum ſecreta ſine tor/mẽtis ꝑdere.Teſtatus eſt igit̃ non pp narratiõis ueritatẽ:ſed pp licentiã q̃ſi proditiõis. Fas mihi graiorum: quaſi iam ipſe græcus non eſſet: uel illi eius ſocii non fuiſſent.Et liceat eos odiſſe:q ciues mei eſſe noluerunt. Teneor patriæ:plus eſt uolũtate q̃ legibus retineri.Alterum eſt ex ſtudio puræ mẽtis:alterum ex neceſſitate. Tu modo pro.tu troia conſeruatori tuo fidem ſerua. Rependam:quaſi dicat tantum recipiet q̃tum dede/rat.i.ut ſalutem mereretur ſalutis auctor. Omnis ſpes:reſpondet ultimæ parti:ut fallendi promptior pate/ret occaſio:& primo unius criminis iuidiam pluribus criminibus maculat i Vlyxe:& oſtendit Mineruã gra/uiter iratam ſacrilegis. Inuentor ſce.q nunq̃ iuenit quod probari potuiſſet. Fatale ag.ſ.a templo:i ſingulis
Fatale ſingula ſunt genera ſacrilegii. Fatale:i quo ſtaret fatum græcorum.Dixerat.n.palladis auxiliis. Auellere:ut cum ſacrilegio eſſet crimen uiolentiæ. Palladium:cum pondere pronunciandum:in ipſo.n.nomine magni/tudo numinis exprimitur.Quod uero de Maumurio dicit Seruius nuſq̃ in palladio legitur:ſed in ancili cæli/tus de lapſo de quo ſuo loco dicemus. Cæſis:ad ſacrilegium accedit homicidium:cum illi humanitatis cau ſa:& numinis ueneratione ne leui qdem iniuria contingi debebãt. Augetur homicidium ex merito perſona rum quia cuſtodes neq; eſſent electi cuſtodes niſi probatæ uitæ.Vide autem exageratiõem criminis.Aggreſ ſi ſunt templum ſacratum:quod igredi quandoque ſine ueneratione nefas eſſet. Cuſtodes cæſi:& uſque ad ipſum ſimulachrum gradatim uentum.Viſum nefariorum oculis & pollutis humano ſanguine manibus tactum: neque ſolum corpus:ſed uultus & uirginales uittas:quas in capite geſtabat:inceſtare ſunt auſi.

CHRI. Quo molem:ex curſu & celeritate iterrogatiõis exprimit̃ cupiditas rẽ itelligendi i Priamo nã & breues clauſulæ ſunt & ſine copula:& paucis uerbis multa cõplectit̃. Molẽ & imãis:Exprimit magnitudinẽ imẽſam. Hãc:quaſi tãtã & tã mirabilẽ. Statuere : uero firmitatẽ oſtẽdit. Quis auctor:cũ ſtupore profert q.
Dolus d.nõ potuit nõ eſſe magno ingenio. Auctor aũt cõmunis generis eſt. Dolis:Dolus eſt mẽtis calliditas ab eo q deludat.Teſte autem Feſto in malis ſolum nunc utimur:apud antiquos uero etiam i bonis:Vnde adhuc dici mus ſine dolo malo. Teſtor:i teſtimoniũ uoco:ut teſtor utrũq; caput.Alias teſtificor:Alias teſtamẽtũ cõdo. Vos æterni ignes:Apoſtrophe ut uides utit̃ in hoc loco.Apoſtrophe aũt maiorẽ habet uehemẽtiã q̃ ſi dix iſ ſet Teſtor ignes & aras. Quos fugi:cũ horrore piculi pnũciat. Fas:repetitio & diſſolutio.Et hæc tota teſtifi catio attentos facit ex magnitudie iuocatiõis & beniuolos ex demõſtratiõe ſui periculi : qa citat̃ cõmiſeratio. Habet & ſummã uim apoſtrophe:præferri ſi ad res mutas cõuertat̃ ſermo:ut Dulces exuuiæ dũ fata deuſq;
Fas ſinebãt.Et Turnus Tuq; optima ferrũ Terra tene. Fas odiſſe:Fas diuĩa lex eſt:ut ius humana. Auxeſis ergo ẽ q non ſolũ lege humana ſed q.plus eſt diuia liceat nõ ſolũ deſerere ſed odio habere. Troia:Troianæ populæ ut iam nunc itelligatur quod ſibi promiſſum eſt a rege q perſonam populi ſubſtiet:promiſſum ẽe a populo. Omnis ſpes:ergo hoc ſublato nulla alia ſpes reliquæbatur. Stetit.q.d.ueluti fundamentum penitus hæſit.

SER. Ex illo:facto uel tẽpore. Fluere:mediũ ẽ. hic habet retro.Alibi contra Saluſt.Rebus ſupra uo/tũ fluẽtibus. Auerſa:pp illud Manibuſq; cu. Trito/nia:q̃ſi terribilis ἀποτρεῖν.i.timer̃ uel ſcdm Lucanũ: Et ſe dilecta tritõida dixit ab unda.Eſtãt antonoma

Ex illo fluere:ac retro ſublapſa referri
Spes danaum:fractæ uires auerſa deæ mẽs:
Nec dubiis ea ſigna dedit tritonia monſtris

Vix poſitũ caſtris ſimulachrũ: arſerẽ coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis: ſalſuſq; per artus
Sudor iit: terq; ipſa ſolo mirabile dictu
Emicuit: palmamq; ferẽs haſtamq; tremẽtẽ.
Extẽplo tẽtanda fuga canit æquora calchas:
Nec poſſe argolicis excindi pergama telis.
Omnia ni repetant argis: numenq; reducant
Qđ pelago & curuis: ſecũ aduexere carinis.
Et nunc quod patrias uento petiere mycẽas.
Arma deoſq; parãt comites: pelagoq; remẽſo
Improuiſi aderũt ita degerit omnia calchas.
Hanc pro palladio moniti pro numine læſo
Effigiem ſtatuere: nefas quæ triſte piaret:
Hanc tamen immenſã calchas attollere molẽ
Roboribus textis: cæloq; educere iuſſit:
Ne recipi portis: aut duci in mœnia poſſit:
Neu populum antiqua ſub religione tueri.
Nam ſi ueſtra manus uiolaſſet dõa mineruæ:
Tum magnũ exitiũ (qđ dii prius omẽ ĩ ipſũ
Cõuertãt) priami imperio phrygibuſq; futuꝶ.
Sin mãibus ueſtris ueſtrã aſcẽdiſſet ĩ urbem:
Vltro aſiã magno pelopeia ad mœnia bello
Venturã: & noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidiis periuriq; arte ſinonis
Credita res: captiq; dolis lachrymiſq; coacti.
Quos neq; tytides: nec lariſſæus achilles:
Nõ anni domuere decem: non mille carinæ
Hic aliud maius miſeris multoq; tremendũ
Obiicit magis: atq; ĩprouida pectora turbat:
Laocoon ductus neptunno ſorte ſacerdos

ſia: qa propriũ eſt Mineruæ. Vix: mox. Salſus: ne forte aliter niſi ĩ ſimulachro intelligeret & ſignificat ſudor laborem futurum. Emicuit: quaſi quæ inuita conſiſtebat. Argis: aduerbium ĩ loco. Repetant: ex more romano qui ſi male expugnaſſent redibant ut rurſus captarent auguria. Reducãt: recõcilient. Arma: artificioſe iniicit de futuro metum ut præſẽtem firmet ſecuritatem. Improuiſi.a. Sicut factũ eſt. Digerit.o. interpræta tur numinis commotiõem. Antiqua re. fauore priſtino. Nam ſi ueſtra.m. occurrebat enim exurendum equum ſi intro inferi non poſſet. Aſiã: aſiaticos. Pelopeia: argiua: a Pelope. Noſtros ne: quaſi troianus loquitur & diaſyritice tamẽ.
Periuri: in uerbo.r. remouetur. Peiero enim dicimus. Credita.r. aut fide habita aut ei cõmiſſa res.p.
Dolis: fuit ergo turpius græcis uiciſſe dolis q̃ Troianis uinci. Coactis: Sic Terentius Vna me Hercle falſa lachrymula quam oculos terendo miſere uix ui expreſſerit. Lariſſæus: Achilles: a uicinitate. Nam phthius fuit: utraque tamen ĩ theſſalia ẽ. Hic: tunc.
Maius.m.m. Nam apud antiquos ab iiſdem incipere uitioſum non erat ut & ſale ſalſa ſonabãt & caſus caſandra canebat. Laocoon: ut ait Euphorion poſt aduentum græcorum ſacerdos Neptũni lapidibus occiſus eſt quia ſacrificiis non prædixit eorum aduẽtũ. Poſtea diſcedentibus græcis cum uellent ſacrificare Neptunno laocoõ Thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus ẽ: ut ſolet fieri cum certus deeſt. Hic piaculũ cõmiſit ante ſimulachꝶ numinis cũ uxore coeũdo & ob hoc ĩmiſſis draconibus cũ filiis ĩterẽptus ẽ. Sed poeta hic rẽ ĩterpræta t̃ ad troiãoꝶ excuſationẽ.
DONA. Ex illo fluere: N.ĩ ſupra dixerat Palladis auxiliis ſemper ſtetit: cũ ergo irata eſſet cœpit fluere.
Aduerſa: duoꝶ ſceleratoꝶ commiſſo oĩbus irata ẽ.
Vix poſitum: ſigna ſunt qbus oſtendit iram. Primũ flammæ ĩ oculis ĩanimatis. Sudor: Secũdũ ſignum. Non poteſt ex ſimulachro fluere: niſi portẽdit malũ. Idẽ dicas de motu ſimulachri. Paruã.f.h.q.t. manifeſtũ ſignum ſe hoſtẽ profiteri deam. Arma.d.q. Hoc contra Troianos ut reliqua faciat ueriſimilia. Capti .d. Non poterat obiici Troianis cur ita creduli fuiſſent: Quia iurauit & qa lachrymas ueras credidimus eſſe. Ergo nõ uirtute. Nõ numero hominũ Non diuturnitate belli: Sed inſidiis uicti ſumus. Hic aliud.m. nam uehemẽter dolos poterat confirmare hoc mõſtrum.
CHRI. Sublapſa: retro & ſub & re interitum ſignificãt. Cum enim res aut retrocedit aut deiicitur ad interitum tendit. Nec dubiis: non fuit difficile cognoſcere iratam deam: quia ſigna dedit manifeſta. Quo tempore Ilus Trois filius Ilium condidit: qđ fuit anno fere ſeptimo ſupra tria milia & octingentos poſt mũdi initium aiunt breue ſcutum de cælo lapſum in templum quod in arce condebat: idq; palladium eſſe uocatum: & cẽgiſſe ſibi locum in media æde: cui adhuc ſuperindictæ tegulæ non erant: id ſignum ligneum fuiſſe multi tradiderunt. Hoc igitur Allecto per illecebras theano cuſtode Antenorem accepiſſe uolunt: & græcis tradidiſſe. Calliſtratus autem de ſamothracia ſcribens & Satyrus: ut refert Dionyſius: dicunt Chryſantem Pallantis filiam cum nuberet Dardano attuliſſe Palladis munera. Hæc autem fuiſſe palladium & magnorum deorum ſimulachra. Deinde dardanium diluuium fugientem arcadia profectum iuiſſe ĩ ſamothraciã: ibiq; his templum ſtruxiſſe. Mox cum maiorem partem populi tranſuexiſſet ĩ aſiam ſacrificia ac cerimõias ſamothracibus reliquiſſe. Palladia uero & deorum imagines ſecum aduexiſſe & ex oraculo accepiſſe urbem illam conditurum in qua hæc permanerent: ac propterea urbẽ cõdidiſſe: & a ſe denominaſſe & ĩ ea colocaſſe. Conditoque deinde ab eius poſteris ilio: eo eſſe trãſlata: Poſtea uero capta urbe ĩferiore Sicam dominũ arcis factum ſubſtuliſſe ex adytis ſacra & quod ſupererat palladium: Nam alterũ Vlyxes & Diomedes furtim urbẽ ĩgreſſi abſtulerant: Aretinus eodẽ Dionyſio teſte ſcribit palladiũ a ioue Dardano datũ: & locatum in loco ĩacceſſibili: Sed fabricatũ aliud ad eius ſimilitudinẽ & poſitũ palã & hoc eripuiſſe græcos: illud accepiſſe æneã. Alii ſcribunt palladiũ abſcõſum ab ilionenſibus in cauernis: ne hoſtes eriperent & poſt multas ætates a Fimbria que ſtore: cum iliũ expugnaſſet: ablatum ac romam peruectum. Seruabatur aũt ĩ templo Veſtæ: quod erat iter capitolium & palatium quo ĩcenſo, L. Celius Metellus illud liberauit: ipſe ignis ardore cæcus euaſit, Syluius aũt

ſcribit cum diomedes:in u:be quā in apulia condebat palladiū collocare uellet monitū eſſe a dea noĉturna gēte. Vt i latiū ubi ātera erat numinis ſedes illud deportaret. Detulit Diomedes:& palladiū tradidit. Tritōia: de hac dea ī ſuperioribus dictū ē. Fractæ uires:nam ut ſpe erigiť animus & quod.īmō augētur uires ſi cōtra de ſpatiōe deprimiť:& minuunť uires. Auerſa deæ mēs:cauſa quare amiſſa ſit ſpes. Sudor: quod calamitates portēdere etiā i Georgicis oſtēdit:Et mœſtū illachrymat tēplis ebur æraq; ſudāt. Tētāda.q.d.quāuis alias nō ſucceſſiſſet:ut ſupra Sæpe ſugā danai troia cupiere relicta.Et ſæpe illos aſpera pōti itercluſit hyems. Numē: præſentiam & fauorem. Hic aliud maius:Oſtenderat hactenus uirtute nō potuiſſe ſuperari troianos deinceps neq; prudētia qdē uictos fuiſſe demonſtrat Nō.n.a Sinone decipi potuiſſent:Nam non temere illi crediďiſſent aut decepti fuiſſent niſi deo℞ ſtudiū contra illos nitereť dum obiiciť percuſſoris:Laocoontis iteritus.

Solēnes taurum ingentē mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a tenedo tranquilla palta
(Horreſco referens) imenſis orbibus angues
Incumbūt pelago:pariterq; ad littora tendūt
Pectora quo℞ inter fluctus arrecta iubæq;
Sanguineæ ſuperāt undas pars cætera pontū
Pone legit ſinuatq; immenſa uolumie terga.
Fit ſonitus ſpumāte ſalo:iamq; arua tenebāt.
Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine & igni
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Diffugimus uiſu exangues.illi agmine certo
Laocoōta petunt:& primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus uterq;
Implicat:& miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem ac tela ferētē
Corripiunt:ſpiriſq; ligant īgentibus:& iam
Bis mediū amplexi:bis collo ſquamea circū
Terga dati ſuperāt capite:& ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.
Perfuſus ſanie uitas atroque ueneno
Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit.
Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus:& incerta excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracōes
Effugiunt:ſæuæq; petunt tritonidis arcem
Sub pedibuſq; deæ clypeiq; ſub orbe teguntᷓ
Tū uero tremefacta nouus p pectora cūctis
Inſinuat pauor & ſcelus expendiſſe merentē
Laocoonta ferunt ſacrum qui cuſpide robur
Leſerit:& tergo ſceleratam intorſerit haſtā.
Ducēdum ad ſedes ſimulach℞:orādaq; diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros:& mœnia pādimus urbis.
Accingunt omnes operi:pedibuſq; rotarum
Subiiciunt lapſus:& ſtupe uincula collo

Angues Serpētes Dracones

SER. Solēnes aras:anniuerſatio ſacrificio religioſas:Dicimus ſacrificiū ſolēne & aras ſolēnes:ut apricū & hoiem & locū: Perſi. Apricos meminiſſe ſenes Hora.Cur apricū oderit cāpū. Ingētē: ut alio loco iā cornupetat.In ſacrificiis.n.certis numibus certe ætatis aialia mactāť. Gemini:duo:uel ſimiles. Angues: Angues aqrū ſunt:Serpētes terra℞:Dracōes tēplo℞: ut in hoc loco apparet. Sed non obſeruatur ſemper. Iubæ:criſtæ aut barbæ. Sāguieæ:ſanguiei coloris. Legit:trāſit:ut littora epiri legimus. Sinuat: ī ſinū curuat. Suffecti:p īfecti:ut cōnixa p enixa. Sibila: ſibilātia:& pticipiū ē.Nā nomē Sibilus diciť. Vibrātibus:Mobilibus:Nullū.n.aimal tāta celeritate liguā mouet ut triplicē habere uideať. Spiris:nodis:unde & baſes columnarū ſpiras dicūt.Spira pprie uolubilitas funiū. Squamea:p ſquamoſa. Atro: ut Pallida mors:triſtiſq; ſenectus. Qualis mugitus.i.tollit. Facta āt cōparatio ē pp ſacerdotis pſonā. Incertā:dubie illiſam:q nō haberet mortis effectū. Lapſu:labi proprie ſerpētū ē. Delubra:dlub℞ dī qd uno tecto plura amplectiť nuīa:qa uno tecto diluiť:ut capitoliū ī quo ē iuppiter:iūo & Minerua. Alii dicūt delub℞ eē locū ante templū ubi aq̄ currit a diluēdo:Eſt āt ſinecdoche.i.a parte totū. Sæuæ:fortis:aut nobilis. Sub pedibus:maioris ſimulachri q ab oibus uideť:nā qd coliť & breue ē & latet ſicut palladiū fuerat. Clypeique ſub.o.ut maxia ps ī ſpirā collecta ſit ante pedes. Colla uero cū capitibus erectis poſt clypeum.i.iter ſcutū & ſimulach℞ habebāt ut ē ī tēplo urbis romæ. Nouus:magnus:ut Pollio.&.i.f.n.c. Inſinuat:p īſinuať. Scelus:ſupplicium:Antecedēs p cōſequēti. Ex pēdiſſe:tractū a pecūnia:Nā apud antiquos oēs pœnæ pecūniariæ erāt. Sedes:p hoc oſtēdit domum Mineruæ. Orāda:placanda. Muros: ſuperpoſitos portæ ſceæ. Mœnia.p.patefacta porta uel diruta interiora urbis ſunt nudata. Accingūt opi:pparāt ſe ad opus.

DONA. Sorte:ī qua fuerat arbitrium diuinum Ergo debuit niſi fuiſſet futurum exitium publicum ſeruare ſacerdotem diuina uoluntate ductum: & nō arbitrio humano mactantem taurum ingentem: id eſt excellentem hoſtiam. Ecce autem: per hoc ſignificabatur hoſtes uēturos a tenedo. Ecce:ſemper ponitur ubi res horrenda & repentina ſignificatur. Feſtinatio autem & occuli ardētes & linguæ mobilitas demonſtrabant alicui illos laturos iteritum. Agmine:agmen dicitur actus ſerpētum. Curſus:enim & iter pedum eſt quibus carent ſerpentes. Laocoonta: exprimitur deorū impietas. Sacerdos.n.i ipſo ſacrificio petiť:ſed primo in eius cōſpectu filii crudeliſſime iterficiūť puuli & īſontes. Cætera ſerpētum deſcriptio crudelitatē deſignat. Qualis mu.alluſit ad tau℞ qa ſacraficabať taurus. Tollit:bis accipe tollit Laocoō tollit taurus. At ge.nō tertia ſua decepti ſunt a Sinōe:ſed iniquo deo℞ ſtudio præſertim Mineruæ:Peius ē Laocoō q equū uulnerauerat:Et dracōes ad ſimulachrū deæ refugerāt. Tū uero:tū magis:nā ſupra dixerat horreſco referēs. Et ſcelus:nam ex hac coniectura argumētum ducebant. Ducendū ad ſedes:eadem omnium

ex corde Laocoontis fuit ſentētia:& concordi uoce clamabant. Diuidimus muros:plena deſcribitur troiano rum dementia.Nam quo tempore bellum nec poſitū fuerat:nec ſopitum muros diuidebant. Omnes: Ne quis a nefario opere abeſſet. Pedibus.q.r.Quærebatur celeritas:ut ꝗprimum immitteretur interitus.

CHRI. Imptouida.p.improuida dixit:quia omnia repentina maiorem perturbationem afferunt.Cice.in Tuſcula.Sed diligenter cum nec opinatorum naturam conſideres:nihil aliud reperies niſi omnia ſubdita ui deri maiora:& quidem ob duas cauſas.Primum ꝙ quāta ſint quæ accidunt conſiderandi ſpacium nō datur. Deinde cum uideantur præcaueri potuiſſe ſi prouiſum eſſet quaſi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.Quod ita eſſe dics declarat:quæ procedens ita mitigat:ut iiſdem malis manentibus nō modo leniatur ægritudo.Sed in pleriſq; tollatur. Aras:de his dictum i Buco. Mactabat: mactare ē magis augere. Vnde quia ſacra rem augent hoſtiæ non cædi ſed mactari dicuntur:inde in abuſu eſt mactare pro interficere. Macta re

Pone:a tergo:ut Pone ſubit coniunx.Deſcribitur autem aduentus draconum:ut Horrorem incutere poſſit. Sanguine & igni:micanti & ardenti rubore. Vibrantibus:crebro molibus. Diffugimus:magnus effectus horroris.i.in diuerſas partes fugimus.Nam in ſumma trepidatione unuſquiſq; ſibi conſulit:& eo fugit quo cōmodius putat poſſe fugere non habita reliquorum ratione. Exangues:& hoc a metu eſt:non quia ſint ſi ne ſanguine:aut importat uocabulū:ſed quorū ſanguis relictus exterioribus partibus ad cor confugerit. Illi: hic maxima fides uelle deos uulneratū equū ulciſci:cū ex omni turba ſolū uulneratorē peterēt. Spiris: ſpira baſis columnæ eſt unius tori aut duorum.Item genus opis piſtorii.Item funis nauticus inorbem cōuolutus. Ennius uero hominum ſimilitudinem ſpiram uocauit.Ait Feſtus.Spirulam appellant catelā ſiue aliqd huiuſ modi quod circa coilū ponunt mulieres:ut eſt apud diuum Hieronymum.Deniq; ſpira eſt cum longior res ita i gyrum complicatur:ut ide plures fiāt circuli.Sed differt a circulis: q3 circuli i ſeipſos redeūt. Spira cū ipſe orbis ad principium.Suū rediit non deſinit i eo:ſed ſumit pricipium alterius orbis. Circū terga dati.i.circū dati. Nodos:Nexus. Qualis:ſimile ē.Simile aūt habet exemplū.Parabolā:& imaginē.Ab oibus his idigna tio elicitur & miſericordia.In exemplo miſericordia:ſic Antenor potuit mediis elapſus achiuis illyricos pene trare ſinus:item Si potuit manes arceſſere cōiugis orpheus:indignatio ſic Pallas ne exurere claſſem argiuum. in parabola eſt miſericordia:Qualis populea mœrēs philomena ſub umbra Amiſſos queritur fœtus. Et hic Qualis mugitus:indignatio aūt ut Ac ueluti pleno lupus iſidiatus ouili Cū fremit ad caulas:imago aūt miſe ricordiam cū aut forma corpis abſentis ſcribit̄:ut ē Sic oculos ſic ille māus ſic ora gerebat.Aut illa quæ nulla ē fingit̄:ut Quā fama ſecuta eſt Cādida ſuccinctā latrātibus iguina mōſtris Dulichias uexaſſe rates.Et aſciſſa uadit diſcordia palla Et cōſanguieo gaudēs bellona flagello. Delubra:delubrum Varro i octauo diuinaꝝ re rū alios ait exiſtimare locum i quo p̄ter edē ſit area aſſumpta deoꝝ cauſa:ut eſt i circo flamineo iouis piſtoris Alios locū i quo dei ſimulachrū dedicatū ſit:ſicuti in quo cādela ponit̄ candelabrū dicitur:& hoc ille affirmare uidet̄:& hoc hic tāgit poeta:Nam dicit Sub pedibuſq; deæ illud ſuperius tangit i quarto:ut Pricipio delubra adeūt pacēq; per aras exqrunt:Et ut arā ibi deorū cauſā aſſumpta eſſe oſtēdat:ut paulo infra Aut ante ora de um pigues ſpatiat̄ ad aras.Hæc ex Macrobio.Feſtus aūt ait delubrum fuſtem eſſe delibratum.i.decorticatum qſi ſine libro.i.cortice quem uenerabantur pro deo.Plinius ait miꝝ uideri:quod cū ſtatuaꝝ origo ita uetuſta ſit ſimulachra tamen deorum lignea potius aut fictilia i tēplis uſq; ad deuictā aſiam dicata fuiſſe. Euſebius āt pamphi'us ſcribit idē additq; ex ligno Appollini primā i delo ſtatuā fuiſſe ex ligno palladi:quod deinde apud atheničſes fuit.Itē Iunoni apud ſamios:ut refert Callimachus:Peras q prius iunōis argolicæ templū cōdidit: ex piri trunco ipſius deæ ſimulachrum finxit.Plato in legibus uetat ſimulachra deorum ex terra fieri:quoni am deorum ſit pauimentum. Vetat:ebur quia animam depoſuit:unde ad deorum ſimulachra ineptum eſt. Aes & ferrum belli ſunt inſtrumenta.Aurum & argentum etiam iutile qa infecundæ terræ colores putabāt: Vel quia iuidioſa poſſeſſio eſt. Conclamant:non.n.ut ſupra diuiſæ ſunt ſententiæ:ſed omnium una eſt. Di uidimus:plena amentia troianorum:ſed quæ deorum ira proueniret:ut nec fatorum ſepulchri non frangen di meminerint:nec aduerterint non eſſe propter hoſtilem metum mœnia diuidenda. Vnde exprimit quod dixit.Et ſi fata deum ſi mens non leua fuiſſet. ligneæ ſtatuæ

Intendunt ſcandit fatalis machina muros
Fœta armis:pueri circum innuptæq; puellæ
Sacra canūt:funemq; manu cōtigere gaudēt.
Illa ſubit mediæq; minans illabitur urbi
O patria o diuū domus ilion:& inclyta bello
Mœnia dardanidū:quater ipſo i limie portæ
Subſtitit:atq; utero ſonitū q̄ter arma dedere.
Inſtamus tamen immemores cæciq; furore.
Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit caſſandra futuris
Ora dei iuſſu non unquam credita teucris.
Nos delubra deum miſeri qbus ultimus eſſet
Ille dies:feſta uelamus fronde per urbem.

SER. Intendūt:Ligant.Intenduntque locum ſer tis. Sacra.c.Hymnos dicunt. Minās:Eminens uel minitans. O patria:exclamatio quod tāta fuerit uis conſecrationis:ut etiam poſt prophanatiōem hoſtes ab ingreſſu uetaret.Nam ſepulchro Laomedontis ſu pra portam ſcæam collocato tuta erant fata troiana. Inclita bello: Quia myſiam totam ſuperauerat. Quater:Sæpius. Immemores: iprouidi : aut non memores oraculorum. Tunc etiam:Nam ſæpe ali as & Helena uenieēte prædixerat. Dei: Apollinis qui ſub ſpe coitus diuinitatem dedit:deinde deceptus fi dem uera dicenti ſubſtulit. Feſta:Quæ feſtos indu cat dies ut laurus:oliua:hedera. Velamus: ut uicto ri uelatum auro uictiſque iuuencum. Vertitur: in aliam ſpeciem commutatur. Alias ſemper uertitur cælum. Ruit:naſcitur de oceano:ideo ruit: quia al tius eſt mare ꝙ terra. Vmbra.ſ.terræ:& eſt diffinitio

noctis. Myrmidonũq;:a generalibus ad ſpetialia ue
nire uitioſum é:niſi redeat ad cám ut hic p mœnia p
domos:ut Et mœnia pãdimus urbis. Phaláx: ligua
macedonica legio é:& é a parte totum.i.ſynecdoche
Ibat:ueniebat. Lũæ:ſeptima luna capta é troia: cu/
ius ſimulacrũ apud arges eſt conſtitutũ.Hic eſt q̃ di
cit oblati p luná:& alibi p cæcã noctẽ. Tacitæ: lunæ
aut noctis:aut phyſice:qa cum ſepté ſint circuli & ſu
premis.ſ.ſaturni uehementer ſonet:reliq ſecundũ or
diem luna quæ ultima é minus ſonat. Hoc: idé ui/
demus i chordis cytharæ. Fatis iniqs:uoluntate nu/
minũ nobis iniqua. Reddit:quaſi debitor:ut reddi
tus his terris:Et Horati.Nauis quæ tibi creditũ Vir/
Ther/ giliũ debes finibus atticis Reddas. Theſandrus:po/
ſan/ lynicis & Argiæ fi. Sthenelus:Capáei & Euadnes fi
drus lius. Vlyxes:Laertis & Anthicliæ. Neptolemus:ſic
Sthele uocatus:qa ad bellũ ductus eſt puer:dictus prius Pyr
nus rhus a qualitate capilorũ:Achillis & deidamiæ filius
Vly/ Pelei & Thetidis nepos ex patre:Ex matre uero Ly/
xes comedis regis ſciriæ iſulæ. Primuſq; machaon: aut
priceps aut numeri ſui:Ná p numeros diſtinxit. Vr
bem.i.ciues. Cædunt uigiles:nõ actus ſed officii nõ
mé eſt.Vigiles.n.capitolii ſignificat.Nam paulo poſt
Vix primi prœlia tendant Portarum uigiles.

Vertitur interea cælum:& ruit oceano nox
Inuoluens umbra magna terramq; polumq;
Myrmidonumq; dolos:fuſi p mœnia teucri
Conticuere:ſopor feſſos complectitur artus.
Et iam argiua phalanx íſtructis nauibus ibat
A tenedo tacitæ per amica ſilentia lunæ
Littora nota petés:flámas cum regia puppis
Extulerat:fatiſq; deum defenſus iniquis
Incluſos utero danaos & pínea furtim
Laxat clauſtra ſinó.illos patefactus ad auras
Reddit equus:lætiq; cauo ſe robore promũt
Therſádrus ſtheneluſq; duces & dirus ulyxes
Demiſſũ lapſi per funé athamaſq; thoaſq;
Pelideſque neptolemus primuſq; machaon
Et menelaus & ipſe doli fabricator epeus
Inuadunt urbem ſomno uinoque ſepultam.
Cæduntur uigiles:portiſq; patétibus omnes

DONA. Nos delubra.d.tãta amentia fuit:ut quo exitium íminebat lætis frondibus templa non corona
remus ſolũ:ſed tegeremus deorũ q una nobiſcũ perituri erát. Vertit:uerſa re aliqua fũdit qd i ea erat.Ergo
uerſato cælo qd pbebat lucé tenebræ ex eo ceciderũt. Inuoluunt:náq; inuoluta ſunt non uident. Fuſi.p.m.
t.c.& labore tracdi eq & tépore nocturno iciderũt i ſomnũ. Ibat:íproprie dixit de nauigatiõe ſed adiũxit na/
uibus. Tacita p amica.ſ.l.nullũ eſt ſcriptoris uitiũ q̃ nũc dicat ſilẽtia lũæ:& ſupra meminerit tenebrarũ:Na ele
gerũt eá noctẽ quæ partim tenebroſa ocultaret iſidias parti adueniente luna illuſtris eſſet.Vt ſine errore ueni
ret.Ergo & notitia littoris & lũa ſuffragabat. Flámas:quo ſigno aduẽtũ græcorũ cognoſcés. Sinõ rem page
ret. Reddit:uſus é bono uerbo:Ná quos occultádos tenebris accepat:rddit aeri. Vlyxes:& ipe dux itelligit.
CHRI. Mediæq;.m.u.l.u.At q nondũ igreſſa erat:Sed illabit & nõdũ igreſſa mediæ urbi minari uidebat.
O patria:cũ q̃ttuor ſint genera dicédi:Copioſum:Breue:Sicũ:& Floridum noſter Maro diuinitate igẽii ſui
ſingula p loci téporis rei ac pſonarũ rõe adibet.Ergo hic breui utit ut ibi Vẽit ſumma dies:& alibi& campos
O ubi troia fuit. O patria:o aliquãdo uocátis eſt:ut O ſocii neq;.n.ignari ſumus ante malorũ: & ſp iũgit uoca/
tiuo:niſi p antiptoſin ponat p illo ntũs:ut Perſius.Vos o põpilius ſanguis q̃do át nõ uocat:ſed affectũ uel ad
mirationis uel exclamatiõis exprimit:& accuſatiuo & uocatiuo iũgit.Accũſatiuo Ci.O uariá uolucréq; fortu/
ná. Ité O me miſerũ o te íſelicé.Vocatiuo ut o nõæ illæ decébris q̃ me cõſule fuiſtis.Sic & i hoc loco amirat &
idignat:& exclamat tá nobilé patriá ita iſœliciter piſſe.O litterá aliquot populi italiæ & maxie umbri & uſi te
Incly/ ſte Plinio nõ habebát:ſed eius loco.u.põebát: Ait Priſciãus. Inclyta:a græco eſt κλεοσ.n.famá & gloriá ſigni/
tus ficat. Ergo cũ inclytũ dicimus cuius fama pſpicua illuſtriſq; é. Quater:Ait Lactantius in Statiũ numerum
Nu/ imparé pſpera ſignificare:& diis pſperis aſcribi:Vnde illud numero deus ípare gaudet.Paré uero mortuis da
merus ri:& Statiũ cũ aduerſũ auguriũ ſignificaret dixiſſe.Quater axe ſeréo itonuit:Sic & i hoc loco Vir.Quater po/
ſuiſſe.Addit præterea idé.Lactã.Imparé numerũ a pythagora repetitũ eé maſculinæ uirtutis:& deorũ ſupum
pp triná regulá diuiæ ratiõis. Quater:repetitio é q̃ ſemp oroni pondus affert. Atq; utero ſo.q.ar.d.ex hac cõ
poſitiõe uerborũ citat ſonũ qué deſcribit.Ná ſi recte pnunciet ſonitũ q̃ter arma dedere ipſe uerborũ cõtextus
pronunciando imitatur ſonitũ armorũ. Cæciq;.f.excuſat quare ímemores fuerit:nam furor menté auertit
Feſti/ Caſſandra:De q̃ i ſequentibus. Feſta:dié feſtũ dicimus:hoiem uero feſtiuũ:Dicit autem feſtus a feriati his
dies eni feriant.i.ociantur hoies.Dies igitur aut feſti.aut pfeſti:aut intercifi ſunt:Feſti ergo dicati ſunt:in quibus i/
ſunt ſacrificia:epulæ:ludi:feriæ.In profeſtis remp.& priuatam gerere licet & faſtos comitiales: cõperendinos
& prœliares in ſe continent.Vtrũq; ſic exprimit plautus.Feſto die ſi qd pdegris pfeſto egere licet niſi peperce
ris.Intercifi hoium deorũq; cõmunes ſunt:in his cũ hoſtia cedit fari nefas eſt:intercifa uero cum fuerit & por
recta fari licet.Ruſus cũ adoletur:non licet.Ergo feſti ſunt cum eſt ſacra celebritas in q̃ aut ſacrificia ſiũt:aut
diuíæ epulatiões:uel ludi i honoré deorũ:uel feriæ.Et de feriis dictum eſt.Sũt pterea i pfeſtis dies faſti:i qbus
ptori licet fari tria uerba do dico addico.Nefaſti his cõtrarii ſũt.Atri dies ſũt iſœlices q erát poſtridie omnes
idus. Immemores:ignari.Memoria.n.pro intelligentia ponit.Terẽ.i andria miſis nũc opus eſt tua mihi ad
hác ré exprõpta memoria atq; aſtutia. Vertit iterea:locus ex Homero.Ennius tamen Vertitur interea cæli
cum ingentibus ſignis Legendum puto ſimpliciter Vertit cælũ.i.ex cõuerſione cæli fit nox:cum ſignũ illud
i quo erat ſol ex uertigie cæli occideret:ſecũq; ſolé traheret.Ná ridiculũ qd dicunt lõgo itinere laſſarũ ſolé cũ
Superat ne:Viuit.Sane noue dictum: & caret exemplo ut pauca in Virgilio. Alii dicunt Superat.i.ſuperſtes eſt:Sed ſuperſtes præſentem ſignificat Cicero in Mureniana:Suis utriuſque ſuperſtitibus : ideſt præſentibus. Quem tibi iam troia.:Hemyſtichon nec ſenſu plenū:& ſūt duo talia ut hoc Et conceſſere deū:quē quidam ita compleuit:Conceſſere deum profugis noua mœnia teucris. Amiſſæ parentis : Sed unde ſciebat hoc andromache?Reſpondet uel ab heleno diuinante:uel ænea quærente per troiam : ſed utrunq; inualidum. Ergo parentis:ideſt patriæ.Tullius Si tibi patria quæ communis omnium parens eſt.

DONA. O fœlix:Ex comparatiōe oſtēdit miſerrimam eē fœlicē comparationem ſui quæ pudorē amiſerit cuido mors i illa excluſit uiolētiam pudoris.Et cū illam ſolā fœlicem dicit:non ſe ſolā oſtendit i cauſa turpi, Virgo:ergo periit ſalua caſtitate. Ad tumulū:Et nō ad cubile:Vnde nulla uoluptas potuit peruenire ad mortuū. Captiua cubile:nouiſſimā poſuit qua maxime p̄mebat cauſa. Heri : ut qui inimicus fuerat:eſſet dominus. Cubile:non ad honeſtatē:ſed ad ludibriū eſt i uita perducta. Nos patria.cōcluſa cōparationis parte qua ſe purgauit redit ad ſe:& opponit ſua his quæ euenerāt Caſandræ:illa enim icolumē patriā reliqt. Nos incenſam:illius funus ſolū patriam tenet.Nos per diuerſa maria ſumus tractæ:pertulimus natū ex Achille qui nulla miſeratione mouebatur. Superbus:ex uictoria:Seruitium autē nimis ponderoſum fuiſſe ex eo oſtēdit q̄ dixit tulimus:& nixe. Qui deinde:Oſtēdit neceſſitate Pyrrho neceſſitate etiam Heleno fuiſſe coniunctam.

CHRI. O fœlix:Ex hoc maxime patet q̄ maluiſſet non corrumpi:cum fœlicem appellet Polixenā ex hoc ſolo qđ incorrupta fuerat quāuis & in prima ætate & in regia poteſtate conſtituta:quibus duobus priuari miſerum uidetur fœlix dicenda eſt.Mouetur autem hoc pathos a minori:cum proponitur quod per ſe magnū eſt:deinde minus oſtendimus q̄ illud quod uolumus augere.Ergo auget a loco q̄ dixit hoſtilem ad tumulū. A modo. Iuſſa mori:Ergo q̄uis hoſtilem ad tumulum:q̄uis iuſſa mori tamen ſortitus non pertulit ullos.Simile eſt illud O ter quaterq; beati:Et illud Prœtides implerunt falſis mug.agr. Virgo:pathos ab ætate.Nam uirgo dicitur a uiridiori ætate. Priameia:A fortuna. Hoſtilem ad tumulum : a loco. Duriſſimum enim eſt iuuenculam mulierem & in tam ampla fortuna collocatam mori præſertim ad.t.h. Faſtus : non multum a uero aberrare puto Seruium:q̄uis ſint q uelint q̄ faſtus in quarta decliatiōe etiā de libris itelligatur afferuntq; auctoritatē nō ſolum Lucani ſed etiā Varrōis:q ait Cæſar faſtus correxit:& Columella Sequor nunc Eudoxi faſtus.Tamē Ouidi.nō de faſtibus ſed de faſtis dixit.Neq; ſupbiā faſtos ſed faſtus appellatā uſquam inueni.Verum ut notio faſtus appareat Faſtus eſt ea ſuperbia qua quēpiam non dignamur. Sortitus:nam ſortibus ſibi diuidūt pdas:& ſorte euenit pyrrho. Tetigit cubile:Tāquā cōſtrupāda & nō uxor ducēda. Secutus.l.h.Purgat ſuſpitionē amoris:nā ſi amor itercessiſſet:nō eam reliqſſet. Lædæā.q.d.eius mulieris partū:cuius nuptiæ ſolēt eſſe īfœlices:quod explanat cum dicit. Lac.hy.Fuit.n.Hermiōe Menelai & Helenæ filia : & Horeſti nupta:Verum deinde occiſo agamēnone & fugato horreſte illam rapuit Pyrrhus. Mox interfecto pyrrho:prio marito reddita eſt. Patrias:Quia ut ſupra diximus in delo erat ara Apollinis genitoris. Reddita:Vt debita data.Nam id mandarat ex teſtamenro pyrrhus. Ceſſit:Vt inferior & ſibi ſubiecta:nam cedit maior minori. Chaoniam:hæc gens nobiliſſima ē reliquarum epiraticarū.Eſt.n.ex genere eacidarū: & quādoq; toti epiro iperitauit.Maxime aūt nobilitaf oraculo iouis Dodoneo:quod antiqſſimum oīum quæ i græcia ſunt Herodotus aſſerit:Hancq; refert origiem.Duæ enim ſacerdotes Thebani iouis ab ægypto a phœnicibus abactæ diſceſſerunt : ut altera in Libyam altera huc ueniret : & utraque in iis locis oraculum conſtituerunt:ut te

Faſtus

Chaonia

Dodonæum Oraculum

ſtantur ſacerdotes iouis.Verum in loco oraculi dodonæi notandum eſt duas columbas nigras ex ægyptiaca thebe euolaſſe:& alteram in libya hāmōis templum ædificari iuſſiſſe:Alteram in dodona ſylua ſuper fagum conſediſſe:uoceq; humana locutam dixiſſe iouis illic oraculum conſtituendum:ſacerdotum autem earum q̄ in dodona fuerunt uetuſtiſſima promenia uocitata eſt:quæ uero fuit poſt hāc Timarea.Nouiſſima Nicādra: Sed idem Hero.putat has non columbas ſed mulieres fuiſſe.Verum cum apud græcos antiqua lingua pelaſgica peliades:ideſt columbæ mulieres dicerentur creditas fuiſſe columbas:& iccirco nigras:quoniam fuſci ſūt homines in thebaica regione. Qui uenti & quæ fata:ſententia eſt ſi ueniſti certo quodam conſilio ſecundos profecto habuiſti uentos & ſecunda fata.Nam pro miraculo eſt poſuiſſe te per tot uictores hoſtes incolumen euadere.Ergo qui uenti cum admiratione.i.q̄ proſperi:& q̄ fata q̄ fœlicia fata : nam ſine ſummo illorum auxilio tantum periculum non effugiſſes.Sin aūt tibi huc enauigare non ꝓpoſueras:qs deus hāc fœlicitatē cōceſſit ut ad tuos nihil tale expectās ueníres. Aſcanius:iterrogat:de eo quē amare ꝑcipue oportuit:quoniam mariti ex ſorore fuiſſet nepos & in quo magna eſſet ſpes futuræ fortitudinis ac probitatis ponenda:& qa æneæ filius & Hectoris nepos eſſet.Prudens ergo poeta qui & affectum mulieris ſariauerit:& æneæ Aſcaniiq; laudādi ſibi occaſiōem cōparauerit. Antiquā.q.d.ſemp aſſuetam illi familiæ.Ergo iam ꝓpriam. Paruam & ſimulatam magnis & arentē:Hæc oīa pathos habent quod citat̃ cum ꝓ maximis rebus nimia nobis compenſata uidet̃.

Agnoſco:ſcæaq; amplector limina portæ.
Nec non & teucri ſocia ſimul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libebant pocula bacchi
Impoſitis auro dapibus:pateraſq; tenebant.
Iamq; dies alterque dies proceſſit:& auræ
Vela uocāt:tumidoq; inflat̃ carbaſus auſtro.
His uatem aggredior dictis:ac talia queſo.
Troiugena iterpres diuū: qui numia phœbi:
Qui tripodas clarii lauros:qui ſydera ſentis:
Et uolucrum linguas:& præpetis oīa pennæ:
Fare age(nāq; oēm curſū mihi ꝓſpera dixit
Relligio:& cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere:& terras tentare repoſtas.
Sola nouum dictuq; nefas harpyia celæno
Prodigium canit:& triſtis denuntiat iras.
Obſcēamq; famē)quæ prima pericula uito.
Quid ue ſequēs tātos poſſim ſuparé labores
Hic helenus cæſis primum de more iuuencis
Exorat pacem diuum:uittaſq; reſoluit
Sacrati capitis:meq; ad tua lumina phœbe

SER. Agnoſco:aut cognomie agnoſco:aut certe quia reparatā audierat troiā:ut hic icredibilis rerum fama. Scæaq;:ſcæa porta nō eſt dicta a pugnis ſcæis .i.malis ante ſe factis:nam & antea ſic uocabat̃:nec ab itiere īgreſſis ſcæuo.i.ſiniſtro:q; igreſſis nō recto eūt itiere ſed ſiniſtro ſed a cadauere Laomedontis: hoc ē ſcenomate qđ i eius fuerat ſuperliminio. Teucri:ꝓ teucridæ. Accipiebat:paſcebat.Teren.accipit nemo melius nec prolixius. Aulai:pro aulæ ē enim diæreſis e græca ſcriptura reſoluta diphthōgo. Carbaſus: lini eſt genus:quod plerūq; abuſiue pro uelo pōitur. Et in ſingulari eſt hæc Carbaſus:i plurali hæc Carbaſa. Troiugēa:ac ſi diceret generoſe:ut alibi dardāidæ magni genus alto a ſanguine diuū. Interpres : Vaticinator:q mortalibus deoꝝ mētē publicas : Sed quia interpres nomē generale ē currit p ſpēs.Oīs.n.diuinatio teſte Cicerone in duas partes diuidit̃:nam aut furor ē ut in uaticināntibus:aut ars ut ī auriſpicibus:fulguratoribus:& auguribus:oīa āt iſta ex ſe pēdēt: licet propriis finibus cōtineant̃.Ergo Virgi.omnia ei dat quē uult pfectū itelligi ut hoc loco heleno:& in decimo Aſyle Cui pecudum fibræ: cæli cui ſydera parēt Et linguæ uolucꝝ & præſagi fulminis ignes. Diuū q numia:poteſt & iterpres diuū diſtigui ſane p omnia zeunia ē ab iferioribus ſentis. Qui numia ſētis: q ſuſcipis numen & futura ꝑdicis. Qui tripodas:tripodes mēſæ fuerūt ī tēplo Apollinis Delphici ī qbus poſitæ phœbades futura ꝑdicebāt. Clarii:Clariū oppidū in finibus colophōioꝝ. Eſt āt clarii duplici.i.ut cla breue ſit ſic.n.profert̃. Statius Nec clarias hac luce fores Dydimeaq; quiſq̄.Per lauꝝ autē oraculū itelligimus. Sydera:q es pitus aſtrologiæ. Volucꝝ:.i.quia augur. Præpetis:aues oſcinæ ſunt aut præpetes.Oſcinæ ab os & cano dictæ ore futura ꝑdicunt.Præpetes uero uolatu:ſed præpetes aut ſupiora tenent:& Præpetes:dicunt̃ : aut inferiora:& iferæ appellant̃:Præpetes autem qa omnes aues ſupiora tenēt uolātes. Fare age:ordo ē troiugēa fare age q̄ prima picula uito cætera ſunt per parēthesim. Oēm curſum relligio.i.oīs relligio p hyppalagē. Cūcti:diui qa qcqd audiuit a diuerſis ad iouem recurrit.Vnde ſupra:Quæ phœbo pr̃ oīpotēs mihi phœbus apollo Prædixit. Numie:oraculo. Repoſtas:pathos.i.longe poſitas prodigiū autem mōſtrū & portētū modico fine diſcernunt̃.Sed confuſe plerūq; ponuntur. Obſcenam:aut quæ homies ad obſcena compellit.Vt Male ſuada fames aut quam obſcenā aues prædixit. Quæ pri.p.u.duo petit:aut quomodo piculis careat aut qbus cōſiliis par eſſe poſſit laboribus. Tātos:quantos harpyia prædixit. De more.ſ.ſacrificantum:aut ut ē mos ſacrificantū reqrit an eſſet tēpus cōſulēdi.Vnde i ſexto:Tū uirgo poſcere fata tempus ait aut certe quod ē melius de ſacrificātiū more ante nefas expiat ab harpyia ꝑdictū & ſic uenit ad uaticinationē.Sequēs uero locus declarat famē hic eſſe expiatā.ſ.Adeſtque uocatus apollo.Nam niſi i hoc loco itellexeris:nuſq̄ iuocādū ē Apollinis numē famis cauſa.Dubitationē aūt i hoc loco exorat facit.Nā orare ē petere:Exorare ipetrare. Ergo ipetrat pacē aut ad iquirendum tempus aut ad mitigādū famis piculū. Reſoluit:i ſacris par ē corpus & aiæ cauſa:nā q̄ nō poſſunt circa aīam fieri fit circa corpus ut ſoluere uel ligare quo poſſit aīa qđ p ſe non pōt ex cognatiōe ſentire.Vnde ē : Vnum exuta pedē uinclis in ueſte recincta.Ergo hic cincta corporis reſoluit:ne qua parte animo religato ad numē accederet.

DONA. Paruam troiā: in oibus iſtis uerſibus ne minuat magnitudinē troiæ patriæ oſtēdit hāc nō tātam eſſe ſed ſimilē: nā dixit paruā troiam & ſimulata pgama arentemq; riuū xanthi: nec non & teucris Aeneā: Anchiſē & Aſcaniū duxit in ſuā domū: Reliquos hoſpitia per ciuitatē accepunt. Accipiebat: paſcebat. Aliter enī nō ī amplis porticibus ſed ī amplas porticus dicendū fuerat. Iāq; dies: Argumentū benignitatis: cū nō unius. ſed pluriū dierū ſit hoſpitiū. Troiugena: plurimū dat ei generi ex quo fuit etiam ipſe q laudabat. Interpres: Quid fœlicius q̄ noſſe qd uelint dii: & dignū eſſe p quē loquaꝰ in hoibus. Tripodas: triū pedū ſunt. Alio nomine cortina appellaꝰ. Eſt aūt laus plena: nā cū ſint diuerſa uatū genera: & uix ſingula uaticinationis in ſingulis reperianꝰ: ipe erat in oibus uerſatus. Eſt color rhetoricus repetitio. Fare age: non iubet ſed hortaꝰ. Prodigia autem dicuntur quibus nunciantur aduerſa. Poſcit ide remedium quo aduerſa toleret: aut poſſit fugere.

Tripodes

CHRI. Agnoſco: hactenus muliebrem orationem muliebri conceſſit: nunc uirum ut uirorum inducit. Sceæ amplector li. por. ex amplexu oſtendit ſibi caram eſſe: & eſſe caram propter nomina quæ ferebat ex uteri troia. Fruuntur: non modo enim inde capiebant ſua commoda: ſed etiam uoluptuoſe tractabantur: nam fruimur re de qua ſummam capimus uoluptatem. Accipiebat: paſcebat: Teren. accipit nemo lautius. Aliquādo accipere eſt intelligere uel audire: ut Accipe nunc danaum inſidias: & crimine ab uno Diſce omnes. Aulai: æ diphthongus apud nos eſt quæ apud græcos eſt αι. Sed nos in diſſolutione non dicimus aulæ ut eſt diphthongus. latina: ſed aulai ut eſt αι græca: Sic Lucre. Nunc quæ mobilitas ſit reddita materiai. Clarii: Apollinis a claria urbe in qua colitur in hac autē Iuppiter Neptūnus & Pluto: ut ait Lactā. i Statiū: regnū diuiſerunt: Laudat āt cōuiuiū & a copia uini & ab aureis uaſis: & a ſplēdore epularum cū dicat dapes. Numia phœbi: id uaticinii gēus itelligit qđ ex diuio furore pucit. Sed de tota diuinatiōe dictū ē. Sydera: pp aſtrologū. Volucrū: pp auguria. Præpetis: præpetes aues dicunꝰ ab Au. Gellio q̄ oportūe præuolāt: aut idoneas ſedes capiūt: qbus ut ait Nigidius Figulus: cōtrariæ q̄ ſunt iferæ appellāꝰ: Apolliaris uero Sulpitius eas dicit ppetes: quas Home. οἰωνοὺσ appellat: quoniā iſtæ maxie ab auguribus ſpectāꝰ q̄ igētibus alis patulæ & porrectæ puolāt. Enni. ēt ppes p ueloci poſuit i annalib brūduſiū pulchro pcīctū ppete portu. Victaſq;. r. uolebāt antiq i ſacris corpus ſolutū eē: ut p id ſignificareꝰ aīum ab oī cura ſolutum debere ad ſacra accedere. Sic Pythagoras ſymbolis corporeis idicabat ea q̄ eēnt aī. Nāq; oēm: oſtēdit neceſſe eē ſibi accipe oraculū quo certior reddaꝰ q̄do ex iis q̄ hadēus accepit qa iter ſe aliqd cōtrariū hēant icertus reliquaꝰ. Pria picula. i. maixa: nā i nulla re magis ē elaborandū adminiſtratori reip. q̄ ut a populo famē ppulſet: illa. n. ad oēm ſeditionē & ad oē iniuſtū ac nefas ipelliꝰ nī neſcit plebs ieiuna timere: ergo q̄ pria picula uito. i. q̄ ego ueluti maxia oium picula uitare cupio. Cæſis iuuēcis: ut eo ſacrificio placatus Apollo uera i ſuum pectus iſundat. Sacrati capi. i. ipſius q apollini ſacer erat.

Præpetes

Infernæ Aues

Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.
Nate dea (nam te maioribus ire per altum
Auſpiciis manifeſta fides: ſic fata deum rex
Sortitur: uoluitq; uices. hic uertitur ordo)
Pauca tibi ex multis quo tutior hoſpita luſtrēs
Aequora: & auſonio poſſis conſidere portu:
Expediam dictis: prohibent nā cætera parcæ
Scire: elenam fariq; uetat ſaturnia iuno.
Principio italiam quā tu iam rere propiquā.
Vicinoſq; ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis uia diuidit inuia terris.
Ante & trinacria lentandus remus in unda.
Et ſalis auſonii luſtrandum nauibus æquor:
Inferniq; lacus: ææaq; inſula circes
Quam tuta poſſis urbem componere terra.
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi ſolicito ſecreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba ſolo recubans: albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.
Fata uiam inuenient: aderitq; uocatus apollo.

SER. Suſpenſum: ſolicitū & attentū: Si ſuſpēſus ipſe plenus numinis. Deinde: pactis ſacris. Nate: ordo ē nate dea tibi expediā dictis: prohibent nā cætera pauca parcæ ſcire helenum fariq; uetat ſaturnia iuno. Omnia inqt uates nouit: ſed nō pmittiꝰ dicere fatis. Et etiā ex iis q̄ nouit: multa prohibet dicere iuno: maioribus: Cæleſtibus pp ſyderis curſum cuius fuit explanatio p creuſam. Per altū: p limitē ſupioris fortunæ. Sortiꝰ: diſpōit: ordinat: Alluſit autē ad id qđ ſortibus Apollo dat reſpōſa. Voluit: Diffinitio fati. Ait enī Tullius q̄ ē cōnexio rerum p æternitatē ſe inuicē tenēs: q̄ ſuo ordine & lege uariaꝰ: ita tamē ut ipſa uarietas hēat æternitatē. Pauca: duo dicit & quomō tute poſſit nauigare: & qbus ſignis italiā cognoſcat. Prohibent: lege Cætera te ſcire phibent fata. Helenū uero phibet iūo dicere ea etiā quæ audire poteras: & q̄ uacat. Male aūt legūt phibēt ſcire Helenum: cū ſit in Lucano uenit etas omnis in unā cogeriē miſerumq; pmunt tot ſecula pectus: & alibi nec tantum prodere uati Quantū ſcire licet. Ergo nō prohibent ſcire Helenum. Quomodo. n. uetaret iuno dicere quod neſciret. Sunt autē mors patris ad augendū inopinatū dolorē: Tempeſtas ab æolo īmiſſa amor Didonis ī quo gaudium eſſet: Sed quod ante puiſum ē: uile crediꝰ. & ſciret de africa ſe exiturum non facile aſſentiret Didonis amoribus. At iuno cupiebat illum remanere: quo regnum italiæ libycas aduerteret oras. Et ipſe rē inopinatam cōqueritur: Nec uates helēus: cum multa horrenda caneret: Hos mihi prædixit. Ignare: pro ignarus. Longa: non ſitu ſed neceſſitate fatali & tardiore nauigatione. Via inuia: æneæ ſcilicet Lentandus: aut lente tibi nauigādum eſt: nā totam circuiuit ſiciliam Aut lentandus. i. flectēdus: Lentum. n. flexi/

bile eſt. Lacus:lucrius & auernus:iter quos ſpelunca ē ad īferos tēdēs unde eos īfernos dixit. Circes:qui nūc mons cyrceus eſt:oli ut ait Varro īſula fuit nondū ſiccatis paludibus:qbus diuidebaſ a cōtinēti. Aeææ:ſic dicta ab aſpernātiū uoce pp commutatiōes corpo℞ illic celebratas. Tutā:pp thraciæ & cretæ diſcrimina. Signa: deeſt ergo:& ꝑuertit ordiem. Ante enim de urbe condenda q̄ de nauigatione dicit. Fluminis: tyberis. Littoreis:Littus eſt qcqd iuxta aquā eſt:hic igiſ ꝓ ripa poſuit. Sus naturaliter longa eſt:licet in genitiuo breuis ſit:ut bos:pes:res:ſpes. Hanc ſuē alii dicunt ut Virgi. ī Italia iuentā fuiſſe. Alii ſecū īportaſſe troianos nauigantiū more & oraculo cognouiſſe ubi urbs eēt condenda. Diciſ autem ī cāpania fugiſſe & iuentæ ī lauro lauinio:a qua aſcanius deide nomen albæ impoſuit. Triginta:prodigiale eſt hoc:& pp quod ſignificaſ .xxx. annos regnaturus aſcanius. Viam:rationem:& nō dicit quā:qa etiam profutura ē fames:ut Hæc illa fames: hæc nos ſuprema manebat Exitiis poſitura modum. Vocatus:nunc:uocatus quia ut dixi:expiatorium fecit ſacrificium.

DONA. Manū:quod eſt aptum ſignū beniuolentiæ. Suſpēſum:aut numinis ueneratiōe turbatū:aut ideſt ſuſpenſum ne cōtraria q̄ optet audiret. Diuo:qa diuina canit. Nam cum ſit coniūctio rationalis nō debet prima cōſtitui:ergo lege Nate dea.m.t.ire p al. Auſpiciis.m.f.nā ſic fata deum rex ſortitur. Pauca: multa inſtructionis cauſa fuerant referenda:ſed ne id fieret:dii prohibent me ſcire:& iuno aliqua referre non patiſ: tamen dicā quæ poſſunt eſſe in mea poteſtate. Deide narrat ꝙ quāuis italia proxima ſit:tamen lōgo circuitu ambienda ē ſicilia. Signa tibi dicā:Commendat quod fuerat dicturus:ut oſtenderet id magnū eſſe & ue℞ deide dat ſigna fluminis:dat porcæ:dat nume℞ fœtus:dat colorē:quod ſi ē præter naturā porcā edere .xxx. multa pſæpe q̄ bonū aut malū portēderēt:euenerūt ꝑter naturā:ut ignis ex capite Aſcāii mitis & īnoxius ut ī Polidori ſepulchro ſāguis ex uiminibus:ut uox humana ex pecudibus. Nec tu.m.oſtēdit futurā famē:ſed nō nocturnā.

CHRI. Manifeſta ſi. adeo uideo omnia manifeſta:ut fides īdubitata adhibenda ſit. Prohibent:nam cætera oſtendit Macrobius ex ītima diſciplīæ profunditate hoc poſitum a poeta:ſed qa res breuibus explicari non poteſt:nō eſt uiſum hic īſerere. Voluit ui. Nā ipſum fatum reuolutione cælo℞ fit. Ordo: ſyderum & cæli. Hoſpita:quæ cingunt italiam:cuius hoſpitio recipieris. Via īuia.d.non ergo longe diſtat:ſed cum uia quæ breuis illuc eſt tibi inuia ſit:quia non potes illa uti:iccirco eſt ac ſi longe diſter. Signa tibi.d.ex Homero:ille enim συλεεια φρέσι τιθεο σοισι. Certa:nam requiem & in thracia & in Creta ſpaſti:ſed illa incerta fuerunt.

SER. Has autem terras:quaſi oſtendentis eſt:nō enim ab epiro longe abeſt calabria. Noſtri æquoris: epirotici:quo calabriæ littus alluitur. Naritii locri: ſoci ī aiacis oilei fuerunt Epizephyrii & Ozolei: ſed poſt tempeſtatem montis capharei epizephirii tenuerunt brutios:& hos nunc dicit ozoli uero pentapolin:uel libyam. Vnde eſt Libycoue habitantes littore locros:legitur & de ozoleis ꝙ delati Tinciam ulterius acceſſerint:& ciuitatem condiderit:quæ nunc ozalis dicitur. Naritii autem ſunt dicti a loco prouīciæ ſuæ Ozolei uero a putore paludis uicinæ. Salentinos obſedit milite campos:Salentinum promontorium italiæ eſt:nam ut ait Salu. Omnis italia coacta ī anguſtias ſcinditur in duo ꝓmontoria:Brutiū & ſalētinum. Lictius ido.a lyctio cretæ urbe:de quo ſupra dixius. Meliboei:philoctetæ a meliboea ciuitate theſſaliæ de q̄ fuit & eſt ꝓ melibenſis. Subnixa:cincta muro modico:ut crinēq3 madentē ſubnixus. Petilia: aūt dicta uel q̄ πετεσθαι.i.uolare: quia augurio condita eſt:uel qa poſt relictū iliū quo ducebaſ a græcis eā petiuit ciuitatē. Philoctetes fuit Peantis filius Herculis:comes quē hercules cū ī oeta hominē exueret:petiuit ne alicui ſui corporis reliqas īdicaret:iurareq3 coegit: & ſuas ſagittas hydræ felle tinctas dedit Et cū reſponſum fuiſſet Herculis ſagittis opus eē ad expugnādā troiā:īuentus ē Philoctetes:& de hercule īterrogatus:negauit ſe ſcire Deinde cū cogereſ:cōfeſſus ē mortuū: Sepulchrumq3 ne iuſiurandū frangeret nō uoce ſed pede oſtēdit. Poſt hæc cū duceres ad bellū:caſu ī eū pedē quo ſepulchrū oſtendit ſagitta cecidit: uulnereq3 īmedicabili affectus eſt. Ac demū cū uulneris fetor a græcis ferri nō poſſet:in lēno relictus & pudore ne ī patriā rediret impeditus:ī calabriā uenit:& petiliam condidit. Purpureo uelare comas ado.a.ſubaudi cura:aut momento: Aut certe qd melius ē:uelare īperatiuus ſit nō infinitus. Oia turbet:ſacrificii ordiem rumpat: quod ē piaculū. Significat autem Diomedem quia cum multis caſibus affligeretur palladium ex oraculo troiāis iuſſus eſt reddere inuenit autem ænea ſacrificantē:qui cum ſacrificium nollet rumpere palladium ſuſcepit Nautes:unde nautiorum familia ſacra Miueruæ ſeruabat. Sane ſacrificantes omnibus diis ſoliti ſunt caput uelare ne ſe iter religionem uagis aliquid offerret obiutibus excepto ſolum Saturno ne numinis imitatio eē uideret

Has autem terras italiq3 hanc littoris oram
Proxima q̄ noſtri perfunditur æquoris æſtu
Effuge:cūcta malis habitantur mœnia graiis.
Hic & naritii poſuerunt mœnia locri.
Et ſalentinos obſedit milite campos
Lyctius idomeneus.hic illa ducis meliboei
Parua philoctetæ ſubnixa petilia muro.(ſes:
Quin ubi trāmiſſæ ſteterīt trās æquora claſ
Et poſitis aris iam uota in littore ſolues:
Purpureo uelare comas adopertus amictu:
Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorū
Hoſtilis facies occurrat:& omnia turbet.
Hūc ſocii morem ſacrorum:hunc ipſe teneto.
Hac caſti maneant in religione nepotes
Aſt ubi digreſſum ſiculæ te admouerit oræ
Ventus:& anguſti rareſcent clauſtra pelori:
Leua tibi tellus:& longo leua petantur
Aequora circuitu.dextrū fuge littus:& undas
Hæc loca ui quondam & uaſta conuulſa ruina
Tantū æui longinqua ualet mutare uetuſtas:
Diſſiluiſſe ferunt:cum protinus utraq3 tellus

tur. Caſti:Pii.ut nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. Anguſti:quia a cõtinẽti:ideſt a columna uſq; ad pharon tribus millibus diſtant. Rareſcent:quia uenientibus de ionio in calabriam propter curuaturam litorum clauſæ uidentur anguſtiæ quæ paulatim propinquantibus aperiri uidentur. Pelori:promontorium ſiciliæ ſecundum Saluſtium dictum a gubernatore.Hannibalis illic ſepulto:qui fuerat occiſus per ignorãtiam regis cum ſe eius dolo crederet eſſe deceptum:quãquã legamus ante pelorum dictum. Leua tibi:uenientis pſonam reſpexit.Nã ſi de ionio nauigãtes fretũ petãt dextrũ tenẽãt litus neceſſe ẽ:ſin alias ſiniſtrũ. Circuitu:tota.n.pene ſiciliã circuiturus ẽ. Hæc loca:ẽt Salu.ſiciliam italiæ fuiſſe cõiũctã dicit ſed mediũ ſpatiũ aut humilitate fuiſſe obrutũ:aut pp anguſtiã ſciſſũ:ut aũt tã curuũ ſit facit natura mollioris italiæ in quã aſperitas & altitudo ſiciliæ æſtũ relidit. Quondã:Tria hẽt tpa:ſicut oli. Diſſiluiſſe:hic apparet bene dictum Vnctos ſaliere per utres:nam ut diſſilui ſic ſalui.Cice.pro Milone:cum hic de rhede reiecta penula diſſiluiſſet. Protinus:cõtinue:& modo aduerbium loci eſt.Alibi temporis:ut Protinus aereas phæacum abſcondimus arces.

DONA. Malis:ut æneam abſterreat q p multas urbes græcas tranſierit:& etiã ipſe q captiuus fuiſſet hoſtium pſonã deformare debebat. Hæc loca:huius loci deſcriptionẽ cũ omni cautela pſeqtur.Dicit.n.ueterum ſeq opinionẽ facitq; uériſimile:qa uetuſtate temporis multi ſitus locorũ mutati ſunt. Leua tibi: aduertẽdum eſt q tendentibus ad italiã dicit leuum latus & dextrum:cæterũ redeuntibus ſiniſtrũ fit qd fuerat dextrum.

CHRI. Locri:hi populi iuxta phocidẽ ſunt.Locritis.n.regio teſte Strabõe i duas plagas diuidit Vna locorũ eſt i euboea uergentiũ:q ad utrũq; daphnũtis urbis latus diſcidũt.Horũ alteri opũtii ab urbe metropoli: alteri epicnemedii a Cnemede mõte uocabãt.Qui ãt ad occidẽtẽ ſpectãt occidui locri & ozole dicũt:Diuidunt ãt hos ab opũtiis epicnemidus & parnaſus mõtes.Ozoli ãt dicũt:quoniã i eorũ regiõe taphoſis ẽ collis i quo & neſſi & aliorũ cẽtaurorũ tumulus locatus ẽ.Equorũ thabo teterrimus odor fundit:& humor craſſioribus guttis manat:unde illi ozoli.i.odoris mali appellãt.Verũ ab epicnemediis ducta colõia:& ab his locri epizephirii q; deriuati ẽ.n.zephyrũ pmõtoriũ i italia poſt herculeũ pmontoriũ. Meliboei.qbus aũt urbibus Philoctetes ipe rauerit Home.ſic exponit.Οἱ Δαρα μιθοιην καὶ ταυμακιην ενεμοντο καὶ μελιβοιαν ἔχον καὶ ολιζῶνα τρηχειαν Τον δε φιλοκτησ ηρχε τα ζων ευ ειδοσ. Petilia:de hac Stra.ait petilia lucãorũ metropolis putatur hanc Philoctetes e meliboea p ſeditionẽ pfugus ædificauit egregiis mõumẽtis ualidã ſamnites.n.quãdoq; caſtellis exædificatis eã corroborarũt. Solues:tãq dbitor:nã i facto uoto accepit q perierat:deditor uoti factus ẽ unde ibuco.Damnabis tu quoq; uotis. Sãctos:qa ſacrificiis pati eẽt. Honoſ:ſacrificio:ut ſupra aut ſupplex aris ipoſit honores. Turbet.o.i.turbãdo ſacrificia iſerat malũ omẽ. Caſti:pii. Pelorus:ait Stra.ẽ ſicilia tribus forma triangulis:figurã uero eius tria terminãt pmõtoria:Ora qdẽ pelori ad faucẽ & Columellã & rhegios agros anguſtũ facit euripũ.Pachius ſiculo alluit pelago i pelopõneſũ cretẽſẽq; curſũ pſpectãs:lilibeus i libiã iſpicit.hãc iſulã teſte Solio ac Diodoro Sicãus cũ hiberorũ mãu ante troiana bella coluit:deĩde ſiculus Neptũnii filius:unde & ſicãia & ſicilia ẽ denomiata:dr triqtra pp triãgularẽ formã:Dr itidẽ triacria pp tria pmõtoria.Nã ακρον græce pmontoriũ ẽ.Eſt ãt ambitus iſulæ ſtadiorũ triũ milliũ:ut placet Solio. Diſſiluiſſe ferũt:Credit antiquitas ſiciliã iũctã italiæ fuiſſe:& pellorũ ſiciliæ partẽ eẽ apẽnini:ſed cũ ea pte uehemẽter depſſa eẽt italia terræmotu uel alia ui:cũ locus ſcinderet mare irrupiſſe & ſiciliã a cõtinẽti diuiſiſſe:diſſiluiſſe diuiſã eſſe.Diſſilire ẽ i diuerſas ptes ſalire: & quæ in diuerſas partes ſaliunt diuiduntur.Vnde Aeraq; diſſilunt uulgo ueſteſq; rigeſcũt.

Locri — Opuntii — Petilia — Meliboea — Pelorus — Pachinus

Vna foret:uenit medio ui pontus:& undis
Heſperiũ ſiculo latus abſcidit:aruaq; & urbes
Litore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrum ſcylla latus leuũ iplicata charybdis
Obſidet:atq; imo barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptũ fluctus:ruſuſq; ſub auras
Erigit alternos:& ſydera uerberat unda.
At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem:& naues in ſaxa trahentem.
Prima homĩs facies:& pulchro pectore uirgo
Pube tẽus:poſtrema immãi corpore piſtrix
Delphinum caudas utero commiſſa luporũ.
Præſtat trinacrii metas luſtrare pachynni
Ceſſantem : longos & circumflectere curſus:
Quam ſemel iformẽ uaſto uidiſſe ſub antro
Scyllam:& cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Præterea ſi qua eſt heleno prudentia uati:
Si qua fides:animum ſi ueris implet apollo:
Vnũ illud tibi nate dea præq; omnibus unũ

SER. Foret:ab infinito:ſed modo pteritũ ſignificat tẽpus qd rarum ẽ Sæpius enim futurũ ſignificat. Medio:in mediũ:ut id clamor cælo. Heſperium.ſ. hyppallage:nam minora a maioribus ſeparanf. Abſcidit:metri cauſa ei ſyllabã corripuit. Interluit:iterlabit. Dextrũ:de ionio uenientibus Scylla.n.i italia ẽ. Charybdis in ſicilia.Scylla Phorci & Creteidos nymphæ filia fuit.Hãc amabat Claucus:quẽ Circe diligebat:ſed quoniã i ſcyllã pnior erat irata Circe fontẽ in quo illa lauabaf uenenis infecit:i quẽ cum illa deſcendiſſet pube tenus i uarias mutata eſt formas. Horrẽs itaq; ſuã deformitatẽ ſe in mare pcipitauit. Home.dicit hãc immortale mõſtrum fuiſſe:Saluſtius dicit ſaxum eẽ ſimile formæ celebratæ pcul uiſentibus. Canes uero & lupi ex ea nati iccirco finguntur: quia ipſa loca plena ſunt mõſtris marinis:& ſaxorũ aſperitas illic imitaf canũ latratus:Legimus etiam Nunc nemora ingenti uento nunc litora plangunt:ergo & latrare nõ incõgrue dicunf.Charybdis aũt fœmina fuit uoraciſſima:q-qa boues Herculis rapuit:a ioue fulmiata ẽ & i mare pcipitata:ubi ſeruat naturã:nam ſorbet uniuerſa:& ſecundũ Saluſtiũ ea circa taurominitanũ egerit litus.Cice.in philippicis Charybdis q ſi fuit animal fuit unũ. Obſidet:ad tranſeuntiũ inſidias. Barathri:eſt imenſæ altitudinis nomen græcũ enim eſt βαραθρον. Cohibet:hyppallage i ſenſu.Nã ipſa ſe in

ſpelunca cohibet. Prima:ideſt primæ partes. Pube tenus:tenus præpoſitio gaudet poſtpoſitione:Et aliquãdo ſeruit genitiuo: ut Crurumq; tenus a mento palearca pẽdent Piſtrix.Si bellua piſtrix piſtricis:ſi nauis piſtris:piſtris dicatur. Cõmiſſa:coniuncta & coagmentata ipſa:ſcilicet & figurate locutus ẽ ut Oculos ſuffuſſa.Eſt autem hæc locutio poſtrema:ideſt τα εσχατα Commiſſio erat utero luporum caudas delfinum.i.commiſſas habebat. Ceſſantem: immorantem Præterea.Hic oſtendit cuncta ſcire Helenũ & iſenſam iunonẽ ſed ꝓhiberi dicere. Heleno pr.i hoĩe.n.prudentia eſt:in uatibus fides. Veris imp.Oraculis:ut Luc.Atq; hominẽ toto ſibi cedere iuſſit pectore. Magnæ:ſupnæ:nã in.v:.eſt iunõi iſerne dictus ſacer.Delectatur ãt iuno his duobus hymnis & prece. Victor:ꝓpoſiti ſui effector. Cumeã:euboca iſula ẽ:& in illa chalcis urbs unde ꝓfecti ſunt ad nouas ſedes quærẽdas qui non procul bais q locus a baio Vlyxis ſocio illic ſepulto nomen accepit:inuenerũt uacuum litus: ubi uiſa muliere grauida ab augurio ſertilitatis urbem condiderũt: & eam cumas uocarunt:ſiue ab εκυον:ideſt prægnante:ſiue απο των κυματων: ideſt ab undis: quæ κυματα appellantur:υ autem latini i.u ſæpius uertunt. Diuinos:conſecratos auernum & lucrinum.Auernus antea ſyluarum denſitate ſic ambiebat̃:ut exalãs p anguſtias aq̃ ſulphureæ odor grauiſſimus ſupuolãtes aues necaret: unde auernus dictus eſt quaſi αορνοσ hoc Augu.itelligẽs deiectis ex ſyluis peſtilẽtibus amœna reddidit loca.

DONA. Ter gurgite uaſto Sor.utrũq; pnicioſũ nauigantibus aut cũ ſorbet nauigia:aut cũ eructat & excutit. Scyllã:hãc ut mõſtrũ more poetaꝝ deſcribit.ſ.pube tenus.i.uſq; ad iguina facie humana ẽ:ꝓ pedibus aũt habere ſæuoꝝ animaliũ genus lupoꝝ fœditate armatũ.Eligit ãt animaliũ naturã q̃ iſatiabilia ſint.Cæteꝝ locus ẽ i mari ſaxa habẽs latẽtia cuius natura ſit ut de lõgiquis ptibus nauigia trahat:& cõtineat aſpitate ſaxoꝝ: & retẽta cõminuat. Præſtat metas:ꝓpoſitis utriuſq; lateris malis idicat eũdẽ q̃ carybdis eſt malũ leuius ẽ labores ſubire lõgioris curſus q̃ cõpẽdio nauigar̃ p ſcyllã. Semel:qa iteꝝ uideri cũ pieris nõ potes. Præterea:dicturus rẽ magnã & ad æneæ ſalutẽ i primis ptinẽtẽ cõmẽdat altis ſẽſibus tenaciter retinẽdã. Prudẽtia:q: ad eũ ptinet:cũ nondũ numine pcitus ſit. Fides:hoc ptinet ad pſonã uatis. Præq; omnibus:pro cõmodo oĩum deſideriorum. Iunonis.m.oſtendit poeta maioris potẽtiæ inimicos obſequẽdo potius q̃ reſiſtẽdo poſſe ſuperari.Quapp precibus & donis placãdã admonet iunonẽ:ut poſſit i italiã uenire. Inſanã: plenam numinis.

Scylla CHRI. Vi:nã ui terræmotus ſciſſus ẽ locus:& mare itrauit. Anguſto:freto. Scylla:quid de iis monſtris itelligãt poetæ i noſtris allegoriis diximus.Home.hãc latrãtẽ more canis nup geniti idu cit:& .xii.pedes & .vi. capita hr̃e affirmat:q̃ ex ſpelũca emittens balẽas & huiuſcemõi piſces rapit. Obſidet:tranſlatio ab obſidione urbiũ:uel q: tãquã inſidias uenientibus nauibus ponat.Terẽ.Numerus ternarius ut ẽt affirmat Ariſtoteles:cõplet oẽm dimẽſionẽ:& ideo a poetis ponit̃ ꝓ omni numero. Naues: Alluſit ad ueritatẽ rei:nã uidẽt̃ illis undatiõibus attrahi naues. Prima ho.ſa.& hoc expſſum ẽ i allegoriis. Quã ſemel inſ.Si oẽm morã ne ſemel uideas ferre pſtat: qd patieris ne te abſorbeat.Eſt igit̃ optima adhortatio. Præterea ſi qua ẽ:reintegrat exordium & captat attẽtionẽ cũ itepõit fidẽ quia uates & prudẽtiã qa homo:his enim rebus uidet hoc uehementer

Cumææ affirmare tanq̃ primũ maximũ q̃ & in quo ſũma ſalutis æneæ cõſiſtat. Cumeã ur.de hac urbe ita ait Strabo. Poſt has cumeæ ſunt uetuſtiſſimũ calcidẽſiũ & cumæoꝝ ædificiũ antiq̃tate.n.cũctas & ſicy liæ & Italiæ urbes antecellit:ipius ãt claſſis ductores Hippocles cumæus: & megaſthenes chalcidẽſis iter ſe pepigerũt ut hoꝝ quidẽ colõia fieret hoꝝ ãt appellatiõe noiaret̃:unde cumæ nũcupãt̃:a chalcidẽnbus tamẽ conditũ putar̃ oppidũ. Auerna:idẽ Strabo Cõtiguus bais lucrinus adeſt ſinus:itra quẽ auernus ẽ.Sed de hoc i ſexto latius dicemus.

SER. Inſanam: magnã.Sed melius ẽ deo plenam Sub.i.in ima:ut Exercet ſub ſole labor. Fata.c.tribus modis futura pdicit:aut uoce:aut ſcriptura: aut ſignis.i.quibuſdã notis ut i obeliſco romæ uidemus: uel notis litteraꝝ:ut p unã litteram ſignificet aliquid. In foliis aũt palmaꝝ ſybillã ſcribere ſolitã ſcribit Varro. Carmina:qa eius reſponſa uerſibus ſcribebant̃.

Virgo:uero phemonoe dicta eſt nam ſybilla nomẽ eſt omnium uaticinantium Aeoli.n.σιουσ deos dicunt:& βουλη conſilium eſt.Vnde dixerũt σιβυλλασ quaſi σιου βουλασ. Digerit:ordinat: diſponit. Secluſa:pro incluſa. Cardine uerſo:Aperta ianua.Ianua ideſt uentus q per ianuam uenit. Inconſulti:inſcii ſine conſilio.Conſultus eſt q conſulitur in cõſultus q nõ recipit conſilium. Volens: quæ uelle habet:nam uolitura propter aſperitatem noluit dicere. Hæc ſunt:bene cum circumſcriptione: ne poſtea fallidicus aut minus peritus putaretur. Grauia: finalitatis ratione producitur.Sed ſatis a'pere.Nam in nullam deſinit conſonantẽ:ut Omnia uicit amor: &

Prædicã:& repetẽs iterũq;:iterũq; monebo.
Iunonis magnæ primum prece numẽ adora:
Iunoni cane uota libens:dominamq; potentẽ
Supplicibus ſupera donis:ſic denique uictor
Trinacria fines italos mittere relicta.
Huc ubi delatus cumæam acceſſeris urbem
Diuinoſque lacus: & auerna ſonantia ſyluis:
Inſanam uatem aſpicies:quæ rupe ſub ima
Fata canit:foliiſq; notas:& nomina mandat.
Quæcũq; in foliis deſcripſit carmina uirgo:
Digerit i numerum:atq; antro ſecluſa relinquit.
Illa manent imota locis:neq; ab ordine cedũt.
Verum eadem uerſo tenuis cũ cardine uentus
Impulit:& teneras turbauit ianua frondes:
Nunquã deinde cauo uolitantia prẽdere ſaxo
Nec reuocare ſitus:aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt:ſedemq; odere ſibyllæ.
Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti:
Quãuis increpitent ſocii:& ui curſus in altũ
Vela uocent:poſſiſq; ſinus implere ſecundos:
Quin adeas uatẽ:precibuſq; oracula poſcas.

Ipſa canat:uocéq; uolens:atq; ora reſoluat.
Illa tibi italiæ populos uenturaq; bella:
Et quo quéq; modo fugiaſq; feraſq; laboré
Expediet:curſuſq; dabit uenerata ſacerdos:
Hæc ſunt:quæ noſtra liceat te uoce moneri.
Vade age:& ingenté fatis fer ad æthera troiã
Quæ poſtq̃ uates ſic ore effatus amico eſt:
Dona de hinc auro grauia:ſectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri:ſtipatque carinis
Ingens argentum:dodoneoſq; lebetes
Loricá conſertam hamis:auroq; trilicem.
Et conũ inſignis galeæ criſtaſq; comantes.
Arma neoptolemi ſunt & ſua dona parenti.
Addit equos: additq; duces.
Remigiũ ſupplet:ſocios ſimul ingruit armis.
Interea claſſem uelis aptare iubebat
Anchiſes:fieret uento mora ne qua ferenti:
Qué phœbi íterpres multo cõpellat honore
Coniugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo:

nos cedamus amori: & At tibi thymbre caput euan/
drius abſtulit enſis. Stipat: dẽſat hinc ſtipatores qui
aliquid ĩ nauibus cõponunt a ſtipa. Dodoneas: a do
dona urbe epirotica: & laudauit a loco ut uaſa corin/
thia. Lebetes:ollas æreas. Hamis auroq;:hamis au
reis p endiadyn. Conũ:curuatura eſt quæ promiet:
ſuper quá criſtæ ſunt. Sua:congrua ætati. Supplet:
bene ſupplementũ dixit:quod uerbũ ẽ militare:nam
multos i creta amiſerat. Ferẽti:flanti. Anchiſa:græ
cus uocatiuus eſt:ná ſi latinus breuis eſſet: Sed q̃ritur
quemadmodũ is exeat:ná Tydides tydide facit: Atri/
des atrida:Hora.Ne quis humaſſe uelit aiacem Atri/
da uetas cur apud latinos hoꝝ nominũ cauſa eſt ma/
nifeſta.Ná nominatiuum ipſum in a mittunt:& lati/.
ná recipiũt declinationé ut Atrides atrida facit & ſcy/:
thes ſcyta. Dignate:digne habitæ i paſſiua ſignifica/
tione:in primo aliter Haud eqdé tali me dignor ho.
DONA. Moré dixit ſibyllæ: & in quo loco ſit: &
quo ordine ſinguloꝝ deſideriis reſpondeat Scribit in.
foliis:ordinat & dimittit hoies i illis futura legũt:ſed
ſi uẽto pturbat̃ ordo folioꝝ pereũt cõſulta : & dubii
remanẽt q uenerant conſulturi. Illa tibi:edicet illa q̃
ego prohibeor aperire:quæ bella ſint uentura & quo
mõ ſingulos labores uel tolerando tráſeas : uel ſupe/
rando cõpeſcas. Vade age & ingenté:Quædam præ
dicit ut uates q̃dá admonuit ut amicus ceſſantibus p
ribus uatis. Stipat:largitoré pcipuũ idicat:qui tátũ donaſſet argenti quátũ naues niſi ſtipatæ capere non poſ/
ſent. Loricá:& dona q̃ augeát ſuas opes dat:& ea quibus ſe ab hoſte tuteẽ & oĩa cũ decoro: & dicit arma fuiſ
ſe illius qui Troiá uicerat:ut ſit inſultatio arma uictũ ferre uictoris. Sua:ætati conuenientia. Socios:nullum
idonatũ reliquit dás q̃ cõpetebant uiris fortibus. Dignate:quaſi q dignus ſit iuentus q filiæ iouis iungeretur.
Bis pga.oſtẽditur q̃ ſit cura deũ:q cũ debilis eſſet:liberatus tamẽ ſit piculis patriæ i qua pierũt uiri fortes.
.CHRI. Inſanam:furore diuino plená:ſed de eo furore quo pcita mẽs humana futura puidet : & de ſibyl/
lis latius in ſexto dicemus. Rupe:Rupes pcipitia latera montis ſunt:Ripæ uero fluuioꝝ extremitates. Má/
dat:cõmittit.q.d.rei inſtabili credit. In numeꝝ:ĩ ordiné: aliquando numeros riththmos & modulationes ĩ
muſica dicimus:ut Numeros memini ſi uerba teneré. Relinquit:quaſi non curet maneát an diſſipentur: ná
relinquimus ea quæ pauci facimus. Ab ordine:exprimit quod dixit Digerit i numeꝝ. Tenuis:cũ uelit dam
nare hunc modum reſpondendi:oſtendit quantũ inſit periculi:cũ mádet̃ reſponſum foliis.i.rei leuiſſimæ:&
tũ deferatur extra ſuá cuſtodiá:& cũ tenui uento turbari res poſſit:& cũ ſibylla q̃ ſemel turbata ſint in ordiné
reuocare negligat:quo periculo ſuadere põt ut æneas omné morá perferat : donec reſponſum ſibi ore reddi
impetret. Illa:quæ poterit quæ ego nõ poſſum. Elephanto:elephas ut apud Pl:ni.ẽ maximũ ẽ omnium aia Ele/
liũ proximũq; humanis ſenſibus itelligit ſermoné patrium habet obedientiá officioꝝ amoris & gloriæ uolu phas
ptaté probitaté memoriam prudentiam relligioné.ná i mauritania niteſcente luna ad milon flumé ueniunt
aquaq; luſtrátur:atq; ſalutato ſydere i ſyluas redeunt.Regé adorát:genua ſubmittũt. Romæ primũ curꝝ Põ
peii africano triumpho comitati ſunt:ut prius de baccho fertur deuicta idia:ſed i triumpho iuncti portas in/
gredi:ut refert Protilius nõ potuerunt.Aliquis ductus litteraꝝ græcaꝝ didicit:ſcripſitq; illa lingua. Ipſe ego
hæc ſcripſi & celtica ſpolia dicaui ut ait Mutianus:qui ter conſul fuit.Prædá uero quæ de iis petatur ſciunt eſ
ſe ſua arma:quæ iuba cornua.Herodo.uero tanto antiquior dentes appellat. Hos uel caſu aliquo uel ſenecta
deciduos defodiunt.Hocq; ſolũ ebur ẽ cuius cádore intelligitur iuuenta.Ipſi hoꝝ dentiũ alterius mucroni p/
cunt ne ſit prœliis hebes.Alterius uero mucrone radices operario uſu fodiũt.Homini ſimpliciter erranti i ſo
litudine mitis ẽ:uiáq; demonſtrat.Gregati icedũt.Ducit agmen ſenior.Cogit proximus ætate. Domitis no/
mina iponebant.In exercitu Antiochi cũ Aiax ductor agminis fluuiũ tranſire denegaret.Pronũciauit rex pri/
cipatũ fore eius qui tráſiret:alius Patroclus nomine tranſiuit.Quapp faleris argenteis ab Aiace detractis do/
natus eſt.Ipſe át Aiax ex ignominia mœrore confectus in edia ſe ipſum extixit. Primũ i italia uiſi ſunt i bello
Pyrrhi i Lucáis unde illos boues lucas appellarũt:Anno urbis.cccclxxii.Ité poſt.vii. annos romæ ĩ triumpho.
Eodé anno dui in uictoria.L.Metelli pontificis capti ſunt in ſicilia.cxlii.uictis pœnis & uecti ratibus:quas dolio
rum ſtructis ordinibus ipoſuere.Verrius illos pugnaſſe i circeo confectoſq; iaculis penuria conſilii quoniam
neq; ali neq; regibus donari placuit.Oriuntur in africa ultra ſyrticas ſolitudines:& in mauritania. Item apud
æthiopas & traglodytas:ſed maximos omnium fert india.Eos aphri pauent:nec intueri audent. Decem an/
nos utero geſtari credidit uulgus. Ariſtote.ſcribit biennium:nec amplius q̃ ſingulos ſemel gignere.Plures.cc.
annos uiuunt.Quidam.ccc.Latini a ſonitu uocis eos barros appellant:eoſque barrire dicunt ut boues mugi/
re.Hinc ebur eorum dentem dicunt q̃ e barro ſit:Horati.Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris: græ
ci uã animal & dentem elephantem appellant:qui latine & in ſecunda elephantus elephanti:& ĩ tertia elephas

elephantis dicit.Hic igit poeta elephanto pro ebore græce dixit. Loricam:quidā dictā putant ꝙ ſine lotis ita cōſeratur ut hamus hamū capiat. Trilicē.i.triplici hamorꝝ ordine cōſertam:ergo denſior ē: & propterea minus penetrabilis. Conū: ſigura orbiculata ē:ſed ī altitudinē extenuata.Ab hac formæ ſimilitudine& trochū quo pueri ludunt:& curuaturam in galea prominentem ſupra quam criſtæ imponuntur:& cupreſſi baccam conum dixerunt. Addit equos: nam ii in epiro optimi ſunt:ut in georgicis Eliadū palmas epiros equarum.

Cura deum bis pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi auſoniæ tellus:hanc arripe uelis.
Et tamen hanc pelago præter labare neceſſe ē
Auſoniæ pars illa procul quā pādit apollo:
Vade ait o fœlix nati pietate:quid ultra
Prouehor:& fādo ſurgētis dimoror auſtros:
Nec minus andromache digreſſu mœſta ſu
Fert picturatas auri ſb tegmie ueſtes(premo
Et phrygiā aſcāio chlamydē:nec cedit hono
Textilibuſq; onerat donis:ac talia fatur. (ri
Accipe & hæc manuū tibi q̃ mōumēta mearꝝ
Sit puer:& lōgū andromaches teſtent amorē
Cōiugis hectoreæ cape dona extrema tuorꝝ.
O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago.
Sic oculos ſic illa manus:ſic ora ferebat.
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.
Hos ego digrediēs lachrymis affabar obortis
Viuite fœlices:quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua:nos alia ex aliis in fata uocamur.
Vobis parta qes:nullū maris æquor arādū ē:
Arua neq; auſoniæ ſemper cedentia retro
Quærēda:effigiem xanthi troiamq; uidetis:
Quam ueſtræ fecere māus: melioribus opto
Auſpiciis:& quæ fuerint minus obuia graiis.

SER. Cura:amor ut Veneris iuſtiſſima cura. Bis perga.oratoriū ē ut quod ſupius Anchiſes iſœlicitatis putauit:ut ſatis una ſuperq;.u.ex & captæ.ſ.u.hoc nūc cōuertit in laudē. Bis:nā prius Hercules: nunc græci expugnarunt. Tibi:Vel uacat:ut Cice. qui mihi accubantes ī cōniuio:Aut dixit qa ipſe hāc ſolā italiæ partē uiſurus eſſet:& nō quā fata æneæ promittūt. Auſoniæ:italiæ a rege Auſono. Arripe:iuade illic.n.eſt ſacrificaturus. Et tamē ανακολουθον ē.Non.n.ꝑmiſit q̃q uicina ſit. Pādit apollo:lauro lauini agrū itelligit.

Vade ait:bis hoc mō repetit Virgi.hic nā cū ſupra cōpellat dixerit. modo itu'it: ait itē in quinto cū ꝑmiſerit fidā ſic fat ad aurē ſubiicit rurſus:& ſeſe oſtēdat i armis dic ait. O fœlix nati pie.latēter oſtendit mortē futurā.Nō.n.dixit uitæ lōginquitate uel aduētu i italiā:ſed nati pietate:q poterit exeqas celebrare. Prouehor.ſ.ſermone. Digreſſu mœſta ſupremo:ultio poſt q̃ eorꝝ deſpabat aſpectū. Picturatas:pticipiū ſine origine uerbi. Sub tegmine:filū ē qđ iter ſtamē currit: quod Perſi.tramā dixit mihi trama figuræ ſit reliq. Nō ergo pro ſtamie ponēdū ē : cū ſtamē de auro eſſe nō poſſit. Phrygiā:acu pictā: nā hos artifices phrygiones appellamus ſecūdū Plau. Phrygiā:i q̃ ſit prīæ memoria. Nec cedit hono.dat tāta munera q̃ta merebatur Aſcanius.Nā nō cedere honori ē eſſe parem meritis accipiētis. Textilibus: quod munus decebat mulierē. Et hæc: itelligimus & alia prius data:uel iure hereditario data æneæ & anchiſæ ad ſe ſpectāt. Monumēta:memoria & a mentis admonitiōe ſunt dicta. Lōgum amorē:& de ꝑterito & de futuro:ut cognoſcas q̃tū te uel amauerim:uel amatura ſim. Hectoreæ:habuit rōnē pſonæ cū q̃ loquebat.q.d.auunculi tui. Sup.i.ualde.Valde uehementer & expſſe mihi es imago:Quo ſermōe ēt Home.utit i ſimili ſignificatiōe. Viuite.ſ.mō bene optātis ē nō ut i Buco.male dicētis:ut Viuite ſyluæ.i.perite.Similiter eſt & ualete. Teren.Valeant qui iter nos diſcidiū quærunt.Videtur āt melius dici p optatiuū q̃ per imperatiuum:quia poſſunt optari : non imperari propſpera uel aduerſa.Ergo uſurpatur imperatiuum. Sua.q.d.dura & ꝓprium troianorum ut Hac troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Parta : parata. Cedentia retro: ut iam tādem italiæ fugientis prendimus oras. Veſtræ manus:quod eſt dulcius. Minus obuia:ideſt quæ nullum paciant exidiū.

DONA. Nec cedit ho.duo notat in chlamyde:& ꝙ eſſet ſibi ſolatio quia eſſet de originalibus terris:& ꝙ conueniret honori Aſcanii:nā digna fuit qua uteret.Tali ēt dignus Aſcanius qui tantā rem applicaret uſibus ſuis.Sunt enim quidam abiecti:qui utuntur ueſtibus ſibi non conuenientibus.Sunt rurſus adeo excellentes: ut cum ſuis ueſtibus pi honore contendant.Laudauit autem ſolam chlamydem. Cætera generaliter dixit.

Honerat: ut in Heleno dixit ſtipatq; carinis. Ille uir fortis donat aurum argentum. Arma uiro forti.Hæc mulier donat puero textilia.Ergo habuit rationem pſonarum:hæc ēt duo genera munerꝝ ponit:Chlamydē auri ſub tegmine uariatā:quæ eſſet ex antiquis.Itē alia munera quæ non eſſent tanti ꝑtii:ſed ſuis manibus:unde cū hæc offerret:dixit accipe & hæc ꝑter chlamydē & ꝓdicta:ut alterꝝ haberet ꝑtium : alterum amoris religionē & dantis affinis affectū.Ergo ſi nō ualent dona ualeat pſona andromaches tui auūculi uxoris. Lachrymis affabar:nō poterat ab iis qui & ciues & in ſe liberales eſſent ſine lachrymis diſcedere. Viuite fœlices:fœliciter uiuere dicit manere ocioſum in eodem loco & aduerſa fortunæ ulterius non timere. Sibi autem omnia contraria eſſe oſtendit. Cedentia retro:impoſſibilia dicit: ſed per illa ſuum tedium exprimit:qui tot annos laborioſe periculoſeque nauigans nondum ueniebat quo peruenire cupiebat.

CHRI. Ecce ti.q̃ſi ī manu haberet. Chlamydē:puerili ſeruit ætati cū dat purpura diſtictas ueſtes uelud ſi ptextā deſignet & tamē natū ad fortitudinē oſtēdit cū ꝓbeat chlamdyē.Ea.n.ueſtis militaris ē:ut & Plau.& Terē.oſtēdūt:ē āt a græco uerbo chlæna:unde Home.de Vlyxe βηλεεειν απο δεχλαιναν βαλε. Coniugis he.nō ſolū dixit pp affinitatē:ſed pp fortitudinē:cuius illū imitatorē eſſe cupiebat:unde alibi Et pater æneas & auunculus excitat hector. O mihi:locus ex Home.ē. Eſt āt exclamatio:cū ſtupeat tātā i duobus pueris ſi/

militudinem:& etiam dolorem indicat:quē capiebat pro defuncto filio. Sup:ꝑ ſuperes ſecundū Priſcianū. Nā & græci ꝓpoſitionē pro uerbo ponūt:uel ſuper ideſt ualde:Oui.i faſtis Extulit & uelox auſa ſuper alta fe/neſtra Se iacit:audacē fecerat ipſe timor. Sic oculos:imago ē de qua alibi diximus:& unde gignit̄ pathos. Itē repetitio & diſſolutio q colores apti ſunt cōmiſeratiōi:ut Te nemus angitiæ uitrea te fuſcinus unda:Te liqui/di fleuere lacus. Viuite fœ.affectū & ex affectu deſideriū ſuoꝝ exprimit:& ex fœlicitate illoꝝ auget ſuas calamitates:& tamē nulla mouet̄ inuidia.Nā & fœlices dixit & melioribus opto auſpiciis. Nos alia ex: pathos a deſperatione perueniēdi. Quam ueſtræ fecere manus: multo iucundiora ſunt quæ per nos ipſos q̄ quæ per alios:conficimus:unde ad conſolandam Venerem Sublimemq; feres ad ſydera cæli Magnanimū æneam.

Si quando tybrim uicinaq; tybridis arua
Intraro:gentiq; meæ data mœnia cernam:
Cognataſq; urbes olim:populoſq; propinquos
Epiro heſperia: quibus idē dardanus auctor:
Atq; idem caſus unam: faciemus utranq;
Troiā animis:māeat noſtros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta.
Vnde iter italiā curſuſq; breuiſſimus undis.
Sol ruit interea:& montes umbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos:paſſimq; in littore ſicco
Corpora curamus:feſſos ſopor irrigat artus.
Necdum orbē mediū nox horis acta ſubibat.
Haud ſegnis ſtrato ſurgit palinurus:& oēs
Explorat uentos:atq; auribus aera captat.
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo.
Arcturū pluuiaſq; hyadas geminoſq; triones
Armatumq; auro circūſpicit oriona.
Poſtq̄ cuncta uidet cælo conſtare ſereno:
Dat clarū e puppi ſignū:nos caſtra mouemus.
Tentamuſq; uiā:& uelorum pandimus alas.
Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis:
Cū pcul obſcuros colles:humilēq; uidemus

SER. Tybrim:a rege q in eum cecidit.Nā ante albula dicebat̄.Alii tyberinū albanoꝝ regē in eum cecidiſſe uolunt.Alii dicunt quondā ſyracuſani uictores cœpiſſe magnā uim athenienſiū:& eā cæſis mōtibus fecerūt addere munimēta ciuitati:tunc auctis muris ēt foſſa intrinſecus facta q̄ flumine admiſſo repleta munitiorē reddidit urbē.Hāc foſſam p iniuriam hoſtiū factā tybri αποτησ υβρεοσ appellarunt.Inde cū ſiculi loca iuxta Romā occupaſſent.Vnde ē fines uſq; ſicanos: Abulam ad imaginē foſſæ patriæ tybrim uocarūt.De tybri uero ſiracuſana foſſa Theocritus me/minit. Gentiq; meæ:& nō ſibi. Nam ſcit Aſcanio regna deberi. Data mœnia cernam Cognataſq; ur.olī quādoq; & p oīa cernā ſubaudis. Sēſus autē talis eſt: Si potero ad Italiā peruenire:& regna cōſtituere:& uidere urbes & populos tibi cognatos.Nā æneas & Helenus a Dardano originē ducūt.Ergo hoc dicit: quo/niam & ab uno originē ducimus: & iiſdē caſibus ſu/biacuimus. Troiā utranq;:& quā tu feciſti: & ego facturus ſum iūgamus & faciamus unam : ſed animis: hoc ē fœdere & affectiōe:quoniā re uera eas natura iūgi nō ſinit.Sane quoniā occurrebat humane breuitas uitæ.Bene ſubiunxit. Maneat noſtros ea.c.nepo.Diſtiguendū āt populoſq; ꝓpinquos epiro: Et ex ſequētibus oſtēdit quomō. Heſpia.i.qbus populis auctor ē dardāus. Heſpia hoc ē εσπεροθεν:nā græce dixit: & eſt de loco aduerbiū dardanus εσπεροθεν figura enī nōnūq̄ pulchra eſt ſi elocutio īperfecta ſit : ut Cice.in uerrinis: Qui uerrē romulea nō addidit tribu. Pro/uehimur pela.Buthroto derelicto. Ceraunia: ꝓmōtoria epiri a crebris fulminibus pp altitudinē noīata. Breuiſſimus:nā medio noctis ſpacio tranſitur. Optatæ telluris:ſemper enim a nauigantibus optatur. Sortiti remos:per ſortem diuiſi ad officium remigandi quis eſſet pro excepta quis pedē teneret. Littore ſicco: nam eſt & quo aqua alluitur. Horis acta: per horas de/currens. Auribus:qua enim uenti ueniunt ea parte auris frigidior eſt. Cuncta:nam i pronoſticis legitur nō ſufficere unum ad explorandam ſerenitatem. Tacito cælo:aut nocturno:p quod tacetur aut ipſe tacitus: aut ad homines retulit.Nam licet æternus ſit axium ſonus:nō tamē auditur a nobis. Armatumq; auro circūſpicit oriona:ſic Lucre.Enſiferi nimium fulget latus orionis.Intuetur hæc non ut cernat.Nam omnibus patent ſed ut exploret ſtellaꝝ uigorē quo futura ſerenitas indicatur:in geor.Nā neq; tū ſtellis acies obtuſa uidet̄ : nō ſiquit q̄ſi nō orta:nā ſeptētrio ſemp apparet. Conſtare:ſuppetere:Iuuena.Quis ferat uxorē cui conſtat oīa. Clarū:ſiculā eleuauit:ut flāmas cū regia puppis Extulit. Caſtra.m.caſtra oīa loca ſunt ubi milites ſteterit. Dicta āt caſtra quaſi caſta:uel quod illic caſtraret̄ libido:nam nunq̄ iis itererat mulier. Tentamus uiam.i.naues producimus. Pādimus alas:contos itendimus.Humilemq; uidemus italiam:aut naturā oſtēdit prouinciæ ut Salu.Italia plana ac mollis:aut rem phyſicā exprimit.Nam omne quod cōtinet humilius eſt eo quod continetur:aut q̄a procul uiſcētibus terra humilis ſemp uidet̄ Luca.Et dubios cernit uaneſcere montes.

CHRI. Hic poſtquā:quoniam alternatim in ea æſtuabāt modo odium modo amor:cum reliquias uide ret non potuit non detineri aliquātulum. Dulces ex. exuuias dicimus quas hoſtem exuuimus:ergo nec olim exuuias nec nunc dulces:ſed o reliquiæ quæ fuiſtis dulces:nunc eſtis exuuiæ. Sic & in buc. Has olī exuuias mi/hi perfidus ille reliquit. Vel ſimpliciter dulces exuuias:quia hoc odium non excluſerat omnino amorem. Nec poteſt auditor huiuſcemodi apoſtrophen ſine ſumma commiſeratione audire. Nam citatur inde maxima p̄/ſertim ſi fit ad mutam rem. Dū. f. d. q. ſ. ex amore ita uidetur aliquo modo excuſare æneam:& rem in fata & deum reiicere. Accipite. h. a. q. d. Si morte tantis curis ſoluor:cupio mortua uobiſcum eſſe. Vixi:honeſta lo/cutio:ut quos periſſe ſignificare uolumus:dicamus:uixerunt. Sic Cice. de iis de quibus ſuppliciū iam ſumpſe/rat dixit:uixerunt. Peregi:penitus abſolui atq; expleui. Per enim in compoſitione aliquādo uim retiet: unde dicimus totum percurrere campum. i. currere per totum campum. Aliquādo ſignificat actus perfectionē:hic Cice. Quoniā hæc nos nō ſolū:ferre ſed ēt pferre decreuimus. Magna imago:dixit magna q̄ſi dolens tātā fœ minā ſic pire. ſ. ſine ulla ultiōe:unde ē Moriemur iultæ:& oſtendit q̄ ēt in extremo temporis puncto alternati mō huc mō illuc fluctuans mouebaṫ aīus. Et ꝓpea dixit ſic? quaſi non placeret:Deinde affirmauit cū dixit ſic. Nunq̄ dardaniæ:Sic Varius poeta iuppiter omnipotens ut:nam nō tempore primo Gnoſia cecropiæ tetigiſ ſent littore puppes. Moriemur inultæ:non potuit excellentius ſcribere poeta æſtuationem illam animi mo do in amorem modo in odium inſurgentis. Nam quæ paulo ante dixerat ex nimio amore Accipite hanc ani mam nunc ex odio conqueritur q̄ moriatur antequam illum ulta ſit. Media īter talia:Apronianus legit me dium nam qui ſe tranſfodit:medius uidetur eſſe gladii. Sic Scyllius Cōcidit exacti medius p uiſcera telli. Col lapſam aſpiciūt:ita callide rem pegit: ut nō aīaduertere illæ potuerit eā collabentē dū enſi īcumberet:ſed uide runt iā ꝓlapſam. Cōcuſſam baccaṫ fama p urbem:Fama ſtatim p urbem ſparſa tam ſubito dolore uniuerſa urbs concuſſa eſt furētibus omnibus pre dolore. It clamor:facit rē uerisimilem ex eo quod ſolet fieri. Nō aliter:pathos a maiori. Dicit enim non minorem fuiſſe luctum ut morte unius q̄ ſi tota urbs periſſet.

Vixe/runt
Per

Audiit exanimis:trepidoque exterrita curſu
Vnguibꝰ ora ſoror fœdās:& pectora pugnis
Per medios ruit:ac moriētem nomie clamat.
Hoc illud germana fuit:me fraude petebas:
Hoc rogus iſte mihi:hoc ignes:aræq; parabāt
Quid primū deſerta querar? comitē ne ſororē
Spreuiſti moriēs? eadem me ad fata uocaſſes:
Idē ambas ferro dolor:atq; eadē hora tuliſſet.

SER. Audiit exāimis:tertia:nā ſupra dixius exāi/mus mortuus ſignificat. Ora ſoror. i. cruētās ſangui ne. Nomie clamat:Didonē uocat:q̄ uiraginē ſignifi/cat ligua punica. Nā eliſſa dicta eſt ſed uirago appella/ta cū ſe i ignē præcipitauit:Vel nomie clamat. i. nomi nauit:ut Home. dixit εκ'τονομαζεν. Aut certo uero: nomine ut ſolēt dolētes:ut Hūc te euryale aſpicio: & Mater cyrenæ mater. Sed quomō clamat nomine:cū nunquā ſequaṫ:ſed cū plures nō haberet ſorores:pro nomine germana intelligitur. Sic de iure cum unicū habeat qs filiū nihil intereſt utrū dicat fili heres eſto: an titi hæres eſto: & tanquam conturbata intergum

His etiam ſtruxi manibus:patrioſq; uocaui
Voce deos:ſic te ut poſita crudelis abeſſem.
Extinxi te:meq; ſoror: populumq;:patreſque
Sidonios:urbemq; tuã:date uulnera lymphis
Abluã:& extremus ſi quis ſuper halitus errat
Ore legam:ſic fata gradus euaſerat altos:
Semianiméq; ſinu germanã ãplexa fouebat
Cũ gemitu:atq; atros ſiccabat ueſte cruores:
Illa graues oculos conata attollere rurſus
Deficit:infixum ſtridet ſub pectore uulnus:
Ter ſeſe attolens cubitoq; innixa leuauit:
Ter reuoluta toro eſt:oculiſq; errantibus alto
Quæſiuit cælo lucem:ingemuitq; reperta.
Tũ iuno omnipotens longũ miſerata doloré
Difficileſq; obitus:irim demiſit olympo:
Quæ luctãté aïam:nexoſq; reſolueret artus.
Nam quia nec fato:merita nec morte peribat
Sed miſera ante diem ſubitoq; accenſa furore
Nondum illi flauũ proſerpina uertice crinẽ
Abſtulerat:ſtygioq; caput damnauerat orco.
Ergo iris croceis per cælum roſcida pennis
Mille trahens uarios aduerſo ſole colores
Deuolat:& ſupra caput aſtitit.hunc ego diti

ſermoné nõ edidit. Hoc rogus:Refert ad hiſtoriam.
Quid.p.d.q.Dolet non eſſe uocatã ad par ſuppliciũ. Comité ne ſororé Spre.i.illud ne qđ ſpreuiſti comité ſororé:& ſemiplene loqť:q; afrl ẽtis cõuẽit. Struxi ma.ſubaudi rogos. Pŕios:Saturnũ & iunoné. Poſita : examinata Sta.Poſituſq; beata morte pr. Date.ſ. aquã.Vel date.i.pmittite Lauare aũt cadauera dabať ,pximis : unde mr̃ Euryali Nec uulnera laui ueſte tegẽs. Ore.l.Cice.i uerrinis : Vt extremũ filiorꝝ ſpiritũ ore excipere liceret. Gradus euaſe.a.aſcenderat rogi ſcilicet q,p q̃litate fortunarꝝ fiebat:unde in.vi.cæloq; educere certãt. Cruores:uſurpauit.Nã nec ſanguines nec cruores i plurali dicimus. Siccabat: exprimebat.
Sub pe.Nunc p tráſitũ dicit uulneris locũ. Ter:Vel numerus ,p numero:uel ,pmatheſis.i.p̃diuinatio : qa tria fuerãt bella pũica. Ingẽuitq; re.atq dixerat inuiſã q̃rẽs abrũpere lucẽ ſed oſtẽdit moriẽtes ſua ĩprobare deſideria:ut i.vi.Quã uellẽt æthere i alto.Nũc & paupiẽ & duros pferre labores. Iuno:aut ,pnuba:aut iferna. Difficiles:qa ſuperat uita : qa nõ fato aut fortuna pierat ſed caſu.Vt nã qa nec fato merita:nec morte pibat:ideſt naturalis. Irim.d.o.Traxit de alceſte Eurypidis qui induxit Mercurium ei comam ſecanté:quia fato peribat mariti.Hoc ideo nunc fit quia certis conſecrationibus ſolebant homines facere:ut muniti aduerſus fortunæ impetus non poſſent mori niſi exauctorata illa conſecratione.Ergo dicit iſta circa didoné ſeruanda:quia miſera ante diem peribat: nec eſt contrariũ illi qđ ait i.x.Stat ſua cuiq; dies.Nã loqť mõ ſecũdũ hãc:mõ ſcũdũ illã ſectã.Quãq̃ grãmatice poſſit reſpõderi.Omnia uincit amor & nos cedamus amori. Flauum:Matronæ nunq̃ datur flauus crinis : ſed niger.unde Iuuena.Et nigros flauum crinem abſcondente galero.Huic ergo dat quaſi turpi. Caput damnauerat:nec etiam morti deſtinauerat. Roſcida:Quia cũ nubibus eſt:quæ non carent rore. Aduerſos:Naturalem rem expreſſit.Iris enim niſi e regione ſolis nõ fit cum uarios colores illa dat res:quia aqua tenuis aer lucidus:& nubes calligantes irradiate uarios creant colores.

DONA. Nomine:at qui non dixit dido ſed germana:Sed duplex eſt nobis nomé. Alterum naturæ & ſanguinis quo coniunctæ perſonæ appellant:ut mater:pater:frater:ſoror:& ſimilia. Alterum quod imponitur ab extraneis.Ergo ſoror ſororem nomine ſanguinis appellare debuit.Vnde dixit germana.

CHRI. Hoc illud:hoc.ſ.qđ te interficeres. illud:quod ſacra ſimulares:ergo illud fuit hoc.i.ea iccirco ſimulaſti ut mortem tibi conſciſceres.Ergo petebas me fraude.i.fraudulenter egiſti mecũ:nam petere ex ſe hoc ſignificat:ut Regi nam petit:hæc oculis:hæc pectore toto hæret.Repetitio autem uehementiã orationi præbet:ac deniq; ſibi commiſerationem citat qđ per errorem dũ ſacra ſe ſorori parare credit:mortem illi parauit. Comitem ne:quã infœlix ſit oſtẽdit:cũ ,p beneficio habitura fuiſſet:ſi comitem ſe ad mortem uocaſſet. Extinxi: Durum eſt incidere in calamitatem:ſed durius i eam q̃ oĩa ſua perdiderit:duriſſimũ auté cũ id ſit ſua ſtultitia contractũ.Quid aũt erit ſi illud annixe conficere tentauerit:tanq̃ ſi ſummopere ,pfuturum fuerit.Deinde uniuerſa illa ſedula executio officii q; aquã ad abluendum petiuerit.Quod extremum ſpiritum ore legere tentauerit:Quod celerrime aſcendens germanã amplexa ſit: & q; dido eã aſpicere conata ſit: & q; pœnitentiæ ſigna tribuerit:qđ morté ſibi cõſciſſet cõmiſerationem ſummam excitant. Ore legam:nam propinquorꝝ erat hoc officiũ:ſic Cice.de p̃tura urbana.Ait.n.ut extremũ filiorꝝ ſpiritũ ore excipe liceret. Irim demiſit.o.q̃uis Cornutus dicat q; mor̃ poetico ſicut de ramo aureo hoc finxit poeta:tamé de Alceſte eurypidis tragœdia tranſtulit. Alceſtæ.n.Peleí iaſõis patrui filia admeti regi theſſalo nupſit:& cũ admeto eẽt moriẽdũ adeo illa uirũ dilexit ut p illo morté ſubire uoluerit:in hac tragœdia iducit Eurypides orcũ gladiũ geſtãté:quo criné icidat alceſtæ:ergo quẽadmodũ cũ illi de uita ſupeſſet:& tamé ,p uiro obiŕ eligeret.Fixit opus eẽ eurypedes ut crinis ſecareť:ſic ẽ didõi ſupeſſet de uita:& tamé eligeret mori ut amoris uitaret dolores idé Vir.ſingere placuit. (margin: Alceſta) Croceis.p.alam deam hanc fingũt:& filiã Thaumãtis ex Põto & Terra gẽiti & ex uxore Electra Oceani : q; filia iccirco. Fingũt q; illã hoĩes admirãť:nã θαυμαζω ad miror ſignificat ẽ filia Electræ Oceãi :quoniã ex humore naſciť.Verũ philoſophos hac de re audiamus.Ii eni aiunt irim eſſe ipreſſionem generatã ex nube concaua ſimul & roſcida ad pluuiã p̃paratã ſtillicidiis ĩfinitis tãq̃ i ſpeculo relucẽté:habentẽq; figurã argualé & colores uarios a radiis ſolis ſiue lunæ generatã:ſed Ariſto.ait nõ generari a luna niſi bis i q̃nq̃gita annis.Erit ergo iris nubes aquoſa p cuius ptes a radiis penetrata.Forma ẽ arcualis:& duobus capitibus terræ affixis in figurã circuli ad cælũ eleuata. Colores trahit ut placet nõnullis : ex q̃tuor elemẽtis.Ex igne.n.rubeus ẽ i ſummo:ex terra uiridis in infimo: ex aere lacteus:ex aqua cæruleus.Sed Ariſtoteles i meteoris ait q; color rubeus uel uinoſus ſit ex radio tãgẽte

ſuperficiem rotunditatis nubis:poſt quem ſequitur color mixtus ex albo & cæruleo ſecūdum qualitatem do minantem in medio nubis:tamen apparet ĩ uno color uiridis ubi uapor magis eſt terreſtris: & hi colores ſūt aliis principaliores:quia multos habet colores:quos pictor nullus exprimeret.Eſt igitur eodem Ariſtotele au ctore iris repercuſſio radii redundantis ad uaporem ſibi oppoſitæ nubis:ſicut ſplendor in aqua refulgens in pariete refulget rediens ad ipſum.Sua interpoſitione feruorem ſolis temperat.Reſolutione in pluuias iferio ra fœcundat.Specie ſua ſuperiora pulchra reddit.Dominum humiditatis in aere eſſe oſtendit:unde infra qua draginta annos a mundi fine non apparebit:qđ elementorum deſicationem indicabit.Pacem inter deum & mundum denuntiat.Semper ex oppoſito ſolis eſt.Ergo nunq̃ apparet in meridie:quia ſol nunq̃ eſt in ſepten trīõe.Pli.tamē ait q̧ poſt autūni æquinoctiū appeat q̃cunq; hora: nec unq̃ plures ſimul q̃ duo. Nōdū illi flauū: nō placet qđ Serui.ſcribit mulieres pudicas non eē uſas flauo crine.Nā Oui.in li.de faſtis ſic ait de Lucretia:cui palma pudicitiæ tribuit̃:Forma placet niueuſq; color flauiq; capilli:Quodq; aderat nulla factus ab arte color.

Sacrum iuſſa fero:teque iſto corpore ſoluo.
Sic ait:& dextra crinem ſecat:omnis & una
Dilapſus calor:atq; inuentos uita receſſit.

SER. Corpor̃.ſ.nā ſupra dixit nexoſq; r̃ſolueret ar tus. Ois &.u.uno ipetu effuſa ē uita.i.aīa. Calor:ſe cūdū eos q dicūt aīam calorē eē:q̃ diſcedēte friget cor pus. Inuētos.u.r.aīa:ut ĩ ſexto quē ſibi tenuis naſcētē acceſſer̃ uitas.Et dicēdo iuētos:aut eos ſeq̄t̃ qaiam ae rē dicūt:hoc ē ĩ materiā ſuā redit:aut certe eos q dicūt aīam perire cū corpe:ut itelligamus euāuit in uentos receſſit ut in nono:Sed auræ oia diſcerpūt.i.euaneſcunt. DONA. Soluo:oīa qbus uita cōſtat ſibi inuicē nexa ſunt:ſed cū reſoluta fuerit:atq; a ſeſe receſſerint: tunc mors ſeq̄t̃.Nec fato nec morte merita.Nō ſecūdū inſtitutū naturæ:qđ fatis attribuit̃.Difficilis.n.mors eſt: cū non cōſenſu naturæ ſpiritus redditur:ſed ui extorquetur. Ante diem:ante tempus qđ natura potuit afferre. CHRI. Soluo:Quia ſecundum platonicos homo anima eſt:quæ ĩ corpore ueluti moleſtiſſimo ĩ carcere icludit̃.Ergo ſoluto tāquā a corporeis uiculis:& ipē ĩ ſexto:Nec auras reſpiciūt clauſæ tenebris & carcer̃ cæco.

Deſcriptio quinti libri.

Quintus habet ludos:& claſſem corripit ignis
Nauigat æneas: ſiculas defertur ad oras.
Ludos ad tumulū faciunt:certamina ponunt
Prodigioſa:& cunctis ardens allapſa ſagitta:
Iris nutricem habitu mentita ſenili
Incendit naues:ſubitus quas uindicat imber:
Inſomnis pater anchiſes quæ bella gerenda
Quoſq; duce ad naues poſſit dſcēder̃ narrat
Tranſcribit matres urbi:populumq; uolentē:
Et placidum æneas palinuꝝ quærit in undis.

P.Virgilii Maronis Aeneidos Li. Quītus.

Nterea mediū ænc as iam claſſe tenebat
Certus iter fluctuſq; atros aqlone ſecabat
Mœnia reſpiciēs:q̃ iam infœlicis eliſæ
Collucent flāmis:q̃ tantū accēderit ignē
Cauſa latet.duri ma gno ſed amore dolo
(res Polluto notūq; furens quid fœmīa poſſit
Triſte per auguriū teucrorū pectora ducunt.
Vt pelagus tenuere rates:nec iā amplius ulla
Occurrit tellus maria undiq; & undiq; cælū:

SER. Nterea mediū æneas iam.i.dum flet aut ſepelit̃ dido:Et hoc ſermōe librū ut ſolet:ſupioribus iungit:cuius pars maior ex Homero ē de funere Patro cli ſūpta:niſi q̧ hic certamē ē nauale:il lic curule.Nō potuit āt una die ĩ ſiciliā nauigare.Ergo intellige q̧ enauigauit prima luce:ſed lēiter ſpirātibus uētis:dū Dido ſe interficit:& dū flet̃: tota die parꝫ pfecit:& flammā rogi circa ueſperā uidit quo tpe p naturā ignē uidere potuit:& etiā in cōſuetu dine erat q̧ cadauera p diē nō urerent̃.Deide tota na uigās nocte & ſequentis diei pte ad ſiciliā uenit. Cer tus:indubitabiliter pergens:Aut certus æneas.i.ſolers & ſtrēuus:ut equidē p littora certos Dimittā. Atros aqlone:Quos aqlo nup flans atros fecerat.Tēpeſtatis enī hæc eſt natura: ut reliqas uēti teneat etiā ĩ alterius flatu. Atros:Ait Pli.nō eſſe maris certū colorē:ſed p uentoꝝ qualitate mutari:& aut flauū eſſe:aut lucuiē tum aut atrū. Collucent:in honorē enim regis cū fa culis procedebat̃ a populo hinc de Pallante Lucet uia lōgo ordine flāmaꝝ:Poſtea etiā funebres lectos pfer re cœperunt:Vnde in ſexto Vel quæ tyberine uidebis Funera cū tumulum præter labere iacentem. Quæ tantum:Ait Varro æneā ab anna eſſe adamatū.Quā uis enim plurimū interſit tēpus:tamen lectū ē. Duri magno: neſciebant cauſas. Sed coniecturis illuc fere bant̃.Multi dicunt ducūt.i.lacerant:ut ad dictas duas cauſas tertia accedat.Percellebat inquit animos troia norū quo naſcebant̃ duri dolores amore polluto qđ notus erat fœminæ furor qđ ignem rogi uidebant.i. omen nauigantibus triſte:ut per triſte ualde triſte ſed ſi ſic intellexerimus tertio dicto congruit tātum:non etiam ſuperioribus:Nec enim troiani nauigantes po terant aut de amore aut de furore Didonis eſſe ſollici ti. Rates:pro nauibus abuſiue ponitur.

CHRI. Fluctuſq; atros: uarii.n.uēti uarios mari colores afferūt:ut appet apud Homerū. Reſpiciens: Ex amore.Nam quāuis italiā:ut deo obſequeret̃: pe teret.Tam ē non poterat nō moueri amore:quē erga

Didonem gerebat. Diſcedere.n.æneā a didone nihil aliud eſt:ut in allegoriis oſtēdimus: q̄ uię ægregium a io ue p Mercuriū mōitū.i.a deo p doctrinā eruditum a uita actiua ad cōtemplatiuā tranſire Sed cum nōdum in eo uirtutū genere q̄ animi iā purgati dicūt cōſiſtat:ſed i uirtutibus purgatoriis conſtitutus ſit q̄uis diuina pce pta qbus cæleſtia cōtemplari:& terrena deſpicere iubemur ſeq decreuerit:tamē nō pōt non cōmoueri cupidi tate reg̨ terrenag̨ præſertim eag̨ in qbus uirtutes ciuiles uerſant. Nā bene regere ſe domūq; ſuā ac etiā remp. nō minima uirtus eſt:neq; damnatur uita actiua:quæ a iuſtitia nō diſcedat. Nā ſi legit Maria optimā partem elegit:ſequitur q. & Martha bonam potuerit eligere. Sed de his plenius diſputauimus in primo libro chamal dulenſium q̄ſtionū. Cauſa latet:neſciebat quidē ſed uis polluti amoris & furor fœmineus cōiecturam facie bant ignes eſſe rogales q. dido ſe interfeciſſet:quod eos triſtitia afficiebat:quoniā eſſet illud malū augurium.

SER. Olli:tunc aut illi. Supra caput: ineuitabi/lis:peſtifer : nec ſimpliciter dictum eſt:cum omnis i/ber ſupra caput ſit. Tenebris : & noctis & nubium. Ipſe:Qui debuit eſſe ſolatio. Quia nam:cur aduer bium eſt interrogantis:quo uſus eſt bis:Hic & in de/cimo Cælicolæ magni quoniam ſententia uobis Ver ſa retro. Colligere:contrahere:non penitus depone/re:nam dicit Obliquatque ſinus inuentum. Arma: uela. Auctor:ſcilicet noſtræ nauigationis:uel loqui/tur ſecundum uſum nec ſi huius rei auctorem ſe iup piter faciat. Sed cur hoc dicit : cum Apollini hoc det ſcribens Tot maria itraui duce te:Sed legimus Quæ phœbo pater omnipotens : & ſpecialiter nauigatiōis ex africa auctor eſt iuppiter. Tranſuerſa:aduerbium factum de nomine:ut Rauca ſonant. Nam nomen & aduerbium ſæpe tranſeunt in ſe:ut Toruumq; repē/te clamat:item aduerbium in nomen : ut Dum ma/ne nouum : & Perſ.iam cras heſternum conſumpſi/mus ecce aliud cras. Sed nomen in aduerbium tran/ſiens fit indeclinabile. Aduerbium autem in nomen fit declinabile:Plau. A mani ad uerperum. Mane autē propter tetraptoton non dixit. Cum enim i alienum ius tranſeunt hæ partes nō ſuis:ſed earg̨ ad quas trā ſeunt utuntur poteſtatibus dumtaxat in declinatiōe. Nā tempog̨ rationē ſuam ſeruant:ut hic. Nā cum ad uerbia a i ultimis producāt : ut fruſtra:ide. Et fruſtra cerno te tendere cōtra:Tamē hic torua ſecundum rō nē nois corripuit. Et ueſpe.ſ.quo tēdimus:nec ſine rōne poſt generalitatē addidit ſpeciē. In nubē cogi/tur aer:nā aeris denſitas facit nubē:ut Denſat erant q̄ rara mō & q̄ dēſa relaxat. Sequamur:fortunā.ſ. Nec littora longe:ſaudet a facili. Fida:pp Aceſtis affinita tem. Fraterna:pp erycē butæ & ueneris filiū. Secun/dum alios Neptunni & ueneris. Sicāos:corripuit ſi alibi pducit:ut Sicāio ptēra ſinu. Rite.i.ſi rite reme/tior aſtra cælo ante ſeruata.ſ.ante tēpeſtatē:colligit āt uicinitatē ex rōe curſus qa pitus horis colligit: q̄s idi cāt ſydera. Iādudum:nō tātum heroicum eſt q. dat æneæ pitiā gubernādi:ſed etiā ad pœconomiā ptiet.

Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctē hyemēq; ferēs:& ihorruit unda tene/
Ipſe gubernator puppi palinurus ab alta (bris
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi:
Quidue pr̄ neptūne paras:ſic deide locutus
Colligere arma iubet:ualidiſq; icūbere remis:
Obliquatq; ſinus inuentum:ac talia fatur
Magnanime ænea nō ſi mihi iuppiter auctor
Spondeat:hoc ſperem italiā contingere cælo:
Mutati tranſuerſa fremunt: & ueſper ab atro
Conſurgunt uenti:atq; in nubem cogitur aer:
Nec nos obniti contra:nec tendere tantum
Sufficimus:ſuperat quoniā fortūa ſequamur:
Quoq; uocat uertamus iter:nec littora longe
Fida reor fraterna erycis:portuſq; ſicanos:
Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.
Tum pius æneas equidem ſic poſcere uētos
Iamdudum:& fruſtra cerno te tendere cōtra.
Flecte uiam uelis:an ſit mihi gratior ulla
Quoue magis feſſas optem dimittere naues:
Quā quæ dardāiū tellus mihi ſeruet aceſtē:
Et patris anchiſæ gremio complectitur oſſa.
Hæc ubi dicta:petunt portus : & uela ſecūdi
Intendunt zephyri:fertur cita gurgite claſſis:
Et tandem læti notæ aduertuntur harenæ.
At procul excelſo miratus uertice montis
Aduentum:ſociaſque rates occurrit aceſtes
Horridus in iaculis:& pelle libyſtidis urſæ

Dicturus eni eſt. Et ipſe ratē nocturnis uexit i horis. Flecte ui.i.terra nos flectimus de uia:i mari ipſam uiam flectimus. Feſſas na.i.nos feſſos. Dardaniū.a.ut ſupra dixius Hippotes filiā ſuā ægeſtā ne ad cetos relegaret nauiculæ ſuperpoſuit:& miſit quo ſors tuliſſet:hanc ad ſiciliam delatam criniſius fluuis amplexus eſt:cōuerſus i canē:unde aceſtes ē natus. Seruat:tenet:ut & tātas ſeruabat filia ſedes. Secundi:iā ſecundi poſt cōuerſiōnem. Tandē:uacat:ut & quo ſub cælo tandē:nā cur tandē cū dicat fertur cita gurgite claſſis. Miratus:is qui mirabat : aut certe miratus occurrit. Horridus:terribilis. Libiſtydis.u.aut re uera urſæ:aut feræ africanæ.

DONA. Atro aquilone:At qui non eſt aptus aquilo ex africa in italiam nauigantibus:Sed uel poſuit ſpeciem pro genere:uel nauigabat aquilone:quia ex ſecundo iouis præcepto ſtatuerat carthaginem relinquere quo cunque illo ferrent uenti:ut etiam aquilone flante enauigaret quo illi ferrent.

Caput CHRI. Imber:q maiori impetu fert. Nā pluuia lentior ē & magis iugis. Caput:a capiēdo dicit:qa omnes
Capil/ ſenſus capiat:qd alii membro nō cōtigit:inde capilli capitis pili. Validis remis.i.pos ualidos incūbere remis.
li Ipſe.q.d.cui credendum erat pp rei ſcientiā. Ab alta.p.i.e loco quo cūcta recte pſpicere poſſet. Hoc cæ.hæc qualitate cæli.i.aeris. Optime autem iouem noiat:& qa diis oibus peſt:& qa aer interpretatur. Oſtendit autem nō uanū fuiſſe triſte auguriū:quoniā ſecuta ſit atra tēpeſtas. In nubē:ex uaporibus.n.a terra aſcendētibus c

denſatur aer:& partes i illo denſiores uertūtur i aquā.Hæc.n.mutua ē elemētoꝝ cōuerſio:ut ætheris craſſio/
res ptes in aerē:& aeris in aquā:& aqua in terrā uertantur:& rurſus ſubtiliores terrarum i aquā & aquæ in ae
rē & aeris i ætherē uertant̄.nihilq; ex ipſis depit:ſed mutua fit cōuerſio. Erycis:eryx quartus fuit a Neptun/ Eryx
no:Neptūni.n.filius fuit Amicus Amici āt Butes:Butes āt ex Venere genuit erycē:q teſte Diodo.eiuſdē iſulæ
uiro rex ſiciliæ fuit:q ob maternū genus in maxima gloria fuit:& in eo mōte:quē a ſe denominauit urbē con
didit & i arce tēplū matri poſuit multis donariis ornatū:quod uetuſtate ipſa creuit:nā & æneas i italiā uenies
illud uehemēter excoluit:deinde multis ſæculis illud ſiculi celebrarūt.Pie etiā carthaginēſes coluerūt: poſtre/
mo romani i eo oēs ſuperarūt.Quiſqs.n.cū impio in iſulā ueniebat:donis tēplū ornabat:& ludis & mulieꝝ
cōſuetudine oi abiecta triſtia hilare ſacra faciebāt.Sed quod maximū fuit.xvii.ex ſiciliæ urbibus huic tēplo au
rū pēdere iuſſerunt additis militibus qui templum cuſtodirēt:hæc Diodo.Stra.āt ēt ſcribit illud ſingulari ue
neratione coli:& antiqtus mulierum frequētia refertū illius miniſteriū dicataꝝ:q̄s & ex ſicilia & ex externis
regionibus multi locarāt.Hac tēpeſtate & ipſa colonia & tēplū pene deſolatū ē.Sed & romæ eſt ante portam
collinā tēplū:qđ appellāt erycinæ Veneris:cui cum æde ſacra inſignis adiacet porticus:Cæteꝝ mons ipſe dre/
pano propinquus eſt. Superat quoniā for.ſ.oſtendit prudentis eſſe fortunæ cedere & i ſeruiēdū tpi:quare pri
us autē eſſet parentandum anchiſæ q̄ eundum in italiam in allegoriis dictū eſt. Petunt:petimus cū rōne: Ap Peto
petimus cum affectu:expetimus honeſta. Fertur.c.g.e.ipſa compoſitio uerboꝝ celeritatem fugientis nauis: cū cō/
& ſonitū quē edit nobis ante oculos pōit. Tādem:potius ad deſideriū:nā aio cupienti nihil ſatis feſtinat̄:q̄ ad poſitis
lōgitudinem tpis refertur nā nauigatio breuis & celerrima fuit. Lybiſtidis:puto uoluiſſe ſignificari fabulam
ibiſta enim ſiſiphi filius condidit in ſicilia uebem de ſuo nomine appellatam:Syluius Sed decus haud ullum
pulchrius oris q̄ q̄ formauit nomen ibiſtæ.

Troia criniſo conceptum flumine mater
Quē gēuit ueterū non imemor ille parentū.
Gratatur reduces:& gaza lætus agreſti
Excipit:ac feſſos opibus ſolatur amicis:
Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat æneas:tumuliq; ex aggere fatur
Dardanidæ magni genus alto a ſanguie diuū
Annuus exactis completur menſibus orbis:
Ex quo reliquias diuiniq; oſſa parentis
Cōdidimus terræ:mœſtaſq; ſacrauimus aras:
Iāq; dies(niſi fallor adeſt)quē ſemp acerbū:
Semper honoratū(ſic dii uoluiſtis)habebo.
Hunc ego gætulis agerem:ſi ſyrtibus exul
Argolico ue mari deprēſus & urbe mycene:
Annua uota tamen: ſolēniſq; ordine pompas
Exequerer:ſtruerēmq; ſuis altaria donis.
Nunc ultro ad cineres ipſius:& oſſa pentis
Haud equidē ſine mēte reor:ſine numīe diuū
Adſumus:& portus delatis itramus amicos.
Ergo agite:& cūcti lætū celebremus honorē.
Poſcamus uētos:atq; hæc mea ſacra quot ānis
Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum uobis troia generatus aceſtes
Dat numero i capita:diuos adhibete penates
Et patrios epulis & quos colit hoſpes aceſtes.

SER. Gaza:ois fructus eſt. Fugat:poetice dixit:
nā ſtellæ affixæ cælo ſunt p̄ter planetas: & a ſtando di
cuntur. Dardanidæ magni:frequēter ut diximus ad
opus ſuū Vir.aliqua ex hiſtoria deriuat:nā ſic oīa in/
ducit q̄ſi diuini honores ſoluant̄ Anchiſæ:quos con/
ſtat.C.Iulio Cæſar feciſſe Auguſtū: & bene dicit Ge/
nus altū a ſanguine diuū:nā p tacitā œconomiā oſten
dit debere Anchiſen generis ſui honorē mereri:unde
ē Diis genitæ & geniture deos. A ſanguine.d.diuū āt
& deoꝝ ſæpe indifferenter ponit q̄q̄ ſit diſcretio ut de
os ppetuos dicamus:diuos āt ex hoie factos q̄ſi q di/
em obierint : unde diuos & ipatores dicius:ſed Var.
& Atteius cōtra ſentiūt dicētes diuos ppetuos:deos q
pp ſui cōſecrationē timent̄:ut ſunt dii manes:qđ tan
git i.xii.Turni ſic eſt affata ſororē:Diua deā ſtagnis q̄
fluminibuſq; ſonoris p̄ſidet. Annuus or.q̄ mēſes i
ſe currūt:& annū faciūt unde annulus q̄ſi & annus:ſic
alibi:Atq; i ſe ſua p ueſtigia uoluitur annus. Diuini:
aut laus ē:ut diuini opus alchimedōtis:aut uaticinan
tis:unde eſt Nūc repeto anchiſen fatoꝝ arcana reliqt.
Aras:mediū ſe p̄bet:nā & hominem fuiſſe nouit &
uult eū ex cōſecratiōe numē effectū. Nā mœſtas aras
& hominē ptinet.i.diis manibus cōſecratas & qđ pau
lo poſt dicit Altaria liqt ptinet ad diuinitatē poſt apo
theoſin:unde eſt & adytis:quæ ſunt tēploꝝ:& ſucceſ
ſit tumulo:quod ē hominū. Niſi fallor:nō quaſi ne/
ſcius dixit:ſed propter anni confuſionē. Nā ante Cæ/
ſarem cuius rationē de anno nunc ſequimur interca/
labant dies ut in uerrinis legimus.ſ.lunæ nō cōgruen
te rōne. Annum autem primo Eudoxus:deinde hip
parcus:deinde Ptolemeus:ad ultimū Cæſar dephen/
dit. Acerbū:pp pditū patrem. Honoratū: quia de/
us ſit effectus. Sic dii.u.De diis ſemp ſalua ueneratio
ne loqtur:ſicut in tertio: Sic uiſum ſupis. Agerem:
eſſem & bene aut deſertos aut hoſtiles memorat lo/
ca. Argolico:ionico & adriatico. Dephenſus:occupatus & proprie nauigantiū ē: ut Deprehenſis olim ſta/
tio grauiſſima nautis. Mycenæ:ut urbem pataui:& græce uſus ē ſingulari: ut Iuue. Atq; uetus thebæ cētum
iacet obruta portis:& ab eo q̄ eſt mycenæ mycenes dixit mycena mycenæ: uel eſt mycene in ablatiuo. An/
nua uota & pom.Hæc quaſi numini. Suis do.congruis:ſunt.n.tantū ſuperorū:Munera ſunt inferoꝝ: ut in
buco.Phœbo ſua ſemp apud me ſunt munera lauri. Nunc ultro:argumentū a minori ad maius. Vltro.i.ul
tra.i.ſuper uel ſpōte ſua nō uolentibus nobis.Quaſi uelit tēpeſtatē ortā nō ut ab italia arceretur : ſed ut ſacra
renouarent̄ anchiſæ. Honorem:non dixit exequias:nam & uentos quaſi a numine uult petere. Poſita:con

ſtituta:ut Et poſuerunt in montibus urbem. Dicit autem petamus etiam hoc ut uelit nos etiam in urbe con ſtituta ſingulis annis ſacra perſoluere. In naues:per naues. Multa enim ſignificat:ut ſupra diximus.

DONA. Occurrit:impacientiam cupientis gratulari ſignificat. Et pelle:refert habitũ paternũ. Erat eni natus ex fluuio: & fluuii pene nudi ſine ambitione ueſtiũ pingunt. Agreſtis:ſunt epulæ de qbus ait in buco. Sunt nobis mitia poma Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis. His addere poſſumus oua & herbas.

Gratator Gratulor Gratificor Stellæ CHRI. Gratatur:grator te & gratulor tibi dicimus.i.lætũ me pro tua re proſpera prebeo. Gratificari aũt rẽ gratã facere:& habet neſcio quid coniunctũ cũ adulatione Sal. in iugur. Niſi forte quẽ inhoneſta & pernitioſa libido tenet paucorũ potẽtiæ decus atq; libertatẽ ſuã gratificari. Lætus:liberalis:nã liberales læti dãt. Sic cõtra Teren. dixit Inuitat triſtis quali inuitus. Nã iſti nõ dant læti. Solatur:nã pteritas anguſtias rerũ pſentiũ copia ſolari poterãt. Stellas:quæ oẽs dicunt fixæ octauo cælo. Nõ quin ipſe quoq; contra ſuũ cælũ nõ eant: ſed adeo tardo ſunt motu:ut moueri nõ uideat:nã cẽteſimo fere anno gradũ unũ qui eſt trigeſſima pars unius ſigni: quæ duodecim ſunt conficiunt:unde totus zodiacus peragitur ſex & triginta milibus annorum. Stellarum numerus incognitus eſt aſtronomis. Mille.n.& ſexcẽtæ ſunt ſolũ illæ:quarũ cognitionem hẽnt q̃ quidẽ duo ac ſeptuaginta ſigna cõficiũt:ut ſi exempli cã dicamus cygnũ i cælo eſſe unũ ſignũ & arietem aliud ſignũ & cygnũ qdẽ habere ſtellas.xiii. Arietẽ.xviii. ergo ſtellas dicimus illas ſingulas. Configurationẽ autẽ ex multis ſtellis appellamus ſigna:q̃uis minores aſtrologi ſigna ſolũ dicant illa.xii.quæ ſunt in zodiaco.ſ. Arietẽ:taurũ:geminos:cancrum:leonem:uirginem:libram:ſcorpium:ſagittarium:capricornum:aquarium:piſces. Reliquas ãt cõfigurationes imagines & non ſigna nominãt:ſed apud ſcriptores promiſcue & ſigna & imagines inuenimus. Præter aũt has omnes ſtellas ſeptem aliæ ſunt nõ in octauo cælo ut illæ:ſed ſingulæ in ſingulis ſeptẽ cælis inferioribus ut in ſeptimo ſit Saturnus: i ſexto iuppiter in qnto mars: in q̃to ſol:in tertio uenus:i ſecũdo mercurius: in primo luna: & hæ ſtellæ planetæ dicunt.i.erratiles:nã πλανουμαι græce erro ſignificat quia manifeſto cernunt cõtra ſuũ cælũ ferri niſi retrogradi ſint. Cœtũ:cõciliũ ut Et cœtu cixere polũ. Exaggere: nã qui uerba habent ad populum:ex loco ſuperiore fantur. Dardanidæ.m.captat beniuolẽtiã a nobilitate: quã cũ cõmemorat:oſtẽdit eẽ cauſam ne deſerãt honores Anchiſæ:& facit rẽ uериſimilẽ. Facile.n. põt ere di ex genere a diis profecto oriri aliquẽ deũ. Annus:apud antiquos annus qa ex reuolutiõe ſyderum ẽ triplex notat. Minor.n.ẽ ex reuolutiõe lunæ:q̃ cũ terræ proxima ſit uehemẽter i corpora agit. Cõſtat ãt ex diebus uiginti & octo:Celerrima ẽ pp breuitatẽ ſuæ ſperæ:& quoniã ẽ pxima terræ uidet maiori reliqs ſyderibus:excepto ſole:& tamẽ minima ẽ oium excepto Mercurio. Poſt hũc eſt annus ſolaris:q uere annus dici põt:quia curſu ſuo oĩa tpa diſtinguunt. Efficit.n.lucem:effugit tenebras:mane:meridiẽ:ueſpũ:efficit uer: æſtatem autumnũ:hyemẽ totũ denicq; zodiacum trecentis ac ſexagintaquinque diebus & bene ſemiſſe pagit:ac præterea centuſſe ideſt centeſima parte unius diei. Ergo ut omittam annum priſcorum romanorũ: de quo explicatiſſime dicitur apud Macrobium Iulius Cæſar dictator prius ad rationem mathematicorum ut etiam ægyptii faciebant. Romæ annum redegit:qui conſtaret ex.ccc.&.lxv.diebus & quadrante:& quoniam ſingulis annis quadrantis ratio hẽri nõ poterat inſtituit ut quarto quoq; anno dies unus intercalaret poſt uigeſſimũ quartũ diẽ februarii.i.vi.nonas martii:& quoniã is dies bis repetebat:bis ſexto dictus ẽ. In capita:p capita: ut Digerit in numerũ.i.p ordinem. Aliquãdo ſignificat ſimilitudinem:ut curuatus in arcum ideſt in ſimilitudinem arcus.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit:radiiſq; retexerit orbem:
Prima citæ teucris ponam certamina claſſis:
Q uiq; pedũ curſu ualet:& q uiribus audax:
Aut iaculo incedit melior leuibus ue ſagittis:
Seu crudo fidit pugnam cõmittere ceſtu.
Cũcti adſint:meritæq; expectẽt prẽia palmæ
Ore fauete omnes: & cingite tempora ramis.
Sic fatus:uelat materna tempora myrto:
Hoc helymus facit:hoc æui maturus aceſtes:
Hoc puer aſcanius:ſequit quos cætera pubes.
Ille e concilio multis cum milibus ibat
Ad tumulũ:magna medius comitãte caterua.
Hic duo rite mero libans carcheſia baccho
Fundit humi:duo lacte nouo:duo ſanguie ſacro
Purpureoſq; iacit flores:ac talia fatur.
Salue ſancte parens iterum:ſaluete recepti
Nequicq̃ cineres:animæq; umbræq; paternæ.
Non licuit fines italos fataliaq; arua:

SER. Si nona diẽ:nõ de die q certus ẽ dubitat:ſed de ſerenitate. Vnde paulo poſt. Serena iã luce: & eſt ſciendũ:quia apud maiores ubicunq; quis fuiſſet extinctus ad domũ ſuã referebatur:& illic ſeptẽ reſeruabatur diebus. Octauo die incẽdebatur: nono ſepeliebat. Vnde & Hora. Nouẽdiales diſſipare pulueres:nã & ludi q i mortuorũ honorẽ celebrãtur. Nouẽdiales dicũtur:ſciendũ qa ẽt domi ſuæ ſepeliebantur unde ẽ orta cõſuetudo ut dii pẽates i domibus colant. Prima:re uera pria:nã cætera nõ ea quo dicit editurus ẽ ordine.

Et uiribus au.hoc ad oĩa ptinet. Aut iaculo ĩce.m. ideſt iactu ulociũ ſagittarũ:ut Vacet ne:ſic iſta iũxit i nono iſidiis iaculo & lõgẽ fallẽte ſagitta:hoc ẽ in actu lõge fallẽtis ſagittæ: nã nõ exibuit iaculatores. Crudo cæ.crudeli uel duro:& diphthõgatur cæſtus quãdo pugilũ arma ſignificat: & pluralẽ hẽt numerũ & ẽ quartæ formæ. Ceſtus ãt ceſti ſine diphthongo tantũ ſingularis numeri ẽ:& ſignificat cĩgulũ Veneris. Palmæ.i.uirtutis:cõſequens pro pcedẽti poſitum. Ore fa.apto ſermone & ſacris ludis utitur:nã in ſacris taciturnitas i ludis neceſſarius ẽ fauor. Fauet qs ore ẽt per taciturnitatẽ. Hora. Fauete linguis carmina nõ prius audita muſarũ ſacerdos. Cingite.t.r. Ex more romano:ubi oĩs ætas coronata ludos ſpectabat: qd oſtẽdit p Aeneã Aceſtẽ & Aſcaniũ:p quos oẽs oſtẽdit ætates. Materna:uel qa filius uel quia Veneris ſacrificaturus

marito. Helimus:prīceps troianoꝝ:q dicit̄ tres ī ſicilia cōdidiſſe ciuitates. Aeui ma.honeſtius q̄ ſi æuo maturus diceret. Ritu:ſecūdū ritum ſacrificii:quod exigebat:ut libaret de mero baccho.i.puro uīo. Carcheſia: genus poculoꝝ. Humi:terræ. Nouo:uel ſtati mūcto:uel poſt fœtū:quod coluſtꝝ dicit̄ neutro genere. Sanguine ſa.ſcilicet uictimaꝝ.Sacrificat āt pti q̄ſi mortuo numero pi:pti q̄ſi deo numero ipari: ut cædit qnas de more bidētes. Nā numero deus impare gaudet. Purpureos:ad ſanguinis imitationē ī quo ē ſedes animæ:ſic i.vi.Purpureos ſpgā flores.Itē purpureaſq; ſup ueſtes uelamīa nota.Fit ut ſedis ſuæ cognoſcat imitationē. Salue:ſalue & uale ſecūdū Var.i logiſtoricis ſynonima ſunt:unde his & ī ſalutatiōibus & ī execratiōibus utimur Terē.Valeāt q iter nos diſſidiū uolūt:unde hæc ēt mortuis dicimus:nō q eis optemus ſalutē : ī qbus nulla eē pōt:ſed ut.ſignificemus ita nos digredi:ut oſtēdamus illos nūq̄ in noſtrā cōmunionē eē uēturos.Diſtigue etiā ā quo tpe ſepeliit dixit ſalue & uale. Recepti ne qcq̄ ci.cieres ꝓ ipſo pīe poſuit:ac ſi diceret Salue pr̄ de troia libertate ſine cā pp qd̄ ſeqt̄ Nō licuit fines italos fataliaq; arua.Recepti iteꝝ.Alii ad hiſtoriā referūt ſupradicta diſtictiōe mutata ut dicāt.Recepti iteꝝ cineres ſemel ex troia:ſemel a Diomede q dicit̄ oſſa eius eruta cū Palladio tediſſe. Neqcquā:autem ſecūdū epicureos q dicūt oia perire cū corpore. Animæq; umbræq;: Plato & Ariſto.& oēs piti dicūt ī hōie q̄tuor eē aias.Aliā uitalē:ut ī uermibus q tātū mouētur.Aliā ſēſualē:ut ī mutis aialibus i qbus ē ſenſus timoris & gaudii.Tertiā itelectualē ut ī hōibus q & cogitare & iudicare poſſūt. Eſt quarta ītra cēs q̄ phyſice dicit̄ ī herbis & arboribus:q̄ motu carētes oriunt̄:creſcūt & occidūt.Homo hoꝝ oīum pticeps ē:unde Salu.Alteꝝ nobis cū diis alteꝝ cū bellnis cōe ē.Si āt quatuor ſunt animæ: totidem erunt umbræ:ut ſi quis inter geminas ſit lucernas geminam umbram creat.Hoc de animis etiam Lucre.tradit:ſed nō tantū ueritati ſtudet q̄tū ſectæ epicureæ.Alii tamen dicunt umbræ eſſe genitiui ſingularis ut ſit cineres animæ & umbræ paternæ quod non ualde probandum:quod nec umbra nec anima cineres habeat.

DONA. Nona di.pſcripſit tps ludoꝝ ſi tātū aeris tēperies eēt & id ipſū nec nimis ꝓpinquū ut poſſet ppa rari celebritas:nec nimis lōgiquū ne hēret diutinæ expectatiōis tediū. Almū:trāqllū debemus accipe.Edixit āt ludos nō ipudicos:ut mimi ſūt ſed fortes & qbus uirtutes ī hōie accendunt̄. Spectet:uel uideat uel ſperet. Meritæ:pmōet q recto iudicio attribuet̄ palma. Ore fa.i ſacris hoc ſignificat īdicere ſilētiū: hic uero admonet ut lætis clamoribus fauorē accōmodēt. Hoc hely.aceſtes & aſcāius:qa oī ætati cōgruebat iteꝝ:nā prio ſalutauerat:cū ſepeliit. Sācte:ut ſignificet iter deos receptū:nā ī ſecūdo li.qa uiuus erat:& ab eo minime diuelli uolebat nō ſancte dixit:ſed care. Aīæq; umbræq;:caſus genitiui ē ī ſingulari. Rurſus: qa inimicoꝝ manibus fuerāt effoſi & iteꝝ ſua opa cōditi:qd̄ beneficiū cū ſēſerit mortuus dixit neqcq̄:& bene dictū ē ex pſona filii quiuo q̄ mortuo beneficiū pſtare maluiſſet. Nō licu.pp qd̄ ī tertio dixit Heu tātis neqcq̄ ereptæ piclis.

CHRI. Aurora:pria pars lucis nōdū ſole apparente dicta ab auri colore:quo oriens ueſtit̄ cū apparet.Appellat̄ & matuta:hic dicimus matutinū tpus. Certamina: mos fuit apud priſcos ut in honorē maximoꝝ uiroꝝ pſertim eoꝝ q ī bello oppetiſſent funebres ludi exhiberent̄.Fuerūtq; priæ iferiæ:ut ex captiuis nonnulli ad tumulū mactarent̄:hic gladiatoꝝ munus originē ſumpſit.Primi āt ludi funebres quoꝝ memoria extet īſtituti ſūt ab Hercule ī honorē Pelopis eius attaui & ioui cōſecrati:dictiq; ſunt olympici:qa apud olympū arcadiæ mōtē celebrabant̄ ī piſæis finibus:hos iter miſſos Iphitus eius filius īſtaurauit: hic initiū habuit prima olympias.Hi ludi iā expleto quarto anno qnto icipiēte agebant̄.Primus ī illis ipſe Hercules conatus eſt. Qui cum a bello ad ſacra cōuerſus eſſet ēt a diis ſecundū Diodo.munera accepit a Minerua peplū a uulcāo clauā:& thoracē. Dedit Neptūnus equū:Mercurius enſē:Apollo arcū:& illo uti docuit:Ceres pua myſteria ad purgādā cētau:oꝝ cædē illi oſtēdit.In his ludis uictores oleaſtro coronabātur.Secūdi fuere phocēſes poſt phytonē ſerpētē ab Apolline cæſū ī Apollinis honorē cōſtituti.Eratq; uictoribus corōa ex lauro:Tertii achæi ī iſthmo obidq; iſthmi dicti ī honorē Polemonis:quē latini Portunū nomināt:q ex Melicerta hōie deus marinus effectus ē.In his corōa ex pinu uictorib₉ decernit̄.Quarti argolici:q nemæa nemæa ſylua nominant̄ ī Archemori honorē inſtituti ſunt.Hic enim puer Lycurgi filius fuit:& Ophelces appellatus.Veꝝ a nutrice dū fontē argiuis ī thebanū bellū ꝓficiſcētib₉ temer̄ humi ſlictus a dracōe ictus piit.Argiui āt ī patris ſolatiū illi ludos inſtituerūt:& qa pricipiū fati inde cœptū ē pro Ophelto Archemorē appellarūt.Eſt illis corōa ex apio uel ut ex herbæ humilitate ætas īfantilis exprimeretur: uel quia in apio iacēs extinctus ſit.Hæc igit̄ erāt pcipua genera ludoꝝ ī græcia q̄uis & pleriq; alii extarēt:ut ī actica ubi celebrabāt ludos Mineruæ in ægina Aeaco ī Arcadia lycæo ioui:Teſpiis amori:Oropi Amphierao:Argis:Iunoni:& alibi aliis. Palma:ac arbore donant̄ uictores:nō ſolū qa ſemp uireat:qd̄ ſibi cōe cū multis ē:ſed quod adeo pſeuerāti motu erigit̄ ut ēt oīa grauiſſima ſufferat. Sūt qdē palmæ ī Europa uulgoq; ī italia:ſed ſteriles.In maritimis hiſpaniæ fructū ferūt:ſed imitē. Dulcem ī aphrica:ſed cito euaneſcentē.In oriēte uero plurimi ex hoc fructu uina faciūt. Alii ēt panē.Alii ex eo pecudes ſagināt.Nulla ſpōte ſua naſcit̄ niſi ī calida terra:nulla frugifera niſi ī feruida.Mas ē & fœmina: plurimæq; fœminæ uni mari circūſiſtunt:quo remoto ſterileſcūt.In cypro q̄uis nō matureſcat dulcis tamē ē:Aſſyria & per ſyluas palmaꝝ cæduas hēt: & ad lautiora utit̄:nouelli fructus intus lignū nō habēt:unde a ſpadonibus nomen ſumpſerunt:differunt colore ut fici candidi:tamen gratiores. Cineres: hic mos apud romanos fuit : ut cōſueta comburerent:quā cōſuetudinē oſtēdit ī Miſeni funere.Fuit ēt & apud alios:nā cū Pli.ponat eē ſpeciē lini q nō urat̄ addit regū funebres tunicas ex hoc lino corporis cieres a reliquo ſeparare cinere.Nō tamē apud oēs cōburebant̄. Neq; ſemp romæ cōbuſta ſunt.Aegyptii uero tāto artificio cadauera cōdiebāt:ut ne pili qui Sepe deciderent defluerent. Quapp multi ita ſuos domi habēt:ut multaꝝ ætatū ꝓgenitores ſuos cōſpicere poſſint q̄ti liendi ſtatūræ & habitu corporis ac forma & laniamētis itegris ait Hero.& Diodo.Idē Diodo.refert quoſdā eē ī æthiopia populos:q cadauera ī flumē iaciāt:id optimū ſepulchꝝ putātes aut uitro circūlitos domi ſeruāt Aliqui fictilibus cōdūt:ac infodiūt.Idem refet ī balearibus inſulis cadauera in funere fuſtibus confringi ſolere:ac mox mos

ſictilibus cōdita multo lapide obruere.Herodo.ſcribit æthiopas quos a lōga uita macrobios appellāt cadauera deſiccare:deinde pingendo ad priſtinā figurā reducere:deinde colūnis admixos ad annū domi retinent quo exacto magna pōpa p urbē circunferunt:Naſamones mortuos ſedentes i ſepulchro collocāt.Cauent ēt ne os aliter q̄ ſedēs animā emittat:Maſſagetæ eos q morbo peūt:ut ipſos & dignos q a feris lanient obiiciūt. Caſpii eū q ſeptuageſimū annū exceſſerit i ſolitudine exponūt:q ſi ab auibus lanief fœlix creditur : ſi a feris:aut canibus nequaq̄ ſi a nullo iſœlix.Quidā i india uulturibus mortuos exponūt. Aſſyrii in melle cōdūt & cæra obliniūt.Sabæi,p ſtercore cadauera hñt:& i ſterqlineis ēt reges ſepeliūt.Magi nō humāt corpa:niſi antea a cāibus lanief:i hircāia plebs cōes alit eās optimates domeſticos ut ab eis laniēt.Plutonē aiūt primū funera iſtituiſſe.

Nec tecū auſonium:quicūq; ē quærere tybri.
Dixerat hæc:adytis cū lubricus āguis ab imis
Septem ingens gyros ſeptena uolumia traxit
Amplexus placide tumulum:lapſuſq; p aras
Cæruleæ cui terga notæ maculoſus:& auro
Squamā incēdebat fulgor:ceu nubibus arcus
Mille trahit uarios aduerſo ſole colores
Obſtupuit uiſu æneas:ille agmine longo
Tandē inter pateras:& leuia pocula ſerpens
Libauitq; dapes:rurſuſq; innoxius imo
Succeſſit tumulo:& depaſta altaria liquit.
Hoc magis incœptos gēitori īſtaurat honors
Incertus geniū ne loci:famulum ne parentis
Eſſe putet:cædit quinas de more bidentes:
Totq; ſues:totidem nigrātes terga iuuēcos.
Vinaq; fundebat pateris: animamq; uocabat
Anchiſæ magni:maneſq; acheronte remiſſos:
Nec non & ſocii:quæ cuiq; eſt copia læti
Dona ferunt:onerātq; aras:mactātq; iuuēcos
Ordine ahena locant alii:fuſiq; per herbam
Subiiciunt uerubus prunas:& uiſcera torrēt.
Expectata dies aderat:nonamq; ſerena
Aurorā phætontis equi iam luce uehebant:
Famaq; finitimos:& clari nomen aceſte
Excierat:læto complerant littora cœtu
Viſuri æneadas:& pars certare parati.
Munera principio ante oculos circoq; locāt:
In medio ſacri tripodes:uirideſq; coronæ:
Et palmæ pretium uictoribꝰ:armaq; & oſtro
Perfuſæ ueſtes:argenti aurique talenta.
Et tuba cōmiſſos medio canit aggere ludos.

SER. Quicūq; ē:tedio lōgæ nauigationis hoc dicit. Lubricus an.labilis alias locū dicit:ut per lubrica ſurgēs. Septē gy.p magnitudinē loci geniū uult probare.Nullus eni locus caret genio:q p anguē plerunque oſtēdit:Perſi.Pinge duos angues pueri ſacer ē locus extra me ite diſcedo.Locus ex Home.qui inducit græcos apud aulidē omē decennalis belli ex ſerpente collegiſſe:q ēt matrē cōſumpſit nouē pullis comeſis: ſic & nūc.vii.gyris finē erroꝝ æneæ oſtēdit q ſeptē annos durarūt:& ē optimū figmētū. Annus.n.ante iuētas litteras idicabat picto ſerpēte ore caudā tenente:q annus i ſe recurrit. Gyros:nomē legimus: nomē ex īde nō iuenimus. Incēdebat:illuſtrabat. Agmie lō. tādē:poſt illos gyros tādē lōgo repe cœpit. Agmine: ipetu. Serpēs:repēs pticipiū eſt. Libauit:leuiter tetigit dapes ſuppoſitas: q̄ ſilicerniū dicunt q̄ſi ſiliceniū ſupra ſilicē poſitū. Depaſta.nō a ſe:nā ipſe libauit:ſed tādiu māſit:donec flāma oia aris īpoſita cōſumeret.

Genio ne loci: quia ut ſupra diximus nullus locus ē ſine genio. Famulum ne:Cōſueuerāt priſci:ut hodie apud īdos ut quotiēs reges moriebātur cū iis dilecti equi uel ſerui & una ex uxoribus carior incedebant: inter quas de hoc ipſo magna erat contentio: Poſſumus igitur intelligere ſeruū ſepultum cum Anchiſæ uel p apotheoſim deum uult eſſe effectum:unde dat famulum quaſi miniſtrum ſingula enim numia habent inferiores poteſtates miniſtras:ut Venus adoni: Diana uirbium:aut ex ſententia Pythagoræ dicit qui primus dephendit de medula hominis:q eſt in ſpina anguem creari q Oui.in xv.metamor.dicit loquente Pythagora. Acheronte.r.aut uenientes de Acheronte:aut Acheronte remiſſos:q iā i Acheronte non eēnt poſt apotheoſim factam. Phætōtis:απο Τουφαιιειν. Circo:ſpacioſo ludoꝝ loco. Sacri tripodes: ſic pulchri:ut ſacros putares:nec enim ſacrilegus erat ut ſacra donaret:& ſic dictū eſt:ut Dodonæoſq; lebetes.i. q̄les ſunt i Dodona. Et palmæ:zeuma ex utroq; latere.Nā uictoribus ptium & ad ſupradicta & ad dicēda pertinet. Argenti auriq; ta.talentum ſecundum uarias gentes uarii eſt ponderis:apud Roma.talētum eſt ſeptuaginta libræ: ſicut Plau.oſtēdit i muſtellaria q ait duo talēta eē centū ſexaginta libras. Legimus ēt talētū eſſe paululū quiddā:nā Home.in ludis funebribus Patrocli ultia pmia ponit eē duo talēta:quod nos cogit aliquid minimum itelligere.Nam ſi prior uictor bouem accepit:conſequēs nō eſt ut dicamus ultimū tam magnum accepiſſe premium:unde apparet talentū etiam minimum quiddam ſignificare. Et tuba: romano more ſicut hodieq; uidemus omnibus ludis funebribus:ut ſunt diuorum:nam ſi ſacri ſunt ideſt uotiui illuſtrantur faculis.Ante etiam hymnis incipiebant.

DONA. Agmie:dixit agmē quo naturaliter ipellif ſerpēs.Pulchritudo & inocētia ſerpētis rē cæleſtē & nō noxiū aial ſignificat pp qd magis honores reſtaurauit. Expectata:q̄ſi tardius dſiderātibꝰ uēiſſet. Viſuri æneas expſſit pleniſſimā laudē troianoꝝ:cū ſiculi nō ſolū cā ludoꝝ cōuēirēt. Circo:nō qd eēt circus:ſed locus i formā circi. In medio: ut ab oibus ſpectari poſſet. Armaq; & oſtro.p.u.trāſit ad generalitatē ne ſpeciati diceret.

CHRI. Septēa:nō ſolū ſeptē:ſed q̄ dū traheret ſp eēnt ſeptē:nā retinet nō ſolū numeralē ſignificatiōnē:ſed ēt propriā. Volumia:plicas. Notæ:quis ut plurimū notā id dicamus quo corpus aius ue aliq̄ labe polluitur: Nota tamē ēt & ad honorē pulchritudinēq; referf:ut Oui.in faſtis:Quiq; numantina duxit ab urbe notā:ſic in hoc

Ioco dixit notas illa īterpuncta cærulea: q̄ fuluū aureū q; colorem uariabát. Maculoſus ful.i.ille color fuluus
unde ſplēdor tā q̄ ex auro micabat diſtinctus maculis cæruleis. Squamá: de ſquama & ſqualore dictū eſt ī ſe/
cundo. Geniū: ait Cēſorinus dictos eſſe: quia ut gignamur curēt: uel quia genitos curēt: Credebāt q; unicuiq; Geni/
duos eē. Alterꝝ bonū. Alterꝝ malū: ut chriſtiani quoq; duos angelos bonū malū q; ī cuſtodiá ſingulorꝝ homi/ us
nū eſſe uolūt. Apuleius aūt ī libro de dæmonio Socratis ſcribit Dæmonas quos genios & lares poſſumus ap/
pellare miniſtros deoꝝ arbitranť cuſtodeſq; hominū: & interp̄tes ſi quid a diis uelit. Ergo q̄ melioris meriti
ī corpore ſūt noſtro: genii dicunť. Corpori renūtiātes lemures. Tū ſi domos īcurſiōibus īfeſtarēt laruæ appel
labanť. Cōtra ſi boni fuerīt: lares familiares dicunť. Prunas: a purēdo dictas uolunt. Phætontis.i.ſolis q̄ phæ
tō quaſi ſplendēs dicitur: uel appellauit equos ſolis equos phætontis: quia phæton ſolis ex Clymene filius eos
male rexit. Fingūt āt poetæ ſolē habere q̄drigas ideſt currꝝ cui quatuor ſunt iūcti eq. Eoꝝ nōia ſic p̄ponit Oui.
Interea uolucres pyrois eous & æthon ſolis eq̄ q̄rtuſq; phlegō hinnitibus auras Fāmiferis īplēt. Circo: locus Cir/
ē ſpacioſus & capax turbæ hominū ad ludos ſpectādos dictus: uel a circuitu: uel a Circe ſolis filia: q̄ prima lu/ cus
dos quos ſoli patri īſtituerat edidit. Romæ erat circus maximus īter palatiū & auētinū. Talēta: talētum græ Talen
cum eſt apud quos acticū īuehitur & euboicum: ac rurſus acticū magnū ac p̄uū. Nec credo fuiſſe pecuniá per/ tum
cuſſá pōderis certe nomē eſt: ná magnū: ut notabis apud Liui.li.xxxiii.hēt libras.lxxxiii. & uncias q̄tuor: ergo Pōde/
Priſci. teſte ſex milia continet denarioꝝ romanoꝝ. Verum ut de pōderibus latius ꝓſequamur minutiſſimū rum
quod ē: latini ſiliquá nominát. Eſt.n. ſiliqua quam græci κεράτιον dicūt.i. granū ex ſiliqua: quam uulgo fabá diuer/
græcam nominant. Hæc āt centeſimam ac quadrageſimá quartá p̄tem unciæ habet. Obolus deinde eſt: q̄ tres ſitas
cōtinet ſiliquas. Eſt.n. p̄s octauæ atq; quadrageſima unciæ. Inde ſcrupulus ſiue dragma uigeſimaquarta pars
unciæ duos cōtinet obolos: ſiliquas ſex. Dragma p̄s unciæ octaua continet ſcropulos tres obolos ſex: ſiliquas
duodeuiginti. Sextula unciæ pas ſexta hēt ſcrupulos quatuor: obolos octo ſiliquas uigintiquatuor. Siliquus ſi
ue ſiciliquū quarta unciæ pars hēt ſcrupulos ſex obolos duodeci ſiliquas triginta ſex. Duella tertia unciæ pars
habet ſextulas duas: ſcrupulos octo: obolos ſexdecim: ſiliquas quadragita octo: Semiuncia hēt dragmas qua
tuor: ſcrupulos duodecim: obolos uigintiquatuor ſiliquas ſeptuaginta duas. Vncia pars duodecima aſſis. As
autem & libra & pondo idē eſt: & duodecim continet uncias: eſt & mina ſemiuncia maior noſtra libra: q̄uis
mina apud acticos mior eēt noſtra libra una & uigīti dragmis. Sextans p̄s ſexta aſſis duas hēt uncias. Deinde ex
ordiē q̄drás: ſiue teruncīū: triēs: q̄ncūx: ſemis: ſeptūx: bes: dodrans: ſiue nonūciū dextrás deūx. Dipūdiū duæ
ſunt libræ. Seſtertius ſiue ſeſtertiū quaſi ſemis tertiū ī quo duæ ītegræ ſunt: & tertia eſt dimidia. Sūt igiť duo
aſſes & dimidium: unde ueteres his notis i i ſ ſeſtertiū ſignificabant: eſt trieſis: quadraſis: nonuſſis: Decuſſis ſiue
denarius: ē etiam uigeſſis trigeſſis uſq; ad centuſem quo maius æris propriū uocabulū nō eſt. Talentū igitur
duplex ē acticū & euboicum. Acticū autē ipſum duplex eſt magnū & p̄uū eſt āt pōderis nomē. Magnum teſte
Liuio li.xxxiii.hēt octoginta tres libras & quatuor uncias. Hēt āt ſecūdū Priſcia. ſex milia romanoꝝ denario/
rum: ſed ut dixi mna uideť maior q̄ libra noſtra. ná ait Pli. de thure. Inueniūť guttæ q̄ tertiá p̄tē minæ.i.33 de/
nariū pondus æquēt. Hic romæ: ut ait Liui. īſtitutū ē ne talētū minus pōdo 80 romanis pōderibus pēderet &
eo loco decreuit ſenatus: ut nō plus q̄ ternæ libræ & quaternæ unciæ ſingulis deſint talētis. Paruū talentum
libras habet.lx. ut ait Dardanus & Seneca ad Nouatiū 24 ſeſtertia.i. talentū acticum p̄uum. Talentū euboicū
eſt q̄tuor milium romanoꝝ denariū. Denarius autem teſte Priſcia. ex 24 ſiliquis conſtabat: ſed Gellius Pli.
& Pōpeius ex 18.i. ex dragma argētea ſiue aurea dicūt. Idē ait Remus fauinus: ergo cōtinebit 4 i aſſes & beſſē.
Ponit p̄terea Home. talentū pro re parua: ná i Patrocli funebribus ludis cū uictori p̄miū bouem faciat: alteri
duo talenta tā q̄ minoris ſint q̄ bos dat. Non eſt autē uiſū abre ponere uerſus Remi fauini de pōderibus ac mē
ſuris. Ea ſunt huiuſmodi. Pondera pœniis ueterꝝ morata libellis Noſſe iuuat pondus rebus natura locauit.
Corporeis elemēta ſuū regit oīa pōdus. Pondere terra mάet uacuus quoq; pōderis æquor. Inde feſſa rapit uol
centis ſydera mundi. Ordiar a minimis: poſt hæc maiora ſequenť: Ná maius nihil eſt aliud q̄ multa minuta.
Semiobolo duplū ē obolus quē pondere duplo. Grāma uocant: ſcrupulum noſtri dixere priores Semina ſex
a ſiliquis latitātia curuis. Attribuūt ſcrupulo lētis uergant ut octo: Aut totidē ſpeltas numerāt triſtes ue lu
pinos. Bis duo ſed ſi par generatim his pondus ineſſet Seruarent eadē diuerſæ pondera gentes. Nunc uariant:
enim cuncta non fœdere certo Naturæ ſed lege ualent hominū q; repertis. Scrupula nā q; tria dragmá qua
pendere doctis Argenti facili ſignatur nummus aenis Olce quæ a dragma noſtræ: ſed nōie differt Dragmá ſi
geminos aderit: quem dicier audis Sicilius dragmæ ſcrupulū ſi adiecero fiet Sextula quæ ferť: nam ſex his un
cia conſtat. Sextula cum dupla ē ueteres dixere duellam. Vncia fit dragmis bis quatuor unde putandū Gram
mata dicta quia hæc uigintiquatuor in ſe uncia habet. Tot.n. formis uox noſtra notať Horis quod mundus
peragit noctē q; diē q;. Vncia q̄ ī libras p̄s ē quæ mēſis ī anno Hæc magno latio libra eſt genti q; togatæ. Actica ná
minor ē ter quinq; hanc deniq; dragmis: Et ter uigenis tradūt explerier uná. Accipe p̄terea paruo quá nomine
graii Mna uocitāt noſtri minam dixere priores Centum hæ ſunt dragmæ: q; ſi decerpſeris illis Quatuor: effi/
Deſcēſus ad īferos ſed de inferno hactenus:nā nomina quibus uocatur ſuis in locis explicabunt̄.Deſcēſus āt ad īferos quatuor ſunt. Primus cū ſecundū platonicos animus ī corpus deſcēdit & hæc mors animi dicit̄:nā cū a corpore idē diſſoluitur dicit̄ mors animalis:de quo deſcēſu plurima p̄claraq; apud Macro.philoſophū Platonicū repies.Secūdus deſcēſus ē cū animi ſuis ſceleribus damnati ad æterna ſupplicia deſcendūt.Tertius ē cū ſacris quibuſdā & nicromātia aīas īde euocamus:ut latius patet apud Luca.Quartus cū ī uitia labimur.Quintus cū ī cōtēplatione uitiorū deſcēdimus:ut illorū pernitie cognita ab eis abſtineamus:qua rōne & Virgi. nūc æneā deſcendiſſe fingit duce Sibylla:& noſter diuinus poeta Dāthes ſeipſum deſcendere duce Virgilio cōminiſcit̄. Ponit.n.ille ex diuina chriſtianorū ſapientia ſummū homini bonū eē frui deo:ergo mēte cōtēplationeq; cælū aſcēdat oportet:ſed quoniā nemo aſcēdit ī mōtē domini.i.in iſtiuſmodi cōtemplationē:niſi innocens manibus & mundo corde.i.niſi mentē actioneſq; a uitiis mundas gerat icirco oportet: ut prio ī infernū.i.in cōtēplationē uitiorū deſcēdat deinde illorū pernitie cognita in purgatoriū aſſurgat.i.purgatoriis uirtutibus aīum ab oī labe mūdū reddat:atq; inde in ipſos cælos penetret.i.earū uirtutū q̄ animi iā purgati dicūt̄ alis ad diuinas res contēplādas eleuet̄:eadē ergo rōne quoad licet hōi chriſtiana ueritate nō ībutō rē tractat.Vir.ſed ita:ut mō deſcēſū ſceleratorū ī uitia:mō eorū q ad illa cōtēplāda deſcēdūt,p̄ſeq̄tur ergo facilis deſcēſus ſi deſcēſū animæ ad corpus intelligas nihil ē uelocius:ſi deſcēſū rōnis inſēſualitatē:quoniā primi motus ī ptāte nr̄a nō ſūt qd ē celerius:q ſi ſi ī uitia quoniā a ſtultitia id p̄uenit facile ē ſtultorū āt infinita ē copia.Quapp̄ ē ſnia philoſophi clauſis etoculis poſſe ad inferos deſcēdere:hinc Heſio. τηνμεντοι κακοτητα ωσιλαδον εστιν ελεσθαι .Ante āt ipſam uirtutē ſudorē & laborē eſſe dixit Tησ αρετησ υδρωτα θεοι προπαριθεν εθηκαν αθανατοι. Noctes atq; dies patet tur noctu.i.p ignorātiā peccat diu.i.per malitiā. Sed reuocare gra. nā cū ex habitu uitiorū in ipſo infimo appetitus fundo iaceat rō difficile ē illi redire ad ſuperos ideſt ad uirtutem.

Euadere Euadere:hoc uerbo utimur ī rebus difficilimis & laborioſis.Videtur uerbum eſſe a uado aquarum e quo non egredimur ſine difficultate unde dicimus euaſit ad cōſulatū Euaſit in ſummum uirū q̄ quidem nō fiunt ſine difficultatibus & laboribus magnis.

Hoc opus:hic labor ē:pauci quos æquus amauit
Iuppiter:aut ardēs euexit ad æther auirtus
Diis gēiti potuere:tenēt media omnia ſyluæ:
Cocytuſq; ſinu labens circumuenit atro.
Quod ſi tantus amor menti:ſi tāta cupido ē
Bis ſtygios innare lacus:bis nigra uidere
Tartara:& inſano iuuat indulgere labori
Accipe q̄ peragēda prius:latet arbore opaca
Aureus:& foliis:& lento uimine ramus:
Iunoni infernæ dictus ſacer:hūc tegit omnis
Lucus:& obſcuris claudūt cōuallibus umbræ.

SER. Pauci quos æquus.a.tria hominum genera poſſunt remeare ad ſupos:quos diligit Iuppiter ideſt hos quos in ortu benignus ſyderū aſpectus irradiat Iuuena. Diſtat.n.q̄ ſydera excipiāt te modo primos īcipientem edere uagitus:quos prudentia ſubleuat:nā hoc eſt. Quos ardēs euexit ad æthera uirtus. Itē religioſos:quos a diis genitos dixit . Conſequens enim ē ut deorū ſoboles religionibus uacet.Diis autem geniti:quia corporibus ſe infundebant poteſtates ſupernæ undæ heroes procreabantur. Syluæ:ideſt omnia poluta & ingnata ſunt ſyluæ.n.tenebras & luſtra habent:qbus feritas & libido dominatur. Cocytus:flumen inferni dictus ab eo quod eſt κωκυειν.i. lugere. Eſt aūt locus uicinus acheronti.Fingit̄ luctuoſus: q a ex ſacra morte hōis fiebāt. Bis: mō & poſt mortem: nā q̄uis Ouidi.dicat inter deos relatum fuiſſe æneam.

Sed non ante datur telluris operta ſubire
Auricomos q̃ qs decerpſerit arbore fœtus:
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri ꝓſerpina munus
Inſtituit:primo auulſo non deficit alter

tamen neceſſe eſt etiam iſtoꝝ apud inferos eſſe ſimulachra:ut Herculis:Liberi patris : caſtoris & Pollucis alii ad ſibyllã referũt ut dicat. Vis me bis cernere mõ & cũ me lucis hecate præfecit auernis : Sed nõ bis erit ſed ter:nam & ipſa moritura eſt.Ergo dicemus: ut ſupra ẽt poſt apotheoſim apud inferos remanere ſimulachra. Stygios:ſtix palus apud iferos de q̃ dicit̃ Dii cuius iurare timẽt & fallere numẽ.Hoc ãt eſt:qa Victoria ſtygis filia bello gygãtũ ioui fauiſſe dicit̃:ꝑ cuius remuneratiõe iuppiter tribuit ut dii iurantes ꝑ eius matrem nõ audeãt fallere:rõ ãt ẽ:ſtyx mœrorẽ ſignificat unde απο του στυγερου.i.a triſtia dicit̃. Dii ãt ſp læti : unde & ĩmortales.Ergo iurãt ꝑ rẽ ſuæ naturæ æternæ cõtrariã.i.ꝑ triſtitiã ergo ꝑ execrationẽ. Tartara:locus ĩferorũ ꝓfũdus:Luc.ad iferos ait cuius uos eſtis ſupi. Inſano:magno. Accipe:audi & ſub fabulaꝝ ꝓtextu docet rectã uitã:ꝑ quã dat̃ aiabus ad ſupos regreſſus. Ramus: licet q de ſacris ꝓſerpinæ ſcribũt dicãt aliqd ĩeſſe myſtichũ publica tamẽ opinio hæc ẽ. Oreſtes poſtq̃ thoãtẽ regẽ ĩ taurica regiõe occiderat cũ Iphigẽia ſoror̃ & ſimulachro diãæ aufugit:idq; nõ ꝓcul ab aricia collocauit:in hoc tẽplo poſt mutatũ ritũ ſacroꝝ fuit arbor de q̃ ramũ ifringi nõ licebat:Dabat̃ ãt fugitiuo:ut ſi ex ea arbore ramũ effingere potuiſſet cũ fugitiuo eius tẽpli ſacerdote monomachia pugnaret.Nã fugitiuus ille erat ſacerdos ad priſtinæ fugæ imaginẽ. Dimicãdi uero dabat̃ facultas q̃ſi ad priſtini ſacrificii reꝑationẽ.Hũc ergo ide ſũpſit colorẽ.Ramus.n.neceſſe erat:ut unius cã eẽt ĩteritus.Vnde ſtati ſubiũgit mortẽ. Miſeni:& ad ſacra dianæ accedere:niſi ſublato ramo nõ poterat. Inferos aũt ſubire ẽ ſacra celebrare Proſerpiæ.De reditu ãt aiæ hoc dicit.Pythagoras uitã humanã diuiſit ĩ modũ y lr̃æ:q, ꝑria ætas icerta ſit:quoniã nõdũ ſe aut uirtuti aut uitio dederit biuiũ:aut y lr̃æ a iuuẽtute incipere:quo tẽpore aut uitia in ſiniſtrã aut uirtutẽ in dextrã partẽ ſequimur.Hinc Perſi.Traducit trepidas ramoſa ĩ cõpita mẽtes: ergo per ramos uirtutes dicit ſectãdas:Latet ĩ ſyluis:qa ĩ huius uitæ cõfuſione ex maiori parte uitioꝝ uirtutis ĩtegritas latet.Alii dicũt aureo ramo ĩferos peti:qa mortales facile diuitiis ĩtereunt:Tyberianus Aurũ quo pretio referant̃ limina ditis. Lẽto:flexibili:ut Lẽto qbus toruo facili ſupadita uiris. Iunoni infer: proſerpinæ:ut Sacra ioui ſtygio.i.plutoni. Dictus:dicatus. Obſcurius um.Re ueta.n.nemus aricinũ denſum eſt. Sed non ante datur:ſiue iuſtis ſiue iniuſtis:& ſic intelligẽtes remouemus q̃ſtionẽ. Hinc.n.dicit Longo poſt tẽpore uiſu ex eo.n.qd dicit deſcẽdiſſe aliquos ramũ quoq; depoſitũ eẽ ſignificat. Telluris operta:ſecundum eos q dicũt ĩferos eẽ in medio terraꝝ:quos Iuue.dicit putari eſſe ſub terris:ut eẽ aliquos mães & ſubterranea regna. Pulchra:q̃ rapi meruit a Platõe. Suũ:ſibi caꝝ. Non.d.a.ne diceret ab illis qui primo deſcenderunt eẽ ſublatum.

CHRI. Hoc opus:hæc ẽ difficultas hoc ẽ neceſſe. Pauci.q.e.a.Iup.ex ꝓfũda Platõis ſciẽtia hæc ſũt. Refert.n.Plato aĩos nr̃os dũ in cælis degũt ambroſia ac nectare paſci.i.deo frui:ac inde ſũmũ gaudiũ ꝑcipe ueꝝ cũ hõ in cõfinio rõnalis creaturæ poſitus poſſit ꝑ uirtutẽ deo fauẽte ſupra ſe emergere:ſic uitiis infra ſe ĩ infernũ ruit.iſta demerſio quoniã de cõfinio nr̃æ cõditiõis labimur iure deſcẽſio ad iferos dr̃ quapp cũ in inferno ſimus demerſi:nõ poſſumus niſi duabus alis recuꝑatis ad ſupos redire.Hæ ãt ſũt iuſticia & religio:ꝑ iuſtitiã intelligit Pla.oẽs uirtutes morales qbus a uitiis ita purgamus:ut facile ad cognitionẽ reꝝ cæleſtiũ ualeamus erigi. Nã q uitiis inqnati ſũt diuina cõtẽplari nõ poſſũt quapp & apud Socra.ẽ ꝙ impuro puꝝ attingere nefas ẽ:& ſacroꝝ carminũ poeta ꝓphetaq; cũ interrogarit Quis aſcẽdet ĩ montẽ domini:aut qs ſtabit ĩ loco ſancto eius.i. qs ꝑuenire ad diuinaꝝ reꝝ ſpeculationẽ ualebit:reſpõdet:innocẽs manibus & mũdo corde.i.q neq; faciat neq; cogitet uitia & ipſa ueritas in euãgelio dicat:Beati mũdo corde:quoniã ipi deũ uidebũt:ergo prima ala iuſticia ẽ.i.uirtutes morales : ſecunda uero religio.i.uirtutes intellectiuæ q̃ ſũt intelligẽtia ſciẽtia ſapiẽtia & prudentia: nam purgati a uitiis:& ꝑpea idonei ad cõtemplãdũ effecti ꝑ has uirtutes ꝑcipue ãt ꝑ ſapiẽtiã in diuinarum rerũ cognitionẽ deuenimus quapp cũ Maro dixit pauci quos ardens uirtus ad æthera uexit:primã alẽ intellexit cũ uero Diis gẽiti adiũxit:ſecũdã alã notauit:neq; fruſtra poſitũ ẽ. Quos æquus amauit iuppiter.Nã q̃uis animoꝝ noſtroꝝ ſolus deus creator extiterit:ꝑpeaq; nullis ſint ſyderibus ſubiecti:tamẽ ex contagione corporũ: qbus includunt̃ q̃ ſyderibus ſubiecta ſunt:trahunt:concupiſcibilem & iraſcibilẽ uim:& irrationalẽ apetitum atq; inde uarias & ad uirtutem affectiones & ad uitium inclinationes.Quapropter permulti intereſt quo q̃q; ſydere natus ſit neq; ſolum hæc res circa:morales uirtutes cognoſcit̃:ſed & ad ueri cognitionẽ ꝑtinet.Nã q̃uis omniũ animoꝝ eadẽ natura ſit:unde niſi a corpore erit̃ qd alii ingenio memoria mirifice excellãt:alii contra hebetiſſimi ſint.Quapp ſi benigno ſyderum aſpectu qs naſcatur & ad bonum ſimul & ad uerum excitabitur in cõtra & ad uitia procliuis erit:& ingenio hebeti exiſtet.Quare autem iouẽ potius q̃ alium planetam nominauerit facile ẽ reſpõdere.Nã refert Ptolemæus ĩ li.de harmonia certos quoſdã numeros eſſe quos nunc omittõ ꝑ quos in omnibus q̃ ſibi cõuenienter iũgunt̃:& aptãt̃ fit iugalis cõpetẽtia:nec qcq̃ ẽ qd alteri niſi per hos poſſit cõuenire:& cũ uitã noſtrã ꝑcipue ſol & luna moderent̃ oſtẽdit iouẽ oibus illis numeris ſoli pluribus aũt lunæ aſſociari.Venerem uero omnibus lunæ pluribus ſoli adiungi ac ꝑpea cõcludit iouẽ primum deinde Venerẽ datores eſſe bonorum & animi & corporis.Præterea oſtendunt mathematici optimos mores atq; omnem iuſticiam a iouis influxu hominibus prouenire. Syluæ:pro inſcitia & ſtultitia optime ponit̃ ſylua.Vnde oĩa uitia ſunt q̃ reditũ nobis ad ſupos ĩtercludũt:ſed & ſyluã pro materia ponũt platonici.A materia ãt.i.a corpore oĩa uitia hoĩbus ꝑueniũt Quapp Pithago.& Pla.ſyluã malã & peſtiferã nũcupãt:& ut deus fõs ẽ & cã bonorũ oium ſic ſyluã cãm oĩum maloꝝ ponũt.Prolixũ oio eẽt ſi ſyluæ nomia oĩa q̃ illi a philoſophis dant̃ nũc receſeã.Ex nouẽ ãt q̃ illi Trimegiſtus dat noibus tria ſpectãt ad eſſẽtiã propriã.ſ.natura:inr̃:ſylua Tria ad ĩchoationẽ.i.uim recipiẽdi fœcunditas:ſinus:receptaculũ. Tria ad defectũ malignitas: inuidia fraus : Pla.uero deum appellat patrẽ:quoniã oĩa gignit:Syluã matrem:qa materiã ꝑbet:animã mũdi ſemẽ:Formas genitas prolem. Sylua

Et quia ut faber lignarius ex ſylua quæ habet deformia ligna & incurua & rudia materiam tamen illam rudẽ reducit in quamcũq; uult formam: ſic deus ex materia prima informi elicit omnes formas iccirco ſyluam il-
Cocytus lam philoſophi nũcupãt. Cocytus: cũ multa alia de ſylua dixiſſet. Plato dedit poſtremo nouem nomia: qbus illius prauitatem exprimit cõfuſionem: errorem: malitiam: inuidiam: fraudem: lætheum: acherõtem: cocytum: ſtygem: & profecto ut ſapiẽtiſſime idẽ phũs oſtẽdit huius lubricæ rei nullam ſpeciem formam ue propriam i ueniemus: & tamẽ oẽs habere uidet: cum intra gremium eius cõuerſiõe ad aliud ex alio formæ trãſfigurẽtur: Sed de cæteris alias: ut autem quid de fluminibus ſentiat itelligamus: aiaduerte platõicos totã materiam i duas regiões diſtribuere. Primamq; faciũt cælum ipum primum: quas beatorum iſulas appellat: & cæleſtem terram ſecũdam reliqua omnia q̃ ſub cælo cõtinẽt: quos dicũt iferos: & hãc rem totam quoniam uarie fluitet: æſtuetq;: & nũq̃ eodem ſtatu pmanet: flumẽ uocãt: primam quoq; partẽ nectar nominãt: potum. ſ. quo dii alãtur. Hãc autem ſecũdam potum aiarum. Nam ut muſca potu melis immergit: ita aius harũ rerum pnitioſa dulcedie delinitus i ſyluæ uiſceribus demergit. Atq; ita ebrius efficit: ut neq; facile reuiuiſcat: neq; expergiſcatur: nec ueri gaudii pabulum qd ex cõtemplatiõe eſt ualeat deguſtare. Cum enim aius noſter exactiſſima diuinitatis cõtemplatiõe frueretur i cælo cõſiſtens: tãdem terrenarum rerum cõtagiõe ac deſiderio ifectis ipſa cogitatiõis mole i corporis craſſitudinẽ deſcẽdere cœpit ac nouam ſyluæ ebrietatẽ haurire: & i ea ueluti flumie mer-
Stix gi qd in quatuor diſtributũ eſt flumia: lætheũ. i. obliuionẽ. Acherõtha. i. priuationem gaudii: Stygem. i. triſtitiam: cocytum luctum. Acherõ ex lætheo fluit: nã ut animus ex cognitiõe dei purus iuiolatuſq; exiſtẽs ieffabile percipiebat gaudium ita ex obliuiõe gaudio illo priuatur: ex priuatiõe gaudii triſtitia naſcitur. Ex triſtitia luctus oritur. Vnica igitur materia apud iferos flumẽ igitur unũ: ſed quia quatuor malorum cauſa eſt & quatuor habet proprietates: quatuor fluminum nominibus appellatur: ſed hæc i phædro diligẽtius: Hæc ergo ſẽtiunt platonici euenire mala animis noſtris: cum cæleſtibus ſedibus delapſi: ac in hunc infimum mundum de-
Phlegethõ uoluti corporeo ſunt carcere incluſi. Adũt etiam alium fluuium phlegetõtha dictum ab ardore. Nam demerſa in corpus anima obliuiſcitur maieſtatis prioris uitæ: qui fluuius lætheus eſt. Deinde per phlegetontem ardores irarum: per Acherontem quicquid nos feciſſe uſque ad triſtitiam pœnitet: per cocytum lachrymas: per ſtygem quicquid inter nos odium parit. Poſſumus etiam cocytum & phlegethõtem alio modo diuidere: cũ eni ex obliuione rerum cæleſtium & ex contagiõe rerum terrenarum i perturbationes incidamus: & illæ aut ab opinione boni qualis de præſenti lætitia geſtiens: aut de futuro libido: Aut ab opinione mali: ut eſt mœror de præſenti: & timor de futuro proueniunt. Ab opinione boni phlegethon: ideſt ardentes cupiditates ab opinione mali Cocytus: ideſt luctus prouenit. Nam ex altero lachrymæ emanant: ex altero ardẽtiſſimæ cupidita-
Tartarus tes accenduntur. Tartara: proprie loca ſunt infima inferorum dicta απο του Ταρταριζειν quod eſt a frigore tremere: eſt eni locus adeo remotus a cælo: ut ibi ſint tenebræ & ſtridor dentium. Ramus aureus: Sapientia eſt quæ eſt rerum omnium humanarum diuinarumq; ſcientia. Sine hac non eſt contemplatio: quæ eſt fugiẽdarum eligẽdarumq; rerum iudex. Vnde ſapiens: Aurum & multitudo gemmarum & uas pcioſum labia ſcientiæ: aurum. n. interpretatur ipſe nitor ſapientiæ. Multitudo uero gẽmarum uarietas uirtutum: & Grego. i Iob per aurum ſapientiam intelligit. Latet: Nã ut teſte Cicerone dicit Democri. ueritatem natura in profundo abſtruxit: per ramũ ãt eſſentiã: per frondes accidentia itelligamus. Lucus & umbræ: per lucũ: quæ ſylua eſt: intellige contagionem corporis: qua oppreſſi nihil recte ſentimus. Per umbras uero inanes appetitus cupiditates: Nam & ipſe a ueritate dinoſcenda arcẽt. Sed nõ datur nobis ſubire operta. i. deprehendere ipſam ueritatem quæ a noſtra mole corporea oppreſſa latet: niſi hunc ramum: ideſt hãc ſapiẽtiam aſſecuti fuerimus: primo auulſo nõ deficit alter. Quia ueritatem ueritas aperit: nec uetamur idem illum intelligere quod alter intellexerat prius.

SER. Frõdeſcit: in naturã rediit: & honeſte locutus ẽ dicẽs habẽs frondes ſui metalli. Alte. u. o. require oi intẽtiõe. Rite reptum car. rite carpe: & non rite reptũ. Si te. f. u. Nũc. n. quẽ fata uocãt facile ſequitur. Poteris: poterit qs: nam ſi de æneа dicat: careret deo: nec poſſet de miſeno uaticinari. Duro. f. & genus eſſe põt & ſpecies. Præterea. q. d. eſt alia oportunitas deſcendendi ad iferos. i. proſerpinæ ſacra pagendi. Duo eni horum genera ſacrorum fuiſſe dicunt: unũ nicromantiæ: quod Luca. exequit: Aliud ſcyomãtiæ: qd in Homero quẽ Vir. ſeqt lectũ ẽ. Sed ſecũ dũ Luca. ad eleuãdum cadauer ſanguis eſt neceſſarius: ut Pectora tum primo feruẽti ſanguine ſupplet. In ſcyomãtia qa umbræ tantũ ẽ euocatio ſufficit tãtũ ſolus iteritus: Vnde inducit miſenus ẽ in fluctibus occiſus. Tibi: ideo addidit: ne amici poſſet etiã ab ſibyllã referri. Inceſtat: polluit. Inceſtus ẽ q̃cunq; pollutio. Pẽdes: Solicitus es: ut Ipſe manu multo ſuſpẽſum numie ducit. Suis: apud priſcos: ut ſupra diximus omnes i ſuis domibus ſepeliebantur. Hinc ortum ut lares in domibus colerentur: Vnde umbras laruas uocamus. Nam dii penates alii ſunt. Propter hoc Dido cœnotaphium

Aureus: & ſimili frondeſcit uirga metallo:
Ergo alte ueſtiga oculis: & rite repertum
Carpe manu: nãq; ipſe uolens faciliſq; ſequet
Si te fata uocant: aliter non uiribus ullis
Vincere: nec duro poteris conuellere ferro.
Preterea iacet exanimum tibi corpus amici
Heu neſcis: totamq; inceſtat funere claſſem
Dum conſulta petis: noſtroq; i limine pẽdes.
Sedibus hũc refert ante ſuis: & õde ſepulchro
Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſunto:
Sic demum lucos ſtygios & regna iuia uiuis
Aſpicies: dixit: preſſoq; obmutuit ore.
Aeneas mœſto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum: cæcoſq; uolutat
Euentus animo ſecum: cui fidus achates
It comes: & paribus curis ueſtigia figit.

Multa inter ſeſe uario ſermone ferebant:
Qué ſociũ exãimẽ uates:qđ corpus humãdũ
Diceret:atq; illi miſcenum in littore ſicco
Vt uenere uident indigna morte peremptũ:
Miſcenum æoliden: quo non preſtãtior alter

ſecit marito:ſed quomodo ſecundum hunc morem loquitur cum troiani nondum haberent domos ergo aut ſecundum iſtum locutus eſt morem:q̃uis troiani adhuc domos non haberent. Aut dicit refer hũc naturalibus ſedibus terræ:nam in aqua perierat Verumtamen illud eſt ut intelligamus eã dicere ſepeli eũ:nã ſepulchꝝ ſedes uocaꝰ. Hora.nulla certior tamẽ rapacis orci fine deſtinata diuitẽ mãet heꝝ.Itẽ Vir.& nunc ſeruat honos ſedẽ tuus oſſaq; nomen:pſuadet aũt ſepulturam:ut poſſit recentis cadaueris uti aĩa:ut ait Luca.Nõ in tartareo latitãtem poſcimus antro:Aſſuetãq; diu tenebris mõ luce fugata Deſcendentẽ aĩam prĩo pallẽtis hiatu Hæret adhuc orci. Prĩa pia.ſ.pp pollutionẽ ex mortẽ Miſeni. Lucos ſty.Seneca de ſacris ægyptioꝝ ſcribẽs refert iuxta ſyenẽ in extremo ægypti locũ eẽ q̃s philas.i.amicas uocant:qa illic placata ẽ iſis irata q̧ mẽbra oſiridis mariti nõ ĩueniebat: q̃ inuẽta cũ ſepelire uellet:elegit uicinas paludis tutiſſimũ locũ:quẽ ad trãſitũ cõſtat eẽ difficilem.Limoſa.n.ẽ palus:& papyris referta. Vltra hãc breuis iſula iacceſſa hoibus dcã ob hoc αβατοσ.Hic Luc. Hic abatos qđ nr̃a uocat uenerãda uetuſtas hæc palus ſtyx uocaꝰ:qđ triſtitiã tranſeũtibus affert:ſane ad illã ĩſulã ab iis q ſacris ĩbuti ſũt certis trãſiꝰ diebus:Viciniãt populi cadauera ſuoꝝ ad alterã regionẽ tranſferunt:ſed ſiqs in fluuio p̃eat:nec eius ĩuẽiaꝰ cadauer:poſt centũ ei annos pſoluunt officia:hinc tractum eſt Centum errant annos: uolitãtq; hæc littora circum. Inuia:Quæ contra naturã ſunt non afferunt p̃iudicium generalitati:unde ait inuia: licet Hercules & alii tranſierit: & ſit æneas tranſiturus Sic dictum & illud Euaditq; celer ripa irremeabilis unda. Meſto uul.propter mortem amici & rami inquiſitionem. Defixus lumĩa:quod mœſtitiam ſignificat. Ingrediꝰ:pgradiꝰ:uacat p̃poſitio:ut ĩgrediturq; ſolo:& caput ĩter nubila cõdit. Et pibus.c.u.ſ.aut ſimili ſolicitudĩe incedit: aut figit ueſtigia.i.ſtat ex ĩprouiſo:quod cogitantes ſolent. Serebant:Hinc,pprie dictus ſermo q̧ inter duos ſeraꝰ. Indigna: Miſerabili non congrua eius meritis:uel propter animæ extinctionem elementi contrarietate.

CHRI. Veſtigia:Diligenter inq̃re.Tranſlatio a uenatoribus q ſeq̃ntes ueſtigia aĩalia q̃rũt. Si te fata uocãt: Si datũ eſt a ſupis.Aliter: nã diua prouidẽtia cõtraria diſponẽte nihil pficere poſſumus:nec ĩgenii uis nec corporis robur q̃c̃q̃ ualet. Mortuũ:ãt Miſenũ extinctã inanem gloriã ĩtellige:Nã q ſciẽtiã q̃rit:nũq̃ pficit ſi inani gloria intumeſcit.Sũt.n.q addiſcũt:ut ex ſua doctrina gloriã aucupenꝰ.Sunt itidẽ q ut ĩſtruãꝰ.Sed quoꝝ gloriæ finis ẽ ii nũq̃ meliores ex ſua doctrĩa reddũꝰ:ſed potius uanitate deteriores. Quapp q ſummũ bonũ ex diuinaꝝ reꝝ cognitiõe aſſecuturi ſunt:addiſcãt:ut ſciãt & ut ſe ad eoꝝ q̃ didicerit normã dirigãt:& cũ inde ſuã originẽ diuinã eẽ cognouerit:ſe oĩ corporea cõtagiõe purgãtes ueluti dii in terris degãt.Neq; iccirco diſcãt: ut deĩde ſuã ſapiẽtiã iactẽt:& nihil recte agẽtes tumidi iflatiq; reddãꝰ: aq̃ quidẽ re nos uehementer Paulus deterret:Eſt & tertiũ quoq; genus eoꝝ q diſcũt:ut inde q̃ſtũ faciãt:& hi ĩprobãꝰ tãq̃ auari.Iure igiꝰ æneas cũ hãc uiã ſibi pposuiſſet dũ pẽdẽt in limĩe ſibyllæ.i.dũ ſibi qd agendũ ſit cõſultat:itererit miſenus.i.euãeſcit ab eo oĩs inãs gloria:nam q recta ĩgreditur uia:nihil agat pp uanitatẽ & inanẽ gloriam:ſed cũcta eo referat:ut ſe ĩpum optime inſtituat. Diciꝰ.n.miſenus odioſa laus.Quid.n.apud mortales odioſius ẽ uanis iflatiſq; hoibus daꝰ ãt comes Hectori:quoniã ille ab Home.nõ uera uirtute pugnaſſe:ſed ne gloriã exiſtimationẽ ue amitteret apud ſuos.Quapp etiã ab Ariſto.exẽplo poniꝰ ĩ q̃dã ſpecie nõ uere fortitudinis.Quoniã ergo res tota uẽtoſa ẽ æoli regis uẽtoꝝ filius dr̃.Eſt tubicen: quo artifice nihil iflatius repiꝰ:nihilq; præter uentũ p̃ſtat. Hic ergo polluit totã claſſem.Nã oẽm uirtutẽ deturpat huiuſcemõi uanitas:Ergo non ſolũ extinguaꝰ ĩ nobis:ſed penitus ſepeliaꝰ. Regna inuia.u.nã q uitiis non ſunt extincti:ſed ſuis uirtutibus uiuũt:nõ deſcẽdũt ad ĩferos: ſic & Dauid dixit.Nõ mortui laudabunt te domĩe:neq; oẽs q deſcẽdũt ad ĩfernũ:ſed nos q uiuimus.Recte autem ignorat æneas quẽ ſociũ humandũ p̃dicat ſibylla: nã ante ſapientiã quã adhuc nõ acq̃ſiuerat uitia nõ recte cognoſcit. Laudes aũt Miſeni nõ ad allegoriã ſed ad hiſtoriã referas:uel dicas in bellis nihil preſtantius eſſe inani gloria: nã cupiditas gloriæ pluſq̃ uirtus ualet:nam ut ait Iuue. Quis.n.uirtutem amplectitur ipſam p̃mia ſi tollas?

Aere ciere uiros:martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes:hectora circum
Et lituo pugnas inſignis obibat & aſta.
Poſtq̃ illum uita uictor ſpoliauit achilles
Dardanio æneæ ſeſe fortiſſimus heros
Addiderat ſocium:non inferiora ſecutus.
Sed tum forte caua dũ pſonat æquora cõcha
Demens:& cantu uocat in certamina diuos
Aemulus exceptũ triton(ſi credere dignũ ẽ)
Inter ſaxa uirum ſpumoſa ĩmerſerat unda.
Ergo omnes magno circũ clamore fremebãt
Præcipue pius æneas:tum iuſſa ſibyllæ
Haud mora feſtinant flentes:arãq; ſepuchri

SER. Martẽq; accẽdere.c.Hemiſtichiũ.i.dimidiũ uerſũ hoc dr̃ addidiſſe:dũ Auguſto hunc ſextũ librũ recitaret:nã ante fecerat emiſtichium dicendo aere ciere uiros poſtea in præſentia: Auguſti ex abundantia intellectus addidit ſubito martemq; accendere cãtu. Vita ſpoliauit:ad bellũ retulit:in quo uictis tollũtur exuuiæ. Non inferiora.ſ.ubiq; Aeneam Hectori cõpat ut ambo animis:ambo inſ.p.ar. Caua dũ pſo.æ. aut pſonare facit:aut hyſterologia ẽ:dũ p caua æquora ſonat. Demens:improuidus:q nõ cõſiderauit etiã deos ĩ æmulatiõe poſſe defendere. Aemulus: modo eiuſdem rei ſtudioſus:alias inimicus ĩuẽiꝰ. Exceptũ: Oppſſum inſidiis:ut fuerit tantæ uirtutis:ut ne adeo quidẽ ſine inſidiis:opprimi poſſet. Tritõ ĩ penultima accentum habet.Nam ſi in ultima:tritontis faceret ut demophoon demophoontis. Ergo:uel quia talis interierat:uel ſic perierat. Præcipue:ſemper illum ſupra alios amicorum mortem inducit dolere:ut nunc

Congerere arboribus cæloq; educere certant.
Itur in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarū.
Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex:
Fraxineæq; trabes: cuneis & fixile robur
Sciditur: abuoluūt ingentes mōtibus ornos:
Nec non æneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios: paribuſq; accingitur armis:
Atque hæc ipſe ſuo triſti dum corde uolutat
Aſpectans ſyluā imenſam & ſic forte precat.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramos
Oſtēdat nemore ī tanto: quando omnia uere
Heu nimium de te uates miſene locuta eſt.

amici caſum gemit. Item caſuq; animum concuſſus amici. Hinc ei dat circa ſepulturā ſordida officia: q̄ in alıis denegat locis: nā primū locū pietati in ſepultura tribuūt: ergo cum nefas eēt pōtificibus cadauer uidere: magis tamen nefas erat uiſum īſepultum relinquere. Genus āt ſepulturæ fuerat iniectio pulueris: unde ē. Aut tu mihi terrā inice. Hora. nō ē mora lōga iniecto ter puluere curras. Arāq; .ſ. pyrā dicit: q̄ in modū aræ lignis cōſtruebāt: unde ſequit̃. Congerere arboribus certāt. Nā arā q̄ ante ſepulchrum cōſtituit̃ itelligere nō poſſumus: ut Stāt māibus aræ: Cum nōdū facta ſit funeratio q̄ p̄cedit ſepulchꝝ. Probus tamen & Donatus de hoc loco reqrendum adhuc dixerunt. Certāt. ſ. mēte ptractādo: nā adhuc ī ſyluas erāt ituri. Itur: co e breuē habet: itur i producit: qa igit̃ uerbū hoc breue ē origine: & declinatiōe fit longum: iō eius certa natura nec in temporibus nec in participiis apparet: nā itur lōga: iturus breuis eſt: ut Supumq; i lumen ituras. Multi tamen tentant dicentes itur pp eo q̄ prima uerbi origo eſt p diphthōgum ſcribi debere: quod nō p̄cedit: qa diphthongus ſemper longa ē. I autem & produci pōt & corripi: hinc eſt q̄ fortuito & producit: i & corripit: Iuuenalis nō quaſi fortuitus nec uentorꝝ rabie: ſed iratus cadat in terras & uindicet ignis: Cōtra Hora. Nec fortuitum ſpnere ceſpitem leges ſinebāt. Fortuitus a fortuna & eundo componitur. Piceæ: quinta ſpecies cedri eſt: ut ait Plini. Nam cedria dicta eſt quaſi καιομενησ Δρυοσ υγρον. i. arboris humor ardentis. Nec nō: Bona œconomia uenitur ad arborem. Accingitur ar. Inſtruitur officiis. Forte: uacat: & eſt de uerſibus qui tibicines appellantur: quibus additur aliquid ad ſolam metri ſubſtentationem: nec poſſumus intelligere eum forte rogaſſe. Si: Rogantis & optantis eſt per ſe plenum ſicut o: licet neoterici hæc iungant: & pro una ponāt: Perſi. O ſi ebulliat patrui præclarū funus & o ſi. Quando: Siquidem: nimium uere. Cum affectu dixit: quaſi mors prædicta falſa eſſe debuerit.

DONA. Enumerat: quæ in tali uiro eſſent dolendum: primo quia æolides: ideſt nobili genere. Quo nō preſtantior aere ciere: ſecundo qđ ſummus artifex in ſono tubæ. Viros: homines fortes quia imbelles nullis exortationibus citari poſſunt. Et lituo pugnas & haſta: non ſolum tuba alios accendere poterat: ſed & ipſa pugnabat. Hectoris hic comes: Maxima laus q̄ nunq̄ niſi precipuis comes eſſet. Si credere dignum eſt: quaſi incredibile ſit q̄ homo deum prouocauerit. Exceptum: Vt uenabulo feram quæ dum ſua feritate plurimum poſſe credat incauta ruens in ferrum temeritatis pœnas dat. Indigna morte: quæ non conuenit uiro forti: ergo non tantus dolor fuiſſet ſi i bello cecidiſſet. Aramq; ſepulchri: Meritum defuncti preter lachrymas poſtulabat exequias. Antiquā: i qua eſſent arbores multis ſæculis auctæ. Stabula ferarum: ergo maiores feræ ſtare cōſueuerāt: q̄rꝝ metus arcebat hoīes ne irēt cæſū lingua laus troiāoꝝ q nō ſūt deterriti ſtabulis ferarū: ubi multarꝝ eſſet congeries & magnarum: nam de minoribus cubilia diceret. Triſti: q̄uis de morte amici triſtis eſſet: nō omittebat curam rami iueſtigandi. Precat̃: nā auxilio diuio ſciebat opus eē: ut i tāta ſylua ramus iueniret.

CHRI. Aere ciere. u. apud. n. mortales nullus eſt ſtimulus quo uehemētius homines agant̃ quā ipſa nimirum cupiditas gloriæ. Ipſa. n. tuba ænea eſt q̄ Mars accēditur. i. ad omnia grauia ac difficilia excitamur. Recte ergo Cice. honos alit artes oēſq; accendimur ad ſtudia gloria. Martē: pro bello: poſuit. n. auctorē rei pro ipſa re: & eſt Denominatio color rhetoricus. Spoliauit: Vitā. n. ueluti exuuias hoſtis ab hoſte petit: & Home. ait εξ[illegible] ζεη. Hectora circū: Anaſtrophe ē: ubi p̄poſitio poſtponit̃: ut Tráſtra p & remos. Oēs aūt: in qbus aīus excelſus eſt: neq; adhuc uere uirtutis habitū obduxerūt: magis gloria q̄ uirtutis amore mouentur. Quod & æneæ contigit ante q̄ in italia. i. in uirtutis habitu cōſiſteret. Quæ qdē res magnis olim reſpub. calamitatē extremumq; exitium attulerunt. Dū. n. ingentes honores ſummaq; impia aſſeq uolunt: huiuſcemōi uiri reip. ſuæ libertatē ademerunt: ut de Sylla: Mario: Cæſare ac Pōpeio legimus. Hic Iuue. Populos tātum obruit olim Gloria paucorꝝ laudūq; imēſa cupido. Aemulus: Inuidus teſte Nonio. Itur ī antiquā ſyluā: quotiēs uolumus demōſtrare rē populariter ab oībus fieri impſonali utimur. Sic & Ter. Et quoniā nemini obtrudi pōt ad me itur. Extrema āt mortuoꝝ quoſq; mouens. Sic & Teren. Venimus ad ſepulchrum: in ignē poſitū eſt: fietur interea. Antiquā: ideo dixit quoniā inde ingentes arbores eſſent adducturi. Syluā aūt poſuit: q̄ ramū aureum occupare: ut oſtēderet ab hyle nobis omnia p̄uenire uitia: quæ obſunt ne ſapientiā aſſequi poſſumus. Vnde eſt: in animam maliuolā nō itroibit ſpiritus ſapiētiæ. Propterea addidit. Stabula alta ferarꝝ: Vitia. n. nos ex homine feras reddunt. Piceæ: ſex ſunt genera cognatarꝝ arborꝝ Pius: Pinaſter: Pix: Abies: Larix & Tæda: Pix montes & frigora amat feralis arbor & funebri indicio ad fores poſita. Gemmam candidam gerit: & thuri ita ſimilē: ut illi admixta nō dioſcatur.
Ilice Ilex: ſpecies ē q̄rcus. Hic pōtē ſubliciū dicimus. i. ligneum: quoniam ex ilice ſit. Ad multa ſæcula durat: Nam ſua tempeſtate refert Pli. ilicem ī uaticāo fuiſſe ante urbem cōditā: i qua titulus cereris literis etruſcis religiōe iā tum dignā arborem fuiſſe ſignificat Pli. aut fuit anno ab urbe condita: Fraxinus celebra-
Fraxinus tiſſima ab Homero in haſta Achillis. Quæ in ida troadis naſcitur adeo cedro ſimilis eſt: ut dēpto cortice emptores fallat. Folia eius iumentis mortifera: ruminantibus autē innoxia græci ſcripſerunt. In italia nec iumentis quidem nocet. Succus ad potum expreſſus contra ſerpētes ualet. Arborem ipſam ita fugiūt: ut ne umbram quidem unquam attigāt: Expertū ſe dicit Pli. ſi neceſſitas ſit in ignem potius q̄ in fraxinū effugere ſerpentes

Robur:iter ſpecies quercus reponitur.Eſt arbor duriſſima:unde nomen ſumpſit. Aſpectans ſyluam imenſam:ppea triſtis q̧ imenſa ſylua præbebat difficultatem iueniendi.Vel etiam triſtis propter amiſſum amicū.

Vix ea fatus erat:geminæ cū forte columbæ
Ipſa ſub ora uiri:cælo uenere uolantes:
Et uiridi ſedere ſolo:tum maximus heros
Maternas agnoſcit aues:lætuſq; precatur
Eſte duces:o ſi qua uia eſt:curſumq; p auras
Dirigite in lucos:ubi pinguem diues opacat
Ramus humū:tuq; o dubiis ne deſice rebus
Alma parens.ſic effatus ueſtigia preſſit:
Obſeruans quæ ſigna ferant:quo tēdere pgāt
Paſcentes:illæ tantum prodire uolando
Quantū acie poſſent oculi ſeruare ſequentū:
Inde ubi uenerē ad fauces graue olētis auerni:
Tollunt ſe celeres:liquidumq; per aera lapſæ
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt
Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit
Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum
Fronde uirere noua:qđ nō ſua ſeminat arbos:
Et croceo fœtu teretes cicundare truncos:
Talis erat ſpecies auri fondentis opaca
Ilice:ſic leni crepitabat bractea uento.
Corripit æneas exemplo auiduſq; refringit
Cunctantem:& uatis portat ſub tecta ſibillæ.
Nec minus interea miſenum in littore teucri
Flebant:& cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem tædis & robore ſecto
Ingētem ſtruxere pyram:cui frondibus atris
Intexunt latera:& ferales ante cupreſſos
Cōſtituūt:decorātq; ſuper fulgētibus armis

SER. Cū ſorte colūbæ:auguria aut oblatiua ſūt:q̄ nō poſcunē:aut īpetratiua:q̄ optata ueniunt.Quia ergo hoc oblatiuū ē dixit ſorte.Bene āt danē auguria a columbis & ueneris filio & regi. Nam ptinēt ad regem:qa colūbæ nūquā ſolæ ſunt:ſicut nec reges qdē. Ipſa ſub ora:nā ſi lōgius uolarēt ad ipſum pertinere nō uiderentur:Nā captantes auguria certa ſibi ſpatia deſignabant:quibus uolebant uidenda ad ſe ptinere. Maternas:ſunt enim ueneri ſacræ propter fœtum frequentē & coitum. Via.i.ratio:& īcipit eſſe īpetratiuū:quod oblatiuū fuerat. Curſum:īpetum. Nā & nauiū curſum dicimus. Ne deſice rebus:ne deſere in rebus īcertis.Et bene ī ſyluis īuocat matrē:quā iā ſcit ſibi uiſam eē habitu uenatricis:ut in primo legimus. Effatus:ꝓprie effata ſunt augurū preces.Vnde ager poſt pomeria uocabaē effatu[illegible] ubi captabāē auguria. Veſtigia.p.qa ad captāda aug[illegible] poſt preces īmobiles uel ſtabāt uel ſedebāt. Paſce[illegible]s:optimū auguriū qđ paſcerent.Nā romāi ī bellis agendis aut ī comitiis habēdis pullaria captabāt auguria:unde ē in Liuio q̧ cū qdā cupidus belli gerēdi a tribūo ꝓhibereē ne iret pullos iuſſit afferri q cū miſſas fruges nō ederent irridens cōſul auguriū ait uel bibant:& eos ꝓiecit ī tyberim.Inde nauibus uictor ex aphrica reuertens ī mari cū oībus quos ducebat extīctus ē. Paſcētes:alii diſtiguūt:& abſolutus ē ſenſus.Alii paſcētes uolādo:& referūt ad naturā colūbaꝝ:q̄ exilientes paſcere cōſueuerūt:alii uolādo ambulādo dicūt. Vola.n.media ps pedis uel māus dr̄. Graue olētis auerni:Male olētis alibi bene olētis:ut & grauiter ſpirantis copia thymbræ Floreat. Liqdūq; p.a.mō ē aeris ppetuū epithetō:ſed puꝝ ait auerni cōparatione.Dicit autē eas alte uolaſſe ad uitādū auerni odorē. Sup arbore.ſ.ſcđm antiquā licētiā ſupiūgit ablatiuo. Auri au.ſplendor auri.Hora.Tua ne retardet aura maritos.i.ſplendor. Hinc & auꝝ dicit a ſplēdore:q ē ī eo metallo:hic & aurarii dicti:quoꝝ fauor ſplēdidos reddit. Brumali frigor.u. Bene brumali addidit:tūc.n.matuꝝ ē:& auri imitaē colorē.Nā noua frōde uiret:qđ ut ait Pli.de fimo turdoꝝ in certis arboribus naſcit:unde Plau.ipſa ſibi auis mortē creat. Teretes:Teres eſt rotundū aliqd cum ꝓceritate:ut incūbens tereti damon ſic cœpit oliuæ.Hora.brachia & uultū tereteſq; ſuras. Exemplo:bene uerbo uſus eſt augurum:ut diximus ſupra. Cūctantē:aliud pendet ex alio:qa auidus ut oſtendat tantā fuiſſe auelledi cupiditatē:ut nulla ei poſſet ſatiſfacere celeritas.Nā tardantē dicere nō poſſumus eum q fataliter ſequebatur:alii cunctantē ad auri naturā referūt.i.mollē:q paulatim frāgiē.i.lent[illegible]ſcit:alii cunctantē grauem dicunt:ut glebas cunctantes craſſaq; terga expecta. Nec minus:nihilominus ille deflebaē:interea dū itur ad ſyluas. Ingrato:Triſti ut gratū aliqd lætū dicimus:alii ingrato dicunt gratiā nō ſentiēti. Pinguē:aut de græco tranſtulit [illegible]:aut hyppallage eſt:hoc eſt de pinguibus tædis. Frondibus atris:aptis ad funera.Cupreſſus adhibeē ad funera:uel q̧ cæſa nō repullulat:uel q̧ p eā funeſtata oſtendiē domus:ſicut lætā frondes indicāt feſtæ Var. tamen dicit pyras ideo cupreſſo circūdari pp grauē uſtrinæ odorem:ne eo offendatur populi circunſtantium corona:quæ tandiu ſtabat reſpondens fletibus præficæ.i.planctuum principi:quādiu cōſumpto cadauere & collectis:cineribus dicebat nouiſſimum uerbum ilicet:qđ ire licet ſignificat:Vnde ē dixitq; nouiſſima uerba.

DONA. O poſuit:cū loqreē cū colūbis O cū p̄ces torſiſſet ad matrē:illic.n.pōiē:ubi ſimplex hortatio ē & precāda. Veſtigia p̄ſſit:Obſeruabat diligentius:qa ſciebat poſſe illas p̄ter aduētū ſuū aliqd ꝓpriis motibus nūtiare. Prodire uolādo:ꝓdire pedū ē:Volare alaꝝ:ſed qū o ambulabāt & uolabāt ſed ītellige uolata eē mediā partē plātæ & māus.Ergo uolabāt ambulabāt p uolā.Vnde īuolare dicimus cū aliqd furti uolæ māus ſubtrahimus:itē īuolare cū uiolēter māus ī aliquē dirigūē.Ter.ī faciē inuolē ueneſico:ergo hic ambularē ītelligit.Nā cū ipſoꝝ motū exprimere uoluit:dixit Cælo uenere uolātes:cū aūt demōſtraſſet ambulationē in eo qđ eſt ꝓdire procedādo:& deinde uolatū exprimere uellet:dixit Tollūt ſe celeres liqdumq; p.a.la.Ergo uſq; ad auernum ambulauerāt. Diſcolor:Nam per arborem uiridē fulſit color aureus. Corripit:ne ꝓlixior eēt narratio non dixit quomō ad ipſam arborē æneas uenerit:ſed p aliā uiā intellige peruenit. Cineri:nondum cinis erat:ſed mox

combuſto cadauere erāt futurus. Principio pinguē: Ea adhibuerunt quæ non ſolum pyram inſtruerent: ſed eam facile incederēt. Armis: nā uiroꝝ fortium arma & cætera quæ cariſſima haberēt cum ipſis cōſumebāt.

CHRI. Cælo: Venerunt ex alto: & ſederūt in uirenti ſolo: quia erat auguriū ipſi ſapientiā q̄ cæleſtis eſt datura m ſibi cognitionē uitioꝝ quæ terrena ſunt. Eſtq; optimus ꝓgreſſus: ut primū uitiis exuamur: deinde cæleſtibus uirtutibus oppleamur: nā uirtus eſt uitiū fugere: & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe: ut ait Hora. Heros: nā niſi heroicis uirtutibus: ut oſtendit Ariſto. ſūmi boni participes eſſe nō poſſumus: dixit: aūt geminas columbas: qꝛ ſecundū Eurypedē duæ ſunt ueneres: cæleſtē & humanā. i. amor reꝝ cæleſtiū in qbus ē cōtemplatiua & humanaꝝ in qbus eſt actiua: unde recte ſapientiam dicunt reꝝ diuinaꝝ & humanaꝝ ſcientiam: nō autem temere Orpheus unā tantū argonautis tribuit: nā ipſi ſolā humanā ſapientiā ſecuti ſunt. Eſt duces: nam fruſtra ducimur niſi ardētiſſimus amor nos ducat. Siqua uia: recte addubitat i rebus difficilimis. Pinguē: quonīā ſummū bonū producit. Dubiis: Facile. n. in ambiguis propter difficultatē torpeſceremus: niſi adeſſet ardor amoris. Preſſit: nā nō niſi pedetētim procedēdū ē: neq; prius ad ſubſequētia ꝓcedēdū q̄ antecedētia recte nouerimus: ſi ueritatē conſeq cupimus: nec qcq̄ ē inexploratū omittendū. Hoc & ciuis noſter. Danthes expreſſit: cū i mōtis aſcenſu diceret: Si chel pie fermo ſempre era el piu baſſo. Apprime. n. ardua ē uia & ſudoris plena q̄ ducit ad uirtutē. Paſcētes: Pabulū. n. animoꝝ ē ipſa ueri iueſtigatio. Prodire uolādo: Nō. n. debet amori ueſtigādi lōgius ꝓcedere: q̄ īgenii acies cōſeq poſſit. Auerni: de quo uidebis apud Seruiū. Vitāt āt odorē auerni. i. fugiunt reꝝ terreaꝝ corruptelas: & ab iis eleuatæ p liqdū. i. puꝝ aerē. i. p ſupnaꝝ reꝝ affectū deueniunt ad ipſā ſapiētiā. Nā quotieſcūq; nos icitāt res terrenæ: debemus illis opponere diuinaꝝ reꝝ excellētiā. Viſcū: neutri generis ē & ſecūdæ declinatiōis. Nā uiſcus uiſceris carnē dicimus. Quicqd. n. intra cutē pellē ue aīalis eſt uiſcus appellatur. Viſcū autē i quercu robore. Illice: pruno ſylueſtri terebinto naſcitur nullo ſemīe niſi in aluo auiū maturo palumbi maxime & turdi. Humi nūq̄ naſcit̄. Druidæ q magi galloꝝ ſunt nihil ſacratius habent uiſco & arbore qua gignit̄ mō robur ſit. Nā roboꝝ eligūt lucos: nec ulla ſacra ſine roboris fronde faciūt. Vnde græca iterpretatiōe απο του Δρυοσ druidæ appellari poſſunt: Certe qcqd illi adnaſcit̄ e cælo miſſum putant: & id electæ arboris ſignū putāt. Hoc repertū maxia religiōe petit̄ & ante oia ſexta luna q̄ menſiū annorūq; principiū iis facit ſacrificio epuliſq; rite ſub arbore patis duos admoueat cādidos tauros ſacerdos candida ueſte cultus arborē ſcādit: Falce aurea demetit. Cādido id excipit̄ ſago. Tū demum uictimas īmolant: p̄cantes ut ſuum donū deus proſpeꝝ faciat iis qbus dederint. Fœcunditatē eo dari cuiucunq; ſterili aīali arbitrant̄ cōtraq; uenena oia eſſe remedio: ait Pli. Bractea: ſubtilis lamia. Ingrato: non qa eſſet igratus: ſed q nō ſentiret officia funeris: qd īgratitudinis eſſe uidet̄. Robore: nulla arbor durior eſt robore: Robur uere cæſum teredinem ſentit. Bruma āt neq; uitiat̄: neq; fundit̄. Alias obnoxiū ut ēt torqat ſe findatq;. Lignū decorticatū candidū ē & iocūdi aſpectus. Corripit: nā uir alto ingenio aīaduerſa ſapia illam ſtatim capit. Cūctantē: uide Seruiū: ſed & ad mores refert̄. Nā uirtus circa difficilia conſiſtit Neq; derepente ſapientiā in mentē noſtrā aſciſcere ualeamus.

Viſcū
Viſcus
Duridæ

SER. Pars calidos latices: Plini. i. nat. hi. dicit hanc eē cauſam: ut mortui & calida aqua abluantur: & per interualla cōclamentur: qd ſolet plerunq; uitalis ſpiritus excluſus putari: & hoīes fallere. Deniq; refert quendā ſuppoſitū pyræ adhibitis ignibus erectum eē: nec potuiſſe liberari. Vnde & ſeruabātur cadauera ſeptem diebus: & calida abluebantur aqua: & poſt ultimā conclamationē cōburebantur: unde traxit Terētius: Deſine iā cōclamatū eſt. Ahena undantia. f. hoc ē per flāmas: alibi: Nec ſe iam capit unda uolat uapor ater ad auras. Lauant frigētis & ungūt: uerſus Ennii qui ait. Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit. Defleta: participiū ab eo quod eſt fleor. Si tamen inueniatur alias ſine uerbi origine eē dicemus. Purpureas: ad imitationem ſanguinis i quo ē aīa: ut ſupra diximus purpureā uomit ille aīam. Velamina nouel ipſi cara: uel animæ. Ex notitia enī gignit̄ charitas: ut Hic iter flumina nota. Pheretro: Græcæ dixit: nā capulus dicit̄ a capiendo. Vnde ait Plau. Capularis: ſenex ideſt capulo uicinus. Subiere pheretro: ut ſubeunt muro. More pa. ꝑpinqoribus. n. uirilis ſexus hoc dabatur officiū. Facem: de fune ut Varro dicit: unde & funus dictū eſt. Per noctem autem urebat̄: unde permanſit ut & mortuos faces antecedāt. Fuſo crateres oliuo: Diis ſuperis tātum libabant: inferis uero ſacrificātes etiam uaſa i ignem mittebant: unde ait crateres Quod ēt Sta. i Archemori ſepultura commemorat. Oliuum aūt ab oliua dixit: nam oleū ab olea dicitur. Flamma qeuit: Quaſi pyræ ingentis: qa ut in quarto diximus pro qualitate perſonæ pyræ fiebant: ſe/

Pars calidos latices: & ahena undantia flāmis
Expediunt: corpuſq; lauāt frigentis: & ungūt
Fit gemitus: tū mēbra toro defleta reponūt
Purpureaſq; ſuper ueſtes uelamina nota
Coniiciūt: pars ingenti ſubiere pheretro
Triſte miniſterium: & ſubiectā more parētū
Auerſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona: dapes fuſo crateres oliuo.
Poſtq̄ collapſi cineres: & flamma quieuit
Relliquias uino: & bibullam lauere fauillam
Oſſaq; lecta cado texit chorynæus aheno
Idem ter ſocios pura circuntulit unda
Spargens rore leui: & ramo fœlicis oliuæ
Luſtrauitq; uiros: dixitq; nouiſſima uerba.
At pius æneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit: ſuaq; arma uiro: remumq;: tubāq;
Monte ſub aerio: qui nunc miſenus ab illo
Dicitur: æternumq; tenet p ſæcula nomen:
His actis propere exequit̄ præcepta ſibyllæ:
Spelunca alta fuit: uaſtoq; immanis hiatu
Scrupea: tuta lacu nigro: nemorūq; tenebris
Quā ſup haud ullæ poterāt impune uolātes

Tendere iter pennis:talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundēs ſupera ad cōuexa ferebat:
Vnde locū graii dixerunt nomine auernum.
Quatuor hic primū nigrātes terga iuuēcos

pulchra etiam uel maiora uel minora fiebāt. Oſſaq; lecta:aut collecta aut lecta : ideo qa ut ſupra diximus nobiles nunq̄ ſoli cōburebant̄:ſed cū dilectis eqs : uel cāibus:uel famulo. Terſo:aut ſæpius:aut re uera ter. Licet.n.a funere cōtraxerit pollutionē:tamē oīs pur/gatio ad ſupos ptiet.Vnde & ait īparem numerum: aut quia hoc ratio exigit luſtrationis. Circumtulit:purgauit:antiquum uerbum:Plautus pro laruatore circū feram.i.purgabo:nam luſtratio a circumlatione dicta eſt u el tædæ uel uictimæ in quibuſdam uel ſulphuris: Iuue.Cuperent luſtrari ſi qua darentur Sulphura cum tædis:aut ſi foret humida laurus. Spargens: Quia res aguntur infernæ:in ſecundo uero æneas deos portaturus ait:donec me flumine uiuo Ablucro:hic enim erat mos:ut diximus ſupra. Fœlicis oliuæ: Arboris feſtæ:ſed moris fuerat:ut de lauro fieret:quod propter Auguſtum mutauit : ut dicit Donatus:nam nata erat laurus eo die quo natus eſt Auguſtus in palatio:unde trium/phantes coronari conſueuerant:propter quā rē noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere. Nouiſ/ſima uerba : ideſt ilicet : nam uale dicebatur poſt tumuli pacta ſolemnia. Suaq; arma uiro:ipſi cara ſculpſit ī ſaxo:nā ſupra ea iam legimus concremata. Remūq; tubāq;:Quia & bellator & remex fuerat:licet poſſumus et ſolā tubā accipe.Remus.n.dr̄ log͛:qđ cōtinet tubā. Mōte ſub aerio:in aerio:nā ſupra eſt poſitus.Aeriū autē alii altū dicūt:alii nomē antiquū montis ītelligūt:unde ē Qui nūc miſenus ab illo dicitur. Præcepta ſibyl.ut Duc nigras pecudes ea prima piacula ſunto. Spelunca alta fuit:qua ad inferos deſcēdebat̄ nō ubi fuerat ſibyl la uaticinata. Scrupea:lapilloſa: nā ſcrupus eſt proprie lapillus breuis:qui p̄ſſus:ſollicitudinem creat. Vnde ēt ſcrupulus dictus eſt:unde Ter.inieci ſcrupulū. Lacu nigro:aut alto:aut uere nigro inferorum uicinitate. Tu/ta:Quia hīc lacu hinc gignit̄ ſyluis.Dicit āt locum:quē nūc dolioła uocāt apud cumas. Volātes:Volucres: participiū pro nomine poſuit:ut Plurimus alburnum uolitās:cui nomē aſyllo ē.Sane ſciendum Lucre.& ali/quos alios phyſicos dicere aerē corporeū eē:unde aues ſubſtiet:ſed hūc cedere uapori ſulphureo: Vnde aues ī illis locis deſertæ aere quo portari ſolēt : concidūt nō odore:ſed pōdere:qđ poteſt eſſe uериſimile:qui altius in eodem loco poſſunt uolare. Vt Tollūt ſe celeres liquidumq; per aera lapſæ. Ad cōuexa: ad cæli curuitatem.

DONA. Purpureas:ex p̄tio ueſtiū meritū mortui uult oſtēdere:has ueſtes illū amaſſe ex eo demōſtrat:qa frequētet illis uſus ē:& ppea multis erāt notæ. Thurea dona cōgeſta:Meritū uiri oſtēdit ex multitudīe ſpecie rum:& cū nō dicat:quāta etiam plura ītelligūtur. Cōgeſta:copioſe tradita. Fuſo cratere:nō paulatim:ſed ſe/mel cecidit. Lecta:ex cineribus lignoꝝ. Reliqas:oſſa quæ reſtabāt ex cadauere cōbuſto. Luſtrauit uiros : qa totius claſſis pollutionem poſuerat:iccirco omnes hic luſtrat. At pius æneas:ſupiora cæteri cōpleuerāt:ſepul chrū uero iccirco curauit æneas:ut magna mole fieret:quia cōtemplabat̄ eius maximū meritū: Arma etiam poſuit:ut quibus ī uita floruit:illis ī morte ornaretur. Aerio : hoc nomē mōti illi apud priſcos fuerat.Ergo nīa breuitate & uetus & nouū pōit nomē. Aeternum per ſæcula:& propter meritū defūcti & ,pter aucto/ritatē æneæ qui hoc uoluit:neq; placet q̄ aereū nō ſit nomē proprium:ſed ſignificet altū : nā qđ uetuſtū illud nomē fuerit.Oſtēdit Maro cū de miſeno dicat qui nūc:quaſi īferat dicitur nūc miſenus q olim dictus eſt aere us. Tuta lacu:Hoc facit natura loci & nō humanum artificium q̄ tuta ſit. Talis halitus:refert cauſam nō poſ/ſe uolare.ſ.pp uim uaporis īde ſurgētis:quo ſtatim necabātur. Quatuor:,pcurabat ſibylla remedium ad trā ſitum:nam ſi aues per altitudiem cæli citæ trāſire nō poterāt:qđ Homo efficeret per teterrimum locum & tene bras trāſituꝝ tardo greſſu.Numerus autem & color & reliqua quæ adhibētur:pertinēt ad ratiōem ſacrificii.

CHRI. Expediūt:ī prōptu ponūt:ut ſint pata uti uolētibus.Quod aūt refert Seruius de iis q mortui uidē tur nec ſūt:patet:& Pliniū īducit:ueꝝ uidet̄:nā Pli.ait Auiolā quēdā cōſularem ī rogo reuixiſſe : ſed quoniam ualēte flāma ſubueniri nō potuit:uiuus crematus ē:idē dicit eueniſſe.L.Lamiæ p̄torio uiro. Celius āt Tubero ipſe p̄torius a rogo relatus ē:ut Meſſala Ruffus & alii teſtātur.Nos aūt florētiæ uidimus muliercula īfecto uxorē,p mortua elatā cū ad remigii tēplū iā portata eēt ī feretro aſſurrexiſſe & ad multos annos uixiſſe:hoc morbo laborāt fœmīæ:cū uuluæ peruerſiōe ſpūs p̄cludit̄:q̄ ſi corrigit̄ reddit̄ ſpūs.Hoc mō ait Heraclitus ephe ſius fœminā:q̄ ſeptē diebus exanimis iacuerat:ad uitā reuocaſſe.Sed multa ī hiſtoria audēt græci.Dicūt enim Hermotini clazomenii aīam relicto corpore errare ſolitam:& e lōginquo multa nūtiare.Corpore īterim ſe/mianimi iacēre:donec cremato eo inimici eius:q cātaride dicebat̄:remeāti aīæ ueluti magnā ademerit. Auer ſi:de more erat:cū rogum eēnt īcenſuri.Faciē auertere: ne id nolentes ſed officio aſtricti facere uiderentur. Congeſta:oſtēdit cum magna reꝝ copia omnia geſta fuiſſe. Collapſi:nā oībus cōcrematis cineres collabun tur et reſidēt. Quieuit:cōſumpto.n.omni humore diſcedit flāma:cū pabulū quo alebat̄ amiſerit. Bibulam: quicquid humorē fugit:id bibulū dicimus. Hoc & cineribus euenit.Fauillā dicimus rē extinctā:accēſam āt fauillam. Aeno : aes enim præter cætera metalla ad ſacra adhibebant. Circuntulit: luſtrauit.Sic Plautus ...tet hanc circunferri procerita. Rore leui:aqua.Minuta ut ros eſſe ſolet. Rore & ramo.i.rore proueniē te ramo madefacto. Ingenti mole:nam aut cōgeſtis lapidibus:& terra:aut magno ædificio magnam mo/lem ſuperimponebant ſepulturæ.Vnde & moles dicebantur ſepulchra.Hic moles Adriani.i.ſepulchrum di/...quæ noſtris tēporibus ſancti Angeli arx nominatur:quam duplici peruicque muro palatio pontifica ...d in uaticano eſt iunxit Nicolaus qntus pontifex maximus. His actis:nam non ſolum extincta ſed ma gnā mole obruta īnani gloriæ quia uirtutem pp ſe nō propter gloriam amamus ſibyllæ.i.diuino cōſilio Moles ...operauit. Spelunca:nam ingreſſus ad inferos obſcurus eſt : ex rationis enim cæcitate in uitia labimur.

...ſtituit:frontiq; inuergit uina ſacerdos:

SER. Cōſtituit frōtiq; inuergit:in quarto ait Me dia īter cornua fudit:& fundere ē ſupina māu libare:

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus imponunt ſacris libamina prima
Voce uocãs hecatem cæloq; hereboq; potẽtẽ.
Supponunt alii cultros:tepidumq; cruorem
Succipiunt pateris:ipſe atri uelleris agnam
Aeneas matri eumenidum:magnæq; ſorori
Enſe ferit:ſterilemq; tibi proſerpina uaccam
Tum ſtygio regi nocturnas incohat aras:
Et ſolida imponit taurorum uiſcera flammis.
Pingue ſuperq; oleũ fundẽs ardentibus extis.
Ecce autem primi ſub lumina ſolis & ortus
Sub pedibꝰ mugit ſolũ:& iuga cæpta moueri
Syluaꝝ:uiſæq; canes ululare per umbram
Aduentãte dea:procul o procul eſte prophãi
Conclamat uates:totoq; abſiſtite luco:
Tuq; inuade uiam:uaginaq; eripe ferrum:
Nunc animis opus ænea:nunc pectore firmo
Tantum effata furens antro ſe imiſit aperto:
Ille ducẽ had timidis uadẽtẽ paſſibus æquat.
Dii qbus imperiũ ẽ aiarũ umbræq; ſilentes:
Et chaos & phlegeton:loca nocte ſilentia late

loq; illis ſanguine coniunctus es inhumatus. Quod ſemper nefas fuit talem fluuiũ:& qui tales habent ultri/ces non dicam tranſibis:ſed aſpicies. Aut abibis ripam:ut oſtendat maximum nefas eſſe ipſum tranſire: etiã ſi poſt tranſitum a ripa non diſcedens ulterius non progrediatur. Deſine fata deum fle.ſpe.oſtendit q̃ traſire fluuium aliquem ihumatũ ſit uelle flectere fata:quæ ſecũdũ ſtoicos ne a ioue quidẽ frangi poſſunt. Fatũ: de fato ita ſcribit Auguſti.i qnto eius uoluminis:q iſcribit́ de ciui.dei. Qui nõ aſtrorum conſtitutionẽ ſicuti eſt cum quodq; concipitur uel naſcitur uel ichoatur:ſed omnem cõnexionem ſeriemq; cauſarum:qua fit omne quod fit:fati nomine appellant non multum cũ iis de uerbi eſt laborandum:quoniam hanc ſeriem dei uo/luntati & poteſtati ſubiiciunt:qui cuncta ſcit anteq̃ fiant:& nihil inordinatum relinquit:a quo ſunt omnium ptãtes:q̃uis ab illo ſunt oium uolũtates:hæc Auguſti. Sene.ãt his uerſibus oſtendit dei uoluntatẽ:cuius ptãs p cuncta porrigitur fatũ illos dicere. Duc me ſumme pater altiq; dominator poli quocunq; placuit:nulla parendi mora ẽ. Aſſum impiger:Fac nolle comitabor gemens:maluſq; patiar facere quod licuit bono. Ducunt uo/lentẽ fata:trahũt nolẽtẽ. Poſtremo addit Auguſtinus ordinem cauſaꝝ:ubi dei uoluntas plurimũ ualet:necnegamus:nec fati uocabulo nuncupamus niſi forte a fando fatum dicamus: nã ſcriptũ ẽ in libris ſanctis. Semel locutus eſt deus:quoniam ptãs dei ẽ & tibi domine miſericordia ſemel.i.icõmutabiliter oia quæ facturus eſt. Hac ergo ratione fatũ appellare poſſumus a fando:ſed quoniam i alia re intelligi ſolet:corda hominum nolumus iclinare:Plato ſcribit fatũ eſſe diuinã legẽ per quã ineuitabiles cogitationes dei ac incepta cõplent́. Hãc ãt legẽ imundi animo iſitam ingenitãq; ab ipſa dei prouidentia putat:ut idẽ ſit hic fatũ quod in mente dei ẽ prouidentia. Aius.n.mũdi miniſter ẽ dei qui ea q̃ prouidẽtia ſancit & nouit diligenter exequitur : ac cõplet ac etiã exequenda miniſtris ſuis:ideſt ſyderibus ac dæmonibus mãdat:quo ſit ut lex adminiſtrandi mundi ſit & in principe deo & in mundi ſpiritu ac ſyderibus. Hoc oẽ exprimit Pla. Ineuitabiles primo dixit cogitationes dei ſecũdo legẽ per quam illæ complẽtur:& alibi dixit fatũ eſſe ſydeꝝ legẽ ut oſtẽderet prouidentiã i deo eſſe. Fa/tũ uero in mũdi ſpiritu ac ſyderibus:Sæpe etiã uniuerſi mentẽ fatũ nuncupat. Sæpe & ipſius legis executionẽ. Ergo apud Platonicos q̃tuor ſignificat fatũ:Mẽtẽ ipſam cæli:Legẽ quæ illi igenita eſt. Legẽ q̃ cæteris diis attribuitur:ac deniq; executionẽ quam ſanxit deus primus:quas adminiſtrãdas ſuſceperint ſecundi:hæc de Plato/ne Trimegiſtus autem primo dedit diffinitionẽ:quæ ad ipſius legis tẽporalẽ executionẽ pertinet dicens fatũ eſſe neceſſitatẽ omnium q̃ geruntur ſemp ſibi catenatis nexibus iunctam. Secundo appellauit mũdi animũ fati nomine:& ſimul aliam diffinitionẽ poſuit qua fatum & in mundi mente & in cæteris diis poſuit. Dicit eni fatum eſt aut ſecundus deus ideſt uniuerſitatis animus:aut oium cæleſtium terrenorũq; firmata diuinis legi/bus diſciplina.i.rõ & ordo reꝝ adminiſtrandaꝝ i diis in ſummi dei prouidẽtia:ac idẽ Trimegiſtus tria putat i rebus admiſtrandis principatum tenere his uerbis. Hæc tria fatũ:neceſſitas ordo nutu dei effata ſunt. Prima igitur eſt prouidentia diuina gubernans mundũ. A qua gubernanda mundi ratio ſimilis mundi menti tra/dita ẽ:quam hic fatũ nominat. Ab hoc neceſſitatẽ uult oriri.i.rationis huius ieuitabilẽ executionẽ. A neceſſitate cenſet ordinẽ emanare:hæc autem ſunt eius uerba:Fatũ & neceſſitas ambo ſibi inuicẽ indiuiduo nexæ ſunt glutino. Fatum rerum initia parit:Neceſſitas cogit effectũ:quæ ex illius primordiis pendet. Has ordo conſeq/tur ideſt textus & diſpoſitio tpis rerum perficiẽdaꝝ Nihil eſt eni ſine ordinis diſpoſitione & cõpoſitione. Eſt igitur eodẽ Trimegiſto teſte ꝓuidẽtia lex rerum agendarũ in ſommo principe cõſtituta. Ab hac fluit fatum: lex.ſ.prouidentiæ ſimilis:ſed in mundi ſpiritu inſita. Hic neceſſitas deinde ordo. Cæteri philoſophi non inte/gram hanc Trimegiſti ſentẽtiam acceperũt præter Platonẽ. Pythagoras enim prouidentia mundum adminiſtrari dixit. Fatum ãt diffiniens id quod ad legem & ad legis executitonem ordinẽ explicuit ſcribens fatũ eſſe eorum quæ ſunt per partes adminiſtrandoꝝ cauſam. Ad idẽ quoq; reſpiciẽs Ariſtoteles fatum iquit eſt decretũ cauſarum attractu ſe inuicem continentium:Stoici idem pene exprimunt:cũ dicant:fatũ eſſe connexam rerũ ſeriem ſiue rationem per quã mundus adminiſtrat́. Democritus autẽ Heraclitus:Empedocles:Xenophanes & Meliſſus ſolam neceſſitatem i fati diffinitione poſuerunt. Dicunt.n.ſatum eſſe euẽtũ ineuitabilem ac neceſ/ſarium. Boetus autem ſolam executionis connexionem poſuit. Fatũ enim ait eſt iherens rebus mobilibus diſpoſitio:per quam diuina prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus:hæc fortaſſe dum breuitati ſtudeo obſcu/rius q̃ par erat retuli: ſed inuenies apud Marſilium noſtrum uicinum & hæc & plurima alia enodatius explici/tiuſq; ſcripta. Memor.q.d.quæ te non fallent:nam qui narrat:non iubet memoriæ mãdari q̃ nõ credat futura:ne aliquando mendatio argui poſſit. Cæleſtibus.q.d.q̃ nõ ſunt cõtemnẽda. Ergo nõ eſt dubitãdũ qn exeq̃tur:Palinurus diximus de elia ſiue uelia. Palinurus autem promontoriũ eſt nõ procul ab hac urbe. Paruumq; ſtatim ſecundũ Marcellũ:ſed magis Seruio aſſentior. His dictis:non potuit uenire in italiam ideſt ad cõtẽplationem æneas niſi Palinurus quem appetitum rationi repugnantẽ :interpretati ſumus: qn nimis uehemẽs nimis cõcitatus eſt a ſomno ideſt a ſumma ai & placida quiete de temone ideſt de uitæ adminiſtratione deii/ceretur. Nũc autem cũ i inferno.i.i uitiorum ſpeculatione iterum ſeſe offerat:ireꝝ repellitur quia non poſſu/mus uitia cõtẽplari:ut ab eis liberemur:niſi prius relicto hoc appetitu. Nauita:de charonte abunde dictum eſt & q̃ uim nolit pati:etiam demonſtratũ ẽ. Somni noctiſq;:ut oſtendat oia cum iam ſit amiſſa ratio quaſi dormire:aut in rerum omnium tenebris & cæcitate uerſari. Petiuit:abduxit ſecundum marcellum.

SER. Amphryſia uates:apollinea & ẽ longe repetitũ epithetõ:nã Amphriſius eſt theſſaliæ fluuius:iu/xta quẽ Apollo priuatus diuinitate ab ioue irato Ad/meti regis pauit armenta: quia occiderat cyclopas fa/bricatores fulminũ:quibus Aeſculapius Apollinis fi/lius extinctus ẽ:qa Hyppolitũ ab inferis potentia her

Quem cõtra breuiter fata ẽ amphriſia uates:
Nullæ hic inſidiæ tales:abſiſte moueri:
Nec uim tela ferunt:licet ingẽs ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat umbras:

Caſta licet patrui ſeruet proſerpina limen.
Troius æneas pietate inſignis & armis:
Ad genitorē imas herebi deſcēdit ad umbras:
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago
At ramū hunc(aperit ramū qui ueſte latebat)
Agnoſcas:rabida ex ira tum corda reſidunt.
Nec plura his.ille admirans uenerabile donū
Fatalis uirgæ:longo poſt tempore uiſum:
Cæruleā aduertit puppim:ripæq; ꝓpinquat:
Inde alias animas:quæ ꝑ iuga longa ſedebant
Deturbat:laxatq; foros ſimul accipit alueo:
Ingentem æneam.gemuit ſub pōdere cymba
Sutilis:& multam accepit rimoſa paludem
Tandem trans fluuiū icolumes uatēq; uirūq;
Informi limo:glaucaq; exponit in ulua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat aduerſorecubās immanis in antro.
Cui uates horrere uidens iam colla colubris:
Melle ſoporatā & medicatis frugibus offam
Obiicit.ille fame rabida tria guttura pandēs
Corripit obiectam:atq; imania terga reſoluit
Fuſus humi:totoq; ingens extēditur antro.
Occupat æneas aditum:cuſtode ſepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ.
Continuo auditæ uoces:uagitus & ingens:

barꝝ reuocauerat. Nec ui tela fe.ac ſi diceret tantum repellit. Licet:fas ē: & eſt concedentis aduerbiū ſicut eſto. Aeternū:aduerbiū ē:ut ſupra:& ſubauditur bis æternū:latrans æternū terreat. Patrui: qa iouis ē filia ex Cerere. Seruet:cuſtodiat:ut Tantas ſeruabat filia ſedes. Troius.q.d.a diis originem ducēs. Pietate inſi.& ar.pp illud Pauci quos æquus amauit Iuppi.aut ard.e.ad.æ.u. Herebi:ꝓprie pars iferoꝝ:i q̄ q bene uixerūt morāt̄.Nā ad elyſiū nō niſi purgati ueniūt: unde ē Et pauci læta arua tenemus.Hic dep̄nſū ē aīas de elyſio ad corpora nō redire qa ꝑ purgationem carent cupiditate. Si te nulla mo.neceſſitate uult pſuadere qa ſcit manes nulla reflecti. Pietatis ima.i.pietas:ut uis herculea.i.Hercules & eſt periphraſis. Aperit:nudat ut Aperire procul montes ac uoluere fumū. Fatalis uirgæ:nā ē Si te fata uocāt. Lōgo poſt: aut aduerbiū ē:aut præpoſitio antiq; poſita. Iuga:græcæ dixit ζυγα:quæ traſtra uocamus. Laxat:Vacuat:ut ſupra.
Foros:Tabulata.Multitudīe.n.remota q̄ſi laxantur ſpatia. Alueo:Fluminis:& per ſynereſim aluo. Ingētē æneā:ut oſtēdat ꝑ purgationē aī ēt corpa fieri leuiora:qđ de ſyllaba uult accipi. Sutilis:itexta ergo fragilis. Tādē:pp paludis magnitudinē: aut qđ melius ē pp pōdus æneæ: & pp cœni dēſitatē. Informi:ſine forma. Perſonat:aut pſonare facit:aut ꝑ regna ſonat Et qa de animis dicturus eſt: bene facit ante Cerberi mētionē cōſūptoris corpoꝝ Luca. Qui uiſcera ſæuo ſpgis nr̄a cani.Tūc.n.aiæ locū ſuū recipiunt: cū fuerit corpus conſūptū. Colubris:fingit̄ ꝓ pilis habere ſerpētes:& hypallage:qa i collo eius horrebāt colubræ.
Offa:hic diminutiuū ofella q̄ non geminat.f.Quod ait melle:alluſit ad corpora q̄ cū melle obruūt̄. Toto antro:ꝑ hoc eius magnitudo oſtenditur: ut de Polyphemo iacuitq; ꝑ antrū imēſū. Occupat: raptim ingredit̄. Sepulto:ſine pulſu.i.ſine motu dormiente. Irremeabilis:epithetū æternū:& etiā ipſi æneæ irremeabilis quia per aliā portā egreſſurus ē. Continuo au.uo.Nouē circulis iferi cincti dicunt̄:quos nunc exeqt̄.Primus animas ifantium tenet.Secundus eoꝝ q ꝑ ſimplicitatē adeſſe nequerūt.Tertius eoꝝ q euitātes erūnas ſe interemerūt.Quartus eoꝝ q amauerūt.Quintus uiroꝝ fortiū.Sextus nocētū q puniunt̄ a iudicibus.In ſeptimo aiæ purgant̄:in octauo ſūt aiæ ita purgatæ:ut redeāt:in nono:ut iā nō redeant i campo elyſio. Vagitus: poetice dixit.Ploratus tātū lachrymaꝝ:planctus tantū uocū.Fletus ad utrunq; ptinet.Sed cōfūdūt̄ plerunq;.

DONA. Breuiter:Quia q̄ iuxta ſunt lōgo ſermōe no egēt. Nullæ inſidiæ:loqt̄ ergo cōtra ut dixit. Nā loquitur contra illa quæ ſuſpicabatur. Nec ui tel.f.confutat qđ ille uehemēter timebat. Fertur.n.ferrū plerūq; nō ut inferat̄:ſed ut repellat̄ iniuria. Pietate & armis:nā propter pietatē deſcendit ad patrē:propter uero fortitudinē nō reformidauit picula:q̄ ſunt apud inferos. Alias animas:quo facilius æneā ferret. Ingentem:aut qreuera eſſet magnus: aut cōparatione exiguæ nauis:q̄ ad incorporeas aīas uehēdas inuenta eſſet. Tādem: tantem:mora fuit:quia nauis præter ſolitum eſſet honuſta.Vel ex affectu æneæ qui properabat ad patrem.

CHRI. Nullæ hic inſi.Purgat q̄ ille timebat:& oſtendit q̄ alienus ſit a fraude & a rapina.Poſt hæc oſtendit animū.Hæc oīa huc tēdūt:ut q ad ſpeculationē tēdūt:primo uacēt & dolo: & ui:hoc eſt omni uitio:nā ille aſcēdit in montem domini:& ſtabit in loco ſancto eius:q ē innocēs manibus & mūdo corde: & nō accepit in uanū animā ſuā.Sed neq; hoc ſatis ē:ut uitio careas:ut in ſpeculationē recipiaris:Sed opus eſt ut ramū apias.i.pferas ipſam ſapientiam quā ſine dei diſpoſitione nemo aſſequitur:Vnde dixit Donum fatalis uirgæ. Mirabilem: quia nil ſapientia mirabilius eſt. Longo poſt tempore uiſum:nihil enim rarius uidere cōtingit.Miratur erramum aureum:nam q̄uis nolit cogi liberum arbitrium:tamen concedit ſapientiæ. Ceruleam aduertit puppim:Aduertit uolūtatem quæ uidēda diſcutiat. Hæc habet pro.ideſt impetum i obiectum:habet i pupillaum:ideſt rōnem qua cūcta pōderet & regat. Nā & i malo eligēdo adhibet rationem licet falſam Charō i.liberum arbitrium uiſo ramo.i.ſapiētia libēter ad illum ſe uertit. Nauis cærulea ē:Cæruleus autem color ex albo cōſtat & nigro: quia aius ꝑ ſpeculationē ad iferna tēdēs nigrum.i.uitium & albū.i.uirtutē cogitat. nec ꝑ nigrū iſcitiam ꝑ albū cognitionem itellige.Speculator.n.niſi uideret aliqd nō moueretur ad ſpeculādū. ſi uero oia uideret:ceſſaret ipſa ſpeculatio.Remouet Charō cæteras aimas:ideſt cæteros oēs ai affectus & ꝑturbatiōes: & recipit æneā cū ſibylla.i.aium cū ſolo itellectu.Cymba ſubtilis eſt:qa ſcitis ſciēda annectit. Eſt rimoſa ppea qđ i eadē re ſcibiliū ſcitoꝝ q̄ diuerſitas nulla ē:diſtātq; lōge iter ſe:ac differūt:& pugnāt ſæpe uidēt. gemit cymba ex anguſtia:q̄ ꝑmitur pp ſpeculatiōis difficultatē:& qa rimoſa ē accipit multā paludē. Nā ſæpe

Charon

Cerbe rus

inter ſpeculandum corporearum rerum illecebræ ſubeunt. Cerberus:hic ſecundum Heſio.natus ē ex Echidna & Typhaone ſimul cum Ortho cane Gerionis & Hydra & Chimera:& ut idem poeta ſcribit:habet centum capita ianitor eſt Plutonis:& cuicunq; uenienti cauda atq; auribus blanditur:ſed exire nemine patitur. Si quidem in inſidiis colocatus quęcunq; extra ianuam offendit:deuorat. Alii non cētum ſibi capita: ſed tria dāt Verum quod magis abſonum iudicari poſſit:contraria ſentire Heſiodus ac Virgi.uidentur. Siquidem Heſiodus ait illum intrantibus blandiri. Egredientibus uero aduerſari. Contra Virgi.ipſum uenietibus obſtare & ne ingrediantur eos impedire inducit. Quorum cōtrouerſiam ut facilius tollamus:meminiſſe oportet deſceſum ad inferos eſſe:tum eorum qui in uitia labuntur:tum eorum qui deſcendunt in contemplationem uitiorum:ut cum illorum pernitioſam peſtē cognouerit:ab illis ſe purgēt. Cerberum autem pro eo poni quod in nobis terrenū ac ꝑpea caducū ē. Si igiť itelligamus nos ad iferos deſcēdere:cū i uitia labimur:erit id qd ſcribit Heſio.nam labentibus ita ad iferos blandiť cerberus.i.corporei ſenſus. Nam illi nos in uitia ꝑcipites agunt & ad oēs uoluptates inuitant quæ aīum effœmināt:contraq; ab oi rez̄ cæleſtiū inueſtigatione remouent:& qa nihil niſi corporeum nobis ſeſe offert:nos nihil niſi corpus eē putamus. Sin āt hinc abire tentamus repugnāt oio eædem uoluptates. Itaq; hortanť ad ingreſſum: dehortanť ab ingreſſu. Sin autē eum deſcenſū ad iferos intelligamus:p quē contemplationē uitioz̄ ut ab illis diſcedamus ſignificamus cōtra eſt de cerbero. Nā repugnat aduerſaturq; igredi uolētibus. Impediūt.n.nos ea oia quæ q̄uis caduca momētaneaq; ſint: tamen ſenſus demulcent:Preſertim āt ipedit nos timor:ne ea quibus corpus idiget nos deficiāt:itaq; ſapiens q eſt conſiderat tria genera eē eaz̄ rez̄ q̄ ad corpus ptinēt uoluptatū. Primæ illaz̄ rez̄ ſunt q̄ nec neceſſariæ nec naturales ſūt. Altera eaz̄ rez̄:q̄ & ſi nō ſunt neceſſariæ:tamē ſunt naturales. Tertia uero illaz̄ q̄ naturales neceſſariæq; ſunt. Itaq; primā tanq̄ oino pnitioſā refugiendā eſſe cenſet. Secūda uero ſpeciem facile careremus. Tertiā poſtremo q̄uis ea continet ſine qbus eſſe non poſſumus:facile tamen parari illa poſſe:quia natura paucis minimiſq; contenta ſit aīaduertit:iſta ergo facile ſine multa impēſa & puo labore ſibi cōparat:ac deceps reliquū tempus maximarum rerum cōtemplationi impēdit. Qua qdem laute abundeq; aliť aīus eaq; uiget:ac beate degit:ut ipſa īueſtigatio pabulū ſit:ac uera ambroſia. Gaudiū āt qđ ex illaz̄ rez̄ cognitione puenit ſuauiſſimū nectar pbet: dat igiť cerbero.i.neceſſitati corpis offā.i.uilē ac facile parabilē cibū i quo ſit etiā potus : & ex quo gignať ſomnus ut ad plenū ſatiſfaciat neceſſitati corporeæ. Nā cibo potu: ac ſōno indiget uita animalis:unde triſauci latratu illū pſonare dicit. Soporatā:nam ut diximus:ſomnus neceſſarius ē uitæ corporeæ. Ille fame rabida:oſtēdit p tranſitū nullū obſoniū melius eſſe q̄ fames cū tunc ēt uiliſſima ſuauiſſima ſint:& illud ſimul docet ſame ipſa oia latrare:& in oēm rabiē uerti.hinc ipſe alibi Et male ſuada fames. Occupat æneas aditum cuſtode ſepulto:nā cū ita curatū ē corpus:ut neq; nimio luxu cōtumax ſit:neq; rurſus rebus neceſſariis laboret iacet obtēpās:nec aīo cōtēplari uolēti aduerſať:ergo ualet æneas.i.uir ſapiēs occupare ingreſſum ad contemplationem.

SER. In limie primo:Qui de prima ipſi ſubrepti ſunt uia. Exortes:Expertes ſine pte αγληρυσ græcæ. Acerbo:immaturo:trāſlatio a pomis. Sine ſorte:Sine iudicio. Nā antiq non audiebant cās niſi ſorte ordinatas. Nam tempore quo agebantur cauſæ: conueniebāt oēs:unde & conciliū ait:Et ex ſorte diez̄ ordinem capiebāt:quo poſt diē trigeſſimū ſuas cās exequebanť:unde ē Vrnā mouet: Iuuena. Gratia fallacis prætoris uicerit urnam. Queſitor:proprie is eſt qui exercēdis q̄ſtionibus ꝑeſt:inducit autem Minoa tanq̄ crudelem:quod epitheton Plato & Homerus ei dāt: nā Eacus & Rhadamanthus frēs minores ſunt. Mœſti:Quia ſecūdū Platonē grauiter puniuntur eorum aiæ qui ſibi inferūt mortē. Lucē:Figurate:nam pero ſum illius dicimus. Proiecere:Quaſi rē uilem. Duros perferre: Homerus Achillis umbram inducit dicētem libentius ſe omnia aduerſa apud ſuperos tollerare q̄ apud inferos imperare. Aethere: noſtrum habitaculum ætherem uocauit inferorum comparatione. Fata:iura naturæ. Nouies ſtyx iterfuſa:qui altius de mūdi rōne q̄ſierunt dicūt intra mundi hos nouē circulos iclufas eē uirtutes:in quibus & iracundiæ ſunt & cupiditates:de quibus triſtitia.i.ſtyx : unde dicit nouem eſſe circulos ſtygis : quæ inferos cingit:ideſt ut ſupra diximus terram. Nā dicūt alias eſſe purgatiores extra hos mūdi circulos poteſtates. Par tē ſuſi moſtrantur i oēm:Plures uult oſtēdere eos i q bus libido dominať. Lugētes cā.Quaſi lucis egētes

Infantumq; animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis uitæ exortes:& ab ubere raptos
Abſtulit atra dies:& funere merſit acerbo.
Hos iuxta falſo damnati crimine mortis:
Nec uero hæ ſine ſorte datæ:ſine iudice ſedes:
Quæſitor minos urnā mouet : ille ſilentum
Conciliumq; uocat:uitaſq; & crimina diſcit.
Proxima deide tenēt mœſti loca:qui ſibi letū
Inſontes pepere manu:lucemq; peroſi
Proiecere animas:q̄ uellent æthere in alto
Nunc & pauperiē:& duros perferre labores:
Fata obſtant:triſtiq; palus inamabilis unda
Alligat:& nouies ſtyx interfuſa coercet.
Nec procul hinc partem fuſi mōſtranť iōem
Lugentes campi:ſic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti cælant calles:& myrtea circum
Sylua tegit:curæ non ipſa i morte relinquunt.
His phædrā:pcrinq; locis:mœſtāq; eriphylē
Crudelis nati monſtrantem uulnera cernit.

qđ ēt a moribus cōgruit. Durus.a.imittis iexorabilis. Tabe.p.corpore paulat idefluente. Secreti celāt calles: Amātibus cōgruit. Myrtea ſyl.q̄ ē Veneri cōſecrata. Curæ nō ipſa i morte.r.hoc ē:Etiā illic amant:& habēt pactoz̄ imaginē criminū:ſicut ēt de piis dicturus ē:ut Quæ gratia curru Armorumq; fuit uiuis quæ cura n

tentes. Paſcere equos eadem ſequitur tellure repoſtos. Sane ſciendum ut ſupra diximus loqui eum de amore
generali: ſicut etiam Plato in ſympoſio tractat. Nihil enim intereſt quod quis amet: dummodo amore tenea/
tur. Notandum etiam eſt: nam rarum eſt quia cū maſculio genere ſupra uſus fuerit: ut Hic quos durus amor:
Nunc tantum fœminaꝝ ponit exempla: nō ꝙ deſinit uiri: ſed elegit ſexū impatientē ad amandū: tamen paulo
poſt ēt Sichei facturus eſt cōmemorationē. His phædram: hæc fuit filia Minois & Paſyphes & uxor Theſei: q̄
priuignū Hyppolitū amore captat de ſtupro īterpellauit: & deſpecta apud maritū eū falſi criminis detulit: qui
iratus inuocauit Aegeū patrem: ut Hyppolito currum agitanti imitteret phocā: quo facto & Hyppolito iter
empto: Phædra amoris ipatientia laqueo uitā finiuit. Procrin: Hæc uxor Cephali fuit: q cum uenandi ſtudio
teneret: labore feſſus locum quendā adire cōſueuerat: & illic ad ſe recreādū auram uocare: qđ cū ſæpe faceret:
amorē in ſe mouit Auroræ: quæ ei canē uelociſſimā Lælapa nomine donauit: & duo haſtilia ieuitabilia: eūq;
īamplexus rogauit: ille ait iuſiurandū ſe habere cū coniuge mutuæ caſtitatis: quo audito Aurora reſpōdit: ut
pbes igiť cōiugis caſtitatē muta te ī mercatorē: quo facto ille iuit ad procrin: & oblatis muneribus īpetratoq;
coitu: cōfeſſus eſt ſe eſſe maritū: quod illa dolēs cū audiſſet a ruſtico amare eum auroram: quā inuocare con/
ſueuerat: ad ſyluas profecta eſt: & ī fruteтis latuit ad deprehendendum maritum: qui cum amore ſolito auro/
ram uocaret: Procris egredi cupiens fruteta commouit: ſperans Cephalus feram: haſtam ineuitabilem iecit: &
ignarus interemit uxorem Mœſtamq; eryphilē. Hæc amphiarai auguris argiui uxor fuit: quæ latentem bel/
lo thebano maritum polynici prodidit: monili accepto quod ante uxori dederat: qui ductus ad prœlium hia/
tu terræ periit: cuius filius Alcmæon poſtea matrem necauit: & eſt ut Horeſtes furore correptus. Vituperatur
ſine Vir. ꝙ mœſtam dixerit: quam ſtygerem legit apud Homeꝝ. i. nocentem. Nam mœſta eſt στυγερην.
DONA. Dulcis uitæ ex. quos dulcis uita cito deſeruit: & fecit exortes. i. extra ſortē uiuendi maiorem. Ab
ubere: ad augumentū miſerationis ꝙ iſōtes a matris uberibus rapti ante extiguerēť q̄ loq cœpiſſent. Quæſi/
tor. m. Et iquirendi & urnæ agitandæ habet ptātē. Inſontes: dr̄ cauſa facti. Nihil. n. fit niſi quod faciēdi habet
neceſſitatem. Fuſi i omnē partē: quocunq; oculos tēdere poterāt. Secretos: aut i abdito conſtitutos aut ſepa/
ratos. Curæ non ipſa in mor. r. tanta fuit uis amoris: ut poſt mortem ab iiſdem curis non dſererentur.
CHRI. Vagitus: uagire iſantium eſt: quoniā pueri ſimul atq; parti ſunt eam primū uocem edūt: quæ pri/ Vagitꝰ
ma ſyllaba i dictione eſt: Vnde & uaticāus deus is eſt: penes quē uocis humāæ initia ſunt a quo acer uaticāus ē Vaticanus
dictus: ut ait Varro: quāuis alii hūc deum a uaticiniis nomīatum uelint: & agrum uaticanum ꝙ a uaticiniis q̄
uiatq; iſtinctu eius dei i eo agro fieri ſolita eſſent. Flentes: Flere eſt tantum lachrymis: Gemere pectore cum
pre anguſtia i ſonum prorumpimus: ideo & iumēta ſub nimio pōdere gemūt: & ianimata ea rōne gemere di
cunť: ut Gemuit ſub pōdere cymba plorare eſt uoce flebili dolorē oſtēdere unde eſt īplorare. Plangere ē pcuſ/
ſione mēbroꝝ dolorē oſtēdere: & pro pcutere capiť. Eiulare ē acutiori & magis ſublata uoce flere: qđ eſt mu/
lieꝝ: & pene idē qđ ululare: q̄uis hoc lupoꝝ canūq; ſit. Nā uociferāt q non mo dolorē: ſed idignationē uoce ef/
frenata demōſtrant: qđ & uehemēťer clamare aliquādo ſignificat. Lamētare eſt uoce q̄rula & triſti oīne cala/
mitatē teſtari: infantia āt ſecūdū doctiores phōs ſeptimo anno finiť: quæ ē prima ætas. Scđa uero pueritia nun Aeta/
cupať uſq; ad pubertatē ſcđo ſeptēnario. i. q̄todecimo anno finiť. Tertia. i. adoleſcētia. ad. xxi. annū extēdiť. De tes ho
inde ſeptēnario geminato ad. xxxv. annū ꝓduciť iuuentus: q̄ ætate pfecta uxorē ducere Ariſto. iubet. Rurſus minis
ſeptēnario geminato uſq; ad. xlix. uel. l. annū eſt ætas uirilis: matura ac pfecta. Senectus demū triplicato ſeptē/
nario cōſtituiť. Ait āt Ariſto. in li. de rep. q ebdomatibus diuidūt ætates: plurimum bene dicūt. Sequēda. n. eſt
naturæ dictio. Ab ubere rap. Pathos a breuitate uitæ & ab ætate. Acerbo: ab eo qđ eſt acer. Nam quæ acerba
ſunt: acriorē habēt ſaporē. Damnati falſo. c. iure poſt iſantilem inocentiam ponunť q inocētes mortē ſubie/
re. Sorte: Vide Seruiū. Sed & Quiti. Ait Quod i foro uel atrocitate formulaꝝ uel modo petitionū uel nouiſ/
ſime ſorte iudicať. Minos: Scripſerūt multi plurimos deos i creta fuiſſe: ac deinde multis ætatibus poſt deos Mios
heroas eandē iſulā habuiſſe: quoꝝ clariores teſte Hero. Minos & Rhadamanthus fuere Europes & iouis filii.
Minoaq; maiorē natu regnū accepiſſe: ac plures urbes condidiſſe. Sed ex iis tres nobiliores Gnoſū qđ aſiā ſpe/
ctat. Pheſū uero ad meridiē poſitū: & Cydon ad occaſū uergēs. Dedit leges cretenſibus: quas a pr̄e accepit: q in
ſpelūca ſibi cōgrediēs eas dabat. Ac bello nauali multas iſulas cœpit: primus græcoꝝ mari īperauit. Magnoq;
in honore pp iuſtitiā & fortitudinē fuit. Claſſe primus teſte Plinio pugnauit Ephorus āt ſcribit Minoa cuiuſ/
dam antiqſſimi Rhadamāthis imitatorē extitiſſe uiri iuſtitia & æqtate celeberrimi: qua appellatione Minois
inter fuit. Hunc igiť ſectatus Minos p nouē annos iouis antrum coſcendebat: ac poſtea inde deſcendens leges
quæ mādata iouis dicebat hoibus ferebat. Vnde poeta dixit Hic quondam minos nonū regnauerat annum:
excelſa mandata iouis captās Ait Stra. Mœſti: quoniam cōtra īperiū deorum fecerunt. Erat. n. i arcanis anti/
quorum nō licere cuiq̄ ſe ipſum īterimere: cuius rei hanc rōnem Socrates apud Pla. refert: hoīes i quadam cu
ſtodia eſſe: nec oportere quenq̄ ſeipſum diſſoluere: neq; fugere dicitq; deos noſtri curam habere nos uero ho/
mines i rebus eſſe deoꝝ. Ergo quemadmodū ſi qs ex noſtris ſeruis ſe occideret cum hoc nō mādaremus gra/
uiter ferremus: atq; ſi poſſemus puniremus: ita & deus facit ſiqs hanc cuſtodiam effugiat prius q̄ ſibi deus ali/
quam neceſſitatem īpoſuerit: ut tunc Socrati fecit. Nouies: Quia octo cælorum ſphæris: & corpore īcluſa ē
anima: in inferis eſſe diciť. Alii dicunt nouem circuitiones ſtygis nouem eſſe cōplexiones ex qualitatibus qua/
tuor humorum: qbus anima a diuinitate ſequeſtrať: quarum quatuor ſunt ſimplices. Nam bili calor: ſangui
humor: pituitæ frigiditas: atræ bili ſiccitas. Quatuor coniunctæ. Nam ſiccitas mixta frigori terreſtrem cor/
poraturam facit calori igneam. Humiditas cū frigore aquaticā cū calore aereā facit. Nonam uolunt æqualem
eſſe quia ſecundum iuſtitiā oēs operenť qualitates nulla ſuperet. Lugentes: nā luctus maxime amantum:
Vnde i buc. Nec lachrymis crudelis amor nec gramine ripæ Nec cithiſo ſaturanť apes: nec fronde capellæ.

SER. Euadnem:hæc uxor Capanei fuit:quæ ſe in ardentẽ mariti rogũ precipitauit. Paſiphen:Hæc autẽ ut ſupra diximus:tauri amore flagrauit. Laodomia:Vxor Protheſilai fuit:q̄ cũ maritũ ĩ bello troiãc piiſſe cognouiſſet:optauit ut eius umbrã uideret:q̄ re cõceſſa nõ deſerẽs eã ĩ eius amplexibus piit. Nũc fœmina.c.cæneus uirgo fuit:quæ a Neptũno ꝑ ſtupri p̃tio meruit ſexus mutationẽ.Fuit etiã inuulnerabilis:q pugnando p lapythis a cẽtauris crebris ictibus fuſtiũ paulatim fixus ĩ terra ẽ:poſt mortẽ tamẽ in ſexum rediit.Hoc ãt dictũ oſtẽdit Platonicũ illud aĩas per μετέλχυχοσιν ſexũ plerunq; mutare. Errabat : Vagabatur:& bene alluſit quia & amauerat & ſe ĩteremerat:ut quaſi incertum eẽt quẽ circulum poſſet tenere. Obſcuram: Recenti morte:ut ſupra diximus. Infœlix di.Veniali utiť ſtatu:& excuſat ſe ꝑ neceſſitatẽ:ne mortis cauſa fuiſſe uideať. Verus mihi nuntius: κατατο σιοπουμενον intelligendũ quod ſit nuntiatus Didonis interitus.Alii ad ignẽ referunt uiſum.Alii ad Mercurium q ait certa mori:ſed ĩ neutro etiam ei genus mortis ſignificatũ ẽ:& hic dicit Ferroq; extrema ſecutã.Sane q nũtiat genere tãtũ dř maſculino:quod aũt nuntiať:licet neutro dicať inueniť tamen etiam maſculino. Funeris heu tibi cauſa.f.ac ſi diceret qui fuerã ante cã uoluptatis. Siqua.f.t.ſub ima ẽ:ubi ꝓmiſſa exitũ nõ habent. Reſpexit ãt ad Orpheũ:q receptam ꝑdidit cõiugem.

Quæ nũc.h.i.ꝑ um.argumentať ex eo q̇ eſt inferos ſubire cõpulſus inuitũ ſe reliqſſe carthaginem. Senta:ſqualli da:& eſt trãſlatio a terra ĩculta:Situs autẽ ꝓprie eſt lanugo quædã ex humore procreata.Fit autẽ ĩ locis carentibus ſole. Nec credere q ui.argumentationem tendit:ac ſi diceret ſi credidiſſem forte etiam deoꝝ iuſſa contemnerẽ. Siſte gradũ : diſcedere eam dať ĩtelligi. Extremũ fato qđ te alloquor.h.e.aut qa deus futurus eſt:at qđ melius eſt : qa poſt mortẽ tenebit alteꝝ circulũ uiris fortibus.ſ.nõ amantibus datũ.

Torua:ꝓ torue.i.terribiliter. Lenibat:ꝓ leniebat:& antiq; dixit:ut Squamis auroq; polibat pro poliebat.Maiores.n.in omnibus coniugationibus imperatiuo bam addebant:& faciebant imperfectum indicatiui:qđ adhuc ĩ tribus obſeruať : in q̄rta etiam e addiť:ut nutri nutriebat. Lachrymaſq; ciebat: Sibi aut certe illud dicit.Sermo qdem eius lachrymas exciebat:ſed illa ĩmobilis manſit.Nam ciere proprie ẽ aiteri fletum mouere.Tractũ eſt aũt hoc de Home.qui inducit Aiacis umbrã Vlyxis colloqa fugiẽtem:q ei fuerat cauſa mortis. Incepto ſermõe:a principio orationis. Dura ſilex:Saxi eſt ſpẽs generalitas.n.eẽ non põt ſequente ſpecialitate.Nã cautẽ marpeſiam pariũ lapidẽ dicit.Marpeſos.n.mons eſt pariæ ĩſulæ habens duriſſimos lapides. Tandẽ:q̄ſi diu deliberauerit. Vmbriferum:frondoſum. Priſtinus:prior:quod difficile ĩueniť. Nam de hoc ſermone q̄rit & Probus & alii.

Reſpõdet cu.aut pari eam diligit affectione : quod ĩ ænea non fuit:ut expreſſio rei ſupradictæ ſit. Aequatq; ſichæus amorẽ:Aut certe reſpõdet curis:par eſt mortis ſimilitudine.Ferro.n.uterq; conſumptus eſt. Proſequiť.I.Longe oculis eam ſequebatur humentibus.

Euadnemq;:& paſiphæn:his laodomia
It comes & iuuẽis quõdã nũc fœmia cæneus:
Rurſus & in ueterem fato reuoluta figuram.
Inter quas fœniſſa recens a uulnere dido
Errabat ſylua in magna:quam troius heros
Vt primum iuxta ſtetit:agnouitq; per umbrã
Obſcuram:qualem primo quis ſurgere mẽſe
Aut uidet aut uidiſſe putat per nubila lunam:
Demiſit lachrymas:dulciq; affatus amore ẽ:
Infœlix dido uerus mihi nuntius ergo
Venerat extinctam:ferroq; extrema ſecutam
Funeris heu tibi cauſa fui:per ſydera iuro
Per ſuperos:& ſi qua fides tellure ſub ima eſt
Inuitus regina tuo de littore ceſſi:
Sed me iuſſa deum quæ nũc has ire ꝑ umbras
Per loca ſenta ſitu cogunt noctemq; ꝓfundã
Imperiis egere ſuis:nec credere quiui
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem
Siſte gradũ:teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro:
Quẽ fugis?extremũ fato qđ te alloquor hoc.
Talibus æneas ardentẽ & torua tuentem (eſt
Lenibat dictis animũ:lachrymaſq; ciebat.
Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat:
Nec magis incepto uultum ſermone moueť
Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes
Tandem corripuit ſeſe:atq; inimica refugit
In nemus umbriferũ:cõiunx ubi priſtinus illi
Reſpondet curis:æquatq; ſicheus amorem.
Nec minus æneas caſu perculſus iniquo
Proſeqť lachrymãs lõge & miſeratus euntẽ.

DONA. Vmbram obſcuram : cum dicit umbram obſcuram:habuit aliquid luminis:id enim eſt obſcurum qđ oſtendat aliquã lucem:ſed & maximas habet mixtas tenebras. Demiſit lachrymas:nõ cogitauit fle re:nam dolor uerus repentinos fletus non coactus excludit. Infœlix dido:perſonarum & cauſarum ratio habetur. Dido fuit aſpera propter recentis facti cauſam:cuius q̄tus dolor fuerit:oſtendit exitus. Acerbitas etiam uulneris & aſpectus auctoris dolorem duplicabat. Aeneas autem ſe reum agnoſcit:& ĩterpoſita purgatione factum fatetur. Infœlix dido:oſtendit dolorem q̇ mirabiliter ferat:& augeť q̇ ferro perierit. Per ſydera:Firmamentum ponit purgationis:quia apud illam fide carebat:& quia hoium teſtimonium adhiberi non poterat: adhibet deoꝝ. Et ſi qua fides:qa neſciebat qđ gẽus iuriſiurãdi apud ĩferos eſſet: poſuit generalẽ iurationem.

In uitus:non te fugi:ſed potioꝝ iuſſis ceſſi. De tuo littore.q.d.mutaui locũ : ſed te aĩo retinui. Nec credere qui:Mendatio ueriſimili tutať cauſam.Ipſa primo ſilendo:& ſe auertendo:& poſtremo fugiẽdo oſtẽdit iram.

CHRI. Euadnẽ:hæc Martis ex thebe Aſopi fluminis uxore filia fuit:& Capãeo cõiũcta illi Stelenũ genuit.Tãto ãt amore ĩ uiꝝ affecta eſt:ut ĩ eundẽ rogum ſe ꝑcipitãs arſerit. Paſiphen:Solis filia fuit:& Minois regis

uxor occupatq; marito in bello atheniẽſi tauri amore affecta eſt. Venere quoniam ſol ſuum cum Marte adulterium omnibus diis palam fecerat hoc pacto iniurias ſuas ulciſcẽte. Alii dicũt Minoem quãdoq; dignam quã ſibi ſacrificaret hoſtiam a Ioue petentem taurum ab illo pulcherrimum accepiſſe: captumq; auaritia tauro ad armenta miſſo alium deteriorem ſacrificaſſe: ob idq; Iouem iratum effeciſſe: ut uox tam nefario concubitu ſe inquinaret. Recens.a.u. De recenti ad inferos propter uulnus miſſa. Primo menſe: prima parte menſis: hoc ẽ in nouilunio: nã cũ menſis qa ex curſu lunæ cõficit a mene.i.a luna dicat̃ ab eadem luna initiũ accipiet: ut tũc incipiat menſis: cũ incipit noua luna. Infœlix dido: Oratio cauſis & pſonis accõmodata. Erat.n.dido reddita infenſa æneæ quoniã ſuo habitu mortem ſibi conſciuerat. Tanta autem acerbitas augebatur conſpectu ipſius: ergo erat ex re: ut ſtatu ueniali uteretur: ex quo maximopere nobis miſericordiam comparamus. Infœlix: qa non ſua ſed aliena culpa ſibi mortem conſciuerat. Infœlix: cum tantum ĩ eam ſæuierit amor: ut ad mortem compulerit. Ergo illã culpa abſoluit: ſe ãt damnat: ſed mox artificioſe rẽ uniuerſam ĩ neceſſitatem reicit. Ergo: oratio pathetica ſæpe a cõcluſione erũpit: Sic Ter. Quid nã igitur faciã? Et Proptius: Ergo ſolicitæ tu cã pecunia uitæ ex parte imatuꝝ mortis adimus iter. Funeris heu tibi: Confitet̃ peccaſſe: ut placet iratam: ueꝝ crimẽ ĩ neceſſitatẽ refert: ut ſit conſtitutio iuridicialis abſumptiua. Per ſydera: affert iuſiurandũ: cum teſtes animi ſui apud inferos habere nõ poſſet. Si qua fides: nam neſciebat qđ iuſiurandũ illic haberet̃. Sed me iuſſa: Augmentum ex tempore & cauſa ſumptum. Dicit ergo coactus ſum: qa iuſſerunt dii: quoꝝ impio neſas repugnare ẽ. Ex quo ẽt adii loca hæc tenebroſa. Nõ igitur miꝝ ẽ: ſi illis iubentibus a te mihi cariſſima diſceſſeri: cũ eorundẽ ĩperio tãtũ laborẽ ĩferoꝝ petendoꝝ ſubierim: Quæ tamẽ oĩa & ſi iuſtam faciãt cauſam: nõ te reliquiſſem: nec diis obtemperaſſem: ſi tantum te inde dolorem ſuſcepturã putaſſem. Auerſa: remota a conſpectu Aeneæ. Fixos: ex quo illã ĩ ꝓpoſito perſeuerare oſtendit. Stet marpeſia cautes: ita oſtinate hæreat ĩmobiliſq; maneat: ut ſaxa marpeſi montis qui ĩ paro eſt.

Inde datum molitur iter: iamq; arua tenebãt
Vltima quæ bello clari ſecreta frequentant:
Hic illi occurrit tydeus: hic inclitus armis
Parthenopeus: & adraſti pallentis imago.
Hic multum fleti ad ſuperos: belloq; caduci
Dardanidæ: quos ille oẽs longo ordine cernẽs
Ingemuit: glaucũq;: medõtaq;: therſilochũq;:
Tris antenoridas: cereriq; ſacrũ polybetem.
Idæumq; etiam currus: etiam arma tenẽtem.
Circunſtant animæ dextra leuaq; frequẽtes.
Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt: iuuat uſq; morari:
Et cõferre gradum: & ueniẽdi diſcere cauſas.
Et danaũ proceres: agamẽnoniæq; phalãges
Vt uidere uirum: fulgẽtiaq; arma p umbras:
Ingenti trepidare metu: pars uertere terga
Ceu quondã petiere rates: pars tollere uocem
Exiguam: ĩceptus clamor fruſtratur hiantes.
Atq; hic priamidem laniatum corpore toto
Deiphœbum uidit lacerum crudeliter ora:
Ora manũſq; ambas: populataq; tẽpora raptis
Auribus: & truncas inhoneſto uulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantẽ: & dira tegẽtem
Supplicia: & notis compellat uocibus ultro.
Deiphœbe armipotẽs gẽus alto a ſanguĩe teu
cris tã crudelis optauit ſumer̃ pœnas? (cri
cui tantum de te licuit? mihi fama ſuprema
Nocte tulit feſſum uaſta de cæde pelaſgum
Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis aceruum.
Tunc egomet tumulũ rœtheo in littore ĩanem
Conſtitui: & magna manes ter uoce uocaui.
Nomen: & arma locũ ſeruant: te amice nequi

SER. Inde datum: aut ratione facti: aut oblatum fortuito: quod Τυχον dicunt. Vltima: atqui multa ſuperſunt: ſed dixit quãtum ad y litteram pertinet. In his.n. quæ dixit mixta ſunt uirtutibus uitia. In iis aũt q̃ ſequũt̃ pœnas nocentũ a meritis pioꝝ ſegregat. Nã inferi aĩam ĩ corpe cõſtitutã cõtinẽt. Hic oĩa mixta: Licet.n. laudet̃ in uiris uirtus tamen uituperatur in illis alienũ imperium cædibus occupare. Itẽ amare priuignum crimen eſt: uirtus maritum alii legunt tenebant arua quæ ultima uiri fortes frequentant.i. quæ poſſident ultima. Hic: illic Tydeus. Oenei & altheæ filius a Menalippo in bello thebano extĩctus. Parthenopeus: Mẽalippe & Martis ſiue Mẽalionis filius rex arcadum: q puer admodũ bella thebana petiit. Adraſti pallẽtis.i. rex ſicionis deĩde argiuorum Tydei & palynicis ſocer. Pallẽtis: aut epithetum eſt umbrarum: aut quia extinctis ſex aliis ſolus aufugit. Fugæ autem comes ẽ pallor. Fleti: nobiles: quorum mortem magna ſequitur lamentatio. Ad: apud. Caduci: mortui a cadendo: hinc cadauer. Longo ordine: ingenti multitudine. Tris antenoridas: multi ſupradictos accipiunt: ſed falſum eſt: nam Home. alios eſſe oſtẽdit. Sacrũ: ſacratum: nomem pro participio. Idæum: priami aurigam legimus fuiſſe. Etiã: adhuc. Vſq;: diu. Ceu quondã.p.r. Oſtẽdit uitia nec morte finiri. Hiantes: Clamare cupientes. Dat aliis umbris his ſilentium ut exprimat metum q uiuis quoque adimit uocem: ut Obſtupui ſteteruntq; comæ & uox faucibus hæſit. Deiphœbũ: Hic helẽam duxerat mortuo Paride ad cuius domum prius ire neceſſe erat. Lacerũ ora: habẽtem ora lacerata. Populata: Vaſtata.i. deformia ſublatis auribus. Truncas: Truncatas. Inhoneſto: turpi. Ter: illum ne obſecro inhoneſtum ſenem. Pauitantem: timentem: ne agnoſceret̃. Tegentem: Tegere uolentem: nam truncatis manibus q tegebat. Notis: amicabilibus. Optauit ſumere: Elegit ut ſumeret. De te: i te. Rœtheo: ubi erat aſylũ aiacis ſicut ĩ ſygeo Achillis: & bene illic q̃ſi ubi tutus eẽ potuerã. Sãe rœtheiũ dr̃ & rœtheũ facit ſicut citharea. Arma: depicta.ſ. Te: tuũ corpus: ut Nunc me fluctus habet. DONA. Multũ fleti: qa pp ſuas uirtutes magnũ

Conſpicere:& patria decedens ponere terra.
Atq; hic priamides nihil o tibi amice relictū ē.

reliquerant luctum. Sacrum polybetem: oſtēdit numina ſuis in morte iuuare non poſſe. Proceres: non tantum ordine: ſed meritis. Phalanges: ac ſi tota græcia ad iferos migraſſe uideretur. Oſtendit igitur quanti æneam hoſtes feciſſent in bello: oſtendit etiam non ſine multa ſua cæde uiciſſe græcos. Tegentem: non quia poſſet manibus: ſed quia toto ſe corpore ſubtrahere conabatur: aut totum auertere. Quis: non tam interrogantis hæc ſunt q̄ admirantis & dolentis. Admiratur primo cogitare quempiam potuiſſe tot aduerſa ſupplicia in uiro tam forti. Deinde q̄ auſus eſſet implere: deinde q̄ totum corpus ſupplicio inſectatus eſſet. Feſſum: procubuiſſe ſuper aceruum. Magna laude afficit: non enim dixit occiſum ſed procubuiſſe laſſatum. Egomet. q. d. Non aliis commiſi. Inanem: qa inter hoſtes confuſus iacens reperiri non potuiſti. Te amice nequiui: Feci quod potui nō quod uolui: qa te reperire nō potui.

CHRI. Secreta: a ſupioribus. Tydeus: filius Oenei calidōis regis fuit: corpe fuit exiguo uiribus uero excellēs: hic Sta. Maior ī exiguo regnabat corpe uirtus. Hic cum alcatū & Lycoteū patrueles iteremiſſet Argos ad Adraſtū exulauit: ab eoq; filiā Deiphylē uxorē accepit: cū Argiā aliā filiā Polynici tradidiſſet. Hic: repetitio ē: q̄ locū honeſtat grauitatē addēs. Parthēopeus: ſic dictus quoniā faciē uirginalē haberet: meleagri filius fuit ex Atlāta Iaſii regis arcadiæ filia: q̄ diu aſpnata maritū tādē uirtuti Meleagri ceſſit. Ser. tamē hūc melāipis & martis ſiue Menalionis filiā fuiſſe ſcribit. Adraſti: hic rex argiuoꝝ fuit ad quē & Polynices a fratre eteocle regno cōtra fœdus excluſus cōfugit ſeptēq; ducibus ī auxiliū polynicis generi bellū thebanū geſſit: reliqſq; extictis ſolus auſugit: Talaōis & Eurynomes filius fuit: Cūq; Argiā & Deipylē filias hrēt: p qetē uiſus ē alterā leōi alterā apro uxorē dare: Cūq; Tydeus & Polynices eodem tpe forte q̄dā ad eius regiam appuliſſet: atq; de porticu ſub q̄ imbres euitarēt: cōtēderēt deſcēdit ſenex ut eos placaret: & cū polynicē leōina pelle tectū iuēiſſet: q̄ thebāi Herculis iſignæ eēt: Tydeū uero aprino corio ornatū: pp aprū a pr̄e iterēptū: eos ſibi generos aſciuit. Pallentis: nā & Sta. de eo ſcribit: hic hoſti implicitus pariter ruit hūc fuga retro uoluit agēs ſociæ linquentem fata cateruæ.

Anthenoris filii

Tris antenoridas: præter tres commemoratos. Hi. n. anthenoris nō fuerunt filii: cū Home. duos ipſoꝝ in catalogo noīat: ſic αωα Τωγελυω αηΤηνοροσ ιεαρχελοχοσ Ταχαμαστε. Et in. iii. li. ponit tertiū ait. n. πηνσι τηνοριδησ ειχεκρειωνελικαων. Sunt ergo Archelocus: Acamas & Elicaō filii Anthēoris. Circūſtāt: tāq̄ de ſe optime de ſua p̄ria meritum: & quē pp p̄claras uirtutes & amarēt & colerēt: & eius uiuentis adhuc adeō eū admirarent̄. Danaū. p. oſtendit uirtutem troianoꝝ cū plurimi ex græcis proceribus ceciderint: & ſimul timidos fuiſſe græcos & dolo non uirtute uiciſſe. Ergo & poſt mortem in eodem fuiſſe timore. Pars uertere terga: Vt cum uiuerent Et turpi formidine capti Scandunt rurſus equum & nota conduntur ī aluo. Fruſtra ē hiantes: cā q̄ uox deficit timētes ē fuga ſpirituū a reliquo corpore ad cor. Atq; h. p. q̄tus ī detrimētis fuerit: ex hoc intelligit̄: q̄ affinis amicus uix cognoſceretur. Deiphœbe: optimum initium ad mitigandum dolorem. Cupiebat eni ſe occultare q timebat ne ob accepta uulnera imbellis uideretur ī bello fuiſſe: remouet ergo huiuſcemodi ſuſpitionem: cū eū appellet & armipotentē: & cū ita admirabūde loq̄tur. Quis. ſ. adeo potēs te fecit tiſſimū. Arguit deinde a fama q̄ relatū ſibi fuerit nō niſi multi prius cæſis eum occubuiſſe. Inanem: quia tuū cadauer tot hoſtibus admixtū inuenire non potui.

SER. Omnia: quia cōſtituto tumulo māes uocauit. Funeris: eē nō potuit: ubi ne cadauer qdē fuerat. Fata: ſecundum mathematicos q dicunt inimicitias etiā ex fato deſcēdere: Vnde cōiunxit fatū & ſcelus helenæ: p quæ ſibi mors uēit. Monumēta: qd mentes moneat: & mediū ē: Vnde hic de malis: cōtra uero in tertio Manuū tibi q̄ monumēta mearum ſint puer. Egerimus: metri cā corripuit. Meminiſſe neceſſe ē: Sic Cice. Cui placet obliuiſcitur: Cui dolet meminit. Sup ard. aut qa ī arce collocatus ē aut qa fractis muris ſupra tractus eſt. Grauis: grauidus: ut nec graues tētabūt pabula fœtas. Euātis: Bacchātes. ſ. phrygias: aliter non ſtat uerſus. Euā. n. bacchus. Choꝝ: multitudinē ad ſacra collectā. Circū ducebat: in duos diuiſit uerſus cōpoſitā dictionē. Nā lyrici etiā ſimplicē diuidūt. Cōfectum cu. nā ſi gaudiis uacauerāt: tamen oſtēdit illud Statii Stāt ueteres ante ora metus: ut nō diſcederēt curæ p̄teriti belli Alii dicūt curas: qa haberet coniugem pnitioſam maritis: Vnde ſequitur ironia. Egregia cōiunx. Vocat & pandit. i. pandit & uocat. Aeolides: Vlyxes: quia ubiq; ſic iducit̄: nam Anticlia mater ante Laertis nuptias clam cum Siſypho Aeoli filio cōcubuit. Alii Ilidē legunt de quo non legimus. Actus: non ad iferos ſed ad locū: in quo inferorum deſcēſus eſt: Nam ſub terra ſunt iferi. Vel altius itellige ſecundum chorographos: qui uolunt terram ſphæricam eſſe: & undique aqua & aere ſubſtentari:

Oīa deiphœbo ſoluiſti: & funeris umbris.
Sed me fata mea: & ſcelus exitiale lacænæ
His merſere malis: illa hæc monumēta reliqt.
Nanq; ut ſupremā falſa inter gaudia noctem
Egerimus noſti: at nimiū mēiniſſe neceſſe eſt.
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit
Pergama: & armatū peditē grauis attulit aluo
Illa chorum ſimulans euantis orgia circum
Ducebat phrygias: flāmā media ipſa tenebat
Ingentem: & ſumma danaos ex arce uocabat
Tunc me confectum curis ſomnoq; grauatū
Infœlix habuit thalamus: preſſitq; iacentem
Dulcis: & alta qes placidæq; ſimillima morti.
Egregia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet: & fidum capiti ſubduxerat enſem.
Intra tecta uocat menelaum: & limina pādit.
Scilicet id magnū ſperans fore munus amāti.
Et famam extīgui ueterum ſic poſſe malorū.
Quid moror? irrūpūt thalamo: comes addit (una
Hortator ſcelerū æolids: dii talia graiis

Inſtaurate:pio ſi pœnas ore repoſco.
Sed te qui uiuum caſus age fare uiciſſim
Attulerint:pelagi ne uenis erroribus actus:
An monitu diuū:an quæ te fortuna fatigat:
Vt triſtes ſine ſole domos loca turbida adires
Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis
Iam medium æthereo curſu traiecerat axem.
Et fors oē datū traherent p talia tempus:(eſt.
Sed comes admōuit:breuiterq; affata ſybilla

Quod ſi eſt ad antipodes poteſt nauigatione perueniri:qui nobis inferi ſunt ut nos illis:hinc eſt q ſub terra iferos dicimus. Tyberianus etiam dicit epiſtolam eſſe ab antipodibus apud nos uento allatā:quæ habet ſuperi inferis ſalutem:qua occaſione tractat hoc reciprocum qđ diximus ſupra:& prudentiores dicūt animas per μεΤευΧυχωσιν ad alterius terræ partis corpora tranſitum facere:ideſt non in eodē climate uerſari. Hic Luca. Regit idem ſpiritus artus Orbe alio lōge canities ſi cognita uitæ. Eſt autem homericum:nā illic Vlyxem Elpenor ſimiliter interrogauit. Sine ſole:nam q dixit Solemq; ſuum ſua ſydera norunt de elyſiis itelligit. Hac ui. hæc ſacra pter unius diei ſpatiū nō tenebāt:unde timet ſibylla ne datū.i.conſtitutū tempus inanibus fabulis teratur:quod autem dicit aurora medium axem traiecerat oſtendit q ſecundū thuſcos diei ortus ē a.vi.diei hora.Ortus.n.diei hēt aurorā. Dona.tamen dicit auroram cum quadrigis ſolem ſignificare. Breuiter:Quod congruit moram obiurganti.

DONA. Illa:propter odiū nomē poſuit:ſic ſupra lacenæ dixit. Infœlix tha.uel quia i eo talē habui uxorē:uel qa ibi tot ſupplicus ſum affectus. Coniunx:ex hoc nomine deteſtabilius ſcelus facit:qđ uiolatū ſit coniugium quod ſacrum eſſe oportet. Cōiunx:Non dixit mea:ſed quæ multorum fuiſſet:neq; ſe amaret. Dii talia gra. Pulchra apoſtrophe:& multa cōtinens. Oſtēdit aūt tāti ſceleris ſolos deos ultores eſſe poſſe. Age fare:quærit optime Deiphœbus:ſed poeta optimo cōſilio abſcindit reſponſionem:ne dicta iterum dicenda ſint.

CHRI. Soluiſti:quoniā mortuis ea pſtare tenemur. Fata mea:prio reſpōdet ultimis:ne acceptorum beneficiorū uideat igratus. Deide oſtēdit nec ſua ignauia:neq; alioꝝ culpa in eas calamitates icidiſſe:ſed ſuo malo fato:& ſcelere Helenæ:eſt hæc oratio abſoluta. Pricipio.n.compat ſibi beniuolentiā a pſona æneæ:q officiū pſtiterit nō ſolū ut officioſus:ſed ut amicus. Deide a ſua:& q gratū ſe beneficioꝝ oſtēdat.& q nō ſua culpa i eā miſeriā inciderit. Hinc.n.concitat miſericordia:qua nihil uehemētius ē ad beniuolentiā cōciliandā. Deide ita narrat:ut oſtendat quomodo hæc geſta ſint q̄ æneas noſſe non poterat eo tpe quo ſunt geſta ea q̄ ipſe nouerat obtrūcat. Nouerat.n.nāq; ut ſupma & reliq:Nō nouerat aūt hæc illa choꝝ:& quæ ſequunt. Nāq; ut: Cū magno ai dolore hæc pnuntianda ſunt. Et nimiū.m.nā & ſi miſeriaꝝ obliuiſci cupiamus:tamen quoniā uehemēter ifixa memoriæ ſunt pp illaꝝ magnitudinē neceſſe eſt ēt:ſi nolimus ut recordemur. Cū fatalis equus:narratio hæc & breuis ē:qa neq; altius qcquā repetit:neq; longius q̄ oportet pſeqt:Neq; ſupuacaneum qcq̄ addit. Eſt dilucida qa & ſuo ordine narrat:& uerbis aptis & pſpicuis:Eſt uetiſimilis:qa neq; a natura reꝝ & pſonaꝝ:neq; a cōſuetudie diſcedit. Et quoniā accuſatoris eſt oro diſpſa ē uariis accuſationū ſeminibus. Euantis: Euantes pecuātes. Dicunt.n.euātes bacchātes:qa bacchus Euam dr. Fuit aūt duplex occaſio:& q ſub ſpecie ſacroꝝ danaos euocare:& q dormiēte marito ſine negocio itra domū admittere potuit. Tūc me:Eacuſat ſuā ſōnolētiā ne iners fuiſſe uideat. Infœlix:Actiue poſuit. Nā ex matrimōio hæc oia ſibi mala euenerāt. Pōt & abſolute pari iſœlix thalamus. Nā oibus infœlix fuit helenæ thalamus. Egregia:Grauiſſima irōia. Interea:Dū pfunde dormiebā. Fuerat circūſpectus q arma reliquerat:ſed dolo uxoris illis expoliatus eſt. Intra tecta uocat.m. Quomō ergo ſe defēdere potuit:ſi aſtutia & dolo mulieris & armis exutus & hoſtibus circūuētus eſt. Menelau:Ad quē ultio i primis ptinebat. Scilicet:demōſtrat:fuiſſe cām cur ei expediret deiphœbū pdere:q̄ ē i parte ſua pbabilis:Spabat.n.tāto beneficio & maritū ſibi recōciliare:i cuius māus oio uentura erat:& infamiā ſui pregia diſceſſus purgare:Nam ſi troianos non amaret:nō uolens ſecuta uidebat paridem ſed iuita abducta.

ox ruit ænea:nos flendo ducimus horas:
c locus eſt:partes ubi ſeuia findit i ambas.
xtera quæ ditis magni ſub mœnia tendit:
citer elyſium nobis:at læua malorum
rcet pœnas: & ad impia tartara mittit.
phœbus contra ne ſæui magna ſacerdos
edā:explebo numerū: reddarq; tenebris.
us i noſtrum:melioribus utere fatis.
tum effatus:& in uerbo ueſtigia torſit.
bicit æneas ſubito:& ſub rupe ſiniſtra
nia lata uidet triplici circundata muro:
e rapidus flāmis ambit torrētibꝫ amnis
treus phlegethō: torquetq; ſonātia ſaxa.
aduerſa igēs:ſolidæq; adamāte colūnæ

SER. Nox ruit.i.iminet:ſi p diē ſacra celebrabāt:ſi per noctē finit. Flēdo:pprie nam & lachrymæ & gemitus fuerant. In ambas:Cōpendioſius q̄ ſi duas diceret. Poteramus.n.ēt ſperare. Sic Sal.iter ſecūdum atq; ultimum bellum carthagineſe:& nō tertiū. Elyſiū:Ad elyſium. Maloꝝ:ipioꝝ. Impia:Vbi ipii puniuntur. Ne ſæui: antiquius dictū.i.ne ſæuias Nec iperatiuū iungimus aduerbio imperantis. Explebo: Vt diximus explebo eſt numerū Ennius: nauibus explebāt ſeſe terrāq; replebant. Quē caper ſecutus cum de ppoſitiōe extractaret hoc exēplū poſuit. Ergo minuā ueſtiꝝ numeꝝ:& reddar tenebris. Nā circa æneā & ſibyllam aliqđ lucis fuiſſe itelligimus. Alii explebo male putant complebo eē umbraꝝ.i.qbus exceſſerat numeꝝ. Alii explebo numeꝝ dicūt eē finitū tps ſtatutū purgatiōi:& in corpus reuertar:ut hoc ſit reddarq; tenebris:ut illud Clauſæ tenebris & car.c.ut ſit ſenſus iraſceris mihi quaſi hō non ne & ego hō futurus ſū. Alii legūt cur iraſceris i his locis ſum q̄ diu uitæ p ui erepta expleā tps poſt tenebris.i.meis ſedibus rddar.

Vis ut nulla uirum:non ipſi excindere ferro
Cælicolæ ualeant:ſtat ferrea turris ad auras.
Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta
Veſtibulum in ſomnis ſeruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus:& ſæua ſonare
Verbera:tum ſtridor ferri tractæq; cathenæ.
Cōſtitit æneas:ſtrepitumq; exterritus hauſit.
Quæ ſcelerum facies o uirgo effare:qbus ue
Vrgent pœnis:quis tātus plāgor ad auras:
Tum uates ſic orſa loqui:dux inclyte teucrū
Nulli fas caſto ſceleratum inſtare limen.
Sed me cum lucis hecate præfecit auernis
Ipſa deū pœnas docuit:p quæ omnia duxit.

Sed hæc non congruūt.Non.n.intelligere poſſumus
deiphœbum reſpōdiſſe ad alia q̄ ſibylla uoluerit.ſ.il/
lum abſcedere. I decus i noſtrū.m.u.f.Vel i decus no
ſtrū & utere melioribus fatis īferorum comparatio/
ne:quia ait ſupra An quæ te fortuna fatigat:Vt triſtes
ſine ſole domos:Vel utere melioribus fatis noſtrum
ideſt quā aut ego aut tu habuerimus. Mœnia:Tar/
taꝶ exprimit quē uult eē carcerē nocētum. Lata: ut
oſtendat numeꝶ maloꝶ. Triplici:ualde munitū ex/
plicat locū. Torq̄t:trahit. Aduerſa īgens:diſtinctio/
ne tollit uitium duoꝶ epithetoꝶ. Adamante: quo
lapide nihil ē durius. Virum:Viroꝶ fortiū:Cice.Vi/
rū res illa quærebat.Per hoc oſtēdit nullum de tarta/
ro poſſe ad ſupos egredi:ne deoꝶ qdē fauore. Stat:
Eminet:Auras autem inferis cōgruas itelligamus Et
Sta.de Mercurio ait pigræ auræ eius impediebāt:uo/
latum.De illo enim loco multi quærunt.Quis tātus
plāgor ad auras pollio dicit æneæ & ſibyllæ: quæ ſe/
cum traxerāt illi:cum conſtet eſſe illic auras. Strepitumq; exterritus hauſit:Hauſit & exterritus eſt p hypal/
lagen. Facies:Species. Caſto:pio.Oſtendit æneam ingredi uoluiſſe:ſed quaſi pium eſſe prohibitum. Inſiſte
re:inſiſto illam rem dicimus:& iſto illi rei. Sed me: ne forte queratur:unde illa cognouerit. Pœnas deū do/
cuit:quas dii ſtatuerunt:aut Titanū:quos deos legimus :uel uere pœnis deorum:quia ait Orpheus q̄ dii per/
rantes per ſtygem nouē millibus annoꝶ puniuntur ī tartaro Vnde ait Statius:Et ſtyx periuria diuū Arguit.

DONA. Sed comes: quæ illi propterea iuncta fuit:ut omnibus inſtrueret ignorantem. Breuiter:ne lon/
gitudine ſermonis tempus tereret:cum ipſa breuitatis admoneret. In ambas:honeſta locutio in ambas po/
Muſæus Muſæum:eumolpidis filius fuit primus q apud athenieſes philoſophatus ē ſecūdū Laertiū:a quo athenienſes ēt eumolpidi appellati ſunt:primus deoꝝ generationē tradidit & ſphærā:& ex uno fieri oīa:& in idē reuerti dixit.Scripſit uerſibus fabulā Heros & Leandri:Phalaris obiit:ubi humatus ē cum hoc epithaphio Ευμολπου φίλον υον ἔχειτο φαλληρικον ουδασ μουσαιον φθιμενον σωματο τεδεταφω. Huic ſunt inſtituti diuini honores:& ipſe oracula reddidit : unde ſcribit Hero.Onomacritū athenienſem exulē muſæi oraculorū fatidicū Xerſi predixiſſe helleſpontū a uiro perſa ponte coniunctū iri. Alii uolūt lini. Alii Orphei filiū fuiſſe cuius conſtat diſcipulū extitiſſe.Ponit āt Muſæum poetā & theologum pro oībus diſciplinis. Veꝝ:ut precipue notet platonicam ſcientiam:cuius ſe profeſſorē eſſe multis locis indicat:dixit humeris altis:ut proceritate corporis platonē ſignificet: qui cū prius Ariſtocles aui nomine nūcuparetur ab Ariſtone argiuo palæſtrita:apud quem ſe exercuit:propter ægregium corporis habitum Plato eſt cognominatus. Dicite fœlices:moralis ſenſus eſt:ut qui uerum ſcire cupiūt:interrogent doctiores:neq; indoctis ſe committant.Doctiorum autem poſtulat humanitas:ut errantes in uiam reducant:& ſua doctrina alios meliores reddant.Nā cū ꝓpriū hominis ſit & quæ neſcis addiſcere:& quæ ſcis alios docere:utrunq; in hoc loco deſcribit optimus poeta. Quod āt fingit Muſæum collem aſcendentem:aperte docet non debere nos ut alios inſtruamus ullum laborem recuſare poſtq̄ auctore ſuo Platone non nobis ſolum nati ſumus:ſed cæteris etiam hominibus:quod in Catone optime exprimit Luca.Non ſibi:ſed toti genitum ſe credere mundo.

Ergo Ergo:gratia & cauſa:hinc Liuius ait ludes apollinares uictoriæ non peſtilentiæ ergo fuiſſe:& Marcus Cato de re ruſtica:Tibi ius eſt porco piaculo facere illiuſce ſacri coercendi.Ergo & alibi:Cuius rei ergo agrum terram fundumq; meum ſoli taurilia circūagi iuſſi. Nulli certa domus:notat celeritatem animorum qui uinculis corporeis ſoluti & in ſuam diuinitatem abſoluti nulli certæ rei adiecti ſunt:ſed per omnia facile diſcurrūt. Hoc ſuperate iugum:Nam uolēti uirtutem acquirere plurimæ difficultates opponuntur. Forte recenſebat:non forte hoc faciebat Anchiſes:quod p ſūmam induſtriam faciebat:ſed forte euenit:ut dum hæc ageret Aeneas ueniret. Fataque fortunaque:de fato diximus:de fortuna dicemus alio loco. Mores : uirtutes morales: quæ neque a fato: neque a fortuna ſunt: ſed ex noſtra electione. Manus : ad robur corporis refertur. Iſque ubi : Decorum pulcherrime ſeruat:nam & parenti quod parentum eſt: & filio quod filiorum optime tribuit.

SER. Genis:palpebris Enni.de dormiente Imprimitq; genæ genā. Excidit ore:quaſi ſeni qd circa Anchiſe reſeruat:ut tātūq; nefas patrio excidit ore. Veniſti tādē:hoc ad effectū ptinet deſiderantis:alias oritūr q̄ſtio q; dicit ſic eqdē ducebā aīo. Expectata: probabata nunc ēt:ut Et rebus ſpectata iuuētus.Hoc aūt dicit:Tua pietas mihi ſemp ꝓbata:nunc ēt iter duꝝ uicit.ſ.inferoꝝ. Et notas audire & reddere uoces:familiariter loqui. Rebarq; futurum : arbitrabar ratioci/

Effuſæq; genis lachrymæ:& uox excidit ore:
Veniſti tandem:tuaq; expectata parenti
Vicit iter durum pietas:datur ora tueri
Nate tua:& notas audire & reddere uoces.
Sic equidem ducebam animo:rebarq; futurū
Tēpora dinumerās: nec me mea cura fefellit.

Quas ego te terras:& quãta p æquora uectũ
Accipio? quantis iactatum nate periclis?
Quã metui ne qd libyæ tibi regna nocerẽt.
Ille autẽ tua me genitor tua triſtis imago
Sæpius occurrẽs hæc limina tẽdere adegit.
Stãt ſale thyrreno claſſes:da iungere dextras
Da genitor:teq; amplexu ne ſubtrahe nr̃o:
Sic memorans largo fletu ſimul ora rigabat
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter fruſta comprehẽſa manus effugit imago
Par leuibus uẽtis:uolucriq; ſimillima ſomno.
Interea uidet æneas in ualle reducta
Seclusũm nemus:& uirgulta ſonantia ſyluis:
Lethæũq; domos placidas q prænatat amnẽ.
Hũc circũ inumeræ gentes: populiq; uolabãt
Ac ueluti in pratis ubi apes æſtate ſerena
Floribus inſidunt uariis:& candida circum
Lilia funduñt:ſtrepit oĩs murmure campus.
Horreſcit uiſũ ſubito:cauſaſq; requirit
Inſcius æneas:quæ ſint ea flumina porro:
Qui ue uiri tanto complerint agmine ripas.
Tũc pater anchiſes:animæ quibus altera fato

nabat eſſe uenturũ & p hoc intelligimus fataliter æneam ad iferos deſcendiſſe nõ.n.niſi fatalia deprehendũtur. Nec me mea cura fefellit:nec decepit me dulciſſimus filius:nã uocatiuꝰ ẽ mea cura.i.tu & dictũ ẽ ſicut Veneris iuſtiſſima cura. Quas ego te terras & quãta per.æ.ue.pietatis magnitudo oſtendiť:cum pr̃ eius igemit caſibus. Lybiæ tibi regna nocerẽt:aut qa de iunõe ait Vẽus Haud tãto ceſſabit cardĩe rerũ: Aut qđ ẽ melius illud dicit timui nedũ apđ r̃gna carthaginis uoluptatibus uacabas:ĩpium fatale dereliq̃res und̃ p trãſitũ iſinuat qđ itelligať æneã i aphricã apud. Didonẽ diuertiſſe:cũ utrũq; cõſtet diuerſis ætatibꝰ fuiſſe. Triſtis im.ſeuera terribilis:ut ſupra & turbida terret imago. Sæpius oc.κατατοσ ιοπομενιο:ι ſæpius ei dictũ intelligimus:aut certe ægit me tua imago ad hæc tẽder̃ limia quã ſæpe uidere cõſueui. Stãt ſale tyrrhẽo claſſes:affectiõis ẽ filii ẽt ea idicare de qbus nõ iterrogať.

Largo fletu:nato ex gaudio. Ter:ſæpius finitus ꝓ infinito. Interea ui.æ.hirmos ẽ hoc loco.i.unus ſenſus ꝓtẽtus p multos uerſus:ĩ quo tractat de Platonis dogmate qđ i phædõe poſitũ ẽ περιψυχησ:de quo ĩ georgicis ſtricti hic latius loqť:de q̃ re ẽt Varro ĩ li.diuinarũ pleniſſime tractauit.Hoc ãt cõtinet æneas dũ p iferos pgeret reſpexit fluuiũ quẽdã loci remotioris: ad quẽ inumera multitudo tẽdebat aĩarũ:iterrogauit patrẽ q eſſet fluuius & qua ratione ad eũ pergerẽt animæ pr̃ ait Lethæus ẽ:Pergũt ãt ut potẽt: & obliuionẽ patiãť:ut icipiãt ĩ corpora uelle remeare. Stupefactus æneas interrogat:dic pater animæ quæ per præteritã uitam tot ſupplicia pertulerunt poſſunt habere uotũ reuertendi in corpora? non eſt ueriſimile liberatas de corporis carcere ad eius nexum reuerti:ſuſcepta narratione hoc Anchiſes exequitur primo debere fieri ut redeant:deĩde poſſe deĩde uelle:quæ quoniã obſcura ſũt:aliis diuiſiõibus iote ſcũt:Quid eſt debere cũcta aĩalia a deo originẽ ducũt:q̃ qa naſci cernimus:reuertũť ſine dubio: unde cũcta ꝑeãť.Deinde poſſe ſic ꝓbat:qa imortales ſũt aĩæ:& ſũt q̃ poſſũt reuerti.Tertiũ ẽ ut uelit: qđ dicit fieri p lethæũ fluuiũ:& hoc ẽ qđ dicturus ẽ:ſed icidẽtes q̃ſtiões faciũt obſcuritatẽ. Virgulta ſo.ſyl.q̃ ẽ iuxta ꝑ ripia fluminis. Domos placidas:Cãpos elyſios. Prænatat:pterfluit:& contrarie dictũ eſt: nã nõ natant aquæ ſed in ipſis nos natamus.Ennium igitur ſecutus eſt qui ait Fluctuſq; natãtes.Sane de hoc fluuio q̃ritur a prudentioribus utrũ de illis nouem ſit qui ambiunt inferos:an præter nouẽ:& datur itelligi q ab illis ſeparatus ẽ Nanq; eum uolunt eſſe ſenectutis imaginem.Nam animæ nr̃æ uigent:& alacres ſũt plæneq; memoria a pueritia uſq; ad uirentẽ ſenectam:poſtea in nimia ſenectute omnis memoria labitur:qua lapſa mors iteruenit: & animæ in aliud corpus recurrunt.Vnde fingunt poetæ aĩas lethæo hauſto i corpus redire. Ergo & lethæus ẽ. obliuio mortis ſemp uicina. Gentes populiq;:inumerarũ gentium & populorum animæ.Floribus inſidunt inſido illi rei ut inſideat quantus miſeræ deus:inſiſto aũt illam rem ut Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limẽ Lilia fundũtur:Circa flores ſpẽm ꝓ genere poſuit. Flumia por.lõge remota: & ẽ græcũ aduerbiũ.Bene autẽ Aeneã lõge a lethæo facit:qa adhuc iuuẽis ẽ. Agmĩe:curſu ipetu:p qđ oſtẽdit cito iri ad ſenectã:qa tota celeri te uſus labitur uitæ.Animæ quibus altera facto Corpora debẽtur Sciendum non oẽs aĩas ad corpora reuerti Aliquæ.n.pp uitæ merita nõ redeũt:aliquæ redeunt pp malam uitam:aliquæ propter fati neceſſitatem.

CHRI Quas ego.t.t.& ꝑfecto anteaq̃e uita ciuili i portũ cõtẽplatiõis ſeſe recipiat hõ multi cõflictať pturbatiõibus:q̃ nos a ſumo bono ita abſtrahũt:ut multi adeo illis opprimanť:ut nunq̃ ſũmũ bonũ aſſeq poſſint. Vnde rectiſſime ait is q tota r̃ctitudo ẽ xp̃us de Martha q̃ uita actiua iterp̃tať.Martha Martha ſolicita es:& uerſaris circa pluria.Nã aius q circa pluria:ut ſit in uita ciuili diſtrahiť ad rerũ cæleſtiũ cõtẽplationẽ ieptus reddiť. Regna li.ea.n.ſũt curæ ciuiles.Nã nos i ſupioribꝰ carthaginẽ ꝓ uita ciuili poſuimus. Triſtis:ſeuera nã maiorũ noſtrorũ p̃cepta nobis grauiſſima ſũt. Lethæũ amnẽ:oſtẽdimus egregiũ poetã dũ figmẽto poetico iſeruit de cãpis helyſiis Platonis tamen dogma ſub illo tegere:ut campi helyſii cælum ſint a quo cum cupiditate rerũ terrenarũ degrauati animi delabuntur relinquunt nectar deorum poculum:& pro illo lethem potant:a quo accidunt obliuionem rerum cæleſtium. Nã illo iã ebrii facti cupiunt terrena corpora ſubire:ſed hæc latius apud Macrobium inuenies. Cauſaſq;:nam appetitus rationi iam obtemperans non audet ſeſe alicui opinioni:quæ falſa eſſe poteſt:temere credere:ſed iudicium rationis expectat:quod eſt a ſciẽtia:quæ nouit cauſas. Viri:uirorum animæ:& uiros pro hominibus poſuit:nam complectitur utrunq; ſexum. Tum pater:reſpõdet iterrogatus Anchiſes:nam nunquam deeſt intellectus appetitui modo is ſe illi obtemperantem p̃beat. Altera corpora:Pythagoreum eſt:ille enim credebat aĩas hominum ex corpore in aliud corpus migrare.Refertq; Heraclitus ponticus hunc de ſe dicere ſolitum quãdoq; Aethalidem Mercurii filium putatũ:& a Mercurio acce- Aiarũ tranſcorporatio

piſſe ut quicquid uellet præter imortalitatem peteret:petiſſeq; ut & uiuus & defunctus omnium cõtingentiũ
meminiſſet:idq; ei contigiſſe longoq; poſt tempore in Euphorbiũ ueniſſe:& a Menelao fuiſſe uulneratũ:Eu/
phorbius autem dixit ſe aliquando æthalidem fuiſſe:& a Mercurio hoc pro munere accepiſſe ut aia eius iugi
circutione uagaret̃:& in quas uellet arbores aut animãtes migraret:mortuo Euphorbio migraſſe in hermoti
nũ eius animã:q & ipſe cũ fidẽ uellet facere brãchidas petiit igreſſuſq; Apollinis fanũ oſtẽdit clypeũ iã putrefa
ctũ ſolãq; pdurare eburneã faciẽ mortuo Hermotio rurſus i Pyrrhũ deliũ piſcatorẽ migraſſe:illũq; mẽoraſſe
ut æthalides Euphorbius & Hermotius ante fuiſſet:ac poſtremũ factũ fuiſſe pithagorã:atq; oium mẽiniſſe.

Corpora debentur:lethæi ad fluminis undã
Securos latices:& longa obliuia potant.
Has equidẽ memorare tibi:atq; oſtẽdere corã
Iampridẽ hanc ,plẽ cupio enumerare meorũ:
Quo magis italia mecum lætare reperta.
O pater:an ne aliq̃s ad cælũ hic ire putãdũ ẽ
Sublimes animas:̃ iterumq; ad tarda reuerti
Corpora:̃ quæ lucis miſeris tam dira cupido:̃
Dicã equidem:nec te ſuſpenſum nate tenebo.
Suſpicit anchiſes: atq; ordine ſingula pandit.
Principio cælum ac terras campoſq; liquẽtes

SER. Læthæi ad flu.un.ſi aia æterna ẽ: & ſummi
ſpũs ps:q̃ rõne i corpe nõ totũ uidet:nec ẽ tãtæ prudẽ
tiæ tantæq; uiuacitatis:ut oia poſſit cognoſcere: qa cũ
cœpit i corpus deſcendere:portat ſtultitiã & obliuio/
nẽ:unde nõ põt implere ui numinis ſui poſt naturæ
ſuæ obliuionẽ. Obliuiſcitur aũt ſecundũ poetas pte/
ritoꝝ:ſecũdũ philoſophos futuri:unde mediũ tenu/
it dicendo obliuia. Docent aũt philoſophi aia ad ima
deſcendẽs qd p ſingulos circulos pdat. Vnde ẽt diſpu
tãtes de ratiõe matematici fingũt qd ſinguloꝝ numi
nũ poteſtatibus corpus & aia nra cõnexa ſũt ea ratiõe
qa cũ deſcẽdũt aiæ:trahũt ſecũ torporẽ Saturni:Mar/
tis iracũdiã:libidinẽ Veneris:Mercurii lucri cupidita/
tẽ:Iouis regni deſideriũ:q̃ res faciunt pturbationẽ aia
bus ,ppriis. Securos latices:q ſecuros faciũt:ut pallida
mors. Iãpridẽ:ex quo ait Tũ gẽus oẽ tuũ:& q̃ dentur
mœnia diſces. O pr̃:nota breuitas:nã dicẽdo pr̃ q loq̃t̃ oſtẽdit. Ad cælũ hic ire.p.ẽ.miſcet philoſophiæ figmẽ
ta poetica:& oſtẽdit tã qd ẽ uulgare q̃ qd cõtinet ueritas & rõ naturalis:nã ſecũdũ poetas hoc dicit: credendũ ẽ
aias corpis cõtagiõe pollutas ad cælũ reuerti. Sublimes aias:nõ oẽs ſed ſublimiũ ad tarda reuerti corpa aiæ cõ
paratiõe q̃ uelocius nihil ẽ. Vno.n. momẽto cũcta diſcurrit. Quæ lu.mi.tã di.cu. Vt id deſiderẽt:pp qd ſẽtiũt
ſe pœnas dediſſe.ſ.uitã. Suſpẽſũ:ſollicitũ:icertũ ut Multo ſuſpẽſũ numie ducit. Suſpicit an.atq; or.ſin.pã.hy
ſterõ poterõ poſt hũc.n.uerſũ ſeq debuit Dicã eqdẽ nec te ſuſpẽſũ nate tenebo. Principio cælũ & terras cãpoſq;
liquẽtes:interrogatus anchiſes q̃re animæ uelint reuerti ad corpora:quaſi aliud dicit:tamen illud recurrit qd
græcæ Τομαω dr̃.i.oẽ qd ẽ:q̃tuor ſũt elemẽta:terra aq̃ aer æther:& deus pter hæc nihil ẽ aliud:& hoc mundũ
nõ poſſumus dicere nã mũdus nõ ẽ totũ:ergo deus ẽ qdã diuinus ſpiritus q p q̃tuor ifuſus elemẽta gignit uni/
uerſa igit̃ ſi de elemẽtis & deo naſcũtur oia unã originẽ habent & par natura oium ſi uideamus qd in nobis a
deo eſt:& qd a quatuor elemẽtis quantum datur intelligi ab elemẽtis habemus corpus a deo animum quod
ideo probatur quia eſt in corpore terra:humor anhelitus calor quæ oia uidentur ſicut etiam elementa:aius i/
uiſibilis eſt ſicut & deus unde originem ducit:deinde elementa mutãtur:quoꝝ perire mutari ẽ:ſicut etiã cor/
pus quod ide originem ducit. Cõtra deum nõ perire manifeſtum eſt. Ergo nec animus perit:qui inde origi
nem ducit:nam pars ſemper genus ſequitur:huc igitur tetendit primum intentionem ſuam ut animas imor
tales doceret:ſed occurrit illud. Si enim immortales ſũt & unũ habẽt principiũ q̃ rõne nõ oia aialia ſentiũt:&
dicit nõ eẽ i aĩs diſſimilitudinẽ:ſed i corporibus q̃ ,put fuerũt uel uiuacia uel torpẽtia:ita & aios faciunt qd põt
ẽt i uno eodẽq; corpe cõprobari:in ſano.n.corpe alia uiuacitas ẽ mẽtis i ægro pigrior i ſatis ualido & ratiõe ca
rens:ut in phrænetiicis cernimus:adeo ut cum ad corpus non natura ſua utitur ſed ex eius q̃litate mutat̃:inde
aphros uerſipelles. Græcos leues:Gallos pigrioris uidemus igenii qd natura climatũ facit ſicut Ptolomæus de
phẽdit q dicit traſlatũ ad aliud clima hominẽ naturã ex parte mutare. De toto.n.nõ põt qa i principio accepit
ſortẽ corporis ſui ergo aia ,p qualitate eſt corporis & qua ratiõe res melior eſt i poteſtate deterioris atqui diui
nus aius debuit corpus i poteſtate habere nõ corpus naturã animi corrũpere:ſed hoc ideo fit:qa plus eſt quod
continet q̃ quod cõtinetur:ut ſi leonẽ includas i caueã ipeditus uim ſuã nõ perdit:ſed exercere nõ põt:ita aius
nõ traſit i uitia corporis:ſed eius cõiũctiõe ipeditus nõ exercet uim ſuã & occurrit illud. Oẽ qd corrũpit̃ æter/
nũ nõ eſt ſi animus iraſcitur deſiderat timet caret æternitate cui ſunt iſta contraria. Nã paſſio æternitatẽ refel
uit qd ideo falſum eẽ dicimus:qa aius per ſe nihil patitur ſed laborat ex corporis cõiũctiõe:& aliud ẽ per natu
rã ſuã corrũpi:aliud per cõtractũ rei alterius. Videmus.n.tale aliqd ut i lucerna quæ p ſe clara ẽ: & locũ i quo ẽ
ſine dubio illuminat:ſed ſi q̃ re tacta fuerit:& incluſa nõ pdit ſplẽdorẽ ,ppriũ q i ea ẽ. Remoto nãq; ipedimẽto
apparet:nec tamẽ qa ipeditus ẽ eius uigor:iõ ẽt corruptus ita ergo & aius q̃ diu ẽ i corpe patit̃ eius contagionẽ
Poſtq̃ uero dpoſuerit corpus:ĩcipit ſuũ uigorẽ:& natura utit̃ ,ppria ſi ergo ,ppriã ĩcipit naturã: q̃re pœnas apd
iferos patit̃:iõ qa ſimul diu fuit:nõ põt dpoſita ipa re ſtati ad ſuũ nitorẽ reuerti:ut ſi ſpẽm cãdidã multã in luto
polluas:& eã ſtati auferas:nõ iccirco ſordibus caret:ſed ablutionẽ reqrit:ut i priſtinũ nitorẽ poſſit redir̃. Sic aia
ex eo q dat̃ corpi iqnata ẽ: ut ẽt ſi corpus dpõat neceſſe hẽt purgari ii ergo purgãt & ĩcipiũt naturã ſuã:cur uo
lũt reuerti:qa potãt iqt obliuia ẽt ẽ illud ambiguũ nã ut pteritaꝝ obliuiſcãt̃ pœnaꝝ: aut certe ut ignaræ futuri
hẽant deſideriũ redeũdi in corpa: qd ſine pãſſiõe nõ fit & aius i quo paſſio meret̃ reuerti. Cælũ ,p aere & æthe
re poſuit:ut duo ſignificet elemẽta:ut Iam cælum terraſq; meo ſine numine. Campoſq; liquẽtes:ideſt mare.
DONA. Tũc pr̃ an.iterrogat æneas qs fluuiũ & q̃re aiæ illũ petãt. Ad utrũq; breuiter reſpõdet eſſe aĩmas q
in alia corpora reuerti uolunt:& fluuium eſſe letæum. Quo magis italia Ex hoc oſtẽdit ſe magna dicturum

Opiter an ne:non poterat non mirari quod ad tanta incommoda uitæ redire uellent.

CHRI. Securos la.i.potãt latices læthеos q̃bus deueniũt ĩ tãtã obliuionẽ eaꝝ calamitatũ quas paſſi fuerãt ĩ corpe ut nullã curã.i.ſolicitudinẽ & timorẽ ob id capiãt:nã differt ſecurus a tuto Tutus.n.ẽ q extra oẽ ꝑiculũ ẽ ẽtſi timeat.Securus uero q nihil timet & ſi extra ꝑiculũ nõ ſit. Ad cælũ:non ad cælum qđ ſtellis ornatũ ſupra nos ẽ:ſed nr̃um hũc orbẽ q cõparatiõe ĩferoꝝ cælũ dici põt:ut ſupra ẽt dixit:quã uellẽt ætheræ ĩalto Nũc & pauperiẽ & duros ꝑferre labores : nã apud nos nõ ẽ æther altus:niſi cõpareť ĩferis. Sublimes:q̃ q̃dẽ ſublimes ſiũt: dũ ad ſupera uolãt. Ad tarda corpa.q.d.ad eã moleſtiã ut ſubeãt corpus:cuius grauitate tardiores efficianť & q̃ illis ꝑ carcere ſit & uiculis unde λεσμα corpus dicũt græci q̃a uiculũ ſit aĩæ. Lucis:uitæ ut Et luce caretũ.

Lucentemq; globum lunæ:titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit:totãq; infuſa per artus
Mẽs agitat molẽ:& magno ſe corpore miſcet.
Inde hoium:pecudũq; genus:uitæq; uolantũ
Et q̃ marmoreo fert mõſtra ſub æquore põtus
Igneus eſt ollis uigor:& cæleſtis origo
Seminibus:quãtum nõ noxia corpora tardãt.
Terreniq; hebetãt artus:moribũdaq; mẽbra.
Hĩc metuũt:cupiũtq;:dolẽt:gaudẽtq;:nec au
Reſpiciũt clauſæ tenebris:& carcerẽ cæco(ras
Quin & ſupremo cum lumine uita reliquit
Non tamẽ oẽ malũ miſeris:nec funditus oẽs
Corporeæ excedũt peſtes: penituſq; neceſſe ẽ
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercenť pœnis:ueterumq; malorum
Supplicia expendunt:aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad uentos:aliis ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus:aut exuritur igni.

SER. Lucẽtẽq; globũ lu.ideo uſus ẽ participio ut oſtẽdat eã ſuũ lumen nõ habere.Nã lucẽs eſt qđ aliunde illuminať.Lucibile qđ ꝑ ſe lucet:ut patulũ & patẽs Patulũ ẽ qđ ꝑ ſe patet: patẽs qđ aperiť & claudiť.Globũ ãt iõ q̃a diciť luna σφαιροειδης eẽ. Titãiaq; aſtra: aut ſtellas dicit:aut ſolẽ quẽ ſupra unũ fuiſſe de titanibus diximus. Spiritus:diuinus.ſ.& ẽ unũ ſiue mẽtẽ dicat ſiue aium ſiue ſpiritũ. Intus alit:uegetat:& ĩ æternitate cuſtodit:q̃a mixtus ẽ & nulla pars elemẽti eſt ſine deo. Per ar.ꝑ elemẽta:q̃ ſunt mẽbra mũdi corporalia.Corpora nãq; ſũt q̃ poſſunt uideri. Mens agitat molẽ:magnitudinẽ mundi mens agitat & ſi:ut Cice. dicit in tuſcula. æternũ ẽ q̃cquid ĩ æterno motu ẽ ſine dubio ẽt animus æternus eſt.Semper enim in motu ẽ:adeo ut ne nobis q̃dem q̃ſcentibus cõquieſcat. Magno ſe corpore miſ. Aut antiptoſis ẽ ꝑ corpore: ut hæret pede pes denſuſq; uiro uir : quod potius credẽdũ eſt:aut certa ſecũdũ eos locutus eſt:q dicũt deum corporalẽ eẽ:& cũ ita diffiniunt πυρ νοερον.i.ignẽ ſẽſualẽ quod ſi uerũ ẽ corpus eſt:nec ꝑ antiptoſin dixit:ſed per diffinitionem. Magno corpore.i.nõ cõmuni. Inde hominũ pecudumq; genus.De quatuor elementis & deo. Et cæleſtis origo:Quod ſupra diximus: intãtũ inquit in oibus uiget pars diuinitatis inquãtũ ſinit corpoꝝ q̃litas. Terreniq; hebetãt artus:inquãtũ non hebetãt artus. Moribundaq; mem.Moriẽti ſimilia: hoc eſt ſemper morientia.Nũquam enim ĩ eodem ſtatu ſũt ſed aut minuũtur:aut creſcunt:ergo animus idẽ ẽ ſed uti uiribus ſuis nõ põt propter corporis cõiunctionem. Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudẽtq;:Ex corporum cõiunctione:& animi hebetudie.Varro & omnes philoſophi dicũt q̃tuor eſſe paſſiões:duas a bõis:duas a malis opiatis rebus:nam dolere & timere duæ opiniões malæ ſũt una præſẽtis:alia futuri:item gaudere & cupere ſũt opiniões bõæ:una præſẽtis:alia futuri.Hæc ergo naſcũtur ex ipſa cõiũctiõe:nam neq; aĩmi ſũt:neq; corporis:propria pereũt enim facta ſeggregatiõe. Nec auras reſpiciũt:nam quia cohærẽt corpori : obliuiſcũtur naturæ ſuæ:quas auras uocauit. Clauſæ tenebris & carcere cæco:Diffinitiões ſunt corporis. Quin & ſupremo: quia ut diximus : occurrit debere eas ſtatim poſt corpus depoſitum in ſuum uigorem reuerti & dicit nõ poſſe:q̃ enim diu cõiũcta ſũt:iuicem ſe tenet:& trahũt reliquias ſordium antiquarum non tamẽ omne malum cedit:ſed nõ omne:nam remãet:quod ut purgetur neceſſe eſt:idẽ ẽ & qđ dicit:eadem ſequitur tellure repoſtos.Bene aũt miſeris : quia etiã poſt corpus habẽt corporis ſordes:unde ẽ nec fũditus oẽs Corporeæ excedũt peſtes. Diu cõcreta:cõiũcta & cõglutinata. Inoleſcere:creſcere:ut Vdoq; docẽt inoleſcere libro. Ergo exercentur pœnis:q̃a depoſito corpore ſordes ſuperſũt:pœnas autem nõ perferũt aĩæ:ſed illius cõiũctiõis reliq̃æ: quæ fuit iter aĩam & corpus:nam licet illa duo per ſe pœnas perferre nõ poſſint homo tamẽ perfert:q de his duo compoſitus ẽ factus. Supplicia expẽ.nõ agũt ſupplicia:nõ ut aĩas puniãt:ſed ut eas peccatis exuãt priſtinis. Aliæ panduntur inanes:Suſpenſæ ad uentos.Loquitur quidem poetice de purgatione animarum tangit tamen quod philoſophi dicunt.Nam triplex ẽ hominis purgatio.Aut ĩ terra purgãtur quæ nimis oppreſſæ ſordibus fuerit deditæ ſcilicet corporalibus blãdimentis:ideſt trãſeunt ĩ corpora terrena:& hæc igni dicũtur purgari:ignis enim ex terra oritur:quo exurũtur omnia:nam cæleſtis nihil perurit:aut ĩ aqua:ideſt trãſeunt ĩ corpa marina: quæ paulo melius uixerint:aut certe in aera tranſeũdo:ſcilicet ĩ aeria corpora:ſi ſatis bene uixerit qđ & ĩ Statio lectum eſt in ſecundo Thebaidos ubi de auguriis tractat ſeu quia mutare noſtraq; ab origie uerſis.Corporibus ſubiere notos. Vnde etiã in ſacris omnibus tres ſunt iſtæ purgatiões.Nam aut theda purgãtur & ſulphure:aut aqua abluuntur:aut aere uentilãtur quod erat in ſacris Liberi.Hoc eſt.n.qđ dicit ĩ ſecũdo georgicorum. Tibiq; oſcilla ex alta ſuſpendit mollia pinu.Nam genus erat purgationis id autem quod apud Iuue.tangitur Quotiẽs hic talis ad illos Vmbros uenit:cupierẽt luſtrari ſiqua darentur Sulphura cum thædis & ſi foret humida laurus & in ipſis purgationibus bonum meritorum ſecutus eſt ordiẽm:ut ante aeream:ide aquæ poſt ignis diceret purgatiõem.

CHRI. Prĩcipio:prĩcipium ſimpliciter põitur pro initio alicuius rei unde illud Debile principium melior fortuna ſequetur philoſophi ãt prĩcipiũ cãm & elemẽtũ eẽ oſtẽdũt:& in quo differãt:& ĩ quo cõueniant demõ

Lucẽs
Lucibile
Patulum
Patens

ſtiãt.Pricipiũ ẽt theologi nr̃i capiũt ꝓ deo q apud oẽs habet̃ primũ principiũ neceſſariũ oĩum rerũ unde ẽ illud
In pricipio erat uerbũ.i.in deo erat uerbum. Quapp in phædro dixit Plato principium nec gigni poſſe:nec de
ſtrui:nec eẽ aliqd ex quo principium oriat̃ alioquin nõ eẽt principiũ:nec a ſe gigni poſſe nec ab alio deſtrui:ni/
hil.n.ualentius ẽ principio a quo ipſum deſtrui poſſit:item dicunt principiũ temporis & productiõis:ut ĩpri/
cipio creauit deus cælu & terrã:& in hac notione hic quadrare uidet̃ ergo in principio in rerum ꝓductiõe:iu/
dico ãt platonici poetæ ſniam ad platõis dogma referẽdũ. Cælum ac terras campoſq3 li.tribus nominibus q̃/
tuor cõplectitur elemẽta:nã cælũ ꝓ aere capitur:Lucretius in hoc cælo q dicit̃ aer.Itẽ pro ipſo æthere:cãpos ãt
liquẽtes maria ĩtelligimus.Oſtẽdit ãt Plato ĩ timæo ꝙ diuina decori ratio poſtulauit talẽ fieri mũdũ q uiſũ pa
teret̃ & tactũ:ſed nihil tangi ſine terra q̃ ſola ẽ ſolida nihil uideri ſine igni põt:Vnde de igne & terra mundũ ĩ/
cipiẽs fabricare.Deus uidit diu cõuenire ſine medio colligãte nõ poſſe.Quare ãt nõ uno nexu ſed duobus.ſ.aq̃
& aere opus eẽt:docet Macrobius:ſũt tamẽ q uelint titania aſtra pro igni eẽ poſita q̃doq̃dẽ Anaxagoras clazo/
menius ſolem dicat eẽ lumẽ igni ꝑmixtũ:& ipe alibi Axem humero torq̃t ſtellis ardẽtibus aptũ & alibi Quo
tiẽs aſtra ignea ſurgũt:ſic ẽt Cice.in li.de natura deorum Sũma ps cæli q̃ ætheria dicit̃ & ſũmũ retinet ardorẽ
ego aũt & lunã & titania aſtra pro oĩbus cælis poſita puto:& multi credunt titãia eẽ epithetũ oĩum aſtroꝝ:qa
ut refert Diodorus Hiperion q fuit unus ex titanibus primus lunæ ſoliſq3 ac reliquoꝝ aſtroꝝ curſũ naturãq3
demõſtrauit:ꝓpeaq3 ſyderũ pr̃ creditus ẽ Spiritũ uero ꝓ aĩa mũdi ponit:q̃ ſecũdũ Platonẽ oĩa adminiſtrat pu/
tauit enim Plato cũ deus pulcherrimũ opus fieri decreuiſſet:atq3 ĩ ordinẽ materiæ partes cõmotiõeſq3 reduci
excogitaſſe animã quãdã mẽteq3 rõnabilẽ & ſapiẽtẽ:cui ut uicario ſylueſtris ꝓuinciæ curã mãdaret:ſubiceret
q3 eius malignitatẽ freno & oĩa ĩ ordinẽ reduceret & in q̃eto collocaret. Intus alit:cõiunctas mũdo ut forma.
Mens:diuina ipſius boni filia ſegregata a mũdo. Agitat mol.Tanq̃ motor ſeparatus. Infuſa per artus Mens
ſ.c.m.mẽs alia tãq̃ motor cõiunctus a mente diuina animæ mundanæ tributa. Hinc:ex anima mũdana eiuſq3
mẽte uitã corpoream ſortiũtur oĩa. Igneus uigor:ĩ omnibus animãtibus ineſt uita corporea a uita cæleſti &
calor naturalis huius uitæ pabulũ ſumit ex calore cæleſti:atq3 hactẽus locutus eſt de omnibus animãtibus iq
bus iã oſtẽdit igneũ ĩeſſe uigorẽ.Deĩde ſeparat aĩmos noſtros a reliquorum brutoꝝ aĩa. Atq3 ait ꝙ cũ illis ſit
igneus uigor:at ſeminibus:ideſt aĩs noſtris eſt origo cæleſtis.Recte ãt Platõis ſectator uates noſtros aĩmos ſe/
mĩa uocat.Legerat enim ĩ timæo rõnales aĩmas cocreatas a mẽte diuĩa ĩ mũdo ſuperiore ex ſeminibus omni/
um rerũ muſica rõne cõmixtis ĩ patera.Præterea ait deũ opificẽ mũdi demiſiſſe ĩfra lunã ratiõales animas tã/
quã ſemĩa hominũ:cæleſtes uero deos ſubiũxiſſe irrationalem uitã omnibus cõmunem.Quibus Plotinus eti/
am addidit rõnales aĩmas eẽ hominum ſemĩa:quia ex ipſis pululãt uitæ quædam propriæ irratiõales ĩ corpo
ra. Moribũda:quoniã ſola hæc corpora impediũt ĩtelligẽtiam:nõ aũt corpora ætherea quibus ab æuo inau/
tæ ſunt. Hĩc metuũt:quatuor perturbatiões ponit:quæ ex quatuor humoribus proueniunt:ſunt enim duæ
ex opiniõe bõi quarum altera uoluptas geſtiẽs ẽ:ideſt præter modum elata lætitia:q̃ prouẽit ex opiniõe pſẽtis
magni alicuius boni ratiõi nõ obtemperãs.Hãc ergo uolũt nobis e ſanguĩe prouenire. Altera cupiditas dicit̃:
q̃ recte uel libido dici põt.Eſt.n.ĩmoderata appetitio opinati magni bõi rationi nõ obtẽperãs:hæc ãt e biliori
ginẽ ſumit:duæ itidẽ ſũt ex opiniõe maloꝝ:metus & ægritudo:nã metus ẽ opinio magni mali ĩpẽdẽtis:quẽ ex
atra bili ꝓuẽire uolũt:Aegritudo ãt ẽ opinio magni mali pſẽtis & qdẽ recẽs hãcq3 dicũt a pituita orginẽ ducere
q̃ affert:mollitiẽ q̃dã eneruatã:q̃ fracti cũ ſupiores ĩ rebus duris eẽ nõ poſſimus:facile ſuccũbimus. Clauſæ.i.
mũdo corpeo. Carcere.c.corꝑe caduco miris modis.Migꝝ ẽ habitũ ꝓcliuẽ ad corꝑa:q q̃ſi corꝑea q̃dã q̃litas ẽ
ĩprimi ex corꝑe ĩ aĩam ĩcorporeã.Ergo nõ ſicut ex ſigillo trãſit ĩ cærã.Veꝝ aĩa ita contrahit ſibi huiuſcemõi q
litatẽ ĩ corpore ſicut lumẽ ĩ nube pallorẽ.Hĩc illud Simulachra nobis pallẽtia miris. Aliæ pãdũt̃ ianes:q̃ habi
tũ ex bili concretũ ferũt patiunt̃ ĩ igne:q̃ ex ſanguine ĩ aere:q̃ ex pituita in aqua:quæ ex atrabili ĩ terra:patiun
tur ãt cum corpore aereo in aere craſſo:qd̃ appellat̃ umbra animæ uel imago magna dicitur quia craſſior.

SER. Quiſq3 ſuos.p.m.ſupplicia uaria relinquit
intelligi quæ ſunt apud manes:ut ſiquis dicat iudiciũ
patimur:& ſignificet ea q̃ ĩ iudicio cõtinent̃:Eſt & ali
ud uerius:nã cũ naſcimur duos gẽios ſortimur:unus
ẽ q hortat̃ ad bona:alter q deprauat ad mala:nec ĩcon
grue dicũt̃ gẽii qa cũ unuſqſq3 gẽitus fuerit:ei ſtatĩ ob
ſeruatores deputãt̃ qbus aſſiſtẽtibus poſt mortẽ aut
aſſerimur ĩ meliorẽ uitã aut cõdẽnamur ĩ deteriorẽ:ꝑ
quos aut uacationẽ meremur:aut reditũ ĩ corꝑa:er/
Exide go mães genios dicit:quos cũ uita ſortimur. Exide:
una ps oratiõis ẽ:& ĩ tertia a fine accẽtũ hẽt:licet pẽul
tima lõga ſit:qd̃ iõ factũ ẽ:ut oſtẽderet̃ una ps eẽ ora/
tiõis:ne ꝑpoſitio iũgeretur aduerbio quod uitioſum
eſſe non dubium eſt. Pauci læta arua tenemus:Non
omnes.Qui enim minus purgãtur ſtatim redeũt ad
corpora. Donec longa dies perfecto tẽporis orbe:qa
ẽt poſt purgationem opus eſt tempore:ut perſeueret
in purgatione:& ſic redeat & queritur utrum animæ
ꝑ apotheoſin de qbus ait Et pauci læta arua tenemus
poſſint mereri ꝑpetuã purgationem:qd̃ nõ põt fieri.

Quiſq; ſuos patimur manes:exĩde ꝑ amplũ
Mittimur elyſiũ:& pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem:purumq; reliquit
Aethereum ſenſum:atq; auraĩ ſimplicis ignẽ.
Has omnes ubi mille rotã uoluere per annos:
Lethæũ ad fluuiũ deus euocat agmĩe magno.
Scilicet ĩmemores ſupera ut cõuexa reuiſant
Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti
Dixerat anchiſes:natumq; unaq; ſybillam
Conuentus trahit ĩ medios:turbãq; ſonantẽ.
Et tumulũ capit:unde oẽs lõgo ordine poſſit
Aduerſos legere:& uenientũ diſcere uultus.
Nunc age dardaniã prolẽ quæ deĩde ſequat̃

Gloria:qui maneant itala de gente nepotes
Illuſtres animas noſtrumq; in nomen ituras
Expediam dictis:& te tua fata docebo.

Merenť.n.tēporis multi nō ꝑpetuitatis: & q̄ male uixerūt:ſtati redeunt:q̄ melius:tardius:q̄ optie: diutiſſimo tpe ſūt cū numinibus.Paucæ tamen ſūt q̄ & ipſæ exigēte rōe:licet tarde:coguntť reuerti. Perfecto tpis orbe:finito legitio tpe. Cōcretā:affixā:& ĩherentem Aethereū ſēſū:ſyderꝝ πυρνοεροῦ. Ignē:ſenſualē.i.deū:p qđ qđ ſit aia oſtēdit. Aurai ſimplicis ignē:nō urentis:ſimplicis āt nři cōparatiōe:q cōſtat de ligno & aere.Ille.n.ſemp p ſe plēus ē:& eternus qa ſimplex.Oia enim συνθετα.i.cōpoſita exitū ſortiūť:unde & atomos perpetuas dicunt:qa ſimplices ſūt : nec recipiunt ſectionem. Has oēs:ac ſi diceret etiā has oēs:nā ſupra non oēs dixit:ſed aiæ qbus altera fato Corpora debentur. Rotam uoluere p an.pegerunt:exegerūt ſtatutū tps per annoꝝ uolubilitatem:ē āt ſermo Ennii. Deus euocat:non dicit qs:ſicut ſupra Dii quibus impiū ē aiaꝝ:ſed alii Mercuriū uolūt pp hoc. Hos aias ille euocat orco Pallentis: & eſt ratio:nam νοῦς dř.i.ſenſus quo philoſophiā q̄ hæc indicat intelligimus:quia ipſe etiā inuenerit litteras. Agmie ma.impetu:& dictum eſt imperatiue:non enim blanditiis inductæ redeunt : ſed neceſſitate quadam coguntť:ut potantes uelint reuerti. Immemores:uel ꝑteritoꝝ:uel futuroꝝ. Dixerat anchiſes:antedicta de reuerſione aiaꝝ probatio huc tendit:ut celebret Romāos:& præcipue Auguſtum.Nanq; q bene conſiderant ĩuenient omnē romanā hiſtoriam ab æneæ euētu uſq; ad ſua tempora ſummatim celebraſſe.Virgiliū. Quod ideo latet:qa confuſus ē ordo:nā euerſio ilii & æneæ per errores:aduentuſq; bellumq; manifeſta ſunt. Albanos reges:Romanos etiā conſules:Brutos Catonē Cæſarē & Auguſtum:& multi ad hiſtoriam romanam ꝑtinentia hic indicat locus.Cætera q̄ hic intermiſſa ſunt in ασπιΔοποιια commemorat:Vnde etiam in antiqs iuenimus opus hoc appellatum eē nō æneidē:ſed geſta populi romani:Quod ideo mutatum eſt:qa nomē nō a parte ſed a toto debet dari. Turbamq; ſonātē:Aut q̄ tunc pp feſtinationē ſonabat:aut turbæ perpetuū ē epithetū. Longo ordine:non quo nati ſunt:ſed quo apud ĩferos ſtabant:nō.n.eo quo regnauerunt dicturus ē ordine. Aduerſos legere:relegere cōſiderare. Dardaniā prolē:Albanos reges:q tredeci fuerūt de æneade & Lauiniæ genere:Vnde ait Itala degente. Illuſtres:Hoc nomē notitiæ fuit nō meriti:unde etiam in meretricibus iueniť:nā & nobiles & illuſtres uocanť. In nomē itu.i gentē:ut ip̄e nomen echioniū matriſq; genus perideæ.

DONA. Quiſq; ſuos patimur māes:nā ſi bonus ad ĩferos uēit:bonos patiť māes:ſi malus:malos. Exide: Poſt examiatiōnē. Amplū : Vt oſtēdat nō illis paucis paratā eē latitudiem:ſed pluribus mō ita uiuāt: ut illuc uēire mereanť:ſed qa pauci merētur:pauci diffuſam latitudinē merētur. Lōga dies:Logo tēpore eſt opus : ut fiat talis purgatio qualis anteq̄ in corpus pueniret. Nunc age:Proponit ſe dictuꝝ prolem troianā : & nepotes inde ex italo ſanguine commixtos:& fata ſua:ergo exequitur ſpecialiter quos generaliter in primo tetigit.

CHRI. Per amplū heliſium:in regionē celeſtem alii ad alias ſphæras ſtellaſq; poſt purgationē. Pauci læta arua.Non quia pauci reuertantur ad cælū:ſed uel quia pauci reuertātur ad firmamētum uel quia pauci cū egrediuntur e corpore ſtatim proficiſcūtur ad cælū.Sed poſtquā lōgo tēpore purgati fuerīt:quoniā habitus difficile amouetur. Perfecto tēporis orbe.Quia circuitum agunt ĩ purgatorio ab elemento ad elemētum uiciſſim: ut alterius uiciſſim purgentur habitus uarii concreti ex quatuor humoribus uiciſſim quaſi quatuor elementis. Aethereū ſenſum:atq;.a.ſ.i. Aether:ignis aura ſūt tria corpora tenuia:qbus animus inuolutus ĩ terrenum corpus delabitur.Neq; ſolum animus ipſe antea q̄ redeat ĩ cælum purgādus ē a corporea labe:ſed etiā hæc tria eius uelamia purgāda ſūt a nebula cōtracta a corporibus craſſioribus.Dicitur autē æthereus ſenſus : quia corpus æthereum totum eſt ſenſus totus. Mille:nō certus eſt hic numerus:Ergo multa ſæcula:nam animæ lōge diuturniorem uitam agūt in cælo beatæ q̄ infœlices uel in terra peccātes:uel ĩ aereo corpore purgādæ. Rotam uoluere:in cælis cōſenſerunt cum anima mundi ad cæleſtiū motiones:& cōtemplādo a formis ĩ formas uiciſſim diſcurrerūt:ſed quoniam poſt uitā cæleſtem rediture ſunt ad terrenā deus neptūnus generatiōi regꝝ fauens allicit eas ad geniturā certis tēporibus:quādo ad idē officiū uis genitalis in eis per ſe iam iā excitatur:nā uices agūt animæ ex intelligētia ĩ genituram cernis ſæculis atq; uiciſſim. Lethæū:Obliuiſcuntur.n.diuinoꝝ occupatæ mortalibus. Reuiſant ſupa cōuexa:Oculis caducis.Prius.n.uidebāt ea uelut inferiora oculis deſpicientes æthereis.Rurſus incipiāt uelle.Non.n.compelluntur:ſed ꝓ naturæ ꝓcliuitate temporibus certis alliciunť.Huiuſcemōi igiť rōne putaui hos uerſus ĩterpretādos:nō quia hæc crederē:aut illis aſſentirer.Nā de animis nřis ſine ulla hæſitatiōe eadē oio ſentio q̄ criſtiana ꝓhibet religio:eas eē ex nihilo a deo creatas:& eodē tpe creatas:& corpib9 ĩfuſas:& pleraq; alia q̄ nos ĩ nřis de aia dialogis ꝓlixius ſcripſimus:ſed Platonē noſtrū quoniā nřæ religiōis ignarus fuerit:& Platōicus oio extiterit:ad Platonicū dogma eius ſnias traducendas cenſui.

Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta,
Proxia ſorte tenet lucis loca.primus ad auras
Aetherias italo cōmixtus ſanguine ſurget
Siluius albanum nomen tua poſthuma ꝓles.
Quem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx
Educet ſyluis regem:regumq; parentem
Vnde genus lōga noſtrum dominabiť alba.
Proximus ille procas troianæ gloria gentis:

SER. Ille uides pura iuuenis.q.n.h.æneas ut dicit cato ſimul ac uenit ad italiā:Lauiniā accepit uxorē pp qđ Turnus iratus tā ĩ latinū q̄ ĩ æneā bella cōmouit a mezentio ĩpetratis auxiliis:qđ ēt ip̄e oſtēdit dicens:ſe fatis ambobus teucriſq; uenire latiniſq; : ſed ut ſupra dixius primo piit Latinus : ſecundo pariter turnus & æneas:Poſtea Mezentium ĩteremit Aſcanius:& Laurolauiniū tenuit:Cuius Lauinia timens ĩſidias : grauida confugit in ſyluas:& latuit ĩ caſa paſtorali Tyri: ad qđ alludēs ait:tyruſq; př cui regia parēt armēta: & illic enixa ē filiū:ſed cū aſcāius flagraret ĩuidia : uocauit nouercā & ei cōceſſit laurolauiniū:ſibi uero albā con

Et capys:& numitor:& qui te nomine reddet
Siluius æneas:pariterq; pietate uel armis
Egregius:ſi unq̃ regnãdam acceperit albam.
Qui iuuenes quantas oſtentãt aſpice uires.
At qui umbrata gerunt ciuili tẽpora quercu.
Hi tibi nomentũ:& gabios:urbemq; fidenã:
Hi collatinas imponent montibus arces.
Pometios:caſtrumq; inui:bolam:coramq;.
Hæc tũ noĩa erũt:nũc ſunt ſine nomĩe terræ.

ſtituit:q quoniã ſine liberis piit:Siluio qui & ipſe Aſcanius dictus ẽ:ſuũ reliqt iperiũ. Vnde apud Liuiũ error eſt q Aſcãius albã condidit: poſtea albãi oẽs reges dicti ſunt Siluii ab huius noie:ſicut hodieq; romani iperatores Auguſti uocãtur:ægyptii Ptolæmeiq;.Per ſe arſacidæ.Latini Murrani: ut Murranũ hic atauos: & auoꝝ antiq̃ ſonãtẽ Noia:p regeſq; actũ gẽus oẽ latinũ. Pura iuuẽis q nitit̃ haſta.i.ſine ferro.Nã hoc fuit pmiũ apud maiores:q tũc primum uiciſſet i plio: ſicut ferẽ i libris de gẽte populi Romãi. Siluius: albanũ nomen:Quia oẽs ſiluii ab eo dicti ſunt. Tua poſthuma ꝑles:Poſthumus ẽ poſt hũationẽ parentis creatus.Per hoc ãt æneã cito oſtẽdit eẽ pituꝝ:& ſtatim iſert conſolationẽ dicens. Quẽ tibi lõgæuo.i.deo.Aeuũ.n.proprie æternitatis eſt:quæ nõ niſi i deos uenit.Ennius Romulus i cælo cum diis genitalibus æuũ degit.Male autẽ uidicauit uſus p quẽ dixit Longæuoſq; ſenes Vnde:a quo:ut Genus unde latinũ:nã poſteri eius fuerũt:q poſtea apud albã regnauerunt ciuitatem. Proximus ille pro.ſtandi nõ aſcendendi ordine.Nam duodecimus fuit. Et capys: ſextus ẽ rex albanoꝝ.Itẽ Numitor tertiuſdecimus fuit. Si unq̃ regnandã accepat albã:æneas Siluius:& hic oſtẽdit oẽs albanos reges Siluios dictos:accepit:ãt a tutore:q eius inuaſit imperiũ.Quod ei uix anno.lii.reſtituit:& rẽ hiſtoriæ plenã p tranſitum tetigit. Ciuili tpa q̃rcu:Ciuica debuit dicere:ſed mutauit:ut cõtra Hora.Motũ ex metello cõſule ciuicũ: ꝑ ciuile.Querceã autem coronam accipiebant q in bello ciuẽ ſeruaſſent:ideo qa ante cauſa uitæ in hac arbore hominibus fuit:qui glandibus ueſcebantur.Aliæ enim murales erant:aliæ agonales:ideſt lemniſcatæ. Hi tibi nomẽtũ & gabios:Hæ ciuitates ſũt priſcoꝝ latinorum ab albanis regibus cõſtitutæ:quanq̃ Collatiam Tarquinius conſtituiſſe dicatur:qui ut erat ſuperbus:eam ex collata pecunia conſtituit: Vnde collatia dicta ẽ.Poteſt tamen etiam fieri:ut ab albanis fundata ſit:aucta a Tarquinio:ſicut ſupra de tarẽto diximus:quod Taras fecit auxit Phalantus:Romam etiam Romulus feciſſe dicit̃:quã ante Euander condidit:ut Tunc pater Euandrus romanæ conditor arcis. Vrbemq; fidenam: Fidenæ dicũtur ſicut thebæ:ſed dixit ut Iuue.atq; uetus thebæ centum iacet obruta portis:nam uarietati ſtudet:unde etiam pometios ait:cum dicatur numero ſingulari pometia. Caſtrumq; inui:Vna eſt Italiæ ciuitas caſtrumnouum dicitur.De hac ãt ait caſtrum inui: ideſt panos q illic colitur.Inuus ãt latine appellat̃ græcæ παν Item ἐπιάλτης grecæ:latine incubus:idẽ faunus:Item fatuus fatuellus.Dicit̃ aũt ab icundo paſſim cum oibus aialibus.Vnde & icubus dr̃.Caſtrum aũt ciuitas eſt.Nam caſtra numero plurali dicimus:licet legerimus i Plauto Caſtrũ pœnaꝝ:quod etiã dimiutio oſtẽdit:nam caſtellũ dicimus. Nũc ſunt ſine noie terræ:atq i catalogo hic eſt dicturus aliqs ciuitates: ſed ex ꝑſona ſua pccupat.

DO. Pura:ſine ferro:qd ſit ſignũ pacis:& nõ belli. Ciuili.t.q.ciuilẽ dixit feſtã pacificã:ut ẽ laurus & oliua.

CHRI. Cõmixtus ſanguie.i.Optime dictũ:nã pater materiam nõ præbet:ex qua factus conficiat̃.Nam ſemen uiri ſpiritus ſunt:qui ueluti artifices fœtum i materno utero formant ex ſanguie materno.Itaq; ſemẽ artifex eſt ſanguis materia.Vnde & mater dicit̃ quaſi materiam tradẽs:ergo qa ex uiro Troiano & ex matre Itala orituri erãt italo:ſanguie dixit. Siluius:Aſcãius ex ænea & Lauina uxore natus eſt:nã Lauia poſt obitũ æneæ uerita Aſcaniũ ex creuſa natũ i ſyluis delitteſcẽs Aſcaniũ filium quem i illis peperit Siluium noiauit.Hic Aſcanio maiori:q albã cõdiderat:& ſine liberis deceſſerat:regno ſucceſſit : & ab eo reliq albani reges ſiluii denoiati ſunt:ex hoc natus eſt Aeneas ſiluius:q latinum ſiluium genuit a quo nõnullæ coloniæ deductæ ſunt: & priſci latini appellati:ex latio Alba eſt ortus:ex alba Atis ex ati capys:ex Capy Capetus:ex capeto Tyberinus:a quo albula flumẽ i quo ſubmerſus ẽ Tyberinus ẽ appellatus Tyberius genuit Agrippã: agrippa Romulũ Siluium: q ictus fulmie reliqt filium Auentinũ:a quo auẽtinus collis romaus eſt noiatus:cum i eo ſepultus eſſet. Huic ſucceſſit Proca:q numitorem & amulium genuit:ſed amulius Numitorẽ regno pepulit:& filiũ interemit:& Rheam ſiluiam uirginem ueſtalem inſtituit: ex qua Romus & Remus nati ſunt. Longeuo: ait Gelius Vir. apud antiquos rephendi q nõ conueniat longæuum & tua poſthuma ꝑles.Nã ſi poſt mortẽ patris natus eſt ut eſt i omnibus hiſtoriis:cur addidit lõgæuo? Sed Ceſellius ait ſentẽtiam eſſe hoꝝ uerboꝝ q uiuo patre natus ſit : atq; eum eẽ poſthumũ:qui poſtremo loco patre iã ſene ſit natus:ſed huius hiſtoriæ nullũ idoneũ auctorẽ nominat.Sulpitius uero Apollinaris ait lõgæuũ ꝑ immortali poni:nã oſtẽdit Anchiſes filiũ hũc natũ iã ænea iam imortali effecto:ſed aliud eſt longæuũ:aliud perpetuum:Nec dii longæui ſed immortales dicuntur.Hæc Gellius.Poſſumus tamẽ dicere q poſthuma ꝑles naſcitur lõgæuo:cum naſcit̃ poſt mortẽ quia lõgæuus fuit.

SER. Quin & auo comitẽ ſeſe mauortius addet Romulus:Amulius & numitor fratres fuerũt ſed numitorẽ regno Amulius pepulit: ẽt iliã eius filiã ſacerdotem ueſtæ fecit:de hac & Marte nati Remus & Romulus:q cũ adoleuiſſent occiſo Amulio auum numitorẽ i regnũ reuocarũt:& cũ eo uno anno rgnauerũt. Poſtea pp anguſtias iperii romã captatis auguriis condiderunt:ergo auo ſe comitem aut auito ſe iũget impio:aut ſecũdũ Enniũ re.ert̃ iter deos cũ ænea. Dicit nãq; iliã fuiſſe filiã æneæ quod ſi eſt æneas auus eſt ro

Quin & auo comitem ſeſe mauortius addet
Romulus:aſſaraci quem ſanguinis ilia mater
Educet:uiden ut geminæ ſtent uertice criſtæ:
Et pater ipſe ſuo ſuperũ iam ſignet honore:
En huius nate auſpiciis illa inclyta roma
Imperium terris animos æquabit olympo:
Septẽq; una ſibi muro circundabit arces:

Fœlix prole uirûm: qualis berecynthia mater
Inuehitur curru phrygias turita per urbes
Læta deum partu: centum complexa nepotes
Omnis cælicolas: omnis ſuper alta tenentes
Huc gemias nūc flecte acies: hāc aſpice gētē.
Romanoſq; tuos: hic cæſar: & omnis iuli
Progenies: magnum cæli uentura ſub axem.
Hic uir hic eſt tibi quem ꝓmitti ſæpius audis
Auguſtus cæſar diuum genus: aurea condet
Sæcula quæ rurſus latio regnata per arua
Saturno quondā: ſuper & garamātas: & idos

muli. Vnde etiā addidit: aſſaraci quē ſanguinis: nā hoc epithetō nō ſine cā itroductū ē: qđ ē propriū æneæ: nā aſſaracus pr̄ ē Capys: Capys Anchyſe: anchyſes æneæ. Viden: Den naturaliter lōga ē. Breuē tamē poſuit ſecutus Enniū: & adeo ē eius imutata natura: ut ea ubique breuis iueiaꝛ̄. Gemiæ ſtāt. uer. cri. Oino i oībus hoc ægit Romu. ut cū fratre regnarꝭ uideret: ne ſe reū patricidii iudicaret: Vnde oīa noīa duplicia hūit q̄ſi cū pr̄e cōmunia. Et. n. ad captanda auguria palatinū Romulus tenuit: auētinū Remus: q prior ſex uultures uidit: poſt Romu. xii. & cū ille tpe ille numero de cōdēda urbe certarēt: orta contentiōe de urbis noie īter exercitū a Romuli militibus Remus occiſus ē. Fabuloſū āt ē ꝙ a fratre pp muros dr̄ īterēptus. Et pr̄i ſe ſuo ſuperꝫ iā. ſ. h. Merito uirtutis Mars Romulū deū eſſe ſignificat. Superꝫ. n. accuſatiuus ē: ſingularis ab eo qđ eſt ſuperus ſupi. Illā: Quā tibi ſæpe fata ꝓmiſerūt. Inclyta: græcū: nā κλυτου glorioſū dicunt. Imperium ter. in quātum tendit terra. Aīos æquabit olympo. i. magnanimitate æq̄bit cælo. De hoc āt loco & Probus & Trogus q̄runt. Septēq; una ſibi mu. Bene dicit urbē romanā ſeptē incluſiſſe montes: & mediū tenuit: nā grandis ē ide dubitatio: & alii dicūt breues ſeptē colliculos a Romulo iclusos: q tamē aliis noibus appellabanꝛ̄: alii uolūt hos ipſos q nunc ſunt a Romulo incluſos. i. Palatinū. Quirinalē: Auentinū: Cæliū: Viminalē: Aeſqlinum: & Ianicularē. Alii uero uolunt hos quidem fuiſſe aliis tamen nominibus appellatos: quæ mutata ſunt poſtea: ut de oibus rebus legimus fieri: ſicut etiam de multis locis & fluminibus legimus: ut ſæpius & nomen poſuit ſaturnia tellus. Prole uirū: ꝓ uiroꝝ fortiū. Qualis be. m. Phrygia: nā & Berecynthos caſtellū ē phrygiæ iuxta ſangariū fluuiū ubi mater deū colitur. Per hāc āt cōparationē nihil aliud oſtendit niſi romanos duces īter deos eſſe referendos. Turrita: Quia ipſa ē terra q̄ urbes ſuſtinet: ideo deſignaꝛ̄ ei corona cū turritibus ī capite. Huc geminas nūc fle. a. Totū uiſum tuum huc dirige: & huc ſpecialiter intuere. Hic cæſar & o. i. ꝓgenies: ut Iulius a magno demiſſū. n. i. Cæli uētura. ſ. a. nā cū Augu. pr̄i Cæſari ludos funebres exhiberet: ſtella crinita p diē appuit: quā pſuaſiōe Augu. Cæſaris populus eē credidit: hinc Ecce diōæi ꝓceſſit. c. a. Sub axē ergo. i. ad diuinos honores. Hic uir. h. e. t. c littera ꝓ duplici non niſi monoſyllabis hētur: ut Hoc erat alma parēs: p coꝝ. ſ. priuilegium: unde falſū eſt qđ Terētianus dicit eam ꝓmetti rōe uel duplicē haberi uel ſimplicem: nā ſi hoc eſſet ēt i diſſylabis pro duabus haberi debuerat: quod nuſquam inuenimus. Litteræ. n. naturam ſeruari etiam ī poliſſyllabis conuenit. Diuū genus: Cæſaris q factus ē deus. Dicit aūt nō ſolū iure adoptionis: ſed etiā cōſanguinitatis: nā actiæ fuit filia: q̄ erat ſoror Cæſaris. Hic āt Auguſtus Cæſar hoc nomē accepit a patre adoptiuo: nā ante Octauius dictus ē a patre Octauio: poſt Aug. Cæſar. Secula. q. r. Sub Saturno dicit ſæcula aurea fuiſſe in orbe terraꝝ: ſub Auguſto tantū ī italia. Garamātas: populi inter libyam & africam iuxta κεκαυμενην: ideſt zonam torridam. Indos: populi orientis extremi.

DONA. Nihil in his uerſibus memoria dignum apud Donatum inuenies: niſi ꝙ ait uir hic ad ſimilitudinem Saturni regnabit: ex quo illud uidetur aſtruere ꝙ fœlicitas regnandi generi eius attributa uideatur.

CHRI. Auo: numitori patri rheæ quem pulſum a fratre Amulio ipſe induſtria & uiribus ſuis in regnum reduxit. Mauortius: & quia Martis filius: & quia uir bellicoſus. Aſſaraci: æneadarum nam ex Aſſaraco natus eſt Capys ex capy Anchiſes pater æneæ. Illa: emphaſim habet: Laudat autem a fortuna: a uirtute: a ſitu: a ſobole. De roma autem dictum eſt in primo libro. Romulus: quis Romu. fuerit apud ſcriptores magna cōtrouerſia eſt: Noſq; multorum opiniones in eodem loco rettulimus: ſed ut ea ſeq̄mur quæ de Rhea & Marte ſcribuntur quoniam uulgatiora ſunt & a Liuio magis illuſtrantur. Romu. ex Marte & Rhea genitus a ruminæ lupæ nominatus eſt: quoniam lacte lupæ nutritus ſit & antiqui mammam rumen appellarunt: Hinc & ruminalis ficus ſub qua expoſiti ſunt dicta eſt quoniam ſub ea lupæ rumen ſumpſerunt. Huc geminas: captat attētionē. q. d. ſunt digni q aſpiciāꝛ̄. Vidē: uides ne: Comicū ē: ut a ne dictiōe iterrogatiua remoueaꝛ̄: e & dictiōi antecedēti adiūgaꝛ̄ n hic ē Pyrrhi cōnubia. ſ. ꝓ pyrrhie. Criſtæ: galloꝝ gallinaceoꝝ dicūꝛ̄: & deide a ſimilitudie ornatus q iminet galeis criſta dr̄: ut Criſtaq; iſignis. c. Suo honore: excellētia rei militaris: q honor proprius ē martis. Alii ſuo. i. diuio ꝙ referēdus ſit īter deos. Septē: Nō qa urbs a Romulo edificata amplecteret tūc ſeptē colles: ſed q̄ deinde ſuā magnitudie eſſet cōplexura. Berecynthia: de hac dea alibi. Iuli: dieresis ē ut ſint tres ſyllabæ. Auguſtus hic in domū: iulioꝝ nō natura: ſed adoptione uēit. Fuit. n. nepos. C. Cæſaris ex Octauia ſorore. Garamātas: extremi ſunt populi africæ ſupra pſyllos ad auſtrum uergētes ſolitudinibus a reliquoꝝ mortaliū cōmertio diſcreti. Armis carēt: aſpectū hoium refugiūt: Romāis nūq̄ ſubditi: neq; bello tētati: uſq; ad. Veſpaſianū. Mira āt auxeſis. Nā ſi Saturnus i maxīa fama eſt: qa i latio regnauit: i q̄tāta erit hic q omnē ſibi terrā adiūxit. Nā legatio quoq; indoꝝ ad Octauianū uenit: amicitiāq; petiit. Aurea ſæcula: nā neq; trāq̄llior neq; ad lōgius tps durās pax fuit q̄ illā q ſub auguſto extitit. Saturno: d cuius plācatæ ſæculo dixius: huc.

Ro/mu/lus

Proferet imperium: iacet extra ſydera tellus
Extra anni ſoliſq; uias: ubi cælifer atlas
Axē humero torquet ſtellis ardentibus aptū.

SER. Iacet. e. ſy. t. nulla ē tellus q̄ nō ſubiaceat ſydarib9: und pīte addidit. Extra. a. ſo. q. u. ut oſtēderet. xii. ſigna: i qb9 ē circulus ſolis: ſignificat aūt mauroꝝ Aethiopiā: ubi eſt atlas d q̄ ait Luc. Aethiop ūq; ſolū qđ nō ꝓmereꝛ̄ ab ulla ſigniferi regi. p. n. p. l. Vltia. c. ꝓ. u. r.

Huius in aduentu iam nunc & caſpia regna
Reſponſis horrent diuum:& meotica tellus:
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia nili.
Nec uero alcides tantum telluris obiuit
Fixerit æripedem ceruã licet:aut erymãthi
Placarit nemora:& lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis uictor iuga flectit habẽis
Liber agens celſo nyſæ de uertice tygres.
Et dubitamus adhuc uirtutẽ extẽdere factis?
Aut metus auſonia prohibet cõſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines incanaq; menta
Regis romani:primam qui legibus urbem
Fundabit:curibus paruis & paupere terra
Miſſus in imperiũ magnũ:cui deinde ſubibit:
Ocia qui rumpet patriæ:reſideſq; mouebit
Tullus in arma uiros:& iã deſueta triumphis
Agmina:quẽ iuxta ſequitur iactantior ancus.
Nũc quoq; iã nimiũ gaudẽs popularibus au.
Vis & tarquinos reges? animãq; ſupbam(ns
Vltoris bruti:faſceſq; uidere receptos?

Torq̃t:ſuſtinet. Aptũ:uicinũ:ut diximus ſupra. Iã nũc &.c.r.fines aſſyriorũ i q̃bus ſũt πυλαι caſpiæ:qd ãt dicit uerũ ẽ.Nã & Suet.ait i uita Cæſaris reſpõſa eẽ data p totũ orbẽ naſci iuictũ ipatorẽ. Meotica.t.ſcythica tellus cuius palus ẽ meotis. Turbãt:turbãt͂. Se ptẽ.g.ãt ſeptẽ fluuii. Fixerit.æ.c.ꝓ aeripedẽ uicit ãt cerinitẽ ceruã dictã a loco fixerit ãt ſtrauerit:ꝺlaſſauerit.

Et tua dardaniis tranſcribi ſceptra colonis?
Rex tibi coniugiū:& quæſitas ſanguīe dotes

mum alligat uittis quod aperte in.viii.oſtēdit. Et uitta comptos uoluit prætendere ramos:ſupra etiam præferimus manibus uittas. Iunonis anus templiq; ſacerdos:iunonis templi anus ſacerdos. Fuſos patiere labores: Probus de temporum connexione libellum compoſuit in quo docet quod cui debeat accommodari ex quo intelligimus hanc quam facit arduam eſſe connexionem. Nam patiere futuri temporis eſt fuſos uero participium eſt præteritum. Dicit autē patieris ut tot tui labores fundantur incaſſum uel in irritum cadant:incaſum autem tractum eſt a caſibus ideſt retibus. Tranſcribit:tradi ſermo autem hic tractus ē de pecunia.Nā ſcribi eſt dari. Hora.ſcribe decē nerio non ē ſatis adde cicutæ Reſcribi uero reddi Hora.Dictantis qd tu nunq̄ reſcribere poſſis. Terentius: Argentum illud Denuo reſcribi iube Phormio.

DONA. Bene iunonis ſacerdotis perſonam ſumit ut maiore auctoritate loqueretur pulcher autem dixit exuit & induit ueluti cum ueſtitus permutationē facimus. Exuimus.n.noſtrū & induimus alienū.

CHRI. Simulato:A ſe. Tanto enim furore percita eſt:ut contra latini iuſſi filiam in ſyluis auſa ſit abducere ut coniugium Aeneæ remoretur:ex qua motatolli penitus:illud poſſe ſperabat:unde & reliquæ mulieres motæ auctoritate reginæ illam in ſyluam ſecutæ ſunt. Deſeruere domos: quaſi dicat populariter illud migrarunt. Et ex hoc minuere uidetur etiam hac furore ab alecto concuſſas fuiſſe. Pampineas:pampinis ueſtitas:quos tyrſos uocant. Incinctæ pellibus: habentes pelliceas ueſtes incinctas.Vtebantur enim Pellibus lyncum & damarum:& huiuſmodi ferarum: quas nebridas dicunt.Stimulis bacchi eum enim furorem incuſſerat:ut illa omnis decoris oblita auſa ſit.Bacchi ſacra ſimulare. Conſilium omnemq; domum:ideſt conſilium quo quidem euerſo totius familiæ occaſus ſequebatur. Fuſis:nigris.Nam furia ab obſcuritate & inſcitia eſt:ut diximus: & ab ea omnia nigra ideſt noxia ſunt. Ardea dicta eſt ſecundum Strabonem uel quia ardua quod in edito ſit poſita loco.Vel quia condentibus urbem auſpicium fuit ardea auis uel nomen habuit ab ardea Vlyxis ex Circe filia. Nebridas Ardea

Abnegat:externuſq; ī regnū quæritur hæres.
I nunc ingratis offert te irriſe periclis
Tyrrhenas ī ſterne acies:tege pace latinos.
Hæc adeo tibi me placida cū nocte iaceres:
Ipſa palam fari omnipotens ſaturnia iuſſit.
Quare age & armari pubē:portiſq; moueri
Lætus in arua para:& phrygios q flumīe pulchro
Cōſedere duces:pictaſq; exure carinas.
Cæleſtum uis magna iubet:rex ipſe latinus
Ni dare coniugium:& dicto parere fatetur
Sentiat & tandē turnum experiatur ī armis:
Hic iuuenis uatem irridens ſic orſa uiciſſim
Ore refert:claſſes inuectas tybridis undam
Non ut rere meas effugit nuntius aures.
Nec tantos mihi finge metus:nec regia iuno
Immemor eſt noſtri.
Sed te uicta ſitu:uериq; effœta ſenectus
O mater curis nequicquā exercet:& arma
Regum inter falſa uatem formidine ludit.
Cura tibi diuum effigies & templa tueri.
Bella uiri pacemq; gerāt:quis bella gerenda.

SER. Quæritur heres:de iure traxit:ut nō generum:ſed heredem diceret nam per coemptionem facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebant. Tyrrhenas i ſterne:ut i ſequere italiam uentis:ſane notum ē bello multum potuiſſe tyrrhenos:& fuiſſe præcipue infeſtos latinis:ut Hi bellum aſſidue ducunt cū gente latina. Hæc adeo tibi me: Addidit auctoritatem qa ſcit anui credi difficile. Adeo autem ualde:ſcilicet iuſſit:ut Teren. Adoleſcētem adeo nobilem. Lætus: alacer:Feſtinus. Nā lætari non poteſt qui perdebat uxorem:ſicut ſupra in primo:Vela dabant læti. Flumīe pulchro:ut ſupra.Hunc inter fluuio tyberibus amœno. Cæleſtum uis magna iubet:aut p diffinitionē ipſa iuno ē uis deorum:aut p augmētū ſuaſit: primo p ſe: ſecūdo p iunonē: poſtremo per uim oīum deorum.

Turnū expiatˀ:cōtra ſe quē pro ſe ꝓbare non potuit.

Sentiat:tandē ſentiat cōtra quē pro ſe laborātē nō ꝓbauit. Hic iuuenis uatē irridēs:caluit qa iuuenis:Hora.Non ego hūc ferrē calidus iuuēta cōſule plāco. Victa ſitu ſenectus:tēporis lōginqtate:ex qua naſcitur ſitus. Veriq; effœta:caſſa ueritatis. O mater:irriſionis ē nō honoris. Falſa formidīe:quia uatē:nā eā defendebat a bellis:ſi non etas:ſaltem religio ſacerdotii. Exarſit in iras:Communis ſermo habet ardeo illa re:ſed figuratius ardeo in illam rem dicimus:& eſt ſpecialis Cornelii elocutio. Orāti: loquenti:unde ēt oratores dicimus. Tremor occupat ar. Vicinitate.ſ.furiæ. Nā tremor furoris ē. Tātaq; ſe la.ape.Semoto anili uultu quē finxerat:& quo ſe induerat:ſicut ſupra in primo de uenere:Et uera iceſſu patuit dea. Gemios cre

Talibus alecto dictis exarſit in iras.
At iuueni orãti ſubitus tremor occupat artus.
Diriguere oculi:tot erynnis ſibilat hydris:
Tantaq; ſe facies aperit:tum flammea torquẽs
Lumĩa cunctãtem:& quærentẽ dicere plura:
Reppulit:& geminos erexit crinibus angues.
Verberaq; ĩſonuit:rabidoq; hæc addidit ore.
En ego uicta ſitu:q̃ ueri effœta ſenectus
Arma inter regum falſa formidine ludit
Reſpice:ad hæc adſum dirarũ ab ſede ſororũ:
Bella manu letumq; gero.
Sic effata facem iuueni coniecit:& atro
Lumine fumantis fixit ſub pectore thædas:
Olli ſomnũ ĩgens rupit pauor oſſaq; & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.
Arma amens fremit:arma toro tectiſq; requirit.
Sæuit amor ferri:& ſcelerata inſania belli.

xit crinem. Similes. Nam omnes dicit erexiſſe:non duos. Verberaq; ĩſonuit:pro uerberibus inſonuit.i.per uerbera. Rabido:habitum futuræ orõnis oſtendit.
Reſpice:multi hic diſtinguunt & ſuperioribus iungunt:ut ſit ſenſus reſpice eam quam dicis falſa deludi formidine. Ad hæc adſum:ideſt ad regum arma & ad bella Quomodo ergo dicis quod ſuperfluo his inferat rebus ad quas ueni? Alii reſpice ad hæc legunt ut ſit quaſi demonſtrantis:reſpice bella: & letum gero. Facem iuueni coniecit:ſatis conſiderate facem iuueni iniecit quæ cito exardeſcit:& deſinit ſupra uero amatæ ſerpentem iniecit:ut in mulieribus ſemper uiget uenenum. Atro lumine:atri luminis tædas: ut pulchra faciat te prole parentem. Atro autem lumine furiali inferno alias autem ratione caret. Sub pectore:Vbi fellis locus eſt:ideſt iracundiæ. Fremit: cũ clamore depoſcit. Bene autem amens:quia in tempore quieuerat. Scelerata inſania belli:nihil enim tam inſanum q̃ deſiderare id:per quod poſſis perire.
DONA. Abnegat:cum tantis periculis:& uxorẽ: & dotem quæſieris. Externuſq; ĩ regnum : dicit oĩa quæ hominem fortem & regnum mouere poſſint: dat præterea uincendi fiduciam afferendo iunonem affuturam:cui cauſa diſplicebat. Addidit meritum:ne ſi cunctaretur firmatos arctiore fœderis uinculo ſuperare non poſſe. Ipſa palam fari : habet emphaſin ipſa quaſi dicat quæ omnia poteſt: quæ tuæ cauſæ fauet.
Tibi:contra meritum laborum irriſio. Tibi:qui male geſta poſſis tua propria fortitudine corrigere. Tibi: ſuſpecto iam genero. Me : ſacerdotẽ ſuam templi cuſtodem cuius fidem noſſet. Phrygios:Quaſi dicat imbelles & inertes. Pictas:nam luxurioſos hæc pictura denotat. Cæleſtum uis:ergo debet audacius fieri. Rex ipſe:qui te fefellit:cuius imperium tua defenſione ſeruaſti. Iuuenis:nõ mirum ſi iuuenis mulierem:& anum in re bellica contempſit. O mater:irriſio eſt aperta. En ego uicta ſitu:peius non potuit obiurgare metuentem q̃ in illum regere quæ protulerat. Bella manu.q.t.Contra illud Bella uiri pacemque gerant.
CHRI. Externus:quid enim iniurioſius eſt q̃ cum domi ſint heredes qui ſuo ſanguine coniugium mererint:quærere externos. I nunc:grauiſſima confutatio:cum id concedere uidemur quod manifeſtiſſimis argumentationibus minime agendum oſtendimus: ſic in quarto : I ſequar italiam uentis pete regna per undas. Eſt ornatus locus diſſoluto & exploratione ubi mutatis uerbis repetitur eadem ſententia. Ingratis:ex quibus nulla gratia prouenit. Ipſa ſaturnia:argumentum ab auctoritate. Quare age:cum iam oſtendiſſet inceptum iuſtum utileque futurum exhortatur ut capiat. Flumine pulchro & pictas carinas : dixit ut traheret in contemptum quaſi dicat qui pulchritudinem potius ad uoluptatem requirant:q̃ ea quæ ad ſalutem & defenſionem ſpectent. Quapropter facilius tanq̃ delicioſi ſuperabuntur. Ergo arguit a facili. Rex ipſe latinus:Traxerat hunc in odium cum dixit illum denegare ſibi connubium & dotes partas ſanguine itaq; nunc amare inſultat & exaggerat iram in turno. Sentiat:ex eo q, multum fidere uidetur uiribus. Turni audaciam illi auget:& bona ſpe confirmat. Tandem.q.d.poſt nimis longam tuam pacientiam. Iuuenis:quibus ĩ ætate uiuẽdi robur magnũ ẽ:ii plus uiribus q̃ cõſilio tribuere ſolent. Hinc egre tulit turnus ab anicula admoneri:cũ reipu. curã ad regẽ nõ ad ſacerdotẽ ptineat. Proptereaq; ẽ reſpõſio plena amaritudine & contemptu:& oſtendit ſe nihil latere ex iis q̃ illa ueluti conſultrix admonuerat. Sed te uicta ſi. nõ qa plus ſapiat:ſed qa deliret illã eas res dixiſſe.
Cura tibi: diſtributio eſt: nã oſtẽdit & qd ad aniculã ſacerdotẽ:& qd ad uiros pertineat. Talibus alecto:& recte:nã qs magis furore pcipi q̃ ipſa furia debuit. Subitus tre.p colorẽ rethoricũ quẽ notationẽ appellãt illã ita deſcribit:ut oculis nrĩs eã ſubiciat. Repulit:re ĩ cõpoſitione breuis ẽ:ſed i rebus præteritis quoniã geminat cõſonãs ſit lõga poſitione. Sũt ãt hæc repi:retuli:& repuli. Rabido:ut pote qiã furore uehemẽter cõcitatẽ. En ego: repetitio uerbo℞ qbus uſus fuerat Turnus uehemẽtiã demõſtrat iracũdiæ. Atro:nunq̃ ab hoc colore diſcedit poeta:ſed ẽt ſenſus litteralis eſt atro lumine:cui multus fumus eſſet admixtus.
Fremit
Fremit : nam indignatio alium ſonum emittere prohibebat:nam fremere ſignificat confuſã uocẽ ex ira & dignatione emittere.

Ita ſuper magno ueluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis undãtis aheni:
Exultantq; æſtu latices:furit intus aquæ uis:
Fumidus atq; altæ ſpumis exuberat amnis.
Nec iã ſe capit unda uolat uapor ater ad auras
Ergo iter ad regem polluta pace latinum
Incidit primis iuuenũ:& iubet arma parari:

SER. Virgea ſuggerit̃:de uiminibus:uel uirgis facta : Vnde ẽ flamma ualidior. Coſtis autem lateribus & bene antiquũ reſpexit morẽ. Nã ollas nõ ſuſpendebant:ſed poſitis circũ circa ignẽ adhibebant. Coſtis: ideſt lateribus. Furit itus aquæ:ideſt fumidus aquæ amnis nec imerito. Nã põt eſſe & alterius rei amnis. Hanc autẽ dieretin. Tucca & Varus fecerũt: nam Virgilius ſic reliquerat. Furit intus aquæ amnis & exuberat ut aquæ amnis:qd ſatis aſperum fuit. Nec ſe iã capit un. melius q̃ ſi diceret Nec uas iam unda capit.

Tutari italiam:detrudere finibus hoſtem.
Se ſatis ambobus teucriſq; uenire latiniſq;.
Hæc ubi dicta dedit:diuoſq; in uota uocauit:
Certatim ſeſe rutuli exhortantur in arma.
Hũc decus egregiũ formæ mouet atq; iuuẽtæ
Hunc ataui reges:hunc claris dextera factis.
Dum turnus rutulos animis audacibus ĩplet.
Alecto in teucros ſtygiis ſe concitat alis
Arte noua ſpeculata locũ:quo littore pulcher
Inſidiis curſuq; feras agitabat iulus.
Hic ſubitam canibus rabiem cocytia uirgo
Obiicit:& noto nares contingit odore.
Vt ceruũ ardentes agerent:q̃ prima malorũ
Cauſa fuit:belloq; animos accendit agreſtes.
Ceruus erat forma præſtãti:& cornibus igẽs.
Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptũ
Nutribant:tyrrheuſq; pater cui regia parent.
Armenta:& late cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperiis:ſoror omni ſyluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis:
Pectebatq; ferrum:puroq; in fonte lauabat:
Ille manum patiẽs:menſæq; aſſuetus herili
Errabat ſyluis:rurſuſq; ad limina nota
Ipſe domum ſera q̃uis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errante rapidæ uenantis iuli
Commouere canes:fluuio cum forte ſecundo
Deflueret:ripaq; æſtus uiridante leuaret.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius curuo direxit ſpicula cornu.
Nec dextræ erranti deus abfuit: actaq; multo

Ergo: Quia ſic incenſus eſt. Polluta pace:Vel ſua: uel troianorum. Indicit:Signate uerbum bellicum poſuit. In uota uo.Quia nuncupatis uotis bella ſu/mebant. Nunc decus egregium formæ mouet: dau ni & Turni:ſcilicet decus:nã hoc dicit:alios pulchritu do turni:alios nobilitas:alios uirtus mouebat ad bel/lum:nam hoc eſt:Animis audacibus implet.Affectio ne ſui inicit omnibus magnanimitatẽ. Arte noua dolo ſpeculata locum quo littore:pronomen pro no/mine ponitur non pro nominibus:unde modo noue interduo nomina unum pronomẽ poſuit:nam recte quo loco diceret:& hoc ſemel tantum fecit. Inſidiis curſuq; agitabat : nam inſidiis circum uenimus non agitamus. Canibus rabiem:ſtudium mutauit in ra/biem. Noto odore:ceruino.Solẽt.n.ita inſtitui:Hora. Vẽaticus ex quo ceruinã catulus pellẽ latrauit in aula.

Maloꝝ cauſa fuit:hoc eſt.Et primæ reuocabo exor dia pugnæ. Aĩos agreſtes:plus eſt q̃ ſi agreſtũ diceret aĩos. Et cornibus igẽs:igens & ad pſtantẽ formã pti net & ad magnitudinẽ cornuũ. Tyrrhenæ pueri:tyr rhi filii:& ut diximus ſupra:alludit ad nomẽ:nã Tyr/rhus dictus ẽ paſtor:apud quẽ lauinia pegit. Cui re/gia parẽt Ar.magiſtꝝ hũc pecoris uult fuiſſe:& ſaluta riũ:nã hoc ẽ & late cuſtodia credita cãpi:mgr ãt peco/ris ẽ:ad quẽ oĩa ptinent aĩalia:Cice.noĩat hoĩem: quẽ magiſtrũ pecoris eẽ dicebat. Syluia:bonũ puellæ ru/ſticæ nomẽ formauit. Pectebatq; fe.quadrupedẽ: ut In latus inq; feri. Manũ patiens: patiens illius rei dici mus:unde apparet unum u cauſa metri eẽ detractũ.

Menſæ herili:noue dixit:nam heꝝ nõ niſi dominũ dicimus:niſi forte ideo dixit:qa dat ei humanum ſen ſum:ut iplorãt: ſimilis. Errabat ſyl.paſcebat: ut mil le meæ ſiculis erãt ĩmõtibus agnæ. Ipſe.i.ſua ſponte.

Secundo deflueret:Secũdo.i.cũ aqua:unde & aduer ſo dicimus contra aquam.Nam ideo deflueret dixit: & ſecundo:qa eius curſus poſt natantẽ uidet. Deus abfuit: Alecto deũ dicit:ſicut de Venere deſcẽdo ac du cẽte deo:nã ut diximus:numina utriuſq; ſexus uiden tur:nõ qa ĩcorporea ſũt: & qd uolũt aſſumũt corpus: .Vt aũt deũ dicamus ꝑ dea hoc nõ apte põit:ſed i ſub/auditiõe. Errãti: Licet.n.certũ eſſet feritugꝝ: tamẽ be ne errãtem dixit:quia non uſq; quaq; ſemper certus eſt ictus:Hora.Nec ſemper feriet qđcunq; minabit arcus.

DONA. Magno ueluti:ornatus poeticus i parabolis ſimilitudinibus maxime conſiſtit. Polluta pace:Ali/ter.n.aduerſus ſoceꝝ moueri non debuit.Præterea impellebat a furia. Primis:ductoribus ut cauſam ſcirent. Certatim:amor maximus & fauor in Turnum oſtendit. Animos agreſtes:Excitauit eos primum qui faci/lius excitari potuerũt propter imperitiam & feritatem. Errantem:his uerſibus ponit excuſationem Aſcanii.

CHRI. Ita ſup: pulcherrima & accõmodatiſſima comparatio:& mira poetæ copia:nam cum aqua toties nominada ſit modo latices modo aquæ uim mõ amnem mõ undã dicat. Vapor ad auras:omnia i compara/tione quadrant:æſtuat.n.ſanguis ex accenſione bilis:ut aqua flammas in aheno & ebullitione mouet:& ut ide extollit fumus:ſic ex bilis ſanguiniſq; bullitione eleuantur ad caput uapores quibus omnis recta rõ adumbra tur:& lumen admittit:indicit iter.i.expeditionẽ.Honeſte autem dixit iter:quaſi q iturus eſſet ad latinum eius animũ exploraturus anteq̃ bellũ moueat. Tutari italiã & detrudere hoſtem uerbis.n.honeſtabat bellũ:quod q̃dem ſumere ſimulabat: non pp ereptam cõiugem:ne proprium commodum ſequi uideret:ſed ut patriam tutaret & ab ea hoſtes arceret ergo primo oſtendit honeſtum bellum:Deinde facile cum polliceat etiam ſi la/tini ſeſe opponant:tamẽ ipſum cõtra ambos ſufficere.Vt aũt uériſimile faciat rutulos relicta pace:quam om/nes ſuapte natura amant bellum ſequãtur plures cauſas refert:quibus facile ad id moueri potuerint.Hoc i ge/nere deliberatiuo Cicero affectionem uocat:quæ eſt quædam commutatio rerum ex tempore: aut negocio/rum euentu aut adminiſtratione : aut hominum ſtudio. Arte noua: Fraude inuſitata:nam ingenioſa res fu it ex uenatione huiuſcemodi captare occaſionem. Canibus:nam difficile erat homines externos & omnia pa uitantes ut aliquid contra ius auderẽt concitare.Ergo impulit canes ad id ad quod homines non impuliſſet. Noto:Quem ex multis uenationibus nouiſſent. Vel noto : ideſt amico & grato : & quo uehementer dele/ctentur: ut in Bucolicis: Hic inter flumina nota. Agreſtes: Nam ciuilibus & aliqua ratione compoſitis

non ſuffeciſſet illa cauſa:ut pp ceruum mouerēt bellū. Regia parent armēta:non.n.moti eſſent ad ulciſcendā iniuriā reliq niſi Tyrreus magnæ auctoritatis apud illos fuiſſet. Dat autē curā alendi puellæ: quoniam natura molior in delitiis huiuſcemodi aialia habere cōſueuerint. Manſuetudinem autem illius longius deſcribit: ut inde appareat eum in maiori pretio apud heros fuiſſe. Rabidæ: quia fœminæ facilius in furorem concitātur.

SER. Perq; ilia uēit arundo:hoc ile & hæc ilia facit:hinc & Iuue.ait uis frater ab ipſis ilibus. Nā quod Marulus Mimographus dixit. Tu hectorē imitaris: ab ilio nunq̄ recedis:cum de guloſo diceret:alluſit ad ciuitatis nomē nā ab ili debuit dicere. Bene autē ea loca uulnerata dicit:q̄ ſtatim mortē afferre nō poſſunt: ut domū rediret:ut eēt cauſa belloꝝ. Nā ſi ſtatim piret:aut ipſe ceruus:aut uulneris auctor lateret. Syluia prima ſoror:Bene puellæ dat doloris impacietiā. Duros conclamat agreſtes:aut quia ſemper duri ſūt aut duros qui cerui interitum non dolebant. Peſtis: furia. Torre: hic torris facit: ut hic fuſtis. Grauidi: grauis propter nodos ſcilicet. Quadrifidam quercū: quæ in partes poſſet findi quatuor. Cuneis coactis: & ſatis ſignate coactis dixit exprimit autem antiquū morem:ut diximus ſupra.Nam primum cuneis ſcindebant fiſſile lignum. De culmine ſummo:bene culmine:quia de tectis agreſtium loquitur. Tartaream: aut terribilem:aut forte ſecundum uſum dixit. Nemus:locus haud longe ab aritia:in quo lacus eſt q ſpeculum dianæ dicitur:& notādum quod uocem eius paulatim facit procedere:quod locorum īdicat commemoratio. Triuiæ lacus: hic eſt qui dianæ ſpeculum dicitur. Sulphurea nar albus aqua:inuia flamina eſt ciuitas narnia i montibus poſita quibus ſub eſt nar fluuius:qui tiberino coniungit̄. Fonteſq; uelini:ultra inter amnem ſunt:nam ut diximus:uox furiæ paulati proceſſit. Preſſere ad pectora natos: Statius preſſitq; palæmona mater:item contra natos auſæ deponere matres. Ad uocem buccinæ ſignum:ut Senſit:& ad ſonitū uocis ueſtigia torſit.Nam quicūq; ſonus dici uox ꝓprie pōt. Auxiliū caſtris ef.ap.i.ipſa in auxiliū effundit̄. Direxere ac.Ordinauerūt in latitudinem. Præuſtis:Præ bieuis fit pp ſequentē uocalem:qd una parte orōnis factū intolerabile eſt hic aūt tolerabile:quia compoſitus ē ſermo. Ferro ancipiti: utriq; noxio.Dicit autē aut gladios aut bipennes. Seges:Terra mō:ut Quid faciat lætas ſegetes p atrā uero fertilē ſignificat:ut oſtendit̄ in geor. Sole laceſſita: naturale enim eſt ut metallorum ſplendor plus fulgeat alia luce repcuſſus.Paulatim ſeſe tollit mare: ſic bella dicit ſurrexiſſe paulatim:ſicut uētis flātibus mare turgeſcit. Hic iuue.hic confundit noia.Nā & puerū & iuuenē nōnunq̄ Virgi.ponit ut hoc loco. Nā almonē quem mō iuuenē dicit:paulo poſt ait pueꝝ: ut Almonē pueꝝ:Mouet autē miſerationē ab ætate: cū dicit puer:a uirtute cum dicit Primā ante aciē:a uulneris etiā crudelitate. Almon:bene ruſtici nomē uſurpauit a fluuio. Hæſit eni ſub.g.u.i.ſagitta: ut ardens infeſto uulnere pyrrhus īſequit̄. Vdæ uocis iter.i.iter udum: non enim uox uda eſt:ſed per udam arteriarum labitur uiam unde in febricitantibus deficit.

Perq; uterum ſonitu perq; ilia uenit arundo:
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
Succeſſitq; gemēs ſtabulis:queſtuq; cruētus
Atq; implorāti ſimilis tectū omne repleuit.
Siluia prima ſoror palmis percuſſa lacertos
Auxilium uocat:& duros cōclamat agreſtes.
Olli peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis:
Improuiſi adſunt:hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic grauidi nodis.quo cuiq; reptū eſt
Rimāti telum ira facit:uocat agmia tyrrhus
Quadrifidam quercū cuneis ut forte coactis
Scindebat:rapta ſpirans immane ſecuri.
At ſæua e ſpeculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit ſtabuli & de culmine ſūmo
Paſtorale canit ſignum:cornuq; recuruo
Tartaream ītendit uocem:qua ꝓtinus omne
Cōtremuit nemus:& ſyluæ ītonuere ꝓfundæ:
Audiit:& triuiæ longe lacus:audiit amnis
Sulphurea nar albus aqua:fonteſq; uelini:
Et trepidæ matres preſſere ad pectora natos.
Tum uero ad uocē celeres qua buccina ſignū
Dira dedit:raptis concurrunt undiq; telis
Indomiti agricolæ:nec non & troia pubes
Aſcanio auxilium caſtris effudit apertis.
Direxere acies:non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur ſudibuſue præuſtis:
Sed ferro ancipiti decernunt:atraque late
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus æraq; fulgent
Sole laceſſita:& lucem ſub lumine iactant.
Fluctus uti primo cœpit cum albeſcere uēto
Paulatim ſeſe tollit mare:& altius undas
Erigit:inde imo conſurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis primā ante aciē ſtridente ſagitta
Natorum tyrrhi fuerat qui maximus almon
Sternit̄:hæſit eni ſub guttere uulnus:& udæ
Vocis iter tenuemq; incluſit ſanguine uitam.

DONA. Deus.i.euētus qui humanos actus aut implet:aut deſerit. Nota:quorum humanitem diu comprobaſſet. Triuiæ lon.lacus.i.auernus:qui a latini ſtabulis eſſet remotiſſimus. Preſſere ad pectora: Oſtendit maternum affectum. Tum uero ad uocem:primo dixit Syluia auxilium uocat poſtea dixit Vocat agmina tyrrhus & uēiſſe aliquos.Tertio furia bellum finitimis tuba canit:& tū plurimi uenere. Auxilium caſtris effudit. Nam in piculo regii pueri non paulatim proceſſum eſt:nec partibus: ſed ſemel omnes.Tuetur autem troiāos ab inuidia ut non ferant: ſed ut defendant iniuriam. Hic iuuenis: poſt cædem cerui tulit fors ut maximus natoꝝ tyrrhi occideretur.Mouet autem pathos & quod tyrrhi filius & quod maximus natu:& quod iuuenis

CHRI. Tectum omne repleuit: Hæ querelæ aium puellarẽ mouere facile potuerũt & illa rurſus fratres atq; patrẽ: cuius auctoritate quoniã regio pecori p̃eſſet reliq ſunt moti: p̃ſertim qa tacito furore ſtimulabãtur: Vnde ante q̃ p̃uiderẽt affuerũt. Hic torre: narratio ueriſimilis ex eo qđ fieri ſolet. Rimãti.t.i.fa.inqrebat tela & cũ nõ iueniret id qđ recta ratione ꝑ telo minime ſumpſiſſet ipſa ira q̃ oĩa p̃cipitabat faciebat telũ. Ardua: unde melius audiret. Paſtorale: nã niſi paſtorale ſignũ fuiſſet nõ eẽnt moti paſtores. Nar: flu.ꝑ narniam umbriæ urbẽ fluit: nã ab eo narnia dicta ẽ. Caſtris aptis: oſtẽdit celeritatẽ: ut milites ex oĩ ꝑte caſtrorũ effunderẽtur. Direxerat acies: prio.n.cõturbate effundebãt milites: ut celerius ſuccurrerẽt: deĩde aciẽ ĩ ordinẽ eduxere.

Corpora multa uirum circa ſeniorq; galeſſus.
Dum paci medium ſe offert iuſtiſſimus unus
Qui fuit: auſoniiſq; olim ditiſſimus aruis.
Quinq; greges illi balãtum quina redibant
Armenta: & terram centum uertebat aratris
Atq; ea ꝑ campos equo dum marte geruntur
Promiſſi dea facta potẽs ubi ſanguine bellũ
Imbuit & primæ commiſit funera pugnæ:
Deſerit heſperiam: & cæli conuexa per auras
Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba.
En perfecta tibi bello diſcordia triſti:
Dic in amicitiam coeant: & fœdera iungant:
Quãdoquidẽ auſonio reſp̃ſi ſanguĩe teucros.
Hoc etiã his addã.tuã ſi mihi certa uoluntas
Finitimas in bella feram rumoribus urbes
Accendamq; animos inſani martis amore:
Vndiq; ut auxilio uẽiãt: ſpargã arma ꝑ agros
Tum cõtra iuno terrorũ & fraudis abunde ẽ.
Stant belli cauſæ: pugnatur cominus armis
Quæ fors p̃ia dedit ſanguis nouus ĩbuit arma.
Talia cõnubia & tales celebrẽt hymenæos
Egregium ueneris genus & rex ipſe latinus
Te ſuper æthereas errare licentius auras
Haud p̃r ipſe uelit ſummi regnator olympi.
Cede locis: ego ſi qua ſuꝑ fortuna laborũ eſt
Ipſa regam tales dederat ſaturnia uoces.
Illa autem attolit ſtridentes anguibus alas.
Cocytiq; petit ſidem ſupera ardua linquens.
Eſt locus italiæ medio ſub montibus altis
Nobilis: & fama multis memoratus in oris.
An ſancti ualles dẽſis hunc frondibus atrum
Vrget utriq; latus nemoris: medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis: & torto uertice torrẽs.

SER. Corpora mul.u.c. Cõſtrata ſũt: & rhetorice uiles trudit in mediũ. Nobiles uero primo & ultimo loco cõmemorat. Dũ paci.m.ſ.of. nam qđ ſenex bellis itererat. Oli ditiſſi.ar. ſecũdũ antiquũ morẽ Horatius Diues antiquo cenſu. Quina redibãt armen. ꝑ qnq; ſicut bina. Terrã uerte.a. duo dixit a Catõe memorata: qui ĩterrogatus quis eẽt paterfamilias reſpõdit eũ q bene paſcit & q bene arat. Aequo dũ mar.g. apta cõtẽtione bello manifeſto. Nã ſic dicimus: æquũ autẽ æqualem non poſſumus dicere: cũ ſoli interẽpti ſint itali. Promiſſi dea fa.po. honeſta locutio: potens ꝓmiſſi. Promiſiſſe ãt eã cõfẽſionẽ ĩtelligimus. Nã nõ ꝓmiſit. Imbuit: initiauit: & bene ſãguĩe. Nã põt bellũ & a diſcordia uel a diſſẽſiõe ĩchoari. Et cæli.c.p.a. Probus: Aſꝑ Dona. dicũt hoc loco ꝑ bis accipiendũ alloquiẽ iunonẽ ꝑ cæli cõuexa: & ꝑ auras: põt tamen eẽ epexegeſis ꝑ auras.i. cæli cõuexa: nec.n. aliđ ſũt auræ. Dicit ẽt qdã cõmẽtarius cõuecta legẽdũ ut ſit ipſa cõuecta: qđ difficile ĩ exẽplaribus ĩueĩt. Victrix: uoti cõpos: Affaẽ iã cũ ſuꝑbia: Bene aũt ei in prĩcipio denegauit orõnem q̃ſi ad ſcelera feſtinãti: quã modo tribuit poſt bella iã cepta. Bello.d.t. iuno.n. belli popoſcerat ſcia: hæc ẽt ipſa bella ꝑfecit. Dic ĩ.a.c. ac ſi diceret ita bella cõmoui ut ne tuo qdẽ ĩperio poſſint ĩ pacẽ redire: & hoc ẽ qđ dicit. Affaẽ uoce.ſ. Alii dicũt: ego ĩter hos bella cõmiſi tu uicĩos populos fœderibus iunge: & ꝑtibus turni & æneæ fauore cõpelle: qđ tamẽ ſi uis ego faciã: ut hic ſit dictũ. Ego ſi q̃ ſuꝑ.f.l.ẽ. ipſa regã.

Certa uo. ſi tua ĩ hoc cõſẽtit auctoritas. Inſãi.m.a. Hõmeri epitheton θουριον αρην. Spargã ar. meminit ſui: Nã ſupra dixit ſere crimia belli. Terrorũ &.f. habũde ẽ Terrorũ more hoium. Fraudis uero ex cerui uulneratione. Stant belli cauſæ: manifeſtæ ſũt: placent ut ſtat conferre manum. Egregium ueneris genus: ironice dictum eſt. Ipſe latinus: ac ſi diceret quẽ æneæ cauſa cogor odiſſe: unde & amatæ nulla fit mẽtio quæ eſt troianis inimica. Vrbanus: tamen hunc locum accipit per interrogationem terrorum & fraudis abunde eſt: ut quaſi per gratulationem nõ credat ſicut Ter. illud. Quia plus cupio minus credo. Super æthereas: quia dixerat Cæli conuexa per au. Attollit alas: honeſta uolantis periphraſis. Italiæ medio: hũc locum umbilicum italiæ corographi dicunt. Eſt aũt in latere campaniæ & apuliæ ubi hyrpini ſunt: & habet aquas ſulphureas ideo grauiores quia ambitur ſyluis ideo aũt ibi aditus dr̃ ĩferorũ quod grauis odor iuxta accedentes necat adeo ut uictimæ hunc locum nõ ĩmolarẽẽ: ſed odore pirẽt ad aquã aplicate: & hoc erat gẽus litatiõis. Sciẽdũ tamẽ Varro enumerare quot loca ĩ italia ſint eiuſmõi: unde & Dona. dicit cãuſiæ q dr̃ locus a poeta circa fluuiũ q calor uocaẽ: quod iõ nõ ꝓcedit qa ita italiæ medio. Sub mõtibus al. hoc niſi ad totã italiã referas: non ꝓcedit: ut ſit Eſt ĩ uallibus italiæ mõtuoſæ: nã hoc ĩ loco mõtes nõ ſunt. Nobilis: notus qđ ſequẽtia ĩdicãt. An ſãcti ual. Loci an ſãcti.i. omni ꝑte ſãcti quẽ dicit & ſyluis cinctũ & fragoſũ fluuio toriẽte.

DONA. Senior: Pathos ab ætate: item a cauſa qꝛ pacis medius Cupiditas pacis oſtenditur ex diuitiis quas ĩ bello perdere erat anxius. Perfecta diſcordia: Habuit rationem perſonarũ. Nam laus eſt in furia quod in aliis eſt uituperatio. Hoc etiam his addam. Non ſolum gloriaẽ de eo quod fecit: ſed promittit plura facturam.

CHRI. Dũ paci.m. pathos ẽ a cã: nã nõ tã conqueriẽ de morte q̃ de cã mortis ſic de Palamede: quẽ falſa ſub

proditione pelaſgi. Inſontem:infando iudicio:quia bella uetabat. Iuſtiſſimus unus:facit cauſam ueriſimilẽ: dirimebat.n.bella:quia erat iuſtiſſimus:item quia ditiſſimus. Nam diuites bella oderũt. Amplectitur autem utrunq; genus diuitiarum quæ apud antiquos erant. Nondum enim aut mercatura aut aliis quæſtibus inuẽtis totum patrimonium aut in pecore aut in agris erat. Aequo:quia in neutram partem uictoriam impellebat. Potens promiſſi:quia potuit præſtare qđ promiſerat. Funera:non enim facile res ad pacem reduci poterat iam cæſis hiis qui in aliquo nomine eſſent. Superba:quia uictrix. Dic ĩ amicitiam.c.ita pfecta eſt diſcordia:ut etiã te auctore in amicitia coire poſſint. Teucros au.nam cum inferiores iniuriã intulerint: difficile eſt pacẽ fieri. Fraudis abũde ẽ:Nã pſtata cã bellia furia & aliqs effectus cauſæ reliq̃ facilia erãt. Talia.c.ironiã cõtiet hic locus. Te ſup ætheras:nã furorẽ nõ amat deus. An ſácti ual.hic locus in hyrpinis ẽ ut appet apud Pli.

Hic ſpecus horrendũ:& ſæui ſpiracula dytis
Monſtrãtur:ruptoq; ingẽs acheronte uorago
Peſtiferas aperit fauces:quis condita erynnis
Inuiſum numen terras cælumq; leuabat.
Nec minus interea extremam ſaturnia bello
Impoſuit regina manum:ruit omnis in urbẽ
Paſtorum ex acie numerus:cæſoſq; reportant
Almonem puerum:fœdatiq; ora galeſi.
Implorantq; deos:obteſtanturq; latinum.
Turnus adeſt:medioq; ĩ crimĩe cædis & ignis
Terrorẽ ingeminat:teucros in regna uocari:
Stirpẽ admiſceri phrygiã:ſe limĩe pelli.(tres
Tũ quorũ attonitæ baccho nemora auia ma/
Inſultãt thyaſis(neq; enĩ leue nomẽ amatæ)
Vndiq; collecti coeunt:martemq; fatigant.
Ilicet infandũ cuncti contra omina bellum
Contra fata deum peruerſo numine poſcunt.
Certatim regis circunſtant tecta latini.
Ille uelut pelagi rupes immota reſiſtit.
Vt pelagi rupes magno ueniente fragore:
Quæ ſeſe multis circunlatrantibus undis
Mole tenet:ſcopuli nequicq̃ & ſpumea circũ
Saxa fremunt:lateriq; illiſa refundit alga.
Verũ ubi nulla daẗ cæcũ exuperare poteſtas
Conſilium:& ſæuæ nutu iunonis eunt res:
Multa deos auraſq; pater teſtatus inanes.
Frangimur heu fatis ĩquit:ferimurq; pcella:
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas
O miſeri:te turne nefas:te triſte manebit
Supplicium:uotiſq; deos uenerabere ſeris.
Nanq; mihi parta quies:oĩſq; ĩ limĩe portus.
Funere fœlici ſpolior:nec plura locutus.
Sepſit ſe tectis:rerumq; reliquit habenas.
Mos erat heſperio ĩ latio quem ,ptinus urbes

SER. Hic ſpecus.h.hoc nomẽ apud maiores triũ generum fuit. Ennius fœminino poſuit. Hora.maſculino. Quæ nemora aut quos agro in ſpecus. Virgi. Neutro:quod hodie ĩ numero ſingulari tribus tantũ utimur caſibus. Pluralẽ tãtum a genere maſculĩo habemus ĩ oibus caſibus. Hic ẽ ipſi in defoſſis ſpecubus quãquã antiq codices habeant hic ſpecus horrendus. Spiracula.d.aditus a ſpirando:antiq codices piracula habent q̃ dicta ſunt απο Του περα Των:hoc ẽ a finibus inferoꝝ. Vorago:Acherõtis exæſtuatio. Cõdita.e. alii cõdit legũt:& ſe ſubaudiũt. Leuabat.i.releuabat: recreabat cui pſẽtia ſua erat honeri. Extremã.ſ.b.manũ. Quod ſup ẽ pficit:& ẽ trãſlatio a pictura:quã manus cõplet & ornat extrẽa. Fœdati:cruẽtati. Implorantque.d.ad auxiliũ & ultionẽ. Obteſtãturq;.l.propter cædẽ factã teſtem adhibent:& dicũt auctores rupti fœderis eſſe troianos:cum ipſi pacis iura temerarint. Et igni:in ipſo feruore ſeditiõis. Teucros in re. uo.dicit teucros:aut iniurioſe dictũ accipe quaſi exules ac pfidos. Attonitæ bac.quaſi baccho. Furia enim agebãtur:& ſic eſt dictũ. Vt at medias ĩter cædes exul. a. Nemora auia:p nemora. Thyaſis:choreys. Neq; enim leue nomen amatæ:Iuuena. Quæ nõ facit principis.u. Martemq; fatigant:Prœlium cum clamore depoſcunt. Cõtra omnia:fata ſupius de lauinia. Fata deũ:Propter oraculũ Fauni. Peruerſo: irato. Velut pelagi rupes:ſic Cicero ſeditionem populi fluctibus comparauit in illis:duntaxat fluctibus concionũ. Bene Virgilius eum qui reſtituit ſeditioni: rupem uocauit. Mole te.hic diſtinguendũ:ut ſcopuli nominatiuus pluralis ſit. Cæcum conſiliũ: fremitui populi bonũ nomẽ poſuit. Frangimur:pmanſit ĩ rupis trãſlationem. Sacrilego ſanguine:qa bellum ſumebant contra uoluntatem deoꝝ. Votiſq; deos uenerabere ſeris:qa religio rigida diciẗ ſemel mala cõmiſſa nulla ratione reuocari. Hora. Dira deteſtatio nulla expiatur uictima. Parta quies.ſ.uicinæ mortis beneficio. In limine portus:ſecuritas oĩs in ,pmptu eſt. Funere fœlici ſpolior:exeqis tãtum regalibus careo. Mos erat: Varro uult mortẽ eẽ cõmunẽ cõſenſũ oium ſimul habitãtiũ:q iueteratus cõſuetudinẽ facit. Heſpio in latio: hoc ẽ ĩ antiquo. Nã ut ĩ primo diximus:duo latia fuerũt:unde nõ fruſtra heſpio addidit. Quod ãt dicit hãc conſuetudinẽ antiquã fuiſſe:falſũ ẽ. Nã a Numa põpilio primũ iſtituta eſt:ſed carmini ſuo: ut ſolet miſcet hyſtoriã. Notãdũ ſane ĩcõuexũ eſſe hũc locũ:ſi qs totius libri cõſideret textũ. Nã ſupra ait. Longa placidas ĩ pace regebat:itẽ dicturus eſt Ardet inexcita auſonia atq; ĩmobilis ante:& nunc dicit. Mos erat heſpio in latio: ſupra etiã captiui pẽdẽt currus:itẽ Tyrrhẽas iſterne acies:q̃ ne ſint cõtraria accipiamus italiã primo caruiſſe bellis:medio tpe qeuiſſe:& ad antiquũ ſtudiũ nũc reuerti:ſicut romani bello flagrauere ſub Romulo: qeuere ſub Numa i ſub Tullo Hoſtilio pria ſtudia repetiuerũt. Hinc ẽ q; & ipſe Vir.ait Lõga placidas ĩ pace regebat nõ pptua:item deſuetaq; bello Agmina in arma uocat ſubito:ferrumq; retractat. Nã retractare eſt repetere quod omiſeras. Tale aliqd dicit de genere ſyllano, Salu.nam uolens oſtẽdere antiquos maiores eius cõſulares fuiſſe

uicinos uero ignauiſſimos. Syllã uero florẽtiſſimũ. Ait igit̃ Sylla patritiæ gẽtis fuit: familia iã extincta maiorũ ignauia. Quẽ protinus: iugiter deide. Nã nũc tẽporis aduerbiũ: alibi loci: ut cũ ꝓtius utraq; tellus uno foret.

DONA. Dat ſoni. Compendioſa deſcriptio: in qua amnem & partem ex qua funditur & ſonum cadentis aquæ & cauſam ſoni oſtendit. Nec minus interea: deeſt interea non minus. Extremã. m. nam ĩ artibus extrema manus eſt: cum amplius manus non reponitur: qa opus eſt perfectũ. Obteſtantur: inuidioſis uocibus lacerant: ꝙ oia mala per troianoꝶ fœdus euenerant. Teucros & ſtirpẽ phrygiã: ꝓ conuitio poſuit. q. d. idignos ad maxias dignitates uocari. Cõtra oia: pp apes & incendiũ. Contra fa. i. ſiias deoꝶ & fauni reſponſa. Circunſtãt: obliti regalis reuerẽtiæ. Deos & au. Nã oibus cõtra ſtantibus quẽ alium ſuæ ſniæ potuit adhibere teſtem. Frangimur: frangunt̃ cõmoda nñi imperii: & ponit ſignata uerba in tranſlatiõe. Nã frangitur nauis: & fluctibus inſtantibus interit. Miſeros: dolet errore peccantium. Nullus enim ſciens cadit ĩ foueam ſcelerum.

CHRI. Hic ſpecus. h. poetice deſcribit hiatum: p quẽ ad iferos furia deſcenderet. Quod aũt addit cælũ terramq; leuabat ad moralẽ rõnem retulit: qa & magni & parui uiri leuant̃ quando furore liberant̃. Ruit oĩs: qd miꝶ ſi latius ceſſit: cũ & ii q iniuria ſe a teucris laceſſitos putabant & turnus & ii quoꝶ uxores ab amata cõmote erãt eodẽ tpe circũſtarẽt tandẽ ceſſit Almonẽ. Emphaſis ẽ in noie q primũ regi piſtoris filius. Puerũ: pathos ab ætate. Fœdati: pathos a modo. In medio crimine: capta maxima occaſione. Teucros. q. d. externos & exules ĩ regna uocari. Nã cui lauina tradebat̃ eidẽ regnũ cõcedebat̃. Stirpẽ admiſceri. p. quaſi querat̃ degeneraturos latios ex admixtiõe aduenaꝶ extorrũ & a patria pulſoꝶ. Se. l. p. habet emphaſin ꝓnomẽ. q. d. affinem tãtũ regẽ & q ſua fortitudine hactenus illud regnũ ꝓtexerit. Ergo cũ idignatiõe ꝓferendũ. Certatim: ut oſtẽdat̃ latinũ: niſi iuitũ nõ ceſſiſſe. Velut pelagi rupes ut. p. r. Hæc cõgeminatio aſſerit cõparationẽ nõ temere factã: ſed pẽitus uerã eſſe. Sæuæ nu. iu. nõ fuiſſet ſupatus a ſolis hoibus niſi fuiſſet aduerſus eũ iuno deoꝶ & regnoꝶ regina. Frãgimur: grauis eſt rei dãnatio cũ demõſtramus nos iuitos cedere. Saguie: ne forte credatis illas eſſe leuiores. O miſeri: pp pœnas q̃s luetis ex ſcelere potuiſſet iure ſuo: ſceleratos appellare: ſed uoluit miſerãtis potius q̃ iraſcentis animũ oſtendere: ſi forte illos ĩmutare poſſet. Te turne: cuius auctoritate hæc maxime fiunt: Cõgeminauit aũt ꝓnomen ad maiorẽ expreſſionẽ. Votis. ſ. nõ. n. deoꝶ ſæuitia hoc eueniet: ſed tua pertinatia. Quia ſerius q̃ oportuerit penitẽtia moueberis: deide ut maiorem orõni auctoritatem afferat: aperte oſtendit multo pluris hæc illorum q̃ ſua intereſſe.

Albanæ coluere ſacrum nunc maxima rerum
Roma colit: cũ prima mouẽt ĩ prœlia martẽ:
Siue getis inferre manu lachrymabile bellũ.
Hyrcaniſq; arabis ue parãt: ſeu tẽdere ad ĩdos
Auroraq; ſequi: parthoſq; repoſcere ſigna.
Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicũt)
Religione ſacræ: & ſæui formidine martis.
Centum ærei claudunt uectes: æternaq; ferri
Robora: nec cuſtos abſiſtit limine ianus
Has ubi certa ſedet patribus ſententia pugnæ
Ipſe quirinali trabea: cinctuq; gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina conſul
Ipſe uocat pugnas: ſequit̃ tum cætera pubes
Aereaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco
Hoc & tum æneadis indicere bella latinus
More iubebatur triſtiſq; recludere portas
Abſtinuit tactu pater: auerſuſq; refugit
Fœda miniſteria: & cæcis ſe condidit umbris.
Tum regina deum cælo dalapſa morantes
Impulit ipſa manu portas: & cardine uerſo
Belli ferratos rupit ſaturnia poſtes
Ardet inexcita auſonia atq; immobilis ante
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: oẽs arma requirũt.

SER. Maxima rerum: roma imperii potita. Mouent in prælia martem: nã moris fuerat indicto bello in martis ſacrario ancilia commouere: unde eſt ĩ. viii. Vterq; impulit arma. Siue getis ĩferre manu lachrymabile bellum: getaꝶ fera gens etiam apud maiores fuit. Nã ipſi ſunt myſii: quos Salu. a lucullo dicit eẽ ſupatos. Hyrcãis ue. gens dicta a ſylua hyrcãia ubi ſũt tigres. Arabis ue parãt: hic datiuus uẽit ab eo qđ eſt hic arabus. Nã ab eo qđ ẽ hic arabs ab hoc arabe arabibus facit: ſicut hyberus: unde ĩ Luca. Occurrat hiberibus alter: & hiberus Hora. Diſcet hiberus rhodaniq; potor. Itẽ lectũ ẽ æthiops: & æthiopus: ſed modo tantũ æthiops dicimus. Auroramq; ſeq: ingenti ambitu ipſũ ortũ diei dicit ꝓ populis. Parthoſq; repoſcere ſigna: hoc ĩ honorẽ Aug. poſuit quo regnãte a pthis repetita ſũt ſigna: q̃ Craſſus pdiderat q cũ auiditate ſua cõtra auſpicia bellũ ſuſcepiſſet: captus cũ filio ẽ: & necatus ĩfuſo ĩ os auro. Sunt geminæ belli portæ: ſacrariũ hoc Numa Põpilius fecerat circa unũ argiletũ iuxta theatrum Marcelli quod fuit in duobus breuiſſimis templis. Duobus autẽ pp ianũ bifrontem: poſtea captis faliſcis ciuitate tuſciæ inuentum eſt ſimulachꝶ iani cum frontibus quatuor: unde qđ Numa inſtituerat tranſlatũ eſt ad forum tranſitoriũ: & quatuor portaꝶ unũ templũ eſt inſtitutũ. Ianũ ſane apud aliquos bifrõtẽ: apud aliquos q̃drifrõtẽ eẽ non miꝶ ẽ. Nã alii eũ diei dominũ uolũt ĩ quo ortus ẽ & occaſus. Hora. Matutine pr̃ ſeu iane libentius audis. Alii anni totius quẽ ĩ quatuor tẽpora conſtat eẽ diuiſum. Anni aũt eẽ deũ illa res ꝓbat: ꝙ ab eo prima pars anni noiatur religiõe ſacræ: tremendæ execrabiles. Nam & paulopoſt dicturus ẽ. Triſteſq; recludere portas. Ferri robora: bene addidit ferri. Nam omne qđ forte ẽ robur uocamus. Quirinali trabea: Suetonius in libro de genere ueſtiũ dicit tria eſſe genera trabeaꝶ. Vnum diis conſecratum qđ eſt tãtũ de purpura. Aliud regum: quod ẽ purpureũ & habet tamẽ album aliquid. Tertiũ augurale de purpura & cocco mixtũ: quirĩali ergo regali. Cinctuq; gab. Gabinus cintus eſt toga ſic in tergũ reiecta: ut una

eius lacinia a tergo reuocata hominem cingat.Hoc aūt ueſtimenti genere utebatᷣ conſul bella īdicturus: ideo quia cum.Gabii campāniæ ciuitas ſacris operareᷣ:bellum ſubito uenit. Tunc ciues accincti togis ſuis ab agris ad bella profecti ſunt:& adepti uictoriam: unde hic ortus eſt mos. Inſignis reſerat ſtridentia.Lēis qui prior creatus eſt inſignem accipe primo loco creatum:licet alter ſimilē habeat poteſtatē. Ipſe uocat.p.tria ſunt ut ſupra diximus militiæ genera.Sacramētum in quo unuſquiſq; miles iurat ſe nō recedere.niſi præcepto cōſulis poſt completa ſtipendia.i.militiæ tēpora.Coniuratio.quæ fit in tumultu.i.italico bello & gallico: quādo uicinū urbis periculum ſingulos iurare nō patiᷣ:ut inter Gabios fuit.Euocatio:quod genus nūc tangit. Nā ad ſubitum bellū euocabaᷣ:unde etiā conſul ſolebat dicere qui uult rēpu.ſaluā me ſequatᷣ. Conſpirāt:nam & tubæ ſimul flabanᷣ. Feda miniſteria:Cruenta more ſuo. Morantes:Differentes.ſ.bella. Rupit ſaturnia.p.acyrologiam fecit mutando Ennii uerſum:nam ille ait Belli ferratos poſtes portaſq; refregit. Immobilis ante:nō ſemper: ſed ante hac.Poteſt tamē & imobilis a furia:nam ante geſſit bella:ſed iure idicta p fœciales & patrem patratū.

DONA. Obſeruatiōes:aut legibus:aut aſſēſibus hoium ſūt.Mos lōgo tpe cuſtoditus legē facit q̄ ēt ad poſteros trāſit ut hic patet. Sacrū:qa non ꝓ leui duxerūt q̄ū putarēt ſacrilegiū cōmitti:niſi eēt obſeruatus. Roma:magna laus moris cū a principe terraꝝ populo ſeruetᷣ. Centū:ærei numerus & materiæ q̄litas datum. Ianus:additᷣ ad robur portaꝝ deus q bifrōs oia circūſpiciat:ne furoꝝ & ſceleꝝ portæ temere aperiātᷣ. Sedit patribus:firma eſt oium ſentētia. Vocat.p.dat pugnādi poteſtatē. Iuno īpulit:quod nō decebat.Ergo oſtenditᷣ ptinaxinimicitia.Neq; apuit ſolū:ſed euertit poſtes a cardie. Ardet ī excita:ecce q̄tū potuit factio iunonis.

CHRI. Mouēt martem:qui ſibi ſacrificāt orāt ſibi aſſit:& ancilia ī eius tēplo mouēt.Mos āt a numa fluxit ſed ipſe ad priſcos:& ut multa ſic hoc rettulit.Et quoniā uult hoc fictum uideri nō meminit populos: contra quos priſci bella mouebant:qui omnes intra italiæ fines uerſabantur. Siue getis: populi ī ſcythia tartari dicitur.Hæc omnia uidentur ad Auguſtum referenda:nam neq; latini ueteres neq; albani extra italiā bella geſſerunt:qui meſos per aulum martium & Canidium centurionem repreſſit:Thracas & ſarmatas per.P.Lentulū Hyrcanos per Tyberium armenios:quorum regio hyrcania eſt:ſuperauit Auguſtus Et parthos ad concordiam uenire & ſigna a Craſſo ablata reddere coegit.Per Aquilium gallum arabas domuit. Trabea:trabearum tria ſunt genera.Primum diis ſacrum tantum ex ſimplici purpura. Alterum regibus & deinde conſulibus:cui eſſet aliquid de albo.Tertium auguribus:ſed hoc de purpura & cocco.Apud romanos trabea primus eſt uſus Romulus.Hinc Ouidius Trabeati cura quirini.Plini.autem ſcribit prætextas apud ethruſcos originem inueniſſe:& trabeis uſos fuiſſe reges.Cinctus teſte Pomponio genus eſt ueſtis a cingendo idem ſentit Varro: unde Hora.cinctutos dixit cethegos:gabinum addit quia gabii ſacrificantes itellexerunt de aduentu hoſtium itaq; ueſtes ſuffarcinātes ī hoſtes irruere:uictoriāq; reportauere.Vnde romāi ex bono augurio a gabiis accepere.Cōſul ergo idicturus bellū ad ianualē portā ſubſequentibus militibus accedebat:ide ad caput circi maximi.Ibiq; dicebat po.ro.ſamnitibus bellū idicit:iiſdē uerbis reclamabāt oēs:ide e columella quæ erat ante tēplū Bellōēi capite circi maximi haſtā iaciebat.Tēplū iāi Numa ædificauit ad imū argiletū iter duo fora iter capitoliū & palatiū:& ſtatuit ut clauſū pacē:apertū bellū ſignificaret.Poſt.hæc cū faliſcos romani expugnaſſent:inde ſimulachrum iani cū q̄tuor uultibus romam abduxerunt.

Tra/bea — Præ/texta

SER. Tergēt:Ab eo qd̄ ē tergeo terges:fuit & tergunt a tergo tergis quod de uſu penitus receſſit. Aruina pingui:ſecundū Suetoniū de uitiis corporalibus aruina eſt durum pingue qd̄ eſt iter cutem & uiſcus.

Adeo magnæ: Valde magnæ. Atina potēs: ciuitas hæc eſt iuxta pontinas paludes dicta a morbis q̄ græcæ ατai dicūt:quos paludis uicinitas creat. Tiburq; ſuperbū:aut nobile:aut ꝑ trāſitū tetigit illud qd̄ aliq̄do cū a ſenatu auxilia poſcerent tiburtes ſub commemoratiōe beneficiorum:hoc tantum a ſenatu reſponſum acceperunt:Supbi eſtis. Cruſtumeri: mutauit: nā cruſtumeriū dicitᷣ. Turrigere antemnæ:bene muratæ: Antemnæ āt dictæ ſunt ꝗ amnis preterfluit:q̄ſi ante amnē poſitæ. Salignas umbonū crates:ut dicit Salu.de Lucanis:qui de uimine facta ſcuta coriis: tegebant. Thoracas alienos:quia apud maiores loricæ pectora tātum tegebant:Statius.Triplici ſeruanᷣ pectora ferro.Pectora nam tergo nullus metus. Lento ducunt argento:flexili argēto ducunt.i.extēdunt:eſt aūt & ſpōdaicus & reciprocus uerſus. Claſſica iamq; ſonāt : bene poſuit amphybolia.Nam claſſi cū diximus & tubā ipam & ſonum.Claſſicū autē eſt flexilis tuba.

Teſſera ſignum:ſymbolū bellicū:q; ad pugnā. Exeuntibus datur: ſcilicet propter confuſionem euitandam : ut fuit in bello Marii Lardeus in ſyllæ Apollo Delphicos:ī Cæſare Venus genitrix. Trepidus: Feſtinus more ſuo. Loricā idu.dicius & iduo illa re & il/

Pars leuis clypeos & ſpicula lucida tergent
Aruina pingui: ſubiguntq; in cote ſecures
Signaq; ferre iuuat:ſonituſq; audire tubarū.
Quin adeo magnæ poſitis incudibus urbes
Tela nouant:atina potēs:tiburq; ſuperbum
Ardea cruſtumeriq; & turrigeræ antemnæ:
Tegmina tuta cauant capitū: flectūtq; ſalignas
Vmbonum crates:alii thoracas ahenos
Aut leuis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc:& falcis honos:huc oēs aratri
Ceſſit amor:recoqūt patrios fornacibus enſes
Claſſica iamq; ſonant:it bello teſſera ſignum:
Hic galeā tectis trepidus rapit: ille trementes
Ad iuga cogit equos clypeūq;:auroq; trilicē
Loricam induitur:fidoq; accingitur enſe.
Pandite nunc helicona deæ:cantuſq; mouete
Qui bello exciti reges:quæ quemq; ſecutæ
Complerint campos acies quibus itala tantū
Floruerit terra alma uiris: qbus arſerit armis:
Et meminiſtis eni diuæ:& memorare poteſtis

Ad nos uix tenuis famæ perlabitur aura:
Primus init bellum tyrrhenis aſper ab oris
Cōtemptor diuū mezētius:agminaq; armat:
Filius hūc iuxta lauſus:quo pulchrior alter
Non fuit excepto laurentis corpore turni.
Lauſus equum domitor debellatorq; ferarū
Ducit agilina nequicquā ex urbe ſecutos
Mille uiros dignus patriis qui lætior eſſet.
Imperiis:& cui pater haud mezentius eſſet:
Poſt hos iſignē palma pgramia currū (chro
Victoreſq; oſtentat equos ſatus hercule pul-
Pulcher auentinus:clypeoq; inſigne paternū

Iam rem. Elicona deæ:parnaſſus mons theſſaliæ diuiditur i citherone Liberi & heliconem. Apollinis cuius ſūt muſæ. Eſt āt Homeri uerſus Εσπετε νυν μοι μουσαι ολυμπια δωματ' εχουσαι υμεισ γαρ θεαι εστε παρεστε τε ιστε τε παντα ημεισ δε κλεοσ οιον ακουομεν ουδε τι ιδμεν οι τινεσ ηγεμονεσ δαναων και κοιρανοι ησαν. Quibus arſerit ar.aut ſplenduerit: aut amore flagrauerit. Primus init.b.non mirum ſi & contēptor diuū & ſacrilegus Mezentius contra piū primus arma corripuit:& ſcienda ē poetæ affectatio. Nā ambleſiam nefas eſt dicere hic aliquos cōmemorat quos in bello non inuenis:& i ſequētibus aliquos inuenimus quos hic omnino non poſuit. Thyrrhenis aſper ab.o.oriundo thuſcus non tūc de thuſcia uenit:quē ante pulſum a ciuibus cōſtat. Agminaq; ar. aut eorum qui eum ſecuti fuerant:ſicut eius filiū: nec enim credibile eſt ſolum fugiſſe : nā & Stati. dicit uel quos mouet exul:& hæſit Triſtibus apta fides:aut certe eoꝝ quos Turnus ante ei dederat:aut Adraſtus Polynici i Statio qui ait Ne parua mouens inglorius arma Iret. Agilina:ex urbe cerete oppido. Neqcq̄:quia i prœlio periit:nec paternum recepit imperium. Patriis qui lætior eſſet imperiis: Dignus qui haberet īperatorem potius q̄ exulem patrē. Pulchro:forti ut diximus ſupra. Pulcher auētinus:auētinus mōs urbis romæ ē: quē conſtat ab auibus eſſe nominatum quæ de tyberi aſcendentes illic aſcendebant:ut in octauo legimus:Dirarū eſt nidi domus opottuna uolucrum.Quidam etiam rex aborigenum Auentinus nomine illic & occiſus & ſepultus eſt:ſicut etiam albanorum rex Auentinus cui ſucceſſit Procas.Varro tamen dicit in gente popu.roma. Sabinos a Romulo ſuſceptos iſtum accepiſſe montem:quem ab auente fluuio prouinciæ ſuæ appellauerunt auentinū. Conſtat ergo uarias opiniones poſtea ſecutas: nam a principio auentinus dictus ē ab auibus : uel a rege aborigenū: unde hūc Herculis filiū conſtat nomen accepiſſe nō præſtitiſſe. Inſigne pa.abſolute dixit.

DONA. Quinq; adeo:numeꝝ & magnitudinē exprimit. Vomeris:ecce qualis amentia uniuerſoꝝ agreſtiū fuit:ut iſtrumēta uitæ profutura i pnitiē uitæ uerterent. Teſſera:ſignificat nuntiū gerēdū ſignificātē belli. Pādite nūc:relaturus antiqtatis memoriā iuocat muſas:ne ſiue uera ſiue falſa referat culpā habeat:& iuocādo pponit qd ſit narraturus. Primus:primus quia aſp:primus qa cōtēptor coꝝ deoꝝ qbus auctoribus Aeneas ad italiā uenit:& cōiugiū lauiniæ factū ē.Laudat lauſum a fortitudine:q̄ in pulchro corpore rara ſolet eē.

CHRI. Lucida ſp.t.i.tergēdo lucida efficiūt. Aruina:pingue ē inter cutem & uiſcus:quod uulgo lardū di/ Aruína
cūt:ſed latini lardū appellāt carnē ſalſam:q̄ſi large aridā.Pingue āt iternum in animātibus quæ nō ruminant: Lardū
adeps dicitur.In iis uero q̄ rumināt ſeuū & ſebū dicit.Sagina uero ē pingue arte& non natura cōparatū: & p Adeps
totū corpus diſpſū:Inde ſaginare pecora& aues dicimus. In cote:quos lapis quo ferrū acuit. Plini.plura gene/ Seuū
ra ponit.Primū creticas:deinde laconicas laudat : & utraq; oleo indigent. Naxias inter aquarias laudari dicit: Sagīa
ac inde armenias.Cilicias uero ex oleo &aqua.Poſtremo ſcribit reptas i Italia quæ aqua trahant aciem acerri/ Sepū
mo effectu:necnō trās alpes. Atina:urbs iuxta pōtinas paludes poſt fabrateriā i cāpania. Cruſtumeri:in latio Cru/
oppidū eſt albanorum colonia. Antēnæ:dictæ ſunt ante amnem :q i tyberi fluit a ſiculis primis : latii habita ſtumi
toribus cōditæ. Ocreas:qbus iduunt crura:und dicūt ocreæ q̄ſi ob crura.i.circa crura:Crura autē dicūtur qa Ocrea
illis curramus. Vmbo:media pars ſcuti quæ apud priſcos eminebat. Recoquunt : recoquendo reficiunt:& Teſſe/
iā erugine cōfectos reſtaurāt. Teſſera:ſignū bellicū:ut iter ſe ab hoſtibus cognoſcantur : uel nomine uel aliq̄ ra
alia re. Pandite nunc:i re difficili renouat inuocationē. Contemptor diuū: adeo curam ſacrorum ante oēm
pietatē ponit poeta:ut non ut Capro uidetur quia contemptis diuis i hoīes ſæuiret Mezentiū cōtēptorē deo/
rum dixerit:nā & de buſiride:quē illaudatū dicit.Idē dixiſſet:ſed qa curā ſacroꝝ diis nō exhibuit:nā ut ait Ca/
to i originibus:Mezentius rutilis īperauit ut primitias : quæ diis debentur ſibi offerunt:& latini ſimilis impe
rii metu ita uouerunt.O iuppiter ſi tibi magis cordi ē nos ea tibi dare potius q̄ Mezentio: uti nos uictores faci
as.Hinc ſacerdotis illa iſultatio.Hæc ſunt ſpolia & de rege ſuperbo primitiæ. Agilina:refert Dionyſius hali/
car.pelaſgos q i italiā uenerant cum auxilium aboriginibus cōtra ſiculos ex hiſpania populos tuliſſent eoſque
depuliſſent una regnarunt:plurimaſq; urbes habuerunt.inter quas fuit urbs ceretinorum:quæ tunc agyla uo
cabatur. Auentinus:mōs tyberi iminens ab Auentino ibi ſepulto:uel ut Neuio placet ab auibus q; cum i ty/ Auen/
beri potaſſent illuc ſe reciperent:ergo ab aduētu auiū:uel ab aduētu populorū:nā ibi erat Dianæ templum qd tinus
nunc ſabinæ dedicatū eſt:& omnibus latinis erat cōmune.De hoc Propertius Phillis auentinæ quædam eſt
uicina dianæ.Varro ab aduehēdo putat:nam his collis a reliquis collibus palludibus erat diſcretus:& ex eo ut
ratibus aduehebantur.Alibi idem Varro ait ſabinos ab eorum fluuio auente auentinum nominarunt.

Cētū angues cinctāq; gerit ſerpētibus hydrā.
Collis auentini ſylua quem rhea ſacerdos
Furtiuum partu ſub luminis edidit auras
Mixta deo mulier poſtq̄ laurentia uictor

In menſam læti libant:diuoſq; precantur.
Deuexo interea propior fit ueſper olympo.
Iamq; ſacerdotes:primuſq; potitius ibant
Pellibus in morẽ cincti flammaſq; gerebant.
Inſtraurant epulas:& menſæ grata ſecundæ
Dona ferũt:cumulãtq; oneratis lãcibus aras:
Tum ſalii ad cantus:incenſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenũ chorus:ille ſenũ:q carmĩe laudes
Herculeas & facta ferunt:ut prima nouercæ
Mõſtra mãu:gemĩoſq; premẽs eliſerit ãgues:
Vt bello egregias idem diſiecerit urbes
Troiãq; oecthaliamq;:ut duros mille labores:
Rege ſub euryſtheo:fatis iunonis iniquæ
Pertulerit:tu nubigenas ĩuictæ bimembres
Hylæumq; pholũq; manu:te creſſia mactas
Prodigia:& uaſtum nemeæ ſub rupe leonẽ.
Te ſtygii tremuere lacus:te ianitor orci:
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.

SER. Luco: tẽplũ.n. nõdum habuerat Hercules: ſed aram tantũmõ:ut diximus ſupra. Maxima:igẽs enim eſt ara Herculis:ſicut uidemus hodieq;. [illegible] gi te dextras:ꝑbete inuictẽ pocula:& ẽ Homeri. [illegible]mu neq; uocate deũ:Aut qa argiuus ẽ Hercules: & ſupra dixit æneas tã græcos q̃ troianos de uno ſanguinis fõ te deſcendere:aut communẽ deum dixit utriuſq; na/ turæ mediũ ideſt iter mortalitatem: & diuinitatem. Sunt numina aliqua tantũ cæleſtia:aliqua tantũ terre ſtria:aliq̃ media:quos deos Apuleius mediocres uo/ cat. Alii cõmunẽ deũ iõ dictũ uolũt qa ſecũdũ põtifica lẽ ritũ idẽ eſt Hercules:qui & Mars:nã ſtellã unã habe re dicunꝰ:& nouimus Martẽ cõmunẽ dici:Cice. Mar tẽq; deũ cõem Virgi. Ipſe & diis cõibus. Itẽ paulopoſt Dat ſalios herculi:quos martis eẽ dubiũ nõ eſt. Her culea populus:Herculi conſecrata: qui cum ad iferos deſcendens fatigaretur labore dicitur de hac arbore corona facta caput uelaſſe:unde folioꝝ pars tempori bus coherens & capiti abluit ſudore:ps uero exterior pp inferoꝝ colorẽ nigra pmãſit: & honeſte pependit pupulus.i. corona de populo. Et ſacer ipleuit.d.ſ. Le/ gitur in libris antiquis Herculẽ ad italiã igens ligneũ poculũ attuliſſe quo utebantur ĩ ſacris:quod ne carie cõſumereꝰ pice oblitũ cõſeruabatur:cuius magnitu/ dinem ſignificat dicendo Impleuit dextram ſcyphus. Deuexo olympo:inclinato ĩ noctẽ cælo. Pellibus ĩ morẽ cincti:aut ĩ morẽ Herculis:aut certe ſacerdotũ. Et menſæ grata ſecũ.qa ut diximus una pomoꝝ: al tera fuit carnis apud romanos. Cumulãtq; oneratis lãcibus aras:ideſt reddũt exta. Salii:Qui tripudiãtes aras circũ ibãt ſaliẽtes. Laudes herculeas & facta:Se/ nes tãtũ uoce laudes Herculis exequebanꝰ iuuenes & geſtu corporis eius facta monſtrabant. Prima mon. Bene prima:nam & omnia alia iunonis inſidiis ptu/ lit. Fabula ãt hoc hẽt. Hercules natus ẽ cũ iphiclo am/ phitrionis filio:ſed cum iuno duos ſerpẽtes imiſiſſet

Herculi iphiclus de cuius terrore lapſus ſuo uagitu excitauit parentes q cum inſurrexiſſent uiderunt Hercu/
lem angentem manibus angues immiſſos ei nouercalibus odiis. Eliſerit:preſocauerit. Troiāq3:ut ſupra di/
ximus troiam Hercules euertit propter negatos ſibi a Laomedonte equos diuino ſemine procreatos:& heſio
ne nuptias:quam a ceto liberauerat.Sane Critici fruſtra culpāt Virgi.ꝗ pſentibus troianis troiæ introduxerit
excidium:non reſpicientes ꝗ hoc fecit ratio hymnoꝝ:quibus aliquid ſubtrahere ſacrilegū ē. Oecaliāq3:euri/
thus rex œchaliæ iolē filiā denegauit herculi ante promiſſā:ideo quod eū fuerat filius dehortatus dicēs ab her
cule & megæram uxorē & ea filios interemptos:quod factum fuerat Iunonis inſtinctu: unde iratus Hercules
pp nuptias ſibi denegatas euerſa ciuitate interemit Eurythum & iolem ſubſtulit. Nobigenas: de ixione &
nube procreatos cētauros ut diximus ſupra. Hyleumq3 pholūq3:hyleū Theſeus īteremit pholus uero hercu
lē ſuſcepit hoſpitio eo tēpore quo ad expugnandos centauros profectus eſt:Lu.Hoſpes & alcide magni phole
unde apparet p poeticā licentiā nomina eē pro nominibus poſita. Creſſia mactas Prodigia: Bene ad leonem
quē īteremit refert̄:nā cretēſē tauꝝ nō interemit:ſed icolumē ad Euryſtheū perduxit: Vno tātū uerbo utrun
que ſæpe cōcludit̄ ut Diſce puer uirtutem ex me uerūq3 laborem:Fortunā ex aliis. Nemeæ ſub rupe:nemæa
ſylua ē uicina thebis in qua hercules interemit leonem. Nemeæ aūt anapeſtus eſt:nā & ne & me breues ſunt.
Stygii tre.la.īferni quo tpe deſcēdit ad rapiēdū cerbeꝝ. Oſſa ſup recu.aut ad terrorē dictū eſt:aut certe illud
eſt quod ēt ſupra diximus cerbeꝝ eē terrā:q corpora ſepulta cōſumit:nā īde cerberus dictus eſt quaſi κρεοβο
ρος. Alii pueriliter uolunt a cerbero Amphiarai oſſa conſumi qui hiatu terræ ſecundum Statium uiuus de/
ſcēdit ad inferos. Semeſſa cruento:Semenſum non dicimus:nec enſum: nam eſum facit & non comeſum.

DONA. Communem:ut per coniunctionem fœderum ſe troianis commixtum oſtendat:uel quia troia
nis & arcadibus idem erat genus. Secunda:proſpera.

CHRI. Quæ maxi.romāi bouē īdomitū ſingulis annis herculi ſacrificabant:dixerat ꝑterea hercule. qſqs
illi ſacrificaret diuitem futuꝝ.Ara maxima erat prope foꝝ boariū:ſed ſub diuo.Tēplū herculis erat ppe tybri
erat āt obſeruatio:ut ait Macro.ut in herculis ſacris epularent̄ ſedentes & Corne.bal.exegeticus ait obſeruatū
Ara maxima
ne apud arā maximā lectiſterniū fieret:ī eodē loco oēs apto capite ſacrificabāt:ne habitū dei imitarent̄: qillic
opto capite ſedet.Var.ait hūc græcū morē eſſe.C.Baſſus refert arā maximā ante aduētū æneæ ī italia cōſtitu/
tā eē q hūc ritū ueládi capitis īuenit. Scyphus:Herculis ē poculū.Fingebāt.n.illū ſculptores cū poculo:& non
nunq̄ ebriū nō ſolū ꝗ his heros bibax ꝑhiberet̄:ſed ꝗ fabula antiq ipſū copula tāq̄ nauigio maria trāſiſſe refe/
rat:ſed putat Macrobi.illū nauigio: cui ſcypho nomē eſſet nauigaſſe. Sunt q dicāt illū in italiam poculum hoc
ligneum uexiſſe:ac pro monumento reliquiſſe.Italia autem ad defendendam uetuſtatem pice obduxiſſe.

SER. Nec te ullæ faci.i.ſpecies more ſuo. Ipſe ty
phœus:& hoc poetice:nā ſi īteremit centauros quem
admodū ēt gigantū interfuit ꝑlio: q ante innumeros
annos fuiſſe dicunt̄. Non te ratio.egē.liptotes figura
nā minus dixit:& plus intelligimus:hoc.n. dicit pru/
dētiſſimū non te circūuenit:& eſt talis figura q̄lis mu
nera nec ſperno. Lernæus tur.capi.circunſte.an.i.hy
dra. Salue uera io.pro.de.ad.p.Nullus.n.humāo ſan
guine procreatus tanta ꝑficeret. Dexter adi:ideſt ꝓ/
pitius. Pede ſacra ſe.ideſt proſꝑo omine. Sup oīa ca
ci.i.hoc factū laudāt ultra oīa: & ſic ē dictū:ut ē Et te
ſup oīa dona Vnum oro:Et bene q̄tū ad ipſos ptiet:rē
maiorē ſeruauere poſt oīa. Obſitus æuo:ætate inuo
lutus:ut Terē. Annis pannīſq3 obſitus. Facilīſq3 ocu.
fert oīa cir.Phyſici dicunt ex uino mobiliores oculos
fieri:Plautus Faciles oculos habet.i.mobiles uio. Ca
piturq3 lo.Delectat̄. Romanæ cō.ar.Cōditor palātei
ubi nūc palatiū ē:qd nō reuera arx:ſed tenet rerum oī
um pricipatū. Hæc nemo.īdi.fau.inde geniti:Et ſci/
endū ſecūdū Heſio.theogoniā prios deos genitos in/
de hemitheos:poſt heroas:inde hoīes īnocentes ulti/
mo ſceleratos:quē hic nūc ordinē ſeruat. Truncis &
duro ro.na.Hoc figmentū ortū ex antiq̄ hoīum habi
tatiōe:q antefactas domos:aut ī cauis arboribus: aut
ſpeluncis manebāt:q cū exīde egrederent̄ ut ſuā edu/
cerēt ſobolē:dicti ſūt īde ꝓcreati. Neq3 cultus erat.i.
nullam ſui curam habebāt. Componere opes: ideſt
reſeruare ordinare. Parcere pto: de die īgt uiuebant
nec īuenta ſeruabāt.Rami atq3 aſper uictu uēatus ale
bat:cognato qudāmō uictu alebāt̄ aut uenatu mon/
tiū:aut arboꝝ ramis. Prius ab æthereo ue.ſa.olym.
Hoc dicit ſecūdū poeticū morē. Nā Saturnus rex fu/
it cretæ:quē Iuppiter filius e bello pepulit: hic fugi/

Nec te ullæ facies:non terruit ipſe typhœus
Arduus arma tenens:non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circunſtetit anguis.
Salue uera iouis proles decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant.ſuper omnia caci
Speluncā adiciunt ſpirantēq3 ignibus ipſum
Cōſonat oē nemus ſtrepitu:colleſq3 reſultāt.
Exin ſe cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt:ibat rex obſitus æuo
Et comitem æneam iuxta natumq3 tenebat
Ingrediens:uarioq3 uiam ſermone leuabat.
Miratur:facileſq3 oculos fert omnia circum
Aeneas:capiturq3 locis:& ſingula lætus
Exquiritq3:auditq3 uirum monumēta priorū.
Tum rex euander romanæ conditor arcis
Hæc nēora īdigenæ fauni nymphæq3 tenebāt
Genſq3 uirū truncis:& duro robore nata: (ros
Quis neq3 mos: neq3 cultꝰ erat:nec iūgere tau
Aut componere opes norant:aut parcere pto
Sed rami:atq3 aſper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo
Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac diſperſum montibus altis

Compoſuit: legeſq; dedit: latiumq; uocari
Maluit:his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureaq;(ut perhibent) illo ſub rege fuere
Sæcula:ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim:ac decolor ætas:
Et belli rabies:& amor ſucceſſit habendi.

ens ab Iano ſuſceptus ē:q regnabat in italia: quē cum docuiſſet uſū uineaꝝ & falcis ī partē eſt admiſſus īpii & ſibi oppidū fecit:poſtea ſuū repetiuit īpiū. Is ge.in do.pro īdoctū:nā īdocile ē qd penitus nō pōt diſcere. Indoctū quod nondum didicit. Hos autem dicit eſſe compoſitos:unde apparet quia indocile dicit pro indoctum.Hoc eſt autem quod dicit Cicero in primo rhetoricorum.Feros adhuc homines magni cuiuſdā uiri oratione compoſitos. Legeſq; dedit:at qui dixit Haud uinclis nec legibus æquā:ſed intelligimus Saturnum dediſſe leges: quibus adeo obtemperauerunt cū iam antea per naturam ſine legibus uiuerent. Latiumq; uocari Maluit: bene maluit: nam & ſaturnia dicta eſt:ut & nomen poſuit ſaturina tellus & Virgilius latium uult dici: ꝙ illic ſaturnus latuit. Varro autem latium dici putat quod latet italia inter precipitia alpium & apennini. Sic placida populos in pace regebat:ut merito aurea ſæcula crederent. Decolor.æ.Vitioſa in oi.n.uitioſo corpe ieſt peſſimus color & alludit ad naturā metali:quam cernimus diſcolorem nec imerito:ſupra.n.dixerat aurea ſæcula: iō nunc dixit Decolor ætas.

DONA. Nihil memoratu dignum excerpi poteſt ex Donato.

CHRI. Capitur locis:ueluti pſagio quodā mētis ꝙ illic futuꝝ eſſet caput īperii. Conditor romanæ arcis: ſic.n.nōnulli putarūt: ſed uarias de cōdita roma opiniōes alio ī loco diximus. Indigenæ:ī eo loco nati:& quorū origo nō ſit aliūde:quos græci αυτοχθονεσ uocāt. Trūcis:quaſi quod a principio orbis inde originē traxerint:nā qui ex antiquis philoſophis mundū habuiſſe principiū uolunt referunt terram ipſam poſt elementorum diuiſionem cenoſam extitiſſe:eamq; a ſole paulatim denſatā & ſuo calore fermentatā ī plurimis locis tāq̄ ulcera q̄dā tenui folliculo operta produxiſſe:ut etiā nunc in ægypti paludibus uidemus accidere: Cū ergo ī humidis calore adhibito generatio fiat:& noctu quidē circunfluus aer humorē preſtet:qui inde ſole conſolidetur:tandem putredines illæ tēpore ad partū productæ ſunt:unde effractis folliculis uariaꝝ formaꝝ aīalia exierunt:interea & homines:quam opinionem Eurypedes Anaxagoræ diſcipulus in ea quam melamphippē fabula ſcribit referet: Hi igitur a principio uagi inculti ſine moribus aut legibus per ſyluas uiuebant: donec aliquis qui ſapientia ac eloquentia pditus paulatim a feritate ad humanitatem reducens in unum eos coegit atq; illis & mœnia & leges poſuit. Aureaq; ut pi.Regnabāt teſte Higinio:qui Protarchū trallianū ſecutus eſt in hac regione Ianus atq; Cameſes tanta concordia:ut regio cameſene oppidum ianiculum diceretur: uerum cum iam ad ſolum ianum regnum perueniſſet:ipſe Saturnum creta a ioue pulſum naui delatum hoſpitio accepit:atq; ab illo agriculturam edoctus eum regni ſocium fecit:& cum primus æra ſignaſſet in altera parte ſaturni effigiem in altera nauis:qua aduectus fuerat imprimendum curauit. Cum autem inter hæc Saturnus nuſq̄ appareret:Ianus omnem terram ſuæ ditionis parentem appellauit:& ſaturnalia illi inſtituit Saturnia oppidum paruū fuit ſub capitolio conditum ab originibus ī memoriam Saturni.In eo erat ſaturnia porta quæ deinde pādana eſt nominata.Saturnus mons ſequentibus tēporibus dictus eſt tarpeius.Sunt qui dicant ſaturniam terram a fertilitate dictam:quia ſaturanus ſit deus fertilitatis.Inde agros fertiles ſaturnios dixerunt.

Hominū geneſis

Saturnus

Tum manus auſonia:& gentes uenere ſicānæ
Sæpius:& nomen poſuit ſarturnia tellus.
Tum reges:aſperq; immani corpore thybris:
A quo poſt itali fluuium cognomīe thybrim
Diximus:amiſit uerum uetus albula nomen.
Me pulſum patria pelagiq; extrema ſequentē
Fortuna omnipotens:& ineluctabile fatum
His poſuere locis:matriſq; egere tremēda (Apollo)
Carmētis nymphæ mōita:& d̄us auctor apol
Vix ea dicta:dehīc pgreſſus mōſtrat:& arā:
Et carmentalem romano nomine portam.
Quā memorāt nymphæ priſcū carmētis honorē
Vatis fatidicæ:cecinit quæ pria futuros
Aeneadas magnos:& nobile palanteum.
Hinc lucum ingetē:quē romulus acer aſylū
Rettulit:& gelida monſtrat ſub rupe lupcal
Parrhaſio dictum panos de more lycæi:
Necnon ei ſacri monſtrant nemus argileti.

SER. Tum manus auſonia & gentes uenere ſica. Oēs terræ habitatores:aut indigenæ:aut aduenæ aut cōuenæ.Indigenæ ſunt inde geniti:ut de faunis dixit: aduenæ de uno loco uenientes:ut Saturnus. Conuenæ de diuerſis:ut auſones & ſicani. Sicani autē ſecundū nōnullos populi ſunt hiſpāiæ a ſicori fluuio dicti Luca.Heſperios inter ſicoris non ultimus amnis. Hi duce Siculo uenerūt ad italiā & eā tenuerunt excluſis oboriginibus:mox illi pulſi ab illis:quos ante pepulerāt:īſulā uicinā italiæ occupauerūt:& eā ſicaniam a gētis noīe:ſicilam uero a ducis noīe dixerūt: q̄q̄ Thucydides de ſicilia italū dixit ueniſſe: & ab eo italiam eſſe appellatam. Immani cor.ty.Hic tuſcoꝝ rex fuit qui iuxta hunc fluuiū pugnās cecidit: & ei nomen impoſuit:alii uolūt iſtū ipſum regē latrocinatū eē circa huius fluminis ripas:& trāſeuntibus crebras īiurias ītuliſſe:unde tybris q̄ſi υβριο dictus ē αποτησ υβρεωσ ideſt ab iiuria:nā amabant maiores ubi aſpiratio erat ɵponere:alii ut ſupra dixius uolunt eos q de ſicilia uenerūt tybri dixiſſe ad ſimilitudinē foſſæ ſyracuſanæ quā fecerūt p īiuriā afri & athenienſes iuxta ciuitatis muꝝ:nā qd Liuius dicit ab albano rege thyerim dictū nō procedit iō qa ēt ante albā thybris dictus fuerit. Albula nomē:antiquū hoc nomē a colore habuit. Me pulſū.p.aut ut diximus ſupra propter paricidium:aut certe oraculorum neceſſitate cōpulſū. Pelagiq; extre.p extrema pelagi actū aut ut dicit Dona.p.pela/

gis extrema pelagi ſequentē: aut pelagi aduerbiū eſt. Fortuna omnipo.& ineluc.fa.ſecundū Stoicos locutus eſt:qui naſci & mori fatis dāt:media oīa fortunæ:nā uitæ humanæ incerta ſunt oīa: unde & miſcuit:ut quaſi plenum oſtéderet dogma:nam nihil tā cōtrariū ē fato q̄ caſus:ſed ſecūdū Stoicos dixit. Egere:corgere: ut q̄ſi oſtendit ſe inuitū. Carmentis nymphæ monita:matris eius:nymphæ āt maritæ dixit:nā græcæ ſponſa νυμφη dicitur. Hæc autem non uere nympha fuit:ſed uaticinatrix. Auctor.ſ.oraculoꝝ. Monſtrat & arā:quā matri fecit extinctæ. Eſt āt iuxta portā:quæ primo a Carmente carmentalis dicta ē:poſt ſcelerata a Fabiis.ccevi.ul ris:q per ipſam i bellū profecti non ſunt reuerſi. Vatis fatidi.bene addidit fatidicæ:nā uatem & poetam poſ/ſumus intelligere.Luca.Nec ſi te pectore uates Accipiam:unde ſolum plenū non erat.Ergo tale eſt ut eſt illud i Salu.In tugurio mulieris ancillæ: non quia mulieris ſtatim & ancillæ : ſi autem ancilla ſtatim & mulier eſt.

Quæ prima:quia poſtea ēt ſibylla dixit nobile palāteū futuꝝ.ſ.ſicut & æneades. Aſyllū rettulit: poſtq̄ Her/cules migrauit e terris nepotes eius timētes inſidias eorum quos auus afflixerat:athenis ſibi primi aſyllū hoc eſt templum miſericordiæ collocarunt.Vnde nullus poſſet abduci:quod etiam Statius dicit Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes : ideo ergo ait ꝙ Romulus acer aſylū Rettulit : hoc eſt fecit ad imitationem athenienſiū aſyli:quod ideo Romulus fecit:ut haberet aduenas plures: cū quibus conderet romā. Iuuenalis Et tamen ut lōge repetas longeq; reuoluas Nomen ab infami gentes deducis aſyllo. Gelida monſtra ſub rupe lupercal: Sub monte palatino eſt quædam ſpelunca in qua de capro luebatur ideſt ſacrificabaẗ:unde & lupcal dictū nō nulli putant. Alii uero dicūt ꝙ illic lupa Remū & Romulū nutrierit.Alii quod eſt uerisſimilius lucū hunc eſſe ſacratū Pani deo arcadiæ:cui etiā mons lycæus ī arcadia ē conſecratus:& dictus ē quod λυκουσ ideſt lupos nō ſinat i oues ſæuire.Ergo ideo & Euander deo gentis ſuæ ſacrauit locū:& nominauit lupercal ꝙ preſidio ipſius numinis lupi a pecudibus arcerentur. Parrhaſio dictum panos de more lycæi:ordo eſt.Monſtrat lupercal pa nos lycæi dictum de more parrhaſio:ideſt oſtendit lupercal panos lycæi dicatum ex more arcadico. Nam par

Pan ly cæus rhaſia arcadia eſt. Dictum:dicatum conſecratum. Panos lycæi: huius panos genitiuus eſt græcus & panos lycæi ſic dictum eſt:ut iouis olympi: Apollinis delphorum. Sacri monſtrant nemus argileti:ſacri:execrabilis. Sane argiletum multi uolunt quaſi argiletum a pingui terra. Alii a fabula. Nam Euander argum quendam ſuſcepit hoſpitio:qui cum de eius cogitaret interitu:ut ipſe regnaret:Euandro hæc non ſentiente ſocii intellexerunt:& argum necarunt.Cui Euander & ſepulchrum fecit: & locum ſacrauit non quod ille moriebatur: ſed hoſpitalitatis cauſa.Bene autem Euander in hac re immoratur : & docet cauſas : ne apud hoſpitem inſu/ſpitionem ueniat:Ergo argiletum ab Argo illic ſacrato & ſepulto.

DONA. Me pulſū:nō ſua culpa patria caruiſſe:ſed fatoꝝ demōſtrat:q̄ ut ipſe dicit ſunt īſupabilia. Mater: nā & mater & dea q̄ contra pietatis meritū mouere filiū nō poſſet. Cecinit q̄ prima:Magnum argumentū ꝙ dea fuerit & fatidica: Cū pria cecinerit æneadas futuros : magnos & pallanteū futuꝝ nobile. Lucū:q poſtea a Romulo aſyli nomen accepit. Lupercal:unde luperci & lupercalia dicuntur. Argi:qui ex hoſpite factus ē ini micus:unde non erat pudendum ſi hoſpitem talem interemiſſet qui hoſpitalis religionis oblitus fuiſſet.

Auſo/nes CHRI. Auſonia:auſones eā partē italiæ habitauerūt:quæ eſt prope rheginos ad meridiē i dorſo appennini:ſic dicti ab Auſone antiquiſſimo rege ex arcadia huc profecto:qui poſtea ſparſi per italiam aborigenes ſunt nominati. Sicāi: uide Serui.poſt ſicanos in eadē inſula:ut refert Diony.uenerūt ſiculi:qui italiæ populi cum pelaſgis & aboriginibus pares eſſe non poſſent:italiam omnem inferiorem in notum peragrantes in proxi/mam inſulam obſeruato æſtu tranſfretarunt.Occuparant autem prius ſicani hiſpanum genus qui ligures fu gerant:& ſicaniam a ſe inſulam nominarunt:quæ antea a figura triangulari trinacria dicebatur.Iſti igitur a ſe ſiciliā nominarunt quod fuit:ut placet Ellanico leſbico tribus ætatibus ante res troianas.Is enim dicit eorum regem noiatū Siculum:a quo & ipſi & inſula nomen acceperunt.Philiſtus autem ſyracuſanus ſcribit tempus tranſmiſſionis annis octogīta ante troianum bellū fuiſſe:eamq; gentem neq; ſiculoꝝ neq; auſoniorum:neq; helimoꝝ:ſed lygurum fuiſſe ducente eos Siculo:quem Itali filiū dicunt fuiſſe & ab eo dictos eſſe ſiculos. An/

Sicu/lus thiocus ſyracuſanus ſiculos hos exactos fuiſſe ab œnotriis & umbris.Thucydides ſcribit ſiculos pulſos ab opicis multis annis poſt troicū bellū. Fortuna omni.Videtur ponere fortunā pro fato in hoc loco propterea q; omnipotentem appellat.Quomodo aūt a philoſophis fatum a fortuna & a caſu diuidatur: alio loco puto di/

Euan/der xiſſe.Euandrum āt ex pallantio urbe arcadiæ in italiam ueniſſe ſexaginta annos ante res troianas ait Dionyſi. credituq; eſſe Mercurii filium & nymphæ cuiſdam arcadiæ incolæ:quam græci thenon eſſe dicūt : fatidicāq; demonſtrant.Romani carmentem dixerunt:quia uentura carmine prediceret.Quo autem duxit uenerunt quoniam diſſidente populo pars inferior ultro exceſſit Receptus ē liberaliter a fauno rege:aborigenum pre/poſē Martis atq; ab eo data ē portio agri quam uoluerunt arcades:qui pauci erant. Elegerunt premonſtrante

Car/menta Carmenta colem tyberi uicinum paruumq; ī eo oppidum condiderunt appellarunt pallantium a metropo/li eoꝝ regionis:q̄uis Polybius dicat dictū a pallante adoleſcēte ibi mortuo:ſed nullum ueſtigium extat:quod Euander aliquas cerimonias illi inſtituerit:cum aram Carmentæ ſub capitolio erexerint iuxta portā carmentalē.Inſtituerūt āt templum Pāi lycæo arcadum deo uetuſtiſſimo i loco quē romani lupercal:nos lycæum dicimus.Erat āt illis temporibus antrum magnū ſub colle arboribus tectū & fontes ſub petris profundi & ad/hærens rupibus denſa ſylua.Ibi ara apud quam etiam nunc romani ſacra faciunt menſe februario cum zonis pellis caprinæ diſcurrentes pregnantium fœminarum dextras ad facilem partum uerberant. Hinc nonnulli/putāt dictū lupcal eo ꝙ luāt per caprum.In uertice colis uictoriæ templum erat:hæc & longe plura in Diony. Sunt & alia de Euandro:quæ apud Seruium & concinem noſtrum Boccacium florentinum inuenias.

SER. Teſtaturq; locū:& lætū docet hoſpi.ar.iu/rat nō ſua culpa iura hoſpitii eē uiolata. Aurea nunc

Teſtaturq; locum:& lætū docet hoſpitis argi:

Hinc ad tarpeiam ſedem:& capitolia ducit
Aurea:nūc olim. ſilueſtribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes
Dira loci:iā tum ſyluam ſaxumq; tremebant.
Hoc nemus:hūc inquit frondoſo uertice collē
Quis deus icertū ē:habitat dus:arcades ipſū
Credunt ſe uidiſſe iouem:cum ſæpe nigrantē
Aegida concuteret:dextra nimboſq; cieret.
Hæc duo præterea diſiectis oppida muris
Relliquias:ueterūq; uides monuméta uiroꝝ.
Hanc ianus pater:hanc ſaturnus cōdidit urbē
Ianiculumq; huic:illi fuerat ſaturnia nomen.
Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant
Pauperis euandri:paſſimq; arméta uidebant
Romanoq; foro:& lautis mugire carinis.
Vt uētum ad ſedes:hæc inquit limina uictor
Alcides ſubiit hæc illum regia cœpit.
Aude hoſpes cōtēnere opes:& te quoq; dignū
Finge deo:rebuſq; ueni non aſper egenis.
Dixit:& anguſti ſubter faſtigia tecti
Ingentem æneam duxit:ſtratiſq; locauit
Effultum foliis:& pelle libyſtidis urſæ.
Nox ruit:& fuſcis tellurem amplectitur alis.
At uenus haud animo neqq̄ exterrita mater
Laurentūq; minis:& duro mota tumultu ·reo
Vulcanū alloquit thalamoq; hæc cōiugis au·
Incipit:& dictis diuinum aſpirat amorem.
Dum bello argolici uaſtabant pergama reges

olim ſilueſtribus:Nunc ad utrunq; ptinet:& ad aure am:& ad tarpeiā ſedē:nā tarpeia ſedes dicta eſt a Tarpeia uirgine.Cum.n. Romulus contra ſabinos bella tractaret:& Tarpeio cuidā dediſſet arcē tuendam filia eius Tarpeia aquatū profecta in hoſtes incidit: quā cū cohortarēt ad proditionē illa ꝑ pmio popoſcit ornatū manuū ſiniſtrāꝝ.i.armillas.Facta itaq; arcis proditiōe hoſtes igenioſa morte promiſſa ſoluerunt:Nam ſcuta.i.ſiniſtraꝝ manuū ornatū ſup illā iacentes eam luce priuauerūt q̄ illic ſepulta tarpeiæ ſedi nomē ipo fuit. Dira: magna ut An ſua cuiq; deus fit dira cupido. Relligio.i.metus ab eo q: mentē religet dicta relligio. Hoc ne.Bene ubiq; nemus dixit:nam tūc ædificia nō erāt. Ipſū credunt ſe uidiſſe iouē:in hoc.ſ.ne more:Sane ad illud alludit quod primi dicūt ioui tēpla feciſſe:nec.n.lōge ſūt a monte olympico unde eos dixit iouē uidiſſe:& quod ipſi ſunt προτοσεληνοι.i. ante lunā creati:ut Sta.Arcads aſtris lunaq; priores: licet dicat Sal.prio cretēſes iueniſſe religionē:unde apd eos natus fingitur iuppiter. Aegida cōcuteret:hic diſtinguendū ē:nā ægida.i.pellē amaltheæ capræ: a qua nutritus ē i ſiniſtra Iuppiter tenet. Dextra nymboſq; cie.Et de dextra fulmina cōmoueret:nam mō nymbos pro fulminibus poſuit:q̄ de dextra iacit. Aegidis āt cōcuſſio cōmouet pluuias. Diſiectis op. mu. Vnū Iani:aliud Saturni:iā tunc uetuſta. Monuméta uiro. hoc ſermōe oſtendit ēt ſaturnū uiꝝ fuiſſe. Paſſimq; arméta uide.q̄ poſt mortē Caci nullo timore paſſim uagabantur. Romanoq; foro : romanum foꝝ ē ubi nūc roſtra ſūt. Lautis mugire carinis:Cariꝝ ſūt ædificia facta i carinaꝝ modū: q̄ erant ītra tēplū telluris. Lautas:dixit aut pp elegantiā ædificioꝝ:aut pp Auguſtū q natus ē cunis ueteribus:& nutritus ē in lautis carinis. Victor alcides ſu.Ευσυμβολως.i.bonum æneæ omē oſtēdit. Aude hoſpes cōte.opes: Bene aude q̄ſi rē arduā & difficilē. Dignū finge deo : cōpone te i ſimilitudinē numinis. Anguſti ſubter faſtigia tecti duxit: Ex cōtrarietate q̄ſitus ornatus.Ait.n.anguſti tecti ſubter faſtigia igentē æneā duxit. Pelle lybiſti.ur.Spēs ꝑ genere:nā cuiuſlibet feræ poſſumus accipe.

Exterrita ma.iō territa:qa mater:Dictis diuinū iſpi.amo.Petitura pro filio de adulterio procreato orōnē ſuam igēti arte cōpoſuit:qđ ēt Vulcanus ipſe teſtat dicēs.Quid cās petis ex alto:nō.n.apta ē eius petitio: ſed lōgo ꝑœmio puerſā amore mariti circūuenit mētē.Ergo q̄ſtionē hāc:q̄ naſcit ex petitione ueneris ipudica:ſoluimus his modis.Primo quod uulcanū amore circūuenit: deide quod ē nacta occaſionē eius tpis:quo marti arma faciebat quē fuiſſe ſciebat adulteꝝ:p qđ dat itelligi Vulcanū oēm ſuſpitionē & irā quā habuit circa uenerē depoſuiſſe:adeo ut arma ēt ipſe fabricaret adultero.Præterea uulcanū uxoriū fuiſſe teſtat:& Virg.dicēs Tūc pater æterno fat deuinctus amore:& Stati.ubi Martem Venus alloqt:ut At non eadem uulcania nobis Obſequia & læſi ſerui tamen ita mariti: nam quod dicit Dona.potuiſſe fieri: ut cum Anchiſa concuberet Venus antequam Vulcano nuberet:non procedit.Conſtat enim a principio Venerem uxorem fuiſſe Vulcani.

DONA. Ducit:oſtendendo non autem ambulando:nam ſenex ardua non aſcendiſſet ueſpertino tempore. Ad tecta:ut iam apropinquaſſe oſtendat:non autem tecta ne ingredi uiderent. Regia: Quæcūq; domus modo a rege habitetur regia iure dicitur. Aude hoſ.multum tribuit æneæ : cū Herculi comparet. Rebuſq; ueni non aſper egenis:ideſt ne aſpere ueni rebus non egenis.Sum eni pauper cui & ſi copia deſit aliquantæ tamen ſubſtantiæ ſunt:ſed non ſum egenus:ille enim in miſeria eſt & egeſtate.Ergo non bis repetendum. Libyſtidis urſæ:ut ex pretio beſtiæ aliquid gratiæ illi ſtrato adderet. Vulcanum alloquitur:tātum habens ſpei: q̄tum uxor de uiro concipere debet & tantum deſperationis q̄tum odium inter uictricum & priuignum eē conſueuit.Ergo illum fraude adhoritur. Thalamo:ut inter ſecreta lectuli extorqueret quod ille nolet. Diuinum:quem humanis pectoribus dono inſerere conſueuit:nam amor qui eſt ex uoluntate noſtra humāus ē.

CHRI. Docet lætū.i.docet & q lætū itullerūt:& q̄re itulerūt ut culpā a ſe amoueat. Nūc:is capitolia & tarpeia & aurea:nā Euandri tpibus nec aurea erāt:nec illa nomina habebāt:nam mons iſte primo Saturnuis ē appellatus:deinde tarpeius a tarpeia uirgine ſabinoꝝ ſcutis necata de qua Prop. Tarpeæ manes & tarpeæ turpe ſepulchrū Fabor & antiq q limina capta iouis poſtremo cū Tarqnus priſcus fundamenta ad ædem iouis faciēdam cauaret ab iuento humano capite capitolium dixit, Quod ſequentibus tpibus ita ornatū excultūq; fuit

ut primum inter ſeptem orbis ſpectacula poneretur. Terrebat:nam primus i orbe deos fecit timor. Paupis euandri:uel ut oſtendat quanta.Deinde incremēta fuerint urbis romæ uel p trāſitū antiquoꝝ frugalitatē laudat. Poſſim armenta:nam i iis priſcoꝝ diuitiæ erāt. Romanoq; foro:poſt palatiū erat in uia ſacra ad radices capitolii. Carinis:carinæ uiā ſacrā pertingebant:uincula diui Petri i illis ſunt. Hæc regia:quaſi dicat quis parua & humilis:& oſtēdit magnos uiros non fortunæ pompas:ſed animi uirtutes admirari. Anguſti ingentem æneam:pulcherrima eſt declamatio a cōtrario:& occulte ſignificat etiam magnos animos in anguſtis laribus iueniri poſſe. Diuinum amorem:Quaſi dicat maximum & q̄lē a tali dea inſpirari poſſet. Dum bello ar.in deliberatiuo genere ē.Petit.n.arma filio.Eſt āt cā turpis:cū petat ei filio arma a marito:quē ipſa ex adulterio conceperat.Quia propter magna ex parte ponit pſonam pro pſona:Demonſtrat.n.cauſa troianoꝝ maxie moueri.Captat autem in primis beniuolentiam a perſona ſua:cum oſtendat maximam rōnē mariti habuiſſe & q̄uis multū cuperet troianoꝝ cauſa:plurimumq; deberet troianis propter iudiciū Paridis:tamen nunq̄ uoluiſſe illū incaſſum laborare i re nihil profutura:nunc āt petere arma cū teucri iuſſu iouis i italiā conſtituerit.

Debita:caſuraſq; inimicis ignibus arces
Nō ullum auxilium miſeris:nō arma rogaui
Artis opiſq; tuæ:nec te cariſſime coniunx
Incaſſum ue tuos uolui exercere labores.
Quāuis & priami deberem plurima natis:
Et durum æneæ fleuiſſem ſæpe laborem.
Nunc iouis imperiis rutulorum conſtitit oris:
Ergo eadē ſupplex uenio:& ſāctū mihi numē
Arma rogo:genitrix nato te filia neri
Te potui lachrymis tithonia flectere cōiunx.
Aſpice qui coeant populi:quæ mœnia clauſis
Ferrum acuāt portis in me:excidiūq; meoꝝ.
Dixerat:& niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet:ille repēte
Accepit ſolitam flammam:notuſq; medullas
Intrauit calor:& labefacta per oſſa cucurrit:
Non ſecus atq; olim tonitru cū rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumie nimbos.
Senſit læta dolis:& formæ cōſcia coniunx
Tum pater æterno fatur deuictus amore.
Quid cauſas petis ex alto:fiducia ceſſit
Quo tibi diua mei:ſimilis ſi cura fuiſſet
Tum quoq; fas nobis teucros armare fuiſſet:
Nec pater omnipotēs troiā:nec fata uetabāt
Stare:decēq; alios priamū ſupereſſe p annos:
Et nunc ſi bellare paras:atq; hæc tibi mens eſt
Quicquid i arte mea poſſunt pmittere curæ
Quod fieri ferro liquido ue poteſt electro
Quātū ignes animæq; ualēt abſiſte precādo
Viribus indubitare tuis ea uerba locutus
Optatos dedit amplexus:placidumq; petiuit

SER. Debita:Fataliter ad exitū deſtiata. Miſeris: at qui honeſtum eſt miſeris ſubuenire:ſed hoc dicit: cur te fatigarē p hominibus fati neceſſitate pituris?
Priami deberē plu.na.Scimus q Paridi tantū debuit ſed hoc idē habet ad aliaꝝ cōmemorationē perſonarū ne ex turpi cā Paridi debuiſſe uideatur. Aeneæ fleuiſſem ſæpe laborem:bene poſt pergama poſt troianos:poſt Priami liberos cū excuſatione commemoratio fit æneæ.Dicit.n.ſe eius iſœlicitate commotā. Iouis ipio:ne uiderec̄ ipudēs:ſi aliena regna depoſceret & hoc latēter dicere uidet̄ faue huic:cui ēt Iuppiter ſauet. Eadē:quæ tunc.ſ.ſilui.Arma rogo:hic diſtinguendū:ut cui petat non dicat:ſed relinquat itelligi. Genitrix nato te filia neri:Thetis:q̄ Achilli arma ipetrauit:& bonis utitur comparationibus dicendo filia neri:cū ipſa iouis ſit filia. Itē uxor tithonia:cum ipſa ſit Vulcani:Neri autem pro nerei. Omnia autem quæ i eus exeunt hodie apud maiores in es exibant:ut tydeus tydes:& genitiuum in ſs mittebant:ut tydis neris:ſed q plerūq; es i latinitate detrahitur:remanebat i.Hinc eſt filia Neri immitis achilli:itē in Salu.Ad bellū perſi macedonicum:ſic aſper. Tithōia cōiunx:Aurora petiuit pro memnone. Clauſis ferrum acuant portis:dixit enim ſuperius Quiq; adeo magnæ poſitis incudibus urbes. In me:Artificioſe arma petit & iam ſibi pfutura.Nam a græcis ſuerat uulnerata:unde eſt Equidem credo mea uulnera reſtant. Cunctātem:ſcilicet de promiſſione:quam rem per amplexū ſuum immiſſo amore perſoluit. Accepit ſolitam flāmam:alludit ad rem naturalem:nāq; ideo Vulcanus fingitur maritus Veneris:q uenereum officiū non niſi calore conſtitit:unde eſt Frigidus in uenerē ſenior.
Labefacta p.o.Si oſſa labefecit quantomagis animū.
Atq; olim ferre:ut ſolet:nam non eſt aduerbiū temporis. Ignea rima micans:ideſt fulmen:cuius naturā expſſit.Nāq; nubes uēto coactæ plerunq; rumpunt̄:& ex ſe fulmen emittunt. Formæ conſcia coniunx:itellexit ſe dolis:& pulchritudine puertiſſe mentē mariti. Deuinctus:hoc ſermone oſtēdit cum cūcta poſſe concedere. Ex alto:argumentatione lōge repetita.
Nec fata uetabāt Stare:atq ſupra ait debita:ſed ſciendum ſecūdū aruſpicinæ libros & ſacra aruntia:q̄ Tages cōpoſuiſſe dicit̄ fata decē annis q̄dā rōne differri: quod nūc dicit Vulcanus potuiſſe fieri.Ergo nō ē cōtrariū.Nā fata differunt̄ tātū nūq̄ penitus imutātur qđ ēt iuno dicit Atq; imota manet fatis lauinia cōiūx Attrahere atq; morā tātis licet addere rebus. Si bellare.p.q̄ dixerat i me excidiūq; meoꝝ. Poſſunt promittere curæ:uel poſſum qcqd curæ ē ideſt officii & ſolicitudinis.
Liquido electro:puro & ſecūdū Pliniū in naturali hiſtoria ſunt tria electri genera.Vnū ex arboribus:qđ ſucinū dicit̄.Aliud qđ naturaliter iuenit̄.Tertiū qđ ſit de tribus ptibus auri & una argenti:q̄s ptes ēt ſi in naturam reſoluas inuenies:unde errāt q dicūt melius eē naturale.Electri autē natura probatur ueneno:quo recepto & ſtridorem emittit:& uarios in diſſimilitudinem reddit colores. Animæ:uentis οπο των αιτιων quia ſecun

dum aliquos anima uentus eſt:ut Atq inuentos uita receſſit:precando uiribus indubitare tuis: ideſt dubitare. Nam in uacat:& hoc dicens precum nimietas poſtulationis ſignificat dubitationem.

DONA. Priami natis:De creuſa maxime itelligit:laborat āt ut uerecunde uideať petere:ne mariti auxiliū inaniter rogaret i rebus q̄ remoueri non poſſent. Eadē:Quæ tacui. Genitrix nato:maiorem miſerationem mouet noībus neceſſitudinū q̄ mouiſſet nōībus propriis. In me:iunxit pſonā ſuā ut magis moueret. Accepit ſolitā ſl. Oſtēdit plus profuiſſe loci tpis & pſonæ obſeruationē q̄ uerba. Pater:q loco pr̄is æneæ eſſet profuturus. Quid cās:ita loqť quaſi nō ipſe eſſet q paulo ante cūctabať. Ex alto:lōga circuitione uerbo℞. Nec pr̄ om. non poſſe penitus ſubuerti ſed poſſe differri fata oſtēdit poeta. Ferro:ad robur pertinet. Electro: ad pulchritudinem. Sed armorum ſplendor uehementer terret hoſtes. Animæ:uenti quibus ignis animatur.

CHRI. Artis opis. q.d. qui facile pſtare potuiſſes. Cariſſime:cū efficatia ptulit & geſtus lenocinio. Cariſſime:propterea nolui te incaſum laborare:quia mihi es cariſſimus. Cariſſime:q̄ſi hoc uerbo medeť dolori inueterato uulcani ex adulterio anchiſæ quaſi iferat nō pp ea ſe anchiſæ admiſcuiſſe q tedio mariti afficereť:ſed alia uenali cā ergo cariſſime cōiunx. i. cuius cōiugiū mihi ſemp gratiſſimū fuit:nā nulla alia re grauius ferunt uxoris adulteriū uiri q̄ q dolent poſtponi i amore. Quāuis priā natis:Quod debebat Paridi ſoli ueluti gratiſſima ſe oībus debere dicit. Et durū æneæ:non nominauit æneam niſi iam corroborata cauſa atq ea conatur ducere in commiſerationem:cum eius nominat durum laborem & cum multum cōſideret formæ ſuæ: addit fleuiſſem:ut moueatur pp ſe:ſi non mouetur pp æneam. Iouis imperiis rutilo℞: oſtendit egere auxilio: qa in oris rutilo℞. Oſtendit pericula non eſſe ineuitabilia:quia ſint ſub tutela iouis. Ergo eadem:oſtenderat cauſam petendi eſſe honeſtam:neq deſperandam:nunc ponit petitionem. Nato filia:ergo concedendum te. Nerei te potuit. l. th. c. Argumentū a maiori. Aſpice: oſtēdit auxiliū neceſſariū pp hoſtium potentiā. Et niueis hic atq hic:fœmina℞ ē ut pulchritudini & blāditiis plus cōfidāt q̄ ueris argumentationibus:ipſa āt prudētiſſime egit ut prio rōnibus cōmoueret:deinde cōmotū pulchritudine & blāditiis ipelleret. Cunctantem: ex morali ſenſu docet maxios ēt uiros muliebri forma ac lenocinio domari poſſe:ut de Hercule Sanſoneq referūt. Sēſit læta dolis:nihil. n. fœmiæ gratius accidere pōt q̄ cū ſentit ſua pulchritudine uiro℞ uinci. Quid cās ex alto:aīaduerterat artificioſam coniugis orōnē uulcanus & illā p īſinuationē argumentationis ex loginquo repetiſſe:& ueluti amore pdomitus opam ſuā pfectā abſolutāq pollliceť. Quis. n. amori reſiſtat: unde ipſe alibi:Oīa uincit amor & nos cedamus amori. Liquido ue poteſt electro:non me fugit inueniri apud antiquos poteſtur. Nā Lucre. ait i. iii. qđ tamen expleri nulla rōne poteſtur: ut etiam dixerunt poteſſe idē qđ ſi forte una credūt ratiōe poteſſe. Ver℞ i hoc uerſu nō ſtat:qa eletrū primā ſyllabā producit eſt. n. ΗΛΕΚΤΡΟΝ græcæ:& Η litteraſ p apud nos in e longam tranſit. Ergo ſi dicať Liqdo ue poteſtur electro corripiť e:quoniā ē ultia dactyli: q̄ rōne inductus puto Virgiliū hūc uerſū feciſſe ſpondaicū:ut ē cornua uellata℞ ſubduximus antenna℞:& alibi Sic coſtā longo ſubduximus apēnino. Quapp diceť qđ fieri ferro liqdo ue pōt electro:ut teſt e ſit i quinta ſede ſpondeus pro dactylo:quod apud græcos tritiſſimum eſt. Aīæ:uenti. Horati. impellunt aīæ linthea thraciæ nam uento per folles concitato egent fabri ferrarii ad ignem uiuificandum:unde flamma a flatu dicitur.

Coniugis infuſus gremio per membra ſoporē
Inde ubi prima quies medio iā noctis abacta
Curriculo expulerat ſomnū:cū fœmia primū
Cui tolerare colo uitam tenuiq; minerua
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes
Noctē addens opi:famulaſq; ad lumina lōgo
Exercet penſo:caſtum ut ſeruare cubile
Coniugis:& poſſit paruos educere natos:
Haud ſecus ignipotēs nec tēpore ſegnior illo
Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.
Inſula ſicanium iuxta latus æoliamq;
Erigitur liparem fumantibus ardua ſaxis:
Quā ſubter ſpecus:& cyclopū exeſa caminis
Antra ætnæa tonant:ualidiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum:ſtridūtq; cauernis
Stricturæ chalybū:& fornacibꝰ ignis anhelat
Vulcani domus:& uulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto.
Ferrum exercebant uaſto cyclopes in antro
Bronteſq; ſteropes & nudus mēbra pyracmō

SER. Cōiugis īfuſus gre. hoc eſt ante concubuit & ſic quieuit: Probus uero & Carminius pp cacephatō īfuſū legūt:ut ſit ſenſus Dormit cū cōiuge dormiente. i. petiit ſoporem īfuſū ēt i cōiugis gremio. Curriculo:tēpore mō:alias loco:alias officio. Colo hunc ſeqmur. Nā huius coli dicimus:non ut Sta. huius colus i ſexto theb. Extrema iam fila colu datus ordo ſenectæ & in q̄rto Nigræq ſoro℞ intrauere colus. Tenuiq minerua:non filo tenui:ſed paruo ptio lanificii & alii hic diſtinguūt & ſubaudiūt mos eſt:Aut placet ut ſit ſenſus cui tollerare collo uitam tenuiq minerua mos eſt:uel placet:& ſic inferūt īpoſitū cinerē & ſopitos:ut cōtra Hora. incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo:Alii ſic legunt Tenuiq minerua ipoſitū. i. cui hæc neceſſitas fataliter data. Noctē addens operi:per trāſitū oſtēdit eē noctē partē diei. Exercet pē. fatigat Terē. i andria prio hæc parce ac duriter uitā agebat lana & tela uictū q̄ritās. Hinc ergo traxit Virgi. ut diceret caſtū ut ſeruare cubile. Ignipotens: Vulcanus:ut diximus:ignis ē & dr̄ Vulcanus q̄ſi uol. cāus:qđ p aerē uolet. ignis. n. e nubibus naſciť:unde & Home. dicit eū de aere pcipitatū i terras: qđ oē fulmen de aere cadit:quod qa crebro i lemnū iſulā iaciť:ıō i eā dr̄ cecidiſſe uulcanus. Claudus āt dr̄ qa per naturā nunq̄ rectus ē ignis. Ad fabrilia dura:ex contrariis epithetis fecit ornatū. Dicens mollibus e ſtratis opa ad fabrilia ſurgit. Sicaniū iuxta latus æoliāq erigiť liparē:phyſiologia ē cur Vulcanus i his locis officinā habere ſin

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat: toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.
Tris imbris torti radios: tris nubis aquoſæ

gaſ inter liparé & ætná.ꝓp igné & uẽtos: q̃ apta ſunt fabris Aeoliá át iõ liparé qͫ una é de illis ſepté iſulis q bus æolus ipauit. Antra ætnæa.i.magnitudiné ictuum oſtéditq̃bus & uicini mõtes reſultabát: aut certe ætnæa q̃ſi ætnæa dixit. Auditi referũt gemi.p ecco & breuiter ſignificauit. Stricturæ chal.ſtrictura eſt terra ferri i maſſá coacta.Chalybes proprie ſũt populi:apud quos naſcit̃ ferꝝ:ut ipſe At chalybes nudi ferrum uiroſaq; pontus. Caſtorea:unde mõ calybũ poſuit ſtricturas pro ferri maſſis. Hoc tũc.i.huc tũ:& hoc ꝓ huc poſuit ſecũdũ antiquũ moré:ná antea hoc aduerbiũ loci fuit qđ nũc aboleuit:ná crebro i antiqs lectionibus inuenit̃:ſicut i epiſtolis ꝓbat uerius Flaccus exẽplis auctoritate & rõne dicés i aduerbio pro u o plerũq; maiores ponere cõſuetos:& ſic pro huc hoc ueteres dicere ſolebát ſicut ꝓ illuc illo dicius:unde ẽt hoc o longũ appet eẽ ſicut illo dicimus:qđ pro illuc ponit̃. Brontesq;:qđ facturi ſint ex noibus docet.Ná brõtes a tonitru dictus eſt αποτησ βροντησ. Steropesq;:a fulgetra.i.αποτησ στεροπησ.Pyracmo uero q nũq̃ a caléti incude deſcendit αποτου πυροσ καὶ ακμονοσ:ná pyr ignis é:ακμων icus. Nudus.m.p hũc ẽt cæteros nudos fuiſſe ſignificat.

Informatũ:i q̃dá formá deſignatũ & cõpoſitũ.Dicit át i fulmie parté non pfectá pté iá pollitam fuiſſe. Toto genitor q̃.p.c.Toto cælo.i.ab oi pte cæli.Ná dicũt phyſici de ſexdeci ptibus cæli iaci fulmina:q̃ át q̃lia:ut Hunc Euryale aſpicio.i.talé.Ergo hoc dicit:Faciebát fulmen i eoꝝ ſimilitudiné:q̃ iuppiter iacit toto cælo hoc eſt diuerſis ptibus cæli.ſ.ſexdecim. Tris imbris torti.r.conſtricti & coacti in grandinem:Sta.Siccos quos aſper hiatu Præſolidat boreas:& ſciendum in hoc eũ uelle oſtendere toto anno iaci fulmen:ná per has piphraſis tẽpora oſtédit anni totius:q̃ & q̃tuor eẽ & ternos mẽſes hẽre manifeſtũ é.Vnde dicit. Tris imbris torti radios:hoc é grãdinis:q̃ abũdat p hyemé. Tris nu.aquo.hoc é ueris: quo tpe nimiæ ſũt pluuiæ:ut & ruit ibri ferꝝ uer.

DONA. Gremio:intelligitur gremium non ſolum ſedentis ſinum:uerum etiam quicquid homini ad requiem præſtiterit locum:ita alibi:Et fotum gremio dea tollit i altum. Famulas:pro manibus accipiamus:q bus uice famularum utuntur pauperiores:quibus ad comparandas famulas pecunia non eſt.

CHRI. Cũ fœmina primũ:oſtédit p tranſitũ oportere boná matré familias aſſiduo opere cuncta q̃ domi ſũt curare & ꝓ uiribus familiá nutrire:& caſtitaté duritia uitæ & aſſiduo labore conſeruare: Quapp recte Iuue.Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas Quondá nec uitiis contingi pua ſinebat Tecta labor:ſomniq; breues & uellere tuſco Vexatæ duræq; manus. Nocté:quá multæ i nimia laſciuia cõterũt. Famulaſq;:nam q̃ regédæ familiæ ꝑeſt oém a muliebri ſexu deſidiam dimouere oportet ſi illũ caſtũ cõtiere cupit:recte ergo Oui. Otia ſi tollas piere cupi.ar. Péſo:a péſádo dr̃ péſũ.Accipiebát.n.famulæ laná certo quoddam põdere ergo qđ péſaret̃ péſũ dicebant.Hinc libraria ea erat q̃ reliqs laná pendebat.Pondere enim pondus facit:a pendo fit penſo.Dicimus etiam penſum examen & diligentem curam ſiue cogitationem & conſultationem:quá in maioribus rebus adhibere cauti conſueuerunt:quia ſi a corporeis ad incorporea tranſlationem faciamus cogitare eſt ipſas res pendere:& quia priſci pecuniam quæ ænea fuit non numerabant:ſed pendebant pendere ſoluere dicebant.Rependere eſt aliud pro alio pendere. Paruos:qui ſuo labore aut induſtria ſibi conſulere per ætatem nequeunt: aut q paruuli magis ſunt ſub protectione materna q̃ paterna. Cyclopes:Stra.ait cyclopas.yii.fuiſſe quos gaſterochiras.i.uentrimanos dicit appellatos quoniá ſua iduſtria & artificio alebantur:elyciaq; uocatos fuiſſe.Heſio.tres fuiſſe ſcribit Brõté:Steropé:& Harpé filios cæli & terræ dictos déiq; cyclopes:quia unicũ rotũdũ i frõte hént oculũ.Alii dicũt Neptunni ex Amphitrite.Iſti primo in creta ferrariam exercuerũt. Iá parte po.oſtendit̃ Vulcái ſtudiũ pficiédoꝝ armoꝝ:q opus ichoatũ relinq iuſſit:& id opus qđ eẽt oium maximum: Et eius eſſet dei qui cæteris omnibus diis imperaret.

Pendo
penſũ
penſo

Addiderant rutili tris ignis:& alitis auſtri.
Fulgores nunc terificos:ſonitumq; metumq;
Miſcebant operi:flammiſq; ſequacibus iras:
Parte alia marti currũq; rotaſq; uolucres
Inſtabant:quibus ille uiros q̃bus excitat urbes
Aegidaq; horrificam turbatæ palladis arma
Certatim ſquamis ſerpentum auroq; polibant
Connexoſq; angues:ipſamq; in pectore diuæ
Gorgona:de ſecto uertétem lumina collo.
Tollite cũcta inquit:certoſq; aufferte labores
Aetnæi cyclopes:& huc aduertite mentem.
Arma acri facienda uiro:nunc uiribus uſus
Nunc manibus rapidis:oí nũc arte magiſtra
Præcipitate moras:nec plura effatus:at illi
Ocius incubuere omnes:pariterq; laborem
Sortiti:fluit æs riuis:auriq; metallum.

SER. Rutuli tris ignis:hoc é æſtatis. Et altis auſtri:Hoc é autũni:quo uentoꝝ crebra ſũt flumina: & prudéter his oibus naturá exprimit fulminis: qđ neceſſe é:ut p nubes & uẽtos naſcat̃. Fulgores nũc terificos:quos fulgetras dicũt. Sonitũq; metũq;:ꝑ ſonitũ tonitrua oſtédit:p metꝝ fulgetras: & hunc ordiné ſic poſuit:ut hoibus uidet̃:nam re uera prior colliſio nubiũ:unde ignis emittit̃.Nos aũt iõ prius fulgetras uidemus q̃ tonitrua audiamus: quia uelocior oculorum q̃ aurium ſenſus eſt. Sequacibus:perſecutricibus. Aegidaq; horriferá:aegis proprie eſt munimentũ pectoris æreũ habés in medio Gorgonis caput: qđ munimẽtũ ſi i pectore numinis fuerit ægis uocat̃: ſi i pectore hoís ſicut i antiqs imperatorum ſtatuis uidemus:lorica dicit̃. Turbatæ:ꝓ turbátis.Nam timuit omœoteleutõ:& fecit ſupinam ſignificationé:Alii ad fabulá referũt q dicit̃ i bello arma perdidiſſe turbata: ut q̃ſi ipſa nunc repararet:cuius dicti nullus auctor idoneus reperitur. Squamis ſerpentũ auroq;.p.ægida horriferá aureis ſquámis ſerpentũ certati polibát: alii uolũt re uera de corio ſerpentum dicere eum arma

Vulnificuſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.
Ingentē clypeum informāt unū:omnia cōtra
Tela latinorum:ſeptenoſq; orbibus orbes
Impediunt:alii uentoſis follibus auras
Accipiunt:redduntq;:alii ſtridentia tingunt
Aera lacu:gemit impoſitis icudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa ui brachia tollunt
In numeꝝ:uerſantq; tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater æoliis properat dum lemnius oris
Euandrū ex humili tecto lux ſuſcitat alma:
Et matutini uolucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior:tunicaq; inducitur artus.

eſſe leuigata. Cōnexoſq; an.gorgonis.ſ.capiti. Deſecto uertētē.i.e.aut ſua lumīa circūferētē: & mortis indignatiōe qrentē quoꝝ ſe iteritu poſſet ueſci:aut certe ituentē lumīa i ſaxa uertētē. Hoc āt caput iō Minerua fingit hēre i pectore ꝙ illic ē oīs prudentia:q̄ cōſūdit alios & impitos ac ſaxeos cōprobat. Tollite cūcta inqt:uile ē qđ plerīq; dicūt pp arma Martis iratū eſſe Vulcanū:pſerti cū & armēt mineruā:& fabricent fulmia cyclopes:& Vulcanus dixerit cōtra tollite. Ergo tollite aut differte eſt:aut celerius terminate. Certos auſer.i.Quia dixerat His iformatū maībus iā pte polita Fulmie. Aetnæi cyclopes:ut Aetnæos frēs. Nunc uiribus uſus:nūc ē ueſtraꝝ uirīū exercitiū.i.tps exercēdæ uirtutis circa arma uiri fortis. Arte ma.ambitioſius q̄ ſi mgri diceret rē pſōæ i artē tranſtulit:ut ſi dicas opus ē pitia mediciæ:nō medici. Præcipitate mo.pcipitāter.i.feſtināter abiicite. Nec plura ef. Sicut feſtinātē decebat. Ocius icubuere:Quā ille pceperat. Pariter:pari mō. Sortiti:Diuiſerūt inter ſe laboris officiū: ut ſortiti remos. Vulnificuſq; cha.Populū apud quē naſcit̄ p ferro poſuit:& liqſcit dixit pprie.Nā ſeꝝ nō ſoluit̄: ſed molleſcit. Informāt:deſignāt:ingentē āt & magnitudie & ſoliditate.Nā & clypeū dixit:q magnitudie corpus furat̄:unde & clypeus dictus ē απο του κεπτειν:& dicturus ē ſeptenoſq; orbibus orbes. Impediūt.i. ueluti ſeptē ſcuta facta i unitate cōnectūt. Accipiūt redduntq;:iungēdū uno eodēq; tpe partim reddūt: partī uētos accipiūt. Stridētia tingunt:Tingēdo ſtridere faciūt. In numeꝝ:in ordinē:ut Tū uero in numerum fau noſq; feraſq; uideres.Ludere. Forcipe:forfices ſunt qbus incidimus:Forcipes ſūt quibus aliqd foruū tenemus q̄ſi foruicapes.Nā foruū ē calidū:unde & formoſos dicimus:qbus calor ſanguinisruborē pulchritudinis creat. Hæc dū pperat: Propanter facit & ē hōeſta locutio. Aeolii:nā ut diximus:uulcania una ē de ſeptē æoliis. Lēnius:qui in lemnum inſulam:ut diximus:cecidit a iunone propter deformitatem deiectus:quam aerem cōſtat eſſe:ex quo fulmina procreantur:ideo autem Vulcanus de femore iunonis fingit̄ procreatus : ꝙ fulmina de imo aere naſcantur:quod etiam Luc.dicit Fulminibus terræ propior ſucceditur aer Pacem ſumma tenent. Volucrum ſub culmine:poteſt & generaliter accipi:uolucrum quarum uis:& ſpecialiter ut hirundinum.

DONA. Tollite:magnum æneæ meritum ꝙ cuncta ſupis neceſſaria tollerent̄:ut arma illi fierēt. Acri arma uiro:Suppreſſit cuius cauſa ne nimis uxorius uideret̄.Nec nomina priuignum:qui naturali malitia odioſus eē poteſt. Illi ocius:iubentis auctoritas oſtēditur. Fluit:de auro & reliquis metallis : quæ ita ſoluuntur ut currant effuſa. Liqueſcit:de ferro quod non ita ſoluit̄. Vnum omnia contra.t.la.Ex pſona poetæ: nam Cyclopes neſciebant cui fabricarent. Septenis:Quatuordecim circulis ſic clypei textura currebat ordinatis omnibus ut ſe inuicem necterent. Innumerum:Ordinatis uicibus feriendi & uerſandi. Quod autem incudibus in plurali dixit & maſſam & forcipē in ſingulari itelligas ſingulis incudibus ſingulas maſſas & forcipes fuiſſe.

CHRI. Tris imbris:& phyſicæ ſimul & poeticæ fulmē deſcribit:nā qđ addāt radios imbris torti & nubis aquoſæ & rutili ignis & auſtri phyſicū ē:ꝙ uero metū & terrorē adiūgāt poeticū ē.Fulmen.n.ut i primo diximus:ex humido ē & calido ītra nubem icluſis. Inſtabāt.ſ.fabricare:inſtare rei eſt cum ita illi imminemus:ut nuſq̄ diſcedamus. Aegida:ægis ſcutū fuit iouis dictū απο της αιγος.i.a capra.Nā ille a capra amalthea nutritus eſt:cuius mortuæ pelle ſcutum ſuum operuit.Deinde dono dedit Mineruæ:caprā uero in uitā & reſtituit & alia pelle obductam inter aſtra collocauit:ſeq; ob capræ memoriam ægiochum appellari uoluit:ut ait Diodo. Horrificam:propter caput Meduſæ:qđ in ea Perſes collocauit. Tollite:mira animi feſtinatio ex oratiōis breuitate oſtenditur:nam q feſtinat:nunq̄ longiorē adhibet orationem. Certoſq; auf.i.ad expſſionē rei poſuit:nā nō ita cūcta tolli iubere putandum erat:ut incepta relinquerent imperfecta:niſi nominatim hoc exprimeret. Huc aduertite mentem:attentionem captat. Arma acri.f.u.Cum pondere proferenda uerba:ut illos attentos ad rem agendam reddat. Nunc uiribus.u.tria poſuit:quibus res breui perficitur:uires:celeritatē:& artē. At illi:non eſt inferioris reſpondere:ſed iuſſa q̄primum exequi:preſertim cū itelligit pperato opus eē. Incubuere:diligēter & ſine intermiſſione in faciēdo ope pſeuerauere. Pariterq;.l.ſ.non ſatis eſt qđ omnes icumbāt niſi ēt pariter.i.æqs portionibus operentur. Fluuit æs.r.au.que.r.Diſtincte locutus eſt. Nam æs & aurū fundunt̄:Ferꝝ aūt nō fundit̄:ſed liqueſcit. Vnum contra omnia tela:Quaſi dicat talē ut ſolus omnium telo rū reſiſtat & ictibus latinoꝝ uiroꝝ fortiū. Septenoſq; or.Hæc deſcriptio celeritatē:uires:& igenium q̄ omnia Vulcāus reqſiuerat adhibita a cyclopibus demōſtrat. Ex humili.l.ſ.a.nā populi rectores uigilātes eē oportet. Aegis

Et tyrrhena pedum circundat uincula plātis
Tū lateri atq; humeris tegæū ſubligat enſem
Demiſſa ab leua panthere terga:retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Præcedūt:greſſumq; canes comitātur herilē.

SER. Tyrrhena uincula:thuſca calciamēta: Et dicit crepidas:qs primo habuere ſenatores:poſt equites romāi nunc milites. Tegæū enſem:arcadicū gladiū. Demiſſa ab leua panthere ter.r. A ſiniſtro humero pellem demiſſam habuit:quā retorquēs & i dextram reuocans partem ſe ambiciebat. Gemini cuſtodes: Hoc & in Homero lectum eſt & in hiſtoria romana quæ ait Syphas inter duas canes ſtans Scipionem

Hoſpitis æneæ ſedem & ſacreta petebat
Sermonũ memor & promiſſi muneris heros.
Nec minus æneas ſe matutinus agebat
Filius huic pallas: olli comes ibat achates.
Congreſſi iungũt dextras: mediiſq; reſidunt.
Aedibus: & licito tandem ſermone fruuntur.
Rex prior hæc.
Maxime teucroꝝ ductor: quo ſoſpite nũquã
Res equidem troiæ uictas aut regna fatebor
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ uires: hic tuſco claudimur amni:
Hic rutulus premit: & murũ circũſõat armis:
Sed tibi ego ingẽtes populos opulẽtaq; regnis
Iungere caſtra paro: quã fors inopina ſalutẽ
Oſtentat fatis huc te poſcentibus affers.
Haud ꝓcul hinc ſaxo colit̃ fundata uetuſto
Vrbis agillinæ ſedes: ubi lydia quondam
Gens bello præclara iugis inſedit hetruſcis.
Hãc multos florẽtẽ annos rex deĩde ſuperbo
Imperio: & ſæuis tenuit mezentius armis.
Quid memorẽ ifãdas cædes:? qd facta tyrãni
Effera:? dii capiti ipſius: generiq; reſeruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis:
Cõponens manibuſq; manus: atq; oribus ora
Tormẽti genus: & ſanie taboq; fluentes
Cõplexu in miſero lõga ſic morte necabat.
At feſſi tandem ciues infanda furentem
Armati circunſiſtunt ipſumq; domumq;
Obtrũcant ſocios: ignem ad faſtigia iactant:
Ille inter cædes rutulorum elapſus in agros

appellauit. Sermonum memor: ſcilicet promiſſi au/xilii: ut Auxilio tutos dimittã opibuſq; iuuabo. He/ros: hoc nomen non tantum præſentis eſt ſed & præ/teriti: unde eſt ꝙ Euãdrum heroem dicit cum ſit uir tutis emeritæ plerunq; heros: & generis eſt. Matuti nus agebat: rẽ temporis ad perſonam tranſtulit. Li/cito tandem ſermone: tãdem quia amborum deſide/rio nox moram fecerat. Nunq̃ res equidem troiæ ui ctis: Satis mature eqdem dixit: ideſt ego quidem tro/iam te uiuo uictam non arbitror: quantum eſt in opi nione mea. Pro nomine tanto: pro tui nominis glo/ria. Et murum circũtonat armis: & breuitatem ſui oſtẽdit imperii & hoſtilem neceſſitatem: ob quã ſe pe nitus exarmare nõ poterat. Tuſco claudimur: amni: Tuſco ideo dixit: qa ipſe fuit romani finis imperii Iu/ue. Et q̃ imperii fines tiberinũ uirgo natauit. Sed ti/bi ego: Artificioſe agit ut etiam quæ monſtrantur au xilia ipſius uideantur eſſe: ĩgentes autem populos nõ ſine cauſa dixit. Nã thuſcia duodecim lucumones ha/buit. i. reges: quibus unus præerat: unde ẽ Gens illi tri plex populi ſub gente q̃turni. Quã fors iopina. Hoc beneficium caſus præſtat: qui effecit: ut eo tẽpore q̃ras auxilium: quo tyrrheni ducem requirunt. Fatis huc te poſcentibus affers: ꝑge illuc poſcẽtibus fatis: nã talis ẽ ſẽſus: ſed ſi legeris affer: ſimiliter iũgit fortunã fato: ut ſupra ubi ait: Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum Si autem legeris affers: talis erit ſenſus Fati ne/ceſſitate factum eſt ut ueires: fortunæ beneficium · ut illi ducem requirant. Legimus ergo & affer & affers.
Saxo incolitur fundata uetuſto: antiquo opere ut Tẽ pla dei ſaxo uenerabar ſtructa uetuſto. Vrbis agilliæ ſedes: quæ nunc cære dicitur. Lydia quondam gẽs: quodam inſedit non bello quondam præclara: nam & tunc florebat. Sane etiã ſupra diximus meoniã pro uiciam eſſe cuius dum breuitas duos fratres Lydum & tyrrhenum ferre non poſſet ex ſorte tyrrhenus cũ ingenti multitudine profectus partem italiæ tenuit: & tyrrheniã nomiauit. Hi diu piraticam exercuerũt: ut etiam Cice. in Hortenſio docet: cũ captiuos nouis pœnis affligerent occiſorum eos religantes cadaueri/bus: quod Vergitius. dat mezẽtio ſciens lectum eẽ de tyrrhenorum gẽte. Sane illo tempore tyrrhẽi dicti ſũt poſt thuſci ἀποτουςυειν. Lydi aũt a Lydo rege fratre: qi prouincia remanſerat. Quid memorem infandas cædes: Figura oratoria: q̃ paralepſis uocatur. Cicero: nã illa nimis antiqua prætereo. Effera: cruẽta. Dii capiti ipſius: Vt quod dii prius omen in ipſum conuertãt. Tor/menti genus: exclamatio eſt inuenti ſupplicii. Sanie taboq;: Sanies mortui eſt: tabo uiuẽtis ſcilicet ſanguinis.
DONA. Quia uolumẽ: Donati fragmẽtũ ẽ: nullæ extãt iterpretatiões coꝝ uerſuũ: q ſunt reliq i hoc libro.
Pãthe/ræ CHRI. Pantheræ: panthera & tygris maculatum uarietate ꝓpe ſolæ beſtiaꝝ ſpectanť. Cæteris unus ac ſu us cuiuſq; generis color ẽ. Pantheris i candido breues maculaꝝ oculi. Ferũt colore eaꝝ mire ſollicitari quadru pedes: ſed toruitate capitis terreri: quare eo occultato reliq̃ dulcedine iuitatas corripiunt. Sunt q credanti ar/mo iis ſimilẽ lunæ eſſe maculã ad lunæ quoq; normam creſcentẽ atq; decreſcẽtem. Scaurus primus ædilitate ſua. c l. miſit. Inde Põpeius magnus. cccc x. i dedicatiõe theatri Marcelli primũ romæ uiſa ẽ tygris i cauea man/
Canes ſuefacta. Claudius deide q̃tuor dedit. Canes comitan. Mira & fidiſſima ẽ cuſtodia canum. Nam manifeſtum ẽ ut & Pli. ait canẽ ꝓ ſalute domini acerrime pugnare aduerſus hoſtes. Garamãtũ regẽ ab exilio canes ducenti reduxere cõtra prœliãtes reſiſtẽtes. Colophonii & Caſtabalõſes i bello canũ cohortes habebãt: & primi in acie dimicabãt acerrime. Prætereo multa alia Sed noſtra quoq; tempeſtate plurimi auxilio canũ uſi ſũt. Nec mi/nus æneas: in utroq; enim uigilantiã eſſe oportebat. Maxime teucroꝝ: maxima laus i ænea qd illo ſoſpite di ruta patria dici non poſſit. Sed tibi ego: quod meis uiribus præſtare non poſſum ut alii præſtent enitar & ip ſum conſiliũ auxilii loco perſæpe habetur. Fatis huc. ꝓ. maxima. n. coniectura eſt ꝙ fatis uenerit: quando qui dem in tanto cõmoditatis articulo uenerat. Facta tyrãni Effera: huiuſcemodi facta ut etiam i tyranno efferata eſſent. q. d. omnem tyrãnicã ſæuitiã ſupabant. Tormẽti genus: cũ ſummo ſtupore pronuntiandum. q. d. ge/nus tormenti etiã apud tyrãnos inauditum. Feſſi: diuturna crudeliq; calamitate: Et rem uериſimilẽ facit: non enim aliter ciues a ſuo rege defeciſſe credibile erat. Circunſiſtunt ipſumq; do. Obtruncant ſocios ig. ad faſti.

Vehementia orationis exprimit popularē furorē:& colore rhetorico:quod diſſolutum appellāt celeritatē rei. SER. Confugere:confugiebat:& ut diximus hiſtoricus eſt ſtilus. Defendier:defendi:id eſt defendebatur: & uertit hiſtoriam:nam ut diximus Turnus magis confugit ad Mezentium. Præſenti marte:ſine aliqua di/latione. Addam:aut dabo:aut re uera addam habentibus Tarcontem. Longæuus aruſpex:Argumento æta tis uult doctum uideri. Optate duces:u otis ſcilicet. Hoc acies campo:quaſi iam in bellum parati. Regniq; coronam:inſigne non re uera coronam quā thuſci nunq̄ reges habuerunt:ergo ſpecies eſt pro genere. Man/

Confugere:& turni defendier hoſpitis armis.
Ergo omnis furiis ſurrexit hetruria iuſtis.
Regem ad ſuppliciū præſēti marte repoſcūt.
His ego te ænea ductorem milibus addam.
Toto nanq; fremunt cōdenſæ littore puppes.
Signaq; ferre iubēt:retinet longæuus aruſpex
Fata canens:o meniæ delecta iuuentus
Flos ueterum uirtuſq; uiŗ:quos iuſtus i hoſtē
Fert dolor:& merita accendit mezentius ira:
Nulli fas italo tantam ſubiungere gentem.
Externos optate duces:tum hetruſca reſedit
Hoc acies campo monitis exterrita diuum.
Ipſe oratores ad me regniq; coronam
Cum ſceptro miſit:mandatq; inſignia tarcon.
Succedā caſtris:tyrrhenaq; regna caperſſam:
Sed mihi tarda gelu ſæcliſq; effœta ſenectus
Inuidet imperium:ſeræq; ad fortia uires.
Gnatum exhortarer:ni mixtus matre ſabella
Hinc partē patriæ traheret:tu cuius & annis
Et generi fatum idulget:quem numia poſcūt
Ingrederē o teucrū:atq; italū fortiſſime ductor
Hunc tibi præterea ſpes:& ſolatia noſtri
Palanta adiungam:ſub te tolerare magiſtro
Militiā & graue martis opus tua cernerē facta
Aſſueſcat:primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centū robora pubis
Lecta dabo:totidemq; ſuo tibi nomine palas.
Vix ea fatus erat:defixiq; ora tenebant
Aeneas anchiſiades & fidus achates:
Multaq; dura ſuo triſti cum corde putabant:
Ni ſignum cælo cytherea dediſſet aperto.
Nanq; improuiſo uibratus ab æthere fulgor
Cum ſonitu uenit:& ruere oīa uiſa repente:
Tyrrhēuſq; tubæ mugire p æthera clangor.
Suſcipiūt:iterū atq; iteŗ fragor itonat ingens:
Arma inter nubem cæli regione ſerena

datq; inſignia:aut mittit inſigna:id eſt ornamenta re/galia. Aut re uera mandat inſignia:id eſt magna: ut ca ſtris ſuccedam & capeſſam regna tyrrhena. Sed mi hi tarda gelu:occurrit tacitis quæſtionibus dicens ſe nō iſſe propter ætatem ſenilem:filium uero propter mixtum genus per originem matris unde æneam di cit ire debere:cui ætas & origo regna concedunt. Sæ cliſq; effœta ſenectus:notandum dicta ſæcula etiam i uno homine ſecundum eos qui dicunt ſæculum tri/ginta annos habere. Nam alii uolunt.cx.alii mille an/nis putant ſæculum cōtineri. Inuidet imperium:bo na elocutio:ut Liber Pampineas inuidit collibus um bras. Quem numina poſcūt:ut Externos optate du ces. Italum fortiſſime ductor:ευστυμβολωσ iā du/ctorem italiæ uocat æneam. Spes & ſolatia:ſpes quia multa de eius uirtute ſibi promittebat pater: ſolatiū quia amiſſa coniuge unici filii utebatur ſolatio. To/lerare:quaſi rem aſperam & difficilem. Miretur:imi tetur. Luca. Miratoremq; catonis. Optima enim inge nia neceſſe eſt:ut ea quæ mirantur imitētur. Suo no mine:bene in omnibus filii gratiam facit: nam dicit Dat tibi palas milites ducentos ſuo nomine: ipſe ue/ro a me ducentos accipies. Triſti cum corde:propter breuitatem auxiliorum. Cælo aperto:ſereno:ut Ap ta ſerēa Proſpicere. Improuiſo: nullum.n.indicium pceſſerat nubiū. Fulgor:fulgetra. Cum ſonitu:toni tru.ſ.ut diximus ſupra:ordinem tenuit: q nobis appa ret:ut fulgetras dicat priores:cum ſint ante tonitrua.

Reuere oia:ſic.n.ſonat:ut uideaē ruina:alibi Cæliq; ruina. Bene aūt tēperauit dicēs uiſa. Tyrrhenuſq; tu/bæ mugire per æth.clā.tyrrhenū clangorē dixit tubæ Ideo:qa apud thuſcos tubā conſtat eē inuētam. Ergo tyrrhēus clāgor ſōus tyrrhēaŗ tubaŗ:& bene cōgru/is omnibus arma nuntiatur p ſonos tubarum. Fra/gor itonat:fragor ꝓprie armorū ē ſonus quod aūt di cit itonat illuc ſpectat Fulminat æneas armis: & uult fragore tonitrua ſplēdore fulgetram imitari Nō autē mirū ē a dea libidinis Venere allatis armis ieſſe fulgo rē:nā & Home.dicit Thetide oblata arma hr̄e motū quēdā & ſpūm q̄ duo in aq̄ eē maniſeſtū ē:Thetidē āt nouimus nymphā. Inter nu.p nubē more ſuo & di/cit i ſerēa pte cæli fuiſſe nubē:p quā arma portata ſūt.

CHRI. Ille iter cæ.r.clap.& dexteritatis ſuæ ſimul & fortunæ beneficio illū effugiſſe oſtendit: id.n.elabi eſſe uideē:& ſic facit rē credibilē:& ſimul cū ad turnū cōfugerit pōit cauſam q̄ illos in auxiliū ſibi facile alci/ſcat. Ductorē te his militibus:Sigula uerba habēt pō dus & uictoriā promittunt. Addā ergo te.q.d.talē tā tūq; ducē his millibus q̄ſi innumero militū numero. Quid ergo deſpandū ubi ampliſſimæ ſint copiæ: & ab optimo īperatore regātur & extrema īra q̄ fortitudinē acuit i regē accēſæ. Nulli fas italo:addit pene neceſ/ſitatē ut etruſci ſe æneæ cōmittāt. Lōgæuus.e.dat fidē & auctoritatē pſuadenti. Quod aruſpex eſſet: qd artifi ciū auctore Tage ſub aratro īuento ab etruſcis originē habuerit:& ſenex eēt q̄ſi lōga experientia edoctus. Ad me:ergo facile illas ſuadebo:cum tantum mihi tribuant. Sub te magiſtro:quaſi dicat ſub optimo magiſtro & occulte ſignificat quod in omnibus artibus optimus ſit præceptor eligēdus:quod philoſophi apertiſſe præ/cipiunt. Tyrrhenus tubarum clangor:Nam ut ait Plinius a piſæo tyrrheno ænea tuba inuēta eſt. Lactantius

Tuba tamen ĩ iis quos in Statii thebaidos cõmentariis reliq̃t ait Malettũ tyrrhenoꝝ regem tubam primũ iueniſſe.

SER. Per ſudum: ſudum ẽ quaſi ſubudum ſerenum poſt pluuias: ut Ver nacte ſudum. Agnouit ſonitũ: hoc eſt qd ſonitus ſignificaret. Diuæ ꝓmi. pa. κατατεσιωπωμενον itelligimus Venerẽ ei ꝓmiſiſſe. Hoſpes: & q. ſuſcipit & q ſuſcipitur hoſpes uocatur: ut alũnus q alit & q alit̃. Ne uero ne quære prof. ambæ particulæ ad ornatũ pertinent tantum. Portenta: modo bona omnia quæ uictoriam portẽdunt de hoſtibus. Ego poſcor olympo: aut de olympo poſcor. i. hæc ſigna mei cauſa fiunt. Aut certe olympum poſcor. Diua creatrix: rerũ omnium: generaliter. Heu: adeo de uictoria fretus eſt ut etiam hoſtium miſereatur: & hinc naſcitur ille ſenſus: Non hæc o pala dederas promiſſa parenti. Item æneas hi noſtri reditus expectatique triumphi Hæc mea magna fides. Fœdera rumpant: quæ ſe facturum Latinus promiſerat: non enim erant facta. Herculeis ſopitas ignibus aras: Hyppallage eſt ideſt ſuſcitauit aras herculeas: in quibus erant ignes ſopiti. Heſternumq; larem: cui pridie ſacrificauerat: & eſt iteratio. Nam male quidam externum legũt: ideſt extraneum. Poſt hinc ad nauis graditur: unum uacat aut poſt: aut hinc: ut Poſt hinc digrediens iubeo frondentia capris: tale eſt & illud primus ibi ante omnes. Qui ſeſe bella ſequantur: in expeditionem & bellicã præparationem. Nam ut ſupra diximus bellum eſt tẽpus omne: quo uel præparatur aliquid pugnæ neceſſarium: uel quo pugna geritur: prœlium autem dicitur conflictus ipſe bellorum: unde modo bene dixit: Qui ſeſe in bella ſequãtur: non in prœlium. Nam ad auxilia petenda uadit: non ad pugnam: quãquã etiam ſi diceret qui ſe in prœlium ſequantur non ualde ab re eſſe uidebatur. Hi enim equites cum a Tarconte accepiſſet æneas auxilia cum aliis etruſcis equitibus per terram miſſi: obuios ſtatim habuere bellantes: & quaſi iam hinc recta pergere uidentur in prœlium: Vnde etiam a Cymodocea nauiganti æneæ dicitur iam loca iuſſa tenet forti ꝑmixtus hetruſco arcas eques. Segnis: ſine remigio: & reſpexit ad aſcendẽtes: de quibus ait: Remigio noctẽq; diẽq; fatigant: licet fuerit leniſſimus fluuius. Rerũ: quas geſſerat. Patris: ubi eſſet. Exortem æneæ: ideſt extra ſortem aliorum: per id quod eſt factum indicatur quod non eſt factum. Per exortẽ autem optimum & præcipuum ſignificat. Pellis obiit totum: pellis oſtenditur magnitudo in hoc quod totũ dicit obiit. Vnguibus aureis: aut qa ungues ipſi cum aruerint auri imitantur colorem. Aut quia ſolebant deaurari: Sta. Auro manſueuerat ungues. Subito uulgata: cur ſubito? ipſe dicit quaſi per paruã urbẽ. Ocius: poſitiuus antiquus ẽ. i. celeriter nec. n. põt eſſe comparatiuus: ubi nulla ẽ cõparatio. Vota me. d. m. bene duplicant metu. Nã ineſt ſemper ĩ matribus uotum. Propiuſq; periclo It timor: propius periclo pro proprior: nam matres quod timent hoc putãt liberis poſſe contingere. Iam apparet: adhuc illis pergentibus iam ꝑlium cogitatur a matribus. Dextrã cunctis: l. q̃ dixerat pater. Heret inexpletũ: multi hic diſtinguũt: ut ſit ĩ expletus hæſit: & talia locutus eſt lachrymans: alii legũt inexpletus lachrymis. Honeſtius tamẽ eſt inexpletũ lachrymãs: ut ſit nomẽ ꝓ aduerbio. i. inexplebiliter.

CHRI. Et pulſa tõare: ex magnitudie ſonitus: cũ tonare dicat: oſtẽditur qualia ſint arma. Ne: ꝓhibẽtis ẽ. Nã negatio impatiuo nõ iungit̃. Nã nõ dicimus non ſcribe: ſed ne ſcribe. Diua creatrix: oium creatrix: Sic Lucretius: Aeneadũ genitrix hoium diuũq; uoluptas Alma uenus cæli ſubter labẽtia ſigna Quæ mare nauigerũ: q̃ terras frugiferentes Cõcelebras: p te quoniã genus omne animãtũ Cõcipitur: uiſitq; exortũ lumia ſolis. Ingrueret: immineret. Poſt hic: primũ tẽporis eſt ſecundũ loci. Quoꝝ de numero: prudens cõſiliũ: ut neq; ſolus proficiſceret̃: caſtra tamẽ q̃ minime poſſet minueret.

Per ſudum rutilare uident: & pulſa tonare.
Obſtupuere animis alii: ſed troius heros
Agnouit ſonitum: & diuæ promiſſa parentis.
Tũ memorat: ne uero hoſpes ne q̃re profecto
Quẽ caſũ portẽta ferãt: ego poſcor olympo.
Hoc ſignum cecinit miſſuram diua creatrix
Si bellũ ingrueret: uulcaniaq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu q̃tæ miſeris cædes laurẽtibus iſtãt: (das
Quas pẽas mihi turne dabis: q̃ multa ſub un
Scuta uiꝝ galeaſq; & fortia corpora uolues
Tybri pater: poſcãt acies & fœdera rumpant.
Hæc ubi dicta dedit: ſolio ſe tollit ab alto.
Et primum herculeis ſopitas ignibus aras
Suſcitat: heſternũq; larem: paruoſq; penates
Lætus adit. mactat lectas de more bidentes
Euander pariter: pariter troiana iuuentus:
Poſt hinc ad nauis graditur: ſocioſq; reuiſit:
Quorum de numero: q ſeſe in bella: ſequãt̃
Præſtantes uirtute legit: pars cætera prona
Fertur aqua: ſegniſq; ſecundo defluit amni
Nuntia uentura aſcanio rerumq; patriſq;.
Dant̃ equi teucris tyrrhẽa petentibus arua.
Ducunt exortem æneæ: quem fulua leonis
Pellis obit totum præfulgẽs unguibus aureis.
Phama uolat paruam ſubito uulgata p urbẽ.
Ocius ire equites tyrrheni ad littora regis
Vota metu duplicant matres: ꝓpiuſq; periclo
It timor: & maior martis iam apparet imago.
Tum pater euandrus dextrã cõplexus euntis
Hæret inexpletum lachrymans: ac talia fatur

SER. O mihi præteritos referat ſi iuppiter annos Qualis eram? & o & ſi optantis ſunt: q̃ nũc iungunt̃. Nã ſingula anteponebant̃: ut Si nũc ſe nobis ille aureus arbore ramus. Ergo unũ uacat quãtũ ad antiq̃tatẽ

O mihi præteritos referãt ſi iuppiter annos:
Qualis erã? cũ primã aciẽ preneſte ſub ipſa
Strauit ſcutorumq; incendi uictor aceruos:

Et regē hac herilum dextra ſub tartara miſi.
Naſcenti cui tris animas feronia mater
Horrēdū dictu dederat:terna arma mouēda:
Ter leto ſternēdus erat:cui tunc tamē omnes
Abſtulit hæc aīas dextra:&totidē exuit armis
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer uſq̄
Gnate tuo:neq; finitimo mezentius unquam
Huic capiti inſultans tot ferro ſæua dediſſet
Funera:tam multis uiduaſſet ciuibus urbem.
At uos o ſuperi & diuum tu maxime rector
Iuppiter:arcadii quæſo miſereſcite regis:
Et patrias audite preces:ſi numina ueſtra
Incolumen palāta mihi:ſi fata reſeruāt
Si uiſurus eum uiuo:& uenturus in unum
Vitam oro:patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandū caſum fortuna minaris
Nunc nūc o liceat crudelem abrumpere uitā.
Dum curæ ambiguæ:dū ſpes īcerta futuri:
Dum te care puer mea ſola & ſera uoluptas
Complexu teneo:grauior ne nuntius aures
Vulneret hæc gēitor digreſſu dicta ſupremo
Fundebat:famuli collapſum in tecta ferebāt.
Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis.
Aeneas inter primos:& fidus achates.
Inde alii troiæ proceres:ipſe agmine pallas
In medio:chlamide & pictis cōſpect⁹ ī armis
Qualis ubi oceani perfuſus lucifer unda:
Quem uenus ante alios aſtroꝝ diligit ignes.

& notādum uotum de præterito fieri. Qualis eram:
aut utinam ſim talis qualis tunc eram quando iſta p/
feci:aut certe laudantis eſt : ut Qualis eram cum pri/
mam aciem preneſte ſub ipſa Straui:ſcutorumque ī/
cendi uictor aceruos.Hoc traxit de hiſtoria : tarquini
us enim priſcus uictis ſabinis in honorem uulcani eo
rum arma ſuccendit:quem poſtea ſecuti ſunt cæteri.
Cui tris animas:per tranſitum oſtendit illam Plato
nis & Ariſtotelis contentionem:qui dubitabant utrū
quatuor an tres animæ ſint in homine φυσική:αἰσθη/
τικὴ νοητικὴ κινητικὴ. Hoc autem loco p tres animas
magnum & perfectum indicat uirum:nam quātum
ad fabulam pertinet: tres animas propter tria habuit
corpora.Attendendum eſt ſane hoc ſibi Euandrum
uindicare:quod fuit in Hercule. Nam ut ille Geryo/
nem extinxit ita hic Herilum occidit:inde eſt qđ pau
lo poſt dicit:Neq; finitimo mezētius unquā Huic ca
piti inſultans:Mos enim Herculis fuit: ut etiam non
rogatus laborantibus ſubueniret. Tunc enim ſicut eti
am Varro dicit omnes qui fortiter fecerant Hercules
uocabantur:licet eos primo.xliiii.enumerauerit. Hic
eſt quod legimus Herculem tirynthium:argiuū:the
banum:libym. Feronia mater:nympha campaniæ:
quā etiam ſupra diximus.Hæc etiam libertorum dea
eſt in cuius templo raſo capite pileum accipiebāt: cu/
ius rei etiam Plautus in amphitryone facit mentionē
Quod utinā ille fas ſit iuppiter: ut ego hodie raſo ca/
pite caluus capiam pileum. Terna arma mouenda:fi
gura poetica:nam trina debuit dicere.Arma enim tā/
tum numeri pluralis:cui non iunguntur noīa nume
ralia:ut ſupra diximus:nō enī dicimus tria arma: mo
uenda autem uel cōtra ipſum uel ab ipſo. Finitimo:
aut ī finitimo:aut finitimo capiti. Viduaſſet ciuibus
urbē:ſcilicet uiris fortibus peremptis:& ꝓprie uiduaſ/
ſet dixit qa urbs ē generis fœminini:Hora.abuſiue &
ſatis incongrue ī genere maſculīo poſuit dicēs:Vidu/
us pharetra riſit apollo. At uos o ſupi:iam hic quaſi
pater loquitur.Diuiſa.n.hæc ē allocutio:& ultima ps
eius habet parentis affectum : qđ & ipſe oſtēdit dicēs: &patrias audite pces.Prima uero uiri fortis eſt:ut Qua
lis eram cum primam aciem preneſte ſub ipſa Straui. Durare laborem:ipſius.ſ.ſenectutis: Terenti.Senectus
ipſa morbus eſt. Durare autem ſuſtinere:Hora.ac ſine finibus uix durare cariæ Poſſunt imperioſius æquor.
Infandū caſum:parentis eſt quod formidat nolle memorare. Crudelem uitam:Quæ filio eſt ſuperſtes. So
la & ſera:quia & unus erat & ſerius ſuſceptus. Iamque adeo exierat:adeo ad ornatum pertinet tantum. Ipſe
agmine palas in medio:Hic enim fuit mos:ut tyrones ponerentur ī medio: & ambirēt uiri fortes exercitum:
Aut certe honoris eſt medium locum in exercitu tenere:ut ipſe alibi : Medio dux agmine turnus. Conſpe/
ctus:conſpicuus:con ſpicabilis.Nam pro nomīe participium poſuit. Ante alios aſtrorum diligit ignes:Venus
in cælo habet unam propriam ſtellam:quæ oriens luciferum:occidens ueſperum facit:inde Sta.Et alterno de
prenditur unus in ortu Habet etiam duas alias:unam in ſigno tauri:& unam in ſeptentrione:unde etiam tau/
rus domus dicitur eſſe Veneris:ideo dixit:Quem uenus ante alios aſtrorum diligit ignes.

CHRI. Scutorūq; incendi uictor.a.optime cū preneſtinos ſuperaſſet:eorum deum uulcanum p ſacrificiū:
aut ſibi recōciliare:aut reuocare uoluit.Colebant enī Vulcanū quoniam inde genitus ē Cæculus:qui preneſti/
nis imperauit:in ſacris autē Vulcani quoniam ipſe ignis ē:omnia quæ oblata eſſent:īcendio aſſumebanť: Hic Vulca/
Macrobius ſacrificiū apud ueteres erat ꝓteruia nomine in quo qđ ex epulis ſuperaret igne conſumebať. Cato nus
ergo albidiū quendā cui poſtquā uniuerſum patrimoniū ad liguri erat domus quæ reliq̄ erat arſerat pro ter/ Protet
uiā feciſſe dicebat. Tres aīas:oſtendit illū tricorporē fuiſſe ut de Geryone fabulātur.Conceditur autē ut apud uia
ignotū ſe laudibus efferat.Neq; etiam recedit a natura ſenum:qui glorioſius q̄ par eſt:antea ab eis facta prædi/
cant. Viduaſſet:acyrologia eſt:ideſt impropria locutio ut ſit tranſlatio a muliere uiro priuata:nam uidua di/
cť a uiro iduaideſt ſeparata.Vnde idus dicuntur ab iduando:quoniam menſes iduant:ideſt diuidant. Si nu/
mina ueſtra:expolitio eſt:qua in eadem ſententia auditorem diutius detinemus:hoc autem facit ut omnino
exprimat ſe filio defuncto ſupereſſe nolle. Si numina:ſi fata:Quod pene idem eſt:quando fatum in rerum ſe
te dicimus: quod in mente dei prouidentiam nuncupamus.Eſt & color rhetoricus repetitio : quæ grauita/
tem orationi non minimam affert. Collapſum:Vt ſit præſagium quoddam futuræ filii mortis. Quem

uenus ante alios aſtrorum.d.i.Vide ubi de Venere tractauimus Luciferum atq; heſperum eandem eſſe ſtellā: & uenerē appellari.Verū cum ſolē nobis præcedit:& ante illius ortum oritur:luciferū appellāt latini:græci ue ro phoſphoron.Cum aūt ſolē circa occidētem ſubſequi uidetur:nos etiam græco nomine heſpum dicimus.

Extulit os ſacrum cælo:tenebraſq; reſoluit.
Stāt pauidæ in muris matres oculiſq; ſequūt
Puluercam nubem:& fulgentes ære cateruas.
Olli per dumos qua proxima meta uiarum
Armati tendunt:it clamor:& agmie facto(pū
Quadrupedāte putrē ſonitu q̄tit ungula cā.
Eſt ingens gelidū lucus prope cæretis amnē:
Relligione patrum late ſacer:undiq; colles
Incluſere caui:& nigra nemus abiete cingunt.
Syluano phama eſt:ueteres ſacraſſe pelaſgos
Aruorum pecoriſq; deo:lucumq; diemq;:
Qui primi fines aliquando habuere latinos:
Had ꝓcul hinc tarco & tyrrhēi tuta tenebant
Caſtra locis:celſoq; omnis de colle uideri
Iam poterat legio:& latis tendebat in aruis.
Huc pater æneas:& bello lecta iuuentus
Succedunt:feſſiq; & equos & corpora curāt.
At uenus æthereos inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat:natumq; in ualle reducta
Vt procul egelido ſecretum flumine uidit:
Talibus afflata eſt dictis: ſeq; obtulit ultro:
En perfecta mei promiſſa coniugis arte
Munera:ne mox aut laurentes nate ſuperbos:
Aut acrem dubites in prœlia poſcere turnū:
Dixit:& amplexus nati cytherea petiuit
Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.

SER. Sacrum:Venerabile. Tenebraſq; reſol.ꝑ iubar:quod ſola poſſidēs aliquod efficiat lumē. Agmine facto:agmē proprie ē exercitus ambulans:quicquid ē aliud abuſiue dicitur. Prope cæretis amnem: Agylla ciuitas eſt thuſciæ a conditore appellata:cui ex inſcitia romana aliud ē inditum nomē.Nam cum romani euntes per thuſciam interrogarent agyllinos quæ diceretur ciuitas:& illi utpote græci quid audirent ignorantes & optimum ducente ſi prius eos ſalutarent:dixerunt χαίρε:quam ſalutationem romani ciuitatis nomen eſſe arbitrati ſunt:& detracta aſpiratione:eam cærenominauerunt:ut dicit Iginius in urbibus italicis Amnis minio dicitur: ut Qui cærete domo:qui ſunt minionis in aruis. Late ſacer:hoc eſt nō ſolum colebatur a ciuibus:ſed etiam ab incolis. Nigra:umbroſa more ſuo. Veteres ſacraſſe pelaſgos:de his uaria eſt opinio.Nam alii eos ab athenīēſibus: alii a laconibus:alii a Theſſalis dicunt originem ducere: Quod eſt propenſius. Nam multas in italia pelaſgorum conſtat eſſe ciuitates: hi primi italiam tenuiſſe perhibentur. Aruorum pecoriſq; deo:publica cerimeniarum opinio hoc loco habet pecorum & agrorum deum eſſe Syluanum : Prudentiores tamen dicunt eſſe υλικον θεον:& hoc & deum τησ υλησ. Hyle autem eſt fex omnium elemētorum idest igni ſordidior & aere.Item aqua & terra ſordidiora:unde cūcta procreantur quam υλην latini materiam appellauerunt.Nec incongrue cum materiæ ſyluarum ſint. Ergo quod græci a toto: latini a parte dixerunt. Lucumq; diemq;:hoc a romanis traxit:apud quos nihil fuit tam ſolenne q̄ dies conſecrationis hinc illud Noſtroſq; huius meminiſſe minores. Tarco & tyrrhēi: Tarco latinus nominatiuus eſt de græco ueniēs ab eo quod eſt Tarcon:perdito n & ω commutata in o : ut ἀπολλων Apollo:& πλατων Plato:aliter uerſus nō ſtat. Tuta tenebat Caſtra locis:Hoc eſt natura & induſtria munitiſſima.Sed nouimus caſtra per naturam munita eſſe non poſſe:niſi in collibus fuerint:quod ſi in montibus ſunt quomodo procedit Latis tendebat i aruis?ne ſit ergo contrarium intelligamus quod hodieq; uidemus:& legimus hanc collium fuiſſe naturam: ut planities eſſet in ſummo in qua erant caſtra Tarcontis:quāq̄ multi uelint. Celſoq; omnis de colle uideri iam poterat legio ad æneam referre:ut intelligamus in collibus uenientes fuiſſe troianos:caſtra uero etruſca fuiſſe in campis:quod ſi uelimus accipere:quemadmodum procedit Tuta tenebant caſtra locis:idest per naturam locorum. Tendebat in aruis : Vt hic ſæuus tendebat achilles. Bello lecta:Quia ait ſupra.Qui ſeſe in bella ſequantur Præſtantes uirtute legit:aut lecta proprie:quia delectus militum eſt. Equos & corpora curant: ingenti arte quod ſequebatur omiſit redditurus in decimo.Namq; ſi uellet dicere ueniſſe æneam uidiſſe Tarcontem petiiſſe auxilia:ſatis longum fuerat:& probat illud quod ait ſupra Toto namq; fremunt cōdenſæ litore puppes:cum etruſcorum feſtinationi dicentis breuitas cōgruat.Verum quod i iſto loco prætermiſit reddidit in decimo dicens.Namq; ut ab euandro caſtris ingreſſus etruſcis Regem adit:& regi memorat nomēq; genuſq;. Aethereos nimbos:per aerem numinum:ſcilicet purgatiorem:qui circa deos eſt. Reducta:ſecreta. Egelido ſecretum flumine uidi:egelido eſt nimium gelido:& eſt una pars orationis : ut Eduramq; pirum idest ualde duram:& ſic dixit ſerenum flumine egelido:hoc eſt præſidio fluminis:ut dicimus ſecretus ē monte uel ſyuis:latenter autem oſtendit æneam non niſi in flumine ablutum numen uidere potuiſſe. Obtulit ſe ultro:idest deam confeſſa eſt:ut in ſecundo dixit Cum mihi ſe non ante oculis tam clara uidendam Obtulit: & eſt ordo Obtulit ſe & locuta eſt. Promiſſa:κατατοσιωι πωμενον ut ſupra Hoc ſignum cecinit miſſuram diua creatrix. Laurentes ſuperbos:ut Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Acrem turnum:fortem & pprie apud nos acer eſt qui δεινοσ apud græcos.Nam fortem & uehementē:aſperum & amarum poteſt ſignificare. Poſcere:ꝓuocare. Cice.prima & ſecunda actione in Verrem:poſcunt maioribus poculis.i.prouocant.
CHRI. Extulit:extra tulit:q per orizōtem orientalem egrediens apparuit in noſtro hemiſperio. Extulit os:tanquam de homine locutus: qui quidem emergens prius caput effert. Oculis:cum non poſſint corpore

Et cum ipſos gradientes propter interuallū uidere nō poſſent:uidebāt aut puluerē ſurgētem:aut reflexionē ſolis repcuſſi i terſis armis.Iſtis.n.duobus ſignis exercitū ex longinquo incedentē cōſpicimus. Per diuinos.q.d. relinquentes tortuoſitatē uiaꝝ recta linea etiā ubi uia nō eſſet uel per dumos incedebant:uel oſtendit quod uiam turbam nō capiebat. Eſt īgens ge.topographia. Caui:quia conuallem faciunt. Siluano:Varro mulieri fœtæ poſt partū tres deos cuſtodes cōmemorat adhiberi:ne ſiluanus nocte ingrediens uexet:Eorumq; deoꝝ ſignificādorum cauſa tres homines noctu circuire limina domus:Et primus limē ſecuri ferit.Alter pilo.Tertius deuerrit ſcopis:ut is datis culturæ ſignis deus ſiluanus prohibeatur ītrare ꝙ nec arbores ceduntur:aut putantur ſine ferro:neq; far conficiē ſine pilo:nec fruges coaceruant̄ ſine ſcopis:Ab his tribus tres nominā̄t deos Intercidonem:Pilumnum:Deuerram.Hi igitur ſilueſtrem deum culturæ ſignis utpote contrariis deterrent. Ex his apparet & pecoris & culturæ deum eſſe ſiluanum.Verum ꝙ pueris noceat teſtatur etiam Horatius.

Ille deæ donis:& tanto lætus honore
Expleri nequit:atq; oculos p ſingula uoluit.
Miratur:interq; manus & brachia uerſat
Teribilem criſtis galeam:flāmaſq; uomentē:
Fatiferumq; enſem:loricam ex ære rigentem:
Sanguineam ingentē:qualis cū cærula nubes
Solis inardeſcit radiis:longeq; refulget.
Tum leuis ocreas electro auroq; recocto:
Haſtamq;:& clypei non enarrabile textum.
Illic res italas : romanorumq; triumphos
Haud uatum ignarus:uenturiq; inſcius æui
Fecerat ignipotens:illic genus omne futuræ
Stirpis ab aſcanio:pugnataq; in ordine bella
Fecerat:& uiridi fœtam mauortis in antro
Procubuiſſe lupā:gemīoſq; huic ubera circū
Ludere pendentes pueros:& lambere matrē
Impauidos:illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos:& corpora fingere lingua.
Nec pcul hic romā & raptas ſine more ſabias
Conſeſſu caueæ magnis circenſibus actis
Addiderat:ſubitoq; nouum cōſurgere bellum
Romulidis:tacio ſeni curibuſq; ſeueris.

SER. Deæ donis.i.ppter arma. Tāto læ.h.munere diuæ:quod manifeſto uideatur matrē : & plenā numinis ſui. Interq; manus &.b.u. diſtinguendum eſt:ut itelligas æneam manibus minora brachiis maiora arma cōſideraſſe ut puta loricam uel ſcutū. Hæc enim arma maiora ſunt:minora uero galeā:gladium ocreas. Verſat:conſiderat:ut Huc illuc uinclorum imenſa uolumina uerſat. Regentem ſanguineam in. Diſtinguendū pp plura epitheta. Solis inardeſcit.r. itim phyſica ratione deſcribit: q̄ fit cum aquoſam nubem ſolis ardor irradiat:nec eſt icognita hæc comparatio:cū lorica diuerſis metallis fieri Plerunq; conſueuit. Leuis ocre.nitida tibialia. Recocto:ſæpe purgato. Non enarrabile.t.Bene nō enarrabile:cū.n.in clypeo omnē romanam hiſtoriam uelit eſſe deſcriptam dicendo Illic genus omne futuræ Stirpis ab aſcanio pugnaq; in ordine bella:carptim tamen pauca cōmemorat:ſicut in primo ait.Videt iliacas ex ordine pugnas:nec tamē uniuerſa deſcripſit. Haud uatū igna. futuroꝝ inſcius. Venturiq; in.æ.nō æui : ſed quæ in æuo erant futura. Stirpis ab aſcanio: uſq; ad Auguſtum Cæſarē. Mauortis in antro:pōt accipi & fecerat lupā mauortis:& mauortis in antro.Dicendo autem & oſtendit multa alia fuiſſe depicta. Procubuiſſe.i. prima parte ſe iclinaſſe:quod græci προκλινθηναι dicunt:ut inclinatione corporis ubera prebere infantibus.Nam ſi procubuiſſe iacuiſſe accipias:contrarium eſt quod dicit Ludere pendentes pueros. Sciendum tamen eſt cum geſtum uoluiſſe proprie exprimere quem in ipſius lupæ cernimus ſtatuis. Geminos.h. re uera Geminos modo:alias ſimiles. Sane hic totus locus enniācus eſt. Ludere:moueri.Teren.Congruum iſtum maximum in aqua finito ludere. Matrem:q̄ſi matrem:cuius affectum pueris exhibebat. Tereti ceruice:rotunda cum longitudine ut Incumbens tereti damon ſic cœpit oliuæ. Mulcere al.non ꝙ in pictura erat dicit:ſed ita hic intelligimus factum fuiſſe: ut Ter circum iliacos raptauerat hectora muros. Corpora.f.lingua.i.tegere. Cice.in ſeſtiana Spongiis ſanguis effingebatur ideſt tergebatur. Nec pro.h.ro.congrue iuxta proprios conditores. Raptas ſine more ſa.raptas ſpectaculo ſine ullo exemplo. Conſeſſu.c.cauea eſt ubi populus ſpectat:Plau.in amphitrione:Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus. Magnis.c.a.magnis quantum ad paupertatem priſtinam pertinet:nam legimus propter equorum inopiam diuerſis eos tunc uſos aialibus. Raptæ āt ſunt ſabinæ cōſualibus: hoc eſt menſe martio.Conſus autem eſt deus conſilioꝝ:qui ideo templum ſub tecto i circo hēt: ut oſtendat̄ tectū debere eē cōſiliū:hinc eſt ꝙ fidere pāno uelata manu ſacrificabatur:qa fides recta eſſe debet & uelata ideo āt dicato Conſi ſimulachro rapuerunt ſabinas:ut tegeret̄ initū de rapto conſilium. Iſte conſus & eques neptunnus dicitur:unde etiam in eius honorē circenſes celebrabantur:errāt ergo qui dicunt magnis circenſibus aut magaleſiacis:aut romanis quos conſtat fieri ante calen.Ianuarias. Actis autē cū agerent̄ : qa nō erat pſens a paſſiuo participiū:ut Et qua uectus abas. Circenſibus:circenſes dicti uel a circuitu: uel ꝙ ubi nūc metæ ſunt olim gladii ponebātur quo circuibant. Dicti aūt circenſes ab enſibus circa quos circuibāt. Sane notandum poſitos circenſes ſine adiectione ludoꝝ:cū ita dicimus ludos theatrales:ludos gladiatorios:ludos circēſes. Romulidis:hic dtūs pluralis uenit ab eo quod eſt hic romulida. Curribuſq;.ſ.mire dixit ſeueris:cum eni filias pdiderint:Geninenſes: antemnates cruſtuminii & ſabini cæteris quieſcentibus ſabini ſoli bella ſumpſerunt:q iteruenientibus poſtea triginta fœminis iam enixis de illis:quæ raptæ erant:pax facta eſt:ex quarum nominibus curiæ appellatæ ſunt:in communem ēt mulieꝝ honorem Calendæ eis dicatæ ſunt martiæ: Horatius Martiis celebs quid agam calendis :Iuuenalis Munera fœmineis tractat ſecreta calendis : nec enim ali/

Circē/ſes

ter congruit martias calendas eſſe fœminarum:niſi quia ut diximus.fœminæ bella ſedarunt. Sane ſciendum omnes uirgines raptas excepta Herſilia:quam ſublatam a marito ſibi Romulus fecit uxorem.

CHRI. Verſat:Frequenter uertit.Vertit autem frequenter:ut exploret & diligentius inſpiciat. Terribilē criſtis:cuius criſtæ terrorem hoſtibus īferrēt: & ē laus fabroꝝ:q nō ſolū īfrangibilē fabricauerāt:ſed etiam ita ut horrorem incuteret. Flammaſq; uo.ita incrant flāmæ ſculptæ:ut ueræ apparerent:& a galea euomi uiderentur. Rigentem:quaſi ita multiplicē:ut ſtare poſſet:neq; facile flecteretur. Sanguineam:eum colorem addiderat:ut cædibus deinde ab ænea editis cruentata uideretur:unde hoſtibus horror creſceret. Lupā:de qua ī ſupioribus aliquid dictum eſt.Plini.tamen ſic ait.Namq; de infantibus feraꝝ lacte nutritus cum eſſent expoſiti produnt̄:ſicut de conditoribus noſtris a lupa magnitudini fatoꝝ accepa ferri equius q̄ feraꝝ naturæ arbitror:ueꝝ hāc hiſtoriam.Qu.Fabius pictor:quē &.L.Cincius & Portius Cato & Calphurnius piſo ſequuntur ſic narrat īfantes ipſos ī fluuiū iaciēdos iuſſu amulii eſſe aſportatos:ſed tyberim ībribus auctū ripas tūc egreſſum agros ocupaſſe.Itaq; expoſitus alueus ſuper ultimas aquas paululū enatauit:ſed mox recedente fluuio illiſus lapidi infantes effudit in cenū:qbus uagiētibus cū ī ceno uerſarent̄:lupa nup fœta plenis uberibus accurrit ubera ori admouēs lingua cenū quo pleni erāt abſtergebat.Vidit unus e paſtoribus lupā motuſq; miraculo alios acciuit.Manebat intrepida tāq̄ māſuefacta lupa. Illi eā infantes tāq̄ filios fouētē: & eos tanq̄ matri inhærentes aſpiciebant:ſed cū lupā terrerent illa ab īfantibus ſenſim diuulſa abiit:at Faſtulus regioꝝ armētoꝝ magiſter pueros tollit deoꝝ eē ratus: & uxoris Laurentiæ nutriēdos dedit.Sunt tamē q negēt a lupa nutritos pueros affirmātq; ipſi Laurētiæ:quoniā pudicitiā uulgauerat lupæ cognomē paſtores q circa palatiū habitabant īdidiſſe:nā meretrices lupæ uocant̄:de Siluia uero rhea matre pueroꝝ ita refert Diony.Numitor & Amulius frarres cū eſſent minor natu erat Numitor:ſed Amulius p īiuriā regno expoliat:& Egeſtū iter uenādū interfici curauit:& Siluiā rheā eius filiā ia nubilē ſacerdotē ueſtæ deſignat.Quarto deinde anno eunti ī lucū Martis ſiluiæ ut aquā purā ide ad ſacra afferret uitiū ī tēplo qdā attulit:quē dicūt procū ſuū fuiſſe puellæ amore a teneris annis captū.Alii Amuliū ipſum fuiſſe nō tātū libidine īpulſū q̄ īſidiis:apparuiſſe āt armatū & horrētia pectu:ut q̄tū poſſet ſe illius cognitiōi ſubtraheret. Fabulāt̄ āt plurimi geniū eius loci fuiſſe:q uim attulerit:cū eo tpe ſolis obſeruatio & ī aere caligo appuerit.Aſpectū quoq; illius longe excellētiorē maiorēq; q̄ hominis fuiſſe dicūt:eumq; merēti puellæ conſolantem dixiſſe ſe deū eſſe: & ex eo concubitu geminos naſcituros rebus bellicis præclariſſimos:atq; iis dictis nube circundatum per aerē ſeſe extuliſſe.Sunt autem genii:ut idē aſſerit Diony.tertia quædā natura inter deos & homines quandoq; hominibus quandoq; diis admixta: unde fabulare illud heroū genus ſit.Puella igitur grauida facta ſimulans ex conſilio matris ualitudinem: ſacra non adhibat.Amulius ſiue conſcientia ſui ſceleris:ſiue alia ſuſpitione motus medicos miſit: q īueſtigarent deinde cum mulieres morbū huiuſmodi eſſe dicerent:ut non ſit uiris prodendus appoſuit cuſtodem uxorē. Tandē cū peperiſſet geminos:alii dicunt eā uirgis cæſis necatā:alii dicūt petenti filiæ pro conſobrina deprecanti q; una nutritæ eſſent eā cōdonaſſe:& in carcere detinuiſſe:ſolutāq; deinde fuiſſe mortuo amulio. Matrem: ita uti matrem eſſe quēadmodum illo ut filios lambebat. Subito: ex īſperato.n.euenerat. Nouum:magnum admirabile:ut Pollio & ipſe facit noua carmina. Sabinas:cupiebat affinitates cum finitimis contahere Romulus:ſed cum īpetrare deſperaſſet propter nouitatem colonoꝝ ſuoꝝ conſiliū de rapiendis iniit:cui etiā Numitor auus affuit.Hoc conſtituto primum quidem deo arcanarum cōſultationū duci ſi dolus ſibi ex ſentētia eueniret ſacrificium quotannis & ferias agendas nouit:ac cōſulto deinde ſenatu diem feſtum & ludos indixit neptunno agendos.Venerūt multi hoſpites cū cōiugibus & liberis:ac die ultimo dato ſigno ad rapinā diſcurrit iuuentus Fuerunt raptæ uirgines ſexcentæ & octogintatres.Hoc geſtū eſt ut aliis placet primo : ut alii uero quarto

Cōſualia regni Romuli anno.Hos ludos conſualia uocarunt:in quibus etiam ara ſubterranea conſtructa iuxta circum maximū circūfoſſa terra ſacrificiis & igneis ſolēnitatibus colitur curſuſq; equoꝝ agitur iunctoꝝ & noniunctoꝝ.Deus autē cui ſacra faciebant conſus a romanis uocatur : quē græcæ poſſidona ſiſcithona interpretatur ac propterea ſubterranea colit̄ ara q; hic deus terrā habeat.Alii dicunt dies feſtos neptunno agi & curſus & equeſtes fieri.Aram uero poſtea genio cuidam arcano inſtitutam fuiſſe ocultorum conſiliorum duci atq; cuſtodi.

SER. Poſito cer.Finito:ut Ante diem clauſo componet ueſp olympo. Iouis ante.a.ante tēplū iouis ſtatoris:qd fecerat Romulus poſtq̄ orās elatis armis meruit ne ſuus exercitus fugeret. Iungebat.f.p.fœdera: ut diximus ſupra dicta ſunt a porca fœde & crudeliter occiſa:cuius mors optabatur ei:q a pace reſiliſſet. Falſo āt ait porca:nā ad hoc genus ſacrificii porcus adhibebatur:ergo aut uſurpauit genus p genere:ut Timidi uenient ad pocula dāmæ. Cū has dammas dicamus.Itē ſupra lupā:cum artis ſit hic & hæc lupus:aut certe illud oſtēdit:qa ī oībus ſacris fœminini generis plus ualēt uictimæ.Deniq; ſi per mare litare non poſſent:ſuccidanea dabatur fœmina. Si āt per fœminam non litaſſent:ſuccidanea adhiberi non poterat. Citæ m.in.d.q. Donatus hoc loco contra metrū ſentit dicens citæ diuiſæ:ut eſt in iure erecto non cito ideſt patrimonio uel hereditate non diuiſa,,Nam citus cum

Poſt iidem inter ſe poſito certamine reges
Armati iouis ante aram:pateraſq; tenentes
Stabant:& cæſa iungebant fœdera porca.
Haud pcul inde citæ metū ī diuerſa q̄drigæ
Diſtulerant:at tu dictis albane maneres.
Raptabatq; uiri mendacis uiſcera tellus
Per ſyluas:& ſparſi rorabāt ſanguine uepres.
Nec non tarquinū eiectum porſenna iubebat
Accipere:ingētiq; urbem obſidiōe premebat.
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignāti ſimilem ſimilemq; minanti
Aſpiceres:pontem auderet q; uellere cocles:

diuiſus ſignificat ci lõga ẽ.Ergo citæ ueloces itelligamus:quẽ ãt dicit Virgi.metum Metius ſuffetius dictus eſt quod nomen mutilauit cã metri.Nouimus ãt nominũ uel mutationẽ uel mutilationem cõceſſam poetis ſic pro Polluce Caſtorem pro Cytheride Lycoridẽ poſuit:ut ſed quæ legat ipa lycoris.Hic ãt metius ſuffetius cũ apud albanos ſũmã regꝝ teneret a romanis i auxiliũ cõtra fidenates uocatus iure ſocietatis uenit qdẽ: ſed i ipo ꝓlio ad hoſtes defecit:quod cernẽs Tullus hoſtilius ait uoce maxima militibus ſuis:ita ut ẽt hoſtis audiret:ne trepidetis meo cõſilio factũ ẽ:ut factioſe Metius ſuffetius ad hoſtes tranſiret:quo cõſilio & ſuis iã pene amiſſas reddidit uires:& effecit ne hoſtes crederẽt Metio quẽ poſt uictoriã captũ Tullus hoſtilius religauit ad binas q̃drigas:ita ut ab unis quadrigis traherent̃ manus:pedes ab alteris qbus agitatis uelociter eũ crudeli morte diſcerpſit.Vidẽs itaq; poeta romano nõi icõgruã eẽ uindictã: culpã i criminis torquet auctorẽ dicẽs ex ſua pſona ad ipſũ metiũ:at tu dictis albane maneres.Iõ ẽt mẽdacis infert:ut tacitæ q̃ſtioni & iuidiæ crudelitatis occur/rat:necnõ Tarquiniũ eiectũ porſẽna iubebat.Tarquinius ſupbus habuit pditos filios:iter quos Arũtẽ qdũ i caſtris eſſet patre ſuo Ardeã obſidente & ortus eſſet iter eũ & collatinũ maritũ Lucretiæ de uxoribus ſermo:eo uſq; proceſſit cõtẽtio:ut ad probãdos eaꝝ mores arreptis eqs ſtatĩ domos ſuas ſimul proficiſcerent̃. Ingreſſi itaq; ciuitatẽ collatiã:ubi fuit Lucretiæ domus:iuenerũt eã lanificio opã dãtẽ: & triſtẽ pp mariti abſẽtiã.Inde ad arũtis domũ ꝑfecti:cũ uxorẽ eius iueniſſẽt cãtilẽis & ſaltatiõibus idulgentẽ reuerſi ad caſtra ſũt: quod arũs dolẽs:cũ de expugnãda Lucretiæ caſtitatẽ cogitaret:mariti eius noie epiſtolã finxit:& đdit Lucretiæ i qua hoc cõtinebat̃:ut aruns ſuſciperet̃ hoſpitio:quo facto p noctẽ ſtricto gladio eius igreſſus ẽ cubiculũ cũ æthiope ac arte egit ut ſecũ coiret dicẽs:niſi mecũ cõcubueris:æthiopẽ tecũ iterimo:tãq̃ in adulterio dephenderi.Timens itaq; Lucretia ne caſtitatis famã morte depderet:qppe quã ſine purgatiõe futurã eẽ cernebat iuita turpibus imperiis paruit:& altera die conuocatis propinqs marito Collatio pr̃e Tricipitio Bruto auunculo:q tribunus eq/tũ celeꝝ fuerat:rẽ idicãs:petiit ne uiolatus pudor:neue iultus eẽt eius iteritus:& erecto gladio ſe iteremit: quẽ Brutus de eius corpore exertum tenẽs proceſſit ad populũ:& multa conq̃ſtus de Tarqni ſupbia & filioꝝ eius turpitudine egit ne in urbẽ reciperentur auctoritate q̃ plurimũ poterat:nã ut diximus:Brutus tribunus eqtũ fuerat:ſed cũ nõ ſuſciperet̃ Tarquinius cõtulit ſe ad porſenã regẽ thuſciæ:q pro Tarqnio cũ igẽtibus copiis capto ianiculo:& illic caſtris poſitis romã uehemẽter obſedit:& cũ p ſubliciũ põtẽ hoc ẽ ligneũ tranſire conaret̃ ſolus Cocles hoſtilẽ ipetũ ſuſtinuit:donec a tergo põs ſolueret̃ a ſociis:quo ſoluto ſe cũ armis ꝑcipitauit i tyberim:& licet leſus i coxa:tamẽ eius fluenta ſuperauit:unde ẽ illud ab eo dictũ cũ ei i comitiis coxæ uitiũ obiice/ret̃ p ſingulos gradus admoneor triumphi mei.In tãtã ãt obſidiõis neceſſitatẽ populus uenerat:ut ẽt obſides daret:ex qbus Chloelia iuenta occaſione trãſnatauit fluuiũ:& romã reuerſa ẽ.Reddita ẽ rurſus pacis lege eam Porſena repetẽte:q admiratus uirtutẽ puellæ dedit ei optionẽ:ut cũ qbus uellet redire:illa elegit cæteras uirgi/nes:unde Porſena hoc quoq; miratus cõceſſit:& rogauit p litteras Po.ro.ut ei aliquid uirile decerneret̃:cui data ẽ ſtatua equeſtris:quã i ſacra uia hodieq; cõſpicimus. Eiectũ:at q facile poterat ſuſcipi & occidi: ſed iõ non ẽ ſuſceptus:qa occidi nõ poterat religione ipediẽte.Rex.n.ẽt ſacroꝝ fuerat unde poſtea alii facti ſũt cõſules:alii reges ſacroꝝ. Porſẽna:unum n addidit metri cã:unđ & penultimæ datus accẽtus ẽ:nã Porſena dictus ẽ Mar. Hanc ſpectare manu Porſena non potuit. Aeneadæ:ſatis longe petit epithetũ. Illũ:coclitẽ: & mõ Cocles in hoc homine:de quo dicit proprium eſt nomen:in aliis appellatiuum: nam luſcos cloclites dixerunt antiqui. Vnde & cyclopas Coclitas legimus dictos : quod unum oculum habuiſſe perhibentur.

CHRI. Fœdera:cõuenerũt romãi & albani:ut fœdera ferrent : apud romanos fæciali qs nũc hoſtiliũ regẽ de fœdere rogat.Hic poſt multa uerba ait. Audi iuppiter audi pr̃ pr̃iæ populi albani audi tu populus albanus. Deinde expſis fœderis cõditiõibus ſubiunxit iuppiter po.ro.ſic ferito:ut ego hũc porcũ ferio:tantoq; magis ferito q̃to magis potes polleſq;.Intelligebãt ãt ſi non ſeruaret̃ pax.Id ubi dixit porcũ ſilice percuſſit.Fœdus hic dicitur ictũ:quia non ſine ictu ſancitur:Enni.appellat fœdus a fide. Quintilia. dixit ineſſe q̃dã maieſtatem cum dixit porca non porro. Metium:uide Seruium. Fœ/dus

Et fluuium uinclis innaret chlœlia ruptis.
In ſummo cuſtos tarpeiæ manlius arcis
Stabat pro templo: & capitolia celſa tenebat.
Romuleoq; recens horrebat regia culmo:
Atq; hic auratis uolitans argenteus anſer
Porticibus gallos in limine adeſſe canebat.
Galli per dumos aderant:arcemq; tenebant
Defenſi tenebris:& dono noctis opacæ.
Aurea cæſaries illis:atq; aurea ueſtis.
Virgatis lucent ſagulis:tum lactea colla
Auro innectũtur:duo quiſq; alpina coruſcant
Geſa manu:ſcutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes ſalios:nudoſq; lupercos.
Lanigeroſq; apices:& lapſa ancilia cælo

SER. Vinclis innaret chlœlia ru. Atq obſides nõ ligant̃:ſed uincla pro cuſtodibus accipiamus : aut certe ruptis uiclis põtis.i.iã ponte reſoluto. Summo cuſtos tarpe.mã.ar.in ſumma clypei parte & bona rõne utit̃ i pictura apta unicuiq; rei loca diſtribuens. Iõ.n. i ſũma clipei pte dicit factũ eẽ capitoliũ:qa hoc arcem urbis eſſe manifeſtũ ẽ.Hiſtoria talis ẽ:Brẽno duce ſe/nones galli uenerũt ad urbẽ:& circa alliã fluuiũ occurrẽtẽ ſibi deleuerũt exercitũ oẽm populi ro. Alia quo/que die cũ uellẽt igredi ciuitatẽ prio cũctati ſũt timẽ/tes iſidias:qa & patẽtes portas & nullũ in muris uidebãt.Poſtea paulatim igreſſi & cũcta uaſtarũt octo ite/gris mẽſibus:adeo ut ea q̃ icẽdere nõ poterãt militari manu diruerent ſolo remanente capitolio : ad qđ cũ utẽſilibus reliq cõfugerãt ciues qui tamẽ a gallis obſi/debant̃ ẽt id penetrare cupiẽtibus:quos alii p dume/ta & ſaxa aſpa:alii p cuniculos dicũt conatos eẽ aſcen/dere:tunc Mãlius cuſtos capitolii gallos detruxit ex arce clãgore anſeris excitatus: quẽ priuatus qdã iuno

nł dederat dono:nāq; ſecundū Plini.nullū aīal ita odorē hominis ſentit. Pro tē.pro defenſiōe tēpli:nā ante tē/
plū nō ꝓcedit:cū obſeſſus itra tēplū eſſet:ſic in nono Ipſi intus dextra ac leua pro turribus aſtant:Teren.Nam
niſi hæc ita eſſent pro illo aut ſtares phedria. Tenebat:defendebat & eſt militare uerbū ut etiā Salu.dicit: un/
de contra uictos loco motos dicimus Cicero loco illo motus ē. Horrebat re.cul.Curiā calabriā dicit quam
Romulus texerat culmis ad quā calabat̄.i.uocabat̄ ſenatus:uocabat̄ & populus a rege ſacrificolo: ut quoniā
adhuc faſti nō eſſent ludoꝝ & ſacrificioꝝ ꝑnoſcerēt dies. Atq; hic:i capitolio: & ſatis prudēter argēteū anſerē
dixit:nā q̄ſi epitheton ē coloris:& ſignificauit rē uerā i capitolio i honorē illius anſeris: qui galloꝝ nūtiarat ad
uētū poſitus fuerat anſer argenteus. Auratis porticibus:hoc ad tps retulit florentis romanæ reipu.Nā illo lo
co ubi dixit Horrebat regia culmo:iō addidit romuleo:ut icipiētis & paupis adhuc ipii tēpora deſignaret. Ca
nebat:quaſi ꝑdiuinabat:nā canere & dicere & diuinare ſignificat. Arceq; tenebat:deeſt pene:nā ꝓpe tenuerūt.

Defenſi te.& do.no.opa.multi iteratione uolūt:alii dicūt tenebris pp cuniculos. Dono noctis: ſōno Mālii:
nā ſomnus noctis ē donū. Aurea ueſtis:hoc ē barba:unde contra inueſtes dicimus iberbes:unde ē Cū mihi pri
ma genas ueſtibat flore iuuētus. Virgatis lucēt ſagulis:q̄ habebāt i uirgaꝝ modū deductas uias:& bene allu/
ſit ad gallicā linguā:per quā uirgæ purpura dicit̄.Virgatis ergo ac ſi diceret purpuratis. Geſſa : haſtas uiriles:
nam ēt uiros fortes galli geſſos uocāt. Scutis longis:p hæc corpoꝝ oſtēditur magnitudo: ut ſupra Stabāt tre
centū nitidi in ꝑſepibus altis per quod equoꝝ magnitudinē expſſit. Hic.i.i eodem ſcuto:& cōgrue ſacerdo/
tes ſtatim poſt templa commemorat.Salios:qui ſunt in tutela iouis Martis Quirini dicti ſalii: ideo quod cir/
ca aras ſaliant & tripudient. Nudoſq; lupcos:cū in honorē panos lupercalioꝝ ſolēnitas celebraret̄:pecora ro/
manoꝝ ſubito a latronibus rapta ſunt:illi proiectis ueſtibus perſecuti ſunt latrones : quibus oppreſſis & rece
ptis animalibus pp rē a nudis proſpere geſtā ꝑmāſit cōſuetudo:ut nudi lupcalia celebrarēt. Lanigeroſq; api.
Flamines in capite habebāt pileū:in quo erat breuis uirga deſup habēs lanæ aliquid:quod cū p æſtus ferre nō
poſſent:filo tātū capita religare cœperunt:nā nudis penitus eos capitibus icedere nefas fuerat.Vnde a filo quo
utebant̄:flamines dicti ſunt quaſi filamines.Veꝝ feſtis diebus filo depoſito pilea neceſſe erat accipere q̄ ſecun/
dū alios ad oſtendendā ſacerdotii eminētiam ſunt reperta: ſicut colūnæ mortuis nobilibus ſuperponunt̄ ad
oſtēdēdū coꝝ culmē.Alii dicūt nō propter eminentiā dignitatis hoc factū:ſed quia cū ſacrificarēt apud lauro
lauiniū:& eis exta frequēter aues de uicinis uenientes lucis arriperēt eminētia uirgaꝝ eas terrere uoluerūt.Ex
īde ēt cōſuetudo ꝑmāſit:ut apud laurolauiniū īgētes haberent̄ uirgæ nō breues:ut i urbe. Lapſa ancilia cœ.re
gnāte Numa pōpilio ſcutū breue & rotūdū cælo lapſū ē:& cū aruſpices reſpōdiſſent illic fore urbis ipium ubi
illud fuiſſet diligētia Numæ:ne quādo ab hoſtibꝫ poſſet auferri adhibito Mamurio fabro multa ſimilia facta
ſunt & in tēplo Martis locata.Quod āt dicit ancilia plurali numero utitur pro ſingulari:nam unum lapſum ē
ancillæ autem dicuntur aut quaſi undiq; circunciſum:aut quaſi αμφιχειλον idest undiq; labrum habens.

CHRI. Chlœlia:cū i bello cōtra Tarquiniū Porſena oſtēdiſſet ſe uelle res cōponere miſerunt romani legatos
q de induciis agerent donec iuditiū res feciſſet:& de primis familiis uiginti pueros duxerūt:qui obſides eſſent
Supra:Et rebus nox abſtulit atra colorē. Cogit qſq; ſuos Comites.ſ.nā plena ē. Aeratasq; acies acuūt rumoribus iras:quia duo auſi ſunt per eorum caſtra trāſire. Euryali & Niſi:uolūt nōnulli clamorem eē militum.Sed melius hoc a poeta dictum accipimus.Nā rutuli eoꝝ non nouerunt nomina:ut ſit Quin etiam capita Euryali & Niſi pſigūt in arrectis aſtris:& cum magno clamore comittantur. Cingitur amni:amne debuit dicere.Nunq̄.n.in i bene exeunt: niſi quæ cōmunis ſunt generis ut docilis agilis:ſed ideo auſus eſt ita ponere ablatiuum qa ut ſupra diximus: apud maiores hic & hæc amnis dicebatur. Tenent foſſas:tuētur defendunt. Nota nimis miſeris:hoc plus cōmouebātur:quoniam etiā abſciſſi uultus nec dum agnitionis amiſerant notas. Excuſſi.m.ra.bene excuſſi:q̄ſi neſciēti:q̄ſi diceret proiecti. Fœmineo ululatu: impatienti ut Fœmineo predæ & ſpolioꝝ ardebat amore. Prima petit:ideoq; pria:quia ſolent i extrema neceſſitate etiam mulieres muros aſcendere : ut ipſe de muris matres. Non illa uirum non illa pericli: Vnū pudoris eſt:aliud ſalutis. Hunc:ideſt talem & eſt cōqueſtio matris Euryali plena artis rhetoricæ:nam pene omnes partes habet de miſericordia commouenda a Cicerone in rhetoricis poſitas. Hunc te aſpicio: a qualitate cædis. Sera meæ:Euander mea ſola:& ſera uoluptas. Potuiſti linquere ſolam: ab incepto ſolatio. Crudelis:qui potuiſti linquere ſolam cum pius eſſes. Affari ex.Anchiſes Sic o ſic poſitum afati diſcedite corpus:Terenti. Quin igitur dū licet mecū loquimini Antipho. Nec tu funera ma.ideſt funerea.Nā apud maiores funeras dicebāt eas ad quas funus ptinet:ut ſororē matrē:nā pſicæ ut ſupra diximus: ſunt planctus principes non doloris. Funeras autem dicebant quaſi funereas : ad quas pertinet funus.

DONA. Victores:irriſorie tāq̄ q magnū putarent ſi trecenti duos uicerint:cum duo tres interemiſſent.

Duri:durantes i labore.In matre aut Eurylia oſtendit quid poſſit dolor:cum oblita ſexus & ætatis tātū fureret.Deniq; accuſat eoꝝ q̄ & ſi facta fuiſſent: nihil tamen prodeſſent. Canibus date præda: Non ſolum morte:ſed mortis accidentibus cruciatur.

CHRI. Armis circun.ip.Oportet enī prudentem ducem nō uerbis ſolum : ſed exemplo ſui alios ad arma excitari.Ergo non inermis ſed armatus uocabat.

Nota nimis miſeris: nam iccirco ſtāt mœſti quia nimis nota. Excuſi manibus radii:pathos a luctu ſæpe

Agnoſcunt ſpolia inter ſe: galeamq; nitentem
Meſapi:& multo phaleras ſudore receptas.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Iam ſole infuſo:iam rebus luce rectetis
Turnus in arma uiros armis circundatus ipſe
Suſcitat:æratasq; acies i prælia cogit.
Quiſq; ſuos:uariiſq; acuunt rumoribus iras:
Quin ipſa arrectis uiſu mirabile in haſtis
Præfigunt capita:& multo clamore ſequunt
Euryali:& niſi.
Aeneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem:nā dextra cingitur amni:
Ingenteſq; tenent foſſas:& turribus altis.
Stāt mœſti ſimul ora uirum præfixa uidebāt
Nota nimis miſeris:atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam uolitans pennata per urbē
Nuntia phama ruit matriſq; allabitur aures
Euryali:at ſubitus miſeræ color oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radii:reuolutaq; penſa:
Euolat infœlix:& fœmineo ululatu
Sciſſa comā muros amēs:atq; agmina curſu
Prima petit:non illa uirum:nō illa pericli:
Telorūq; memor:cælū dehīc queſtibus iplet.
Hūc ego te euryale aſpicio? tu ne illa ſenectæ
Sera meæ requies? potuiſti linquere ſolam
Crudelis? nec te ſub tanta pericula miſſum
Affari extremum miſeræ data copia matri
Heu terra ignota canibus data præda latinis
Alitibuſq; iaces:nec te tua funera mater
Produxi:preſſiue oculos:aut uulnera laui
Veſte tegens tibi quā noctes feſtina dieſq;
Vrgebā:& tela curas ſolabar aniles.
Quo ſequar? aut q̄ nūc artus auulſaq; mēbra

mouetur:ut in hoc loco. Pēnata:quaſi celeri uolatu.Nam rerum infœliciū uelociſſima fama ruit. Hunc:talem. Tu ue illi ſenectæ:pathos ab eo quod eſt præter ſpem. Euolat infœlix:nam potuit furor animi ex dolore excitatus imbecilitatem ſenectutis ſuperare:& fœminæ audaciam afferre. Heu terra:magna uis eloquētiæ:quæ etiā ex inanibus rebus maximas apud imprudentes tragœdias citat.Hæc.n.conq̄ritur ueluti ſi miſerrimum ſit in ignota terra inſepultum canibus laniandum relinqui. Vnde & Home. αυτουσ δε λορια τευχι κυνεσσιν οιωνοισι Τεπασι:ad huiuſmodi iacturam ſapientes qui ſunt nihili faciunt.Ergo ut anchiſæ tanto uiro dignam ſententiam dedit dixit enim:Facilis iactura ſepulchri:ſic nunc mulierem a muliebri perturbatione abeſſe noluit.Ille ergo ueluti alter Diogenes quæ ad ſepulturam pertinent contemnit:hæc uel ex eo filiū iſœliciſſimum putat quod illa caruerit.Lamentatio autem & diſcurſus per muros huius mulieris de Andromache uirum lugente ſumpta eſt.

SER. Funus laceꝝ:dilaniatū cadauer:nā funus p cadauere poſuit. Si qua ē pietas:Si q̄ pietas in occidēdo ē:in me ꝓbetur. Me primā abſumite ferro: unuſquiſq;.n.in proprie ſalutis deſperatione credit uniuerſa etiam poſſe conſumi : unde eſt quod dixit me primam ab. Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara te.

Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? quæ ſum terraq; mariq; ſecuta:
Figite me ſiqua eſt pietas:in me omnia tela
Coniicite o rutuli:me primā abſumite ferro.

Aut tu magne pater diuum miſerere:tuoq;
Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo:
Q uãdo aliter nequeo crudelẽ abrũpere uitã
Hoc fletu concuſſi animi:mœſtuſq; per omẽs
It gemitus:torpent infractæ ad prælia uires.
Illã incendentem luctus:idæus & actor
Illionei monitu & multum lachrymãtis iuli
Corripiũt:interq; manus ſub tecta reponunt.
At tuba terribilem ſonitũ procul ære canoro
Increpuit:ſequitur clamor:cæluq; remugit:
Accelerãt acta pariter teſtudine uolſci.
Et foſſas implere parãt:ac uellere uallum.
Q uærunt pars aditum:& ſcalis aſcẽdere mu
Q ua rara eſt acies:iterlucetq; corona (ros.
Non tã ſpiſſa uiris:telorum effundere contra
Omne genus teucri:ac duris detrudere cõtis
Aſſueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infeſto uoluebant pondere:ſiqua
Poſſent tectam aciem prũpere:cũ tamẽ oẽs
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.
Nec iã ſufficiunt:nã qua globus iminet igens
Immanem teucri molem uoluuntq; ruuntq;:
Q uæ ſtrauit rutulos late amorumq; reſoluit
Tegmina:nec curant cæco contendere marte
Amplius audaces rutuli.ſed pellere uallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus uiſu quaſſabat hetruſcã
Pinum: & fumiferos infert mezẽtius ignes.
At meſapus equum domitor neptunnia ꝓles
Reſcindit uallũ:& ſcalas in mœnia poſcit.
Vos o calliope precor aſpirate canenti
Q uas ibi tũ ferro ſtrages quæ funera turnus
Edidderit:quem quiſq; uirum dimiſerit orco

Inuiſum quidem eſt hoc & odioſum caput: uerum miſericordiæ genus eſt:ſi me etiam iratus interimas.

Quãdo aliter nequeo crudelem abrumpere uitam: hic traxit illum colorem Iuuenalis:Quod facinus dignũ tam longo admiſerit æuo. Torpent infractæ:antea infractæ:nunc tamen torpent ut Turnus ut infractos aduerſo marte latinos. Lachrymantis iuli:puero dat lachrymas cui põt ſine pudore: uiris fortibus tantummodo dolorem. Sub tecta reponunt:Homerice.Quod autem dixit corripiunt non iniuriæ ẽ: ſed celeritatis ideſt raptim tollunt. At tuba terribilem ſonitum:Hemiſtichium Enni.nam ſequẽtia iſte mutauit.Ille enim ad exprimendum tubæ ſonitum ait Taratantara dixit:& multa huiuſmodi Virgi.cũ aſpera inuenerit mutat.Bene tamen electis uerbis hic imitatur ſonitum tubarum. Increpuit:Et inſonuit: & ſegnitiẽ icrepauit. Volſci: nõ mirum quia dicit uolſcos:& cum Camilla de uolſcis ſit: ut Et uolſca de gẽte camilla.Namq; pars aliqua tuſciæ dat Turno auxilia:cum tuſcos dixerimus ſpecialiter æneæ fauere: itẽ ecõtra pars uenetiæ auxiliũ ꝑſtat Aeneæ quam turni fuiſſe ſuperius diximus. Teſtudine:teſtudo ẽ ſcutoꝝ connexio curuata in teſtudinis modum.Namq; in armorum generibus milites ſumũt ab animalibus nomina:ut aries Salu.i modum hirci militaris. Foſſas ĩplere parant:Vertit ordinem:nam ante eſt ut impleatur foſſa tollãtur ualli:& ſic teſtudine accedãt ad murũ:q̃q̃ poſſumus intelligere etiã ad foſſas eos ueniſſe facta teſtudine. Effundere:contra proprie:tela enim non iaciuntur in ſubiectos:ſed fundunt: & dicẽdo oẽ genus telloꝝ oſtẽdit telũ uocari oẽ quod iacitur. Aſſueti longo:docet in omnibus uſum plurimũ poſſe.

Infeſto uoluebant pondere:infeſti ponderis. Nec iã ſufficiunt:Diu iam non ſuſtinẽt. Armorũq; reſoluit Tegmina:hic oſtendit armorum connexionem eẽ teſtudinem.Lucanus de teſtudine: At poſtquam uirtus incerta uirorum.Perpetuam rupit defenſo milite cratem: Singula continui ceſſerunt ictibus arma. Hetruſcam pinum: ipſe hetruſcus. Vos o calliope precor: Sylleplis per numeros. Erat enim rectum uos o muſæ: aut tu calliope. Aſpirate: fauete: ut Aſpirat primo fortuna labori.

DONA. Effundere:plus ẽ q̃ mittere. Ille.n.effundit cui magna eſt copia:nec mittendi propter copiam metuit finem: Præterea etiam quæ emitti non poſſunt fundimus & fuſa proficiunt ut eſt aqua calida Pix feruens & ſoluta & oleum candens. Trudere contis: nam ſcalis ad eos perueniebant.Quanto autem rutylorum laudatur inſtantia tanto præferuntur troiani.

CHRI. Arctus auulſaq; mem.Et fu.l.expoliatio eſt.Idem enim dicit pluribus uerbis ut in re atrociſſima diutius detineat auditorẽ:& ſic maiorẽ citet cõmiſerationẽ. Hoc mihi de te.n.r.ſingula uerba uĩ maximã afferunt ad commiſerationem captãdã.Hoc.ſ.tantũ luctũ cum ego contra meæ te ſenectuti ſummã uoluptatem ſperarẽ. Mihi:& matri & indulgentiſſimæ & q̃ tot incõmoda ſubii ut te ſequerer. De te:in quo omnẽ ſpem repoſuerã:& a quo oĩa mihi iucundiſſima expectauerã. Figite me:q̃tus ſit luctus:& quanta miſeria hinc apparet quod loco ſummæ ĩ ſe pietatis acceptura ſit ſi multis uulneribus tranſfoſſa interficiatur. At tu.m.p.qd a rutilis aſſequi deſpat a ioue poſcit. Torpent infractæ uires:q̃ oĩa duriſſima ĩ ꝓliis pati poterat. Hoc pati nõ poterãt:ergo quos metus non ꝑturbauit:quia fortes eſſent perturbauit luctus quoniã eſſent pii. Illam.m.l.ſapiẽs cõſiliũ ut cũ torporẽ ex nimia conſideratiõe inferret militibus:a cõſpectu eoꝝ amoueret. Ne uiderãt:nã ut ait Hora.Segnius irritant q̃ ſunt demiſſa ꝑ aures:q̃ q̃ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. At tuba:mira narratio in qua cũcta ante oculos ita adducit ut res nõ ſolũ agi:ſed ſummo animoꝝ ardore geri uideatur: Incertumq; ſit an acrius rutili ĩpugnarẽt: an uehemẽtius troiani repugnarẽt. Acta pariter:quia una cum clamore agebatur. Interlucetq; corona:appellat coronã milites ĩ circuitu mœniũ ad propugnacula poſitos: qui ubi loca munitiora ſunt ibi infrequentiores eſſe ſolent:Laudat ergo & troianos a prudentia:qui in paucitate militum ita acies inſtituerint & rutilos ab animorum robore q illuc peruenire contendũt. Interlucent:q ꝑꝑ raritatẽ lu Inter lucare

cem admittant. Vnde apud Plinium & Columellam interlucare dictum inuenies cum a uitibus aliquam partem pampinorum decerpeι unt ut propter raritatem ſol ad uuas facilius penetret. Aſſueti: nam longo uſu q̃ p̃cepta omnium magiſtrorum ſuperat rem optime callebant. Voluuntq́ue: nam propter magnitudinem ſubuehere non poterant. Ruunt: ad ruinam impellunt. Parte alia: nihil intentatum relinquebant. Alii. n. eminus miſſilibus detrudebant a cuſtodia ualli. Alii eo minus: aut urere aut uellere parabant. Vos o caliope: ex inuocatione rei difficultatem oſtendit quaſi dicat non poſſem tanta Turni facta ſine diuino auxilio proferre. Ergo ſummus imperator ei fecit quæ ſummus poeta: niſi deus ſibi faueat explicare non poſſit.

Et mecum ingentes oras euoluite belli.
Et meminiſtis. n. diuæ: & memorare poteſtis.
Turris erat uaſto ſuſpectu & pontibus altis
Opportuna loco: ſummis quã uiribus omnes
Expugnare itali: ſummãq; euertere opum ui
Certabant: troes contra defendere ſaxis:
Perq; cauas denſi tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem coniecit lampada turnus:
Et flammam affixit lateri: quæ plurima uẽto
Corripuit tabulas: & poſtibus hæſit adeſis.
Turbati trepidare intus: fruſtaq; malorum
Velle fugã: dum ſe glomerãt: retroq; reſidunt
In partem quæ peſte caret: tũ pondere turris
Procubuit ſubito: & cælũ tõat omne fragore:
Semineces ad terram immani mole ſecuta
Confixiq; ſuis telis. & pectora duro
Tranſfixi ligno ueniunt: uix unus helenor
Et lycus elapſi: quorum primæuus helenor
Mæonio regi quem ſerua licinia furtim
Suſtulerat: uetitiſq; ad troiam miſerat armis.
Enſe leuis nudo parmaq; inglorius alba.
Iſq; ubi ſe turni media inter milia uidit
Hinc acies atq; hinc acies aſtare latinas.
Vt fera quæ denſa uenantum ſepta corona
Contra tela furit: ſeſeq; haud neſcia morti
Iniicit: & ſaltu ſupra uenabula fertur.
Haũd aliter iuuenis medios morituros ĩ hoſtes
Irruit: & qua uidet denſiſſima tendit.
At pedibus longe melior lycus inter & hoſtes
Inter & arma fuga muros tenet: altaq; certat
Prendere tecta manu: ſociũq; attigeř dextras.
Quem turnus pariter curſu teloq; ſecutus
Increpat is uictor. noſtras ne euadere demens
Speraſti te poſſe manus: ſimul arripit ipſum
Pendẽtem: & magna muri cum parte reuellit.
Qualis ubi aut leporẽ aut cãdẽti corpe cignũ
Suſtulit alta petẽs pedibꝰ iouis armiger uncis

SER. Oras euoluite belli: Narrate non tantum initia: ſed etiam extrema bellorum: nam oræ ſunt extremitates. Turris erat: turres huiuſmodi eſſe admunitionem ciuitatum: & ĩ ſecundo legimus: ſed hæ plerunq; mobiles ſunt plerunq; fixæ ut in ſecundo Turres ac tecta domorum Mobiles ut in duodecimo meminit: Subiitq́ue rotas & pontes ſtrauerat altos. Opportuna loco ſummis: circa portas. Cauas: patulas.
Opum ui: poteſt & hypallage eſſe: ut ſit ope uirium.
Denſi: pro tela denſa. Flammam affixit lateri: affectate. Debuit enim dicere affixit: aut facem aut maleolam non flammam. Quæ plurima uento: gliſcens: aut magna facta per uentum. Hæſit: adeſis non iam adeſis: ſed quod excedit adhærendo. Malorum uelle fugam: honeſtiſſima eſt locutio. Peſte: incendio ut Et toto deſcendit corpore peſtis. Vnus: ſubaudis & alter: nam non procedit unus. Helenor & lycus elapſi: non mortis ſed turris ruina. Mæonio regi: aut proprium patris nomen eſt: aut cognominem eum filio intelligamus: quia ut ſupra diximus cum filii uel patris nomen p̃mittitur: & aliud tacetur cognomines eos intelligimus. Furtim ſuſtule. ex ſtupro educauerat: hinc eſt Et dulcia furta. Vetitiſq́ue ad troiam armis: ſecundum Donatum uetitis fato: ſed melius lege militari intelligimus qua ſerui a militia prohibebantur: unde ĩ deiotarana purgat hoc Cicero cum fuiſſet obiectum inter equites quos Deiotarus miſerat Cæſari unum ſeruum fuiſſe. Virgilium autem nouimus aliqua de hiſtoria trahere. Seruos ſane nunquam militaſſe cõſtat: niſi ſeruitute depoſita excepto Hannibalis tempore: cum poſt canenſe prælium in tanta neceſſitate fuit urbs Roma ut ne liberãdorum quidem ſeruorũ daretur facultas. Enſe nudo ideſt ſtricto. Parmaq́ue inglorius alba: quaſi tyro ut diximus ſupra: Lõge melior lycus. Ergo & helenor bonus. Inter: ideſt per ut Hunc inter fluuio tyberinus amœno.
Prendere ſaxa manu: quia tunc alti non erant muri: ſed ad impetum tantum repelendum: ut etiam Saluſtius oſtendit. Vbi ſertorium humeris ſublatum per muros aſcendiſſe commemorat. Curſu teloque ſecutus: Nimiam eius oſtendit celeritatem: qui potuit telum miſſum conſequi. Nam hoc dicit cum præmiſſo tello ad hoſtem uenit. Statius: Et miſſum curſu comprendere tellum. Reuellit: in uerbo uello facit in participio uulſus. Qualis ubi aut leporem: pro qualiter. Pedibus iouis armiger uncis: quia dicitur aquila in bello gigantheo ioui arma miniſtraſſe: quod tamen fingitur. Nam ut ſupra diximus reges fuerunt iuppiter & Saturnus. Sed dum iuppiter cum patre Saturno haberet de agris contentionem: ortum bellum eſt: ad quod egrediens iuppiter aquilæ uidit augurium: Cuius cum uiciſſet auſpicio: fictum eſt quod ei pugnanti tela miniſtraſſet. Vnde etiam a fœlici augurio natum eſt: ut aquilæ militum ſigna committentur.

DONA. Subito: recte. Nam ſi ſignum dediſſet ſeruari potuiſſent.

CHRI. Vos calliope aſpirate: nõ ſine rõne utiť plurali ĩ una muſa. Nã p calliopẽ reliquas ĩtelligit: & iure: nã

ſi per ſingulas priores muſas ſingularum ſperarum ſingulos intelligunt cantus:& per calliopem illorum uniuerſorum concentum iura ipſa Calliope omnes ſignificabit muſas. Et mecum memorare oras: mecum ut demonſtret ſe quidem laboraturum:ſed ſine earum auxilio nihil pfecturum. Oras:extremitates quaſi dicat narrate uſq; ad extremum:uel horas:id eſt tēpora. Euoluite:oſtendite ueſtra narratione. Vaſto ſuſpectu: uaſta altitudine quo ſit altus ſuſpectus. Certabant:quia illa expugnata porta facile eā rigi poterat. Flammam: Quia percutiens materia accenſa effecit ut flamma apprehenderetur. Plurima uento:incrementum per uentum nacta. Heſit:adhæſit nam quanto magis eſt lignum flamma tanta magis adhæret. Immani mole: id eſt ipſa turri quæ immanis molis erat. Confixi:ſuis telis:quod cadentibus euenire ſolet. Vt fera:quanuis hactenus inglorius eſſet tam ex deſperatione audax eſt effectus. At pedibus:natura enim duce id defenſaculum adhibemus quo plurimum poſſe confidimus:ergo iſte cui maior aderat uelocitas pedibus ſe credidit. Prendere:ita enim humilia erant:ut ſi ille ſeſe erigeret manus ſociorum qui proni illas porrigerent apprehēdere poſſet. Pendentem:a terra iam eleuatum:& manibus ſummitatem muri prendentem.

Quæſitum aut matri multis balatibus agnū
Martio a ſtabulis rapuit lupus:undiq; clamor
Tollitur:inuadunt:& foſſas aggere complēt.
Ardentes thædas alii ad faſtigia iactant.
Ilioneus ſaxo:atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ ſubeuntē:ignēſq; ferentem:
Emathiona liger:chorineum ſternit aſilas.
Hic iaculo bonus:hic longe fallente ſagitta.
Ortygium cæneus:uictorem cænea turnus:
Turnus itin:cloniumq;:dioxippū:pmulūq;
Et ſagarim:& ſummis ſtantē p turribus idan.
Priuernū capis hūc prio leuis haſta themillæ
Strinxerat:ille manū picto tegmīe demens
Ad uulnus tulit.ergo alis allapſa ſagitta
Et leuo īfixa eſt lateri manus:abditaq; intus
Spiramenta animæ letali uulnere rupit.
Stabat in egregiis arcentis filius armis
Pictus acu chlamidē: & ferrugīe clarus ibera
Inſignis facie: genitor quem miſerat arcens
Eductum matris luco:ſymethia circum
Flumina:pinguis ubi & placabilis ara palici.
Stridentē fundam poſitis mezentius armis
Ipſe ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduerſi liquefacto tēpora plumbo
Diffidit:ac multa porrectum extendit harēa.
Tūc primum bello celerē intendiſſe ſagittam
Dicitur ante feras ſolitus terrere fugaces
Aſcanius:fortemq; manu fudiſſe numanum
Cui remulus cognomen erat:turniq; minorē
Germanam nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primā ante aciem digna atq; īdigna relatu
Vociferās:tumiduſq; nouo præcordia regno
Ibat:& ingentem ſeſe clamore ferebat.
Non pudet obſidione iterum ualloq; teneri

SER. Quæſitū:q requirit:nā pſens a paſſiuo non habuit:& ē hyſterō proterō:nā poſt raptū requiritur. Martius:lupus:aut cruētus:aut marti dedicatus. Aggere:ager ē cuiuſlibet rei coaceruatio : unde foſſæ aut ualles poſſunt repleri. Ingenti fragmīe mō.ſupra dicti ſaxi exaggeratio ē. Lucetiū:ſolū hoc nomē:eſt qđ dictū a Virgi.in nullo alio reperitur auctore. Sane lingua toſca Lucetius ē iuppiter dictus a luce quā præſtare hominibus dicit:ipſe eſt nr̄a lingua dieſpiter.i.diei pater.Hora.Nāq; dieſpiter plerunq; purpureū. Cænea: turnus Turnus iti: ut ait Lucillius bonum ſchema ē quotiens ſenſus uariat iteratione uerbo℞. Pro turribus:aut pro defenſiōe turrium:aut ſic magni: ut turres putares. Haſta themillæ:themillas themillæ ut æneas æneæ.Leuis āt haſta pro leuiter ueniens : unde & ſtrixerat dixit.i.paululū uulnerauerat ut tādem etiam magno ſtrinxit de corpore turni. Demēs:qui ſcutū quo ſe tuebat abiecit. Alis:pennis. Leuo īfixa ē.l.m.oſtēdit uulneris locū:quē antea ſuppreſſerat : ſic in quarto:infixū ſtridet ſub pectore uultus.Spiramēta.a.diffinitio pulmonū. Pictus.a.&.f.c.i.ferrugo coloris genus ē qui uicinus ē purpuræ ſubnigræ:& ibera āt non hiſpana ſed pontica.Nā iberia pars pōti ē:ut oſtendit Hora.dicēs Herbaſq; quas colchos atq; ibera mittit ueneno℞ ferax. Genitor.q.m.a.ordo ē: Stabat arcētis filius. Arcens ī armis egreg.nā nō cōgruit ut huius filii ptermiſſo noīe bis fiat pr̄is cōmemoratio. Symethia.c.f.ſymethus fluuius eſt Siciliæ:haud lōge ab urbe catinēſi:circa quē ſunt palici dei:quorum talis eſt fabula: Aetnā nymphā iuppiter cū uitiaſſet:& feciſſet:grauidā timēs iunonē ſecūdū alios ipſā puellā terræ commēdauit:& illic enixa ē. Secundū alios partus eius poſtea cū de terra erupuiſſet : duo pueri palici dicti ſūt q̄ſi ite℞ uenientes:nā παλιν eſt rurſus:ηκειν ē uenire.Hi prio hūanis hoſtiis placabāt:poſtea qbuſdā ſacris mitigati ſūt:& eo℞ im mutata ſacrificia:id ergo placabilis ara:quia mitigata ſunt eo℞ numina. Liq̄facto.t.p.diffidit.Plūbū.n.iactū nimio rotatu ex æthereis calore diſſoluit:Stati.Et arſuras cœli p inania glandes. porrectū extēdit harēa:itelligimus eum cecidiſſe trans murū.Dicendo āt multa oſtendit corporis proceritatē. Minorē germanam : q͞a maior nympha fuerat iouis uoluntate mutata. Digna atq; indigna relatu: indigna.i.turpia & obſcœna. Nouo regno:aut noui regii generis affinitate:aut quia ēt ipſi per regis filiam portio debebatur imperii. Ingētem ſeſe clamore ferebat:Non erat ingens ſed eſſe ſe clamitabat ingentem. Iterum:denuo iam tertio obſidentur:& iterum non niſi de duobus dicimus.

DONA. Dr̄.f.m.f.n.poeta quoniā ipoſſibile uidebat pueri mātb; cecidiſſe robuſtiſſimū uiru nō ſe facit au

CHRI. Placabilis ara pali.Vide Ser.ſed Macro.ait.Nullū apud latinos duos palicos poſuiſſe: (ctorem. Palici

ſed a græcis Maronem habuiſſe. Simetus:ſiciliæ fluuius eſt.Palicorum fabulas primus Aeſchylus ĩ tragœdia æthna poſuit:iuxta ſimetum Thalia nympha a ioue compreſſa metu iunonis:ut ſibi terra dehiſceret optauit: ſed ubi uenit pariendi tempus terra recluſa eſt:& duo infantes de utero Thaliæ progreſſi emerſerunt appellati q; ſunt palici ab emergendo quaſi rurſus naſcentes:quoniam prius in terram merſi inde reuerſi ſunt.Nec longe lacus duo breues:ſed profundi ſcaturigine aquarum ebulliente crateres ab incolis nominati:& nomine dellos appellant:palicorumq; fratres exiſtimant & habentur incultu maximo præcipue circa exigendũ iuxta eos iuſiurãdũ efficax numen intelligit:ergo iuxta eos iuſiurandum exigitur:& prius a ſuſpecto fideiuſſor daẽ de diſſoluendo Quod ſi ille fideliter iuraret:diſcedebat illeſus.Sin contra in lacu uitam amitebat:Hæc res ita fratrum religionem commendabat:ut implacabiles crateres dicerentur.Sed palici etiam diuinationem habebãt. Nam cum ſiciliam ſterilis annus arrefeciſſet diuino palicorum reſponſo admõiti ſiculi heroi cuidam certum ſacrificium celebrauerunt & rediit ubertas.Qua gratia ſinguli omne genus frugum congeſſerunt in aram palicorum:ex qua ubertate ara ipſa pinguis uocata eſt.De palicis etiam Callias in ſeptimo hiſtoriarum meminit & Anaxagoras ĩ tertia hiſtoria:in libro.xi.Diodori legitur.C.Nautio Rutilio.L.Minutia Carutiano cõſulibus Ducetius ſiculorum dux iuxta palicoꝝ templũ urbẽ condidit Palicas appellauit Templum in planitie ædificatum ẽ porticibus & ſumptibus ædicifioꝝ cõſpicuũ:miraculis & uetuſta religione horrendũ iuxta ſunt ſcaturigines aquarum Crateras uocant qui ſũt profundiſſimis:igneas ſcitillas ſæpe euomentes:illud miꝝ q aquæ ebulientes nunq̃ ſe effundũt:nunq̃ ẽt ſubſiſtunt:in tẽplo ẽ iuriſiurandi trutia:& q illic peierant ſtati ceci efficiunẽ Hinc Sylius italicus:& qui præſentes domitãt p iura palici:illuc fugientes ſp tuti erant. Is primã.a.oſtendit neminẽ fœlicitate ſua fretum ſupbire oportere.

Bis capti phryges & morti prætẽdere muros.
En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.
Quis deus italiã? quæ uos dementia adegit?
Non hic atridæ:nec fandi fictor ulyxes
Durũ a ſtirpe genus.natos ad flumina primũ
Deferimus:ſæuoq; gelu duramus & undis.
Venatu inuigilant pueri:ſyluaſq; fatigant.
Flectere ludus equos:& ſpicula tẽdere cornu.
At patiens operum:paruoq; aſſueta iuuentus
Aut raſtis terrã donat:aut q̃tit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur:uerſaq; iuuẽcum
Terga fatigamus haſta:nec tarda ſenectus
Debilitat uires animi:mutatq; uigorem.
Caniciem galea preminius: ſemperq; recẽtes
Conuectare iuuat prædas:& uiuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice ueſtis.
Deſidiæ cordi:iuuat indulgere choreis.
Et tunicæ mãicas:& habẽt redimicula mitræ.
O ueræ phrygiæ(neq;.n.phryges)ite palta
Dindyma:ubi aſſuetis biforẽ dat tibia cantũ:
Tympana uos buxuſq; uocat berecyntia matris
Ideæ.ſinite arma uiris:& cedite ferro.
Talia iactantem dictis:ac dira canentem
Non tulit aſcanius:neruoq; obuerſus equino.
Contendit telum:diuerſaq; brachia ducens
Cõſtitit ante iouẽ ſupplex per uota precatus.

SER. Bis capti phryges:Semel ab Hercule:poſt a græcis. Morti ptendere muros: emphaſis eſt morti enim pro bello poſuit:ſic ſupra Læti diſcrimine paruo. Noſtra connubia:aut q̃ſi Turni cognatus loquitur:aut iuidioſe retorquet:& uult cauſam oĩum eſſe communẽ. Nõ hic atridæ:exaggeratio uituperationis.Nã nõ tantũ ſe troianis:ſed ẽt coꝝ uictoribus præfert. Fandi uictor ulyxes:aut fallax aut logodædalus ideſt q dolũ celat ſermõis ornatu. Duꝝ a ſtirpe gen. italicæ diſcipiæ uita laudaẽ quã & Cato in originibus & Varro in gente populi romani cõmemorat. Gelu duramus & undis: undis gelidis & eſt endyadis : Vt Hamis auroq; trilicem nam nemo quod plus eſt prius dicit:Si enim duo eſſent ante aquã diceret ſic gelu. Venatu:pro uenatui:ut curru pro currui. Syluaſq; fatigant:ipſi fatigantur in ſyluis aut pro feris ſyluas poſuit:in quibus ſũt feræ. Flectere ludus equos: aliorum labor noſtræ pueritiæ ludus eſt.At patiens operum paruoque aſſueta iuuentus: hoc & in Georgicis laudat.Nam magnæ uirtutis eſt & in nimio labore paruis eſſe contentum. Terram domat:bene bellico uſus ẽ uerbo & ne a militari lege diſcederet:non dixit terras colimus: ſed domanus. Ac ſi diceret cum hoſtes deſunt:terras ferro domamus. Iuuencum terga fatigamus haſta: agriculturam ſine officio belli non gerimus. Eſt autem κακοσυνθετον & ομοιοτελευτον. Senectus debilitat uires ani.bene aĩ qa nõ eſt auſus corporis dicere.Nec enim poteſt fieri: ut quanuis robuſtus ſenex uires habeat prioris ætatis & ſuæ cõparetur adoleſcentiæ:Nunc ergo licet dicat fortes etiam ſenes eſſe:bona tamen uſus eſt comparatione : ut diceret nihil animorum uigori derogare temporis uetuſtatem. Vobis picta croco:uituperatio troianorum:in qua utitur argumentis:quæ ĩ rhetoricis commemorat:Cice.a gente:ab habitu:a geſtu: ab animo. Fulgenti murice:purpura:hanc autem uitio & dedecori apud maiores fuiſſe conſtat.Iuuena.peregrina ignotaq; nobis Ad ſcelus atq; nefas quæcunq; eſt purpura ducit. Deſidiæ cordi:uobis ſũt. Choreis : ſeruauit hoc loco naturam ſyllabæ:ideſt quã in ſexto metri cauſa corripuit:ut Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Et tunicæ manicas:tunicæ ueſtræ habent manicas:quod etiam Varro uituperat dicens:Manicatis & talaribus tunicis:nam colobiis utebantur antiqui. Et habẽt remidicula mitræ:illud dicturus fuerat habetis ĩ pileis redimicula:qđ cõuertit ĩ uitupationẽ maiorẽ dicẽs religatas habetis mitras:nam pilea uiroꝝ ſũt:mitræ fœminaꝝ q̃s calaticas dicũt.Mitra ãt proprie lydoꝝ fuit:ut mœnia mẽtũ mitra quẽ habitũ imitati ſũt troiãi. O uere phry.ipſos uitupat phrygas:ſed nũc ad maiorẽ iniuriã phrygias non phrygas dicit. Alta din.montes

matris deum. Biforem dat tibia cãtum:Biſonum imparem:& ſeruauit eis tibiarum ſuarum naturam:tibiæ aut ſerranæ dicuntur quæ ſũt pares & æquales habent cauernas:aut phrygiæ quæ impares ſunt & inequales habent cauernas.Ergo biforem diſſonum diſſimilem:non enim ſunt pari modulatione compoſitæ.Vt enim ait Varro tibia phrygia dextra unum habet foramen : ſiniſtra duo :quorum unum acutum ſonum habet:alterum graue. Buxuſq; uocat berecyntia:A mõte berecynto.Dicit̃ ãt hæc buxus & hoc buxũ:ut Torno raſile buxũ:unde ſupfluo qdã arborẽ generis.F.uolũt:cum hoc loco etiam de ligno fœminini habeamus exemplũ. Et cædite fer. Aut ferrũ relinqte:& eſt iteratio:aut cedite ferro.i.cũ uiri non ſitis:abſcidite partem uirorũ. Iactantem:de ſuorum gloria. Dira ea.ad iniuriam troianorum. Ante iouem ſupplex per uota præcatus : Atq; apollinem debuit inuocare iaculaturus ſagittas:ſed dicimus ideo iouem inuocatum :quia omne initiũ ioui debetur:ut ab ioue principium muſæ.Vnde Aſcanius nunc qd faciat cogitat:ſed quid primũ ide iuocat iouem.

DONA. Phryges:pro cõuitio poſuit.q.d.ideo capti qa phryges. En:uitupãtis demõſtratio. Qui.ſ.médici & exules. Noſtra:quaſi meliorũ & fortiorũ. Bello:cũ ſciant ĩ ſimili cauſa ſe uictos. Non hic.a.inuenietis fortiores iis q tamẽ uos uicerunt. Durũ:fortẽ. A ſtirpe:non arte ſed natura. Flectere ludus equos:non.n.inertibus ludis itẽti ſũt. Tarda:Quæ faciat hoies tardos. Præcatus:Quia primordia erãt belli recte iouẽ pcatus ẽ.

CHRI. Non pudet obſidiõe:inditiũ inertiæ ac ſtultitiæ ẽ arrogans iactatio. Quod nũc poeta in Numano oſtendit.Ergo ut ẽ apud Terentiũ:ptium ob ſtultitiã tulit. En qui nr̃a:Sũmopere indignandũ q; ibecilles audeant laceſſere uiros fortiſſimos. Quis de.Tam iratus uobis. Italiã:ĩ qua pituri ſitis. Demẽtia:Eſt.n.extremæ dementiæ ut ibecilles fortes petãt. Non hic at.Nõ uobis cũ græcis nunc agendũ eſt q minus q̃ nos bello poſſunt:& tamẽ uos ſuperarũt. Durũ a ſtirpe.g. Laudat italos ab iis q̃ ſunt attributa pſonæ:quæ Cice.xi.põit Et primo a genere. Natos ad:Argumentum a uictu. In quo ẽ: Queritur ĩ quo negocio aut q̃ſtu ait artificio uerſent̃ & quo more uiuãt:& quos habeant pceptores.Verſant̃ ergo ĩ uenatu in agricultura & in bello. Educant̃ apud eorũ ſenes ĩ rebus duriſſimis. Ludus:Quaſi cũ uoluptate faciãt quæ aliis laborioſa uidentur. Aut raſtro:Erat enim maximo prætio agricultura.Vnde teſte Catone magnifice laudatum ciuem romanum putabant ſi illum bonum colonum appellaſſent.Laudat autem italos a tribus artificiis quæ nullo uitio iquinata ſint & animum corpuſq; corroborent.Nam diſciplina militaris:agraria ac uenatoria:omnem deſidiam pellũt delitias nullas nouerunt:& animum ſimul ac corpus ualidum conſeruant.Quod aũt dicit Cõuectare pdas & uiuere rapto ad uenationem ac iuſta bella nõ ad crudelitatẽ rettulit poeta. Vobis picta croco:Vitupatio a cõtrariis.Exprobat mollitiem educationis & habitus:&.p uenatu & agricultura & bello uitã deſidioſam:ac uoluptuoſam & delitiis muliebribus deditã eſſe illis obiicit. Et tunicę mãicas:Vitupatio ab habitu q tunicas q̃s expeditas habere oportebat illi manicis ĩpedirẽt ut uix manibus uti poſſent. Dindyma:puto hunc montem uocatũ eſſe a Dindyma quæ fuit uxor Meonis Phrygiæ & Lidiæ regis ex quo illam natam eſſe dicunt.Addũt etiam Meonem cũ eã nutrire nollet in Cybelo mõte expoſuiſſe ĩ quo a pardis illa nutrita ſit. Deĩde a muliere paſtore inuẽta educata eſt:& Cybele appellata:q̃ adulta forma modeſtia ac ſapiẽtia ueheměter excelluit.Nam ex plurimis calamis fiſtulam primã compoſuit:itẽ Cymbala & tympana ad choreas inuenit: & cõtra pecudũ puerorumq; morbos remedia excogitauit:Ait Diodorus. Biforem:Tibia phrygia in dextra unum:in ſiniſtra duo foramina habet:Huic deæ aut mulieres aut emaſculati uiri qui galli dicebantur:ſacrificabant.

Dindyma

Cybele

Tibia

Iuppitur oĩpotens audacibus annue cœptis.
Ipſe tibi ad tua templa feram ſolẽnia dona:
Et ſtatuã ante aras aurata fronte iuuencum
Candentẽ pariterq; caput cũ matre ferentem
Iam cornupetat:& pedibus q ſpargat harenã.
Audiit & cæli genitor de parte ſerena
Intonuit læuum:ſonat una letifer arcus.
Effugit horrendum ſtridens elapſa ſagitta:
Perq; caput remuli uenit:& caua tẽpora ferro
Traiicit:i uerbis uirtutem illude ſuperbis.
Bis capti phryges hæc rutulis rſpõſa remittũt
Hoc tãtum aſcanius.teucri clamore ſequunt̃.
Lætitiaq; fremunt:animoſq; ad ſydera tollũt.
Aetherea cum forte plaga crinitus apollo
Deſuper auſonias acies:urbemq; uidebat
Nube ſedens:atq; his uictorem affatur iulũ.
Macte noua uirtute puer ſic itur ad aſtra
Diis genite & geniture deos:iure omnia bella
Gente ſub aſſaraci fato uentura reſident:

SER. Iuppiter oĩpotẽs:hoc epithetõ ĩterdũ ad nominis gloriã põit:iterdũ ad cãm dicẽtis.Nãq; hoc loco dicẽdo oĩpotẽs oſtẽdit eũ ẽt iis q p ſe minus ualent pſtare poſſe uirtutẽ. Ferã ſolẽnia:ferã de iuuenco nõ dicimus:ſed adducã.Intelligimus ergo eum alia dona ferre promiſiſſe.Sigulis.n.numinibus certa ſũt dõa q̃ offerunt̃:unde ẽ Struereq; ſuis altaria dõis.i.cõgruis.

Et ſtatuã ante aras:aptã ſe daturũ oſtẽdit uictimã:alibi: Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.Quotiẽs.n.uictima reluctabat̃:oſtẽdebat ſe iprobari Luca. Diſcuſſa fugit ab ara Taurus iuuencũ ãt ſecũdũ romanas cerimõias dixit ioui.n.de tauro non imolabat̃ ut ĩtertio diximus:niſi cũ triũphi noie ſue uel tauro fiebat:qd tamẽ ideo admiſſũ ẽ:qa nõ tantũ ioui ſed aliis diis q bello pſunt ſacrificabat̃. Aurata frõte:ita.n.uictima ornari cõſueuerãt. Cãdẽtẽ.i.cãdidũ Iuue.Duc ĩ capitolia magnũ Cretatũq; bouẽ. Caput cũ mr̃e ferentẽ:æqlẽ mr̃i rõdũ patris Iuuenalis: Quẽ iã pudet ubera matris Ducere qui uexat naſcẽti robora cornu.

De parte ſerẽa:ut nõ cauſæ naturalis ſit ſed augurii. Intonuit leuũ:pſperũ:Vt.n.ẽt ſupra diximus : Quæ ſiniſtra nobis uident̃ intuẽtibus cælũ:illic dextra ſũt: nõ q; ſiniſtra bõa ſint ſed q; dextra cæli nobis ſiniſtra ſunt. Sonat una letifer ar.ſimulatq; augurium. Et fugit:melius effugit legitur. Perq; caput remuli ue. figmenta hæc uulnerum non ſine ratione ponunt

Nec te troia capit: ſimul hæc effatus ab alto
Aethere ſe mittit ſpirantes dimouet auras.
Aſcaniumq; petit: forma tum uertitur oris
Antiquum in buten. hic dardanio anchiſæ
Armiger ante fuit: fiduſq; ad limina cuſtos.
Tū comitē aſcanio pater addidit: ibat apollo
Omnia lōgæuo ſimilis: uocemq; coloremq;
Et crines albos & ſæua ſonoribus arma.
Atq; his ardentem dictis affatur iulum
Sit ſatis æneide: telis impune numanum

poetæ. Nam mō hunc ideo in capite dicit eſſe percuſſum: quia eū ſupra uaniloquū & ſupbum introduxerat: quod uitio capitis euenit. Horati. attollens uacuū plus nimio gloria uerticem ſic Home. Therſitē a tergo uulneratū dicit μεταφρενα πληξεν uſq; ad precordia: qa eū ſtultū iduxerat: itē de Achille dicit ποδασ ωκησ αχιλλευσ. Virtutē il. illudo tibi dicimus: & iſulto tibi. Nā illudo te figuratū ē: ut hoc loco: itē inſulto te. Saluſti. Multos a pueritia bonos inſultauerat.
Hoc rantum aſcanius: Et dixit & fecit. Animoſq; ad ſydera tollunt: aut ſuos: aut Aſcanii p fauorē. Nube ſedēs: Sicut ſolēt numina: iuno nec tu me aeria ſolam nunc ſede uideres digna idigna pati. Macte: magis auctæ affectatæ gloriæ. Et eſt ſermo tractus a ſacris. Quotiens. n. aut thus aut uinū ſup uictimam fundebatur: dicebāt mactus eſt taurus uino uel thure. Hoc ē cumulata ē hoſtia & magis aucta. Noua uirtute: Aut magna: ut Pollio & ipſe facit noua carmina. Aut re uere noua quantum ad bellū. Diis genite: Propter Venerē. Geniture deos: pp iuliū Cæſarē & Auguſtū. Iure: Merito. Gente ſub aſſaraci: Sub gente romana. Aſſaracus eni pater eſt Capyos auus Anchiſæ. Fato uētura: Magna. Hæc. n. bella ſunt grauia: quæ fatali rōne proueniunt: ut troiana & thebana. Nec te troia capit: Maioris meriti es q̄ ciuitas in q̄ nunc es. Lucanus de Cæſare: Plus patria potuiſſe ſua. Spirātes: Vitales quibus ſpiramus & uiuimus. Petit: notandū petit ſine inſidiis dictū. Fiduſq; ad limīa cuſtos: æditiuus fuit: quod ut ſupra diximus ingenti honore apud maiores fuit: illic enī & epulabant: & deos colebāt. Cenſus etiā oīs illic ſeruabat quod & Plautus docet i Aſinaria: i qua inducit Saureā ſeruū atriēſem in tota familia plurimū poſſe. Sæua ſonoribus arma: ſtrepitu terribilia. Ardētem: deſiderio dimicādi. Vnde animos ad ſydera tollūt: melius Aſcanii intelligimus. Sic Sta. de Meocoeto: & laudibus iplet honeſtis. Aeneide: patronymicon hoc non uenit ab eo quod eſt hic æneas nam hic æneades & o æneade faceret ſed ab eo quod eſt æneus: ut theſeus theſide.

DONA. Leuum: Quod proſperum eſt. Quod præſtantibus Leuum eſt idem accipientibus eſt dextrum. in butem. Nam ætate & longa exercitatione dignus erat cuius conſilium multifacerent.

CHRI. Non tulit: neq; enim poteſt animus generoſus ea quæ in patriæ ſuæq; gentis dicuntur æquo animo ferre. Ergo iuſta indignatione motus: optimum euentum ſortitus eſt optimoq; auſpicio rem bellicam inchoauit. Iuppiter: optime inſtitutus adoleſcens cuncta in diuino reponit auxilio. Audacibus: quia ſupra meam ætatem ſunt. Caua tempora: diuino enim fauore factum eſt ut eam partem uulneraretur qua facile uita eripi poſſet. I uerbis. u. i. ſ. refert hæc contra ſuperbiam hoſtis: & tamen non excedit modum i iurgio ut ille fecerat. Victorem affatur: pro miraculo dictum eſt in tenera ætate Et ſimul uaticinii deus illum eiuſq; poſteros omnia uicturos. Macte noua: mactare magis augere eſt ut iam diximus. Quapropter cum adoleſcētem laudamus de ea re quæ ſupra illorum ætatem ē iure dicimus Macte puer. i. magis aucte uirtute q̄ per ætatem liceat. Quod uero fingat Apollinem laudaſſe Aſcanium: non eſt ab re ſi deus cui datur palma in ſagittando in eodem artificio puerum laudat. Illa enim uera laus eſt quæ uenit ab eo qui in ea re ualet quæ laudatur. Hic Hector neuianus a uiro laudato laudari cupit. Recte deinde conuertitur in butē: q deus p̄ditus ē ſapientia: ut oſtēdatur non ſine ſapientia Butē illū a p̄lio amouiſſe. Abſente enim ænea nihil tale tentandum a puero erat.

(Margin: Mactus)

Oppetiiſſe tuis: primā hāc tibi magne apollo
Concedit laudē: & paribus nō inuidet armis.
Cætera parce puer bello: ſic orſus apollo
Mortalis medio aſpectus ſermone reliquit:
Et procul i tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere deum proceres diuinaq; tela
Dardāidæ: pharetrāq; fuga ſenſere ſonantem.
Ergo auidū pugnæ dictis ac numine phœbi
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus
Succedunt: animaſq; in aperta picula mittūt.
It clamor totis per propugnacula muris.
Intendunt acres arcus: amentaq; torquent.
Sternitur omne ſolū telis: tum ſcuta: cauæq;
Dāt ſonitū galeæ flictu: pugna aſpera ſurgit:
Quātus ab occaſu ueniēs pluuialibus hædis
Verberat imber humū: q̄ multa grādine nibi

SER. Primā hāc tibi ma. a. Dicēdo hāc pollicet & aliā. Cōcedere āt ei ſe dixit iō: qa ſagittaꝝ deus ē: & licet eū iuppiter iuuerit: Apollo tamen ſibi ſuū officiū uidicat: qd dicit ſe cōceſſiſſe: qa nō ꝓhibuit ea. n. q̄ ab aliis numinibus poſcimus: tūc iplēt: ſi non aduerſent numīa: quoꝝ ꝓpria ſūt q̄ poſcimus. Vnde & in q̄rto iuno ait: Adero & tua ſi mihi certa uoluntas: Hoc eſt qd in me ē. Iungā eos: reſtat ut & tuū ipleri uelis officiū. Paribus non inuidet armis: pari gloriæ. Nam ut apollo puer occiſo Phitōe ultus ē matris iniuriam: ſic Aſcāius occiſo Numāo troianoꝝ caſtra iniuriaſq; defēdit. Paribus ergo armis. i. ſimilibus: nō pitia: ſed genere uictoriæ. Cætera deiceps: & eſt aduerbiū. Orſus: mō locutus: alias cœpit: qd magis eſt ꝓpriū: ut Sicuēus: & ueneris cōtra ſic filius orſus. Medio ſermone: ideo medio qa nō reſpōdit Aſcanius. Fuga: abſeſſu. Pharetrāq; fuga ſenſere ſonantem: qa dixit ſupra: Et ſæua ſonoribus arma. Dictis: pp auditam orationē. Numine: pp agnitū deū. Itendūt acres arcus: ꝓ ipſi acres Vt enim & in primo diximus: Arcum unuſquiſq; habet ꝓ uiribus ſuis. Amentaq; torquēt: pro tela amētis torquēt. Nam amentum eſt lorum: quo

In uada præcipitāt:cū iuppiť horrid⁹ auſtris
Torqt aquoſā hyemē:& cælo caua nubila rū⁄
Pandarus & bitias idæo alcanore creti: (pit
Q uos iouis eduxit luco ſiluestris hiera
Abiectibus iuuenes patriis:& montibus æquos
Portam quæ ducis imperio cōmiſſa recludūt
Freti armis:ultroq; īuitant mœnibus hoſtē.
Ipſi intus dextra ac læua pro turribus aſtant
Armati ferro & criſtis capita alta coruſci.
Q uales aeriæ liquetia flumina circum
Siue padi ripis atheſim ſeu propter amœnū
Conſurgunt geminæ quercus:intonſaq; cælo
Attolunt capita:& ſublimi uertice nutant.
Jrrumpunt aditus rutuli ut uidere patentes

medii religať & iaciť haſta. Flictu: ꝓ afflictu.i.ictu: nā detraxit more ſuo præpoſitionē. Pluuialibus hædis:ſuper tauri cornua ē ſignū cui auguria nomen eſt Hunc tauro una clara ſtella cōiungit.Retinet aūt auriga ſtellas duas ī manu quæ: hædi uocanť:quorū & ortus & occaſus & tēpeſtates grauiſſimas facit oriuntur aūt cū ſcorpio mēſe octobri. Iuppiter:aer Horatius Māet ſub ioue frigido uēator. Mōtibus æquos: iō uel eius arboribus exæquandos. Ducis īpio commiſſa:aut q̄ eius cōmiſſa fuerat īpio abeuntis Aeneæ aut qđ melius ē q̄ Aeneæ īperio fuerat cōmiſſa Pādaro & Bitiæ: ne cōtrari ī ſit qđ dixit Rectores iuuenū & reꝝ dedit eſſe magiſtros. Ducis īperio cōmiſſa:ſcimus ꝙ Mneſtheo & aliis ducibus īpauerat æneas ad petēda ꝓficiſcēs auxilia ne portas aperirent:ut Caſtro mō & tuta ſeruarēt aggere muros.Itē legimus Mneſthea & Sereſtū ductores fuiſſe & reꝝ magiſtros:non Pādaꝝ & Bitiā.Vnde appet ꝙ hūc locū male itellexit Dōa.dicēs cōmiſſā portā.i.creditā pandaro & Bitiæ q duces non erāt.Cornutus uero melius ſēſit dicēs:portā q̄ ducis īpio cōmiſſa fuerat:hoc ē clauſa:eā apuerūt:cōmiſſura.n.dr̄ tabulaꝝ cōiunctio:ſicut Cice.ī fūdaniana meminit:Ergo melius ē ut cōmiſſā clauſā dicamus: q̄ creditā Pādaro & Bitiæ. Pro turribus:aut uice turriū:aut ꝓ defenſiōe. Armati fer.aut bene inſtructi armis: aut ut Aſp dicit:Ferrea corda habētes.i.dura & crueto comitātes:ut Enniū ſit ſecutus:q ait ſuccinti corda machæris. Liquetia flu.iuxta Padū & Atheſim Venetiæ flumina ēt ē fluuius liqtius:quē nunc cōmemorat ergo liquetia ꝓpriū eſt nomen:nō epitetō:ne icipiamus a generalitate ad ſpēm reuerti:qđ uitioſū eſt:ut ſi dicas circa flumina naſcunť arbores:& ſic īferas circa Tyberi uel Anienem:ſufficit dixiſſe circa flumīa generaliter. Vnde apparet qa liqtia legendū eſt nō liqntia. Itonſaq cælo Attolluntq capita:hoc ad ſupradictas criſtas referť. Geminæ q̄rcus:nō quia duæ tanrum naſcunť:Sed iſtoꝝ ſimilitudinē aſpexit.i.quando ſimiles eleuantur q̄rcus.

DONA. Aeneide:ab eo quod eſt in nominatiuo caſu æneida. Apollo mortalis::deſt conſtitutus ſub hominis forma. Pro turribus:Vice turrium.

CHRI. Sit ſatis:cū admiratione dictū.q.d.qđ maximū eſt & cum pōdere legendum:numanum q̄ſi tantū uirum. Tuis:q̄ſi tā puerilibus:ergo ſatis oportet eſſe ab adoleſcente tyrone fortiſſimum uirum cæſum. Magnus:nā qđ maius q̄rendum eſt:ſi magnus deus te ſibi æq̄ri patiť:neq accōmodatiore orone poterat cupidiſſimus laudis adoleſcens a uictoria remoueri:q̄ eum admonere:& rem magnā feciſſe: & ne nimis efferet id beneficio dei aſſecutum eſſe. In apta.p.i.manifeſta.Nec tamē temeritas erat:ſed uera fortitudo:qa unicum illud remedium erat periclitanti pr̄iæ. Pluuialibus.h.De his ſyderibus dictum eſt in Geor. Aptiſſimaq compara/tio eſt :& quæ rem ante oculos ponat. Portamq ducis:nō multum diſſimilis locus eſt illi q eſt apud Home. ubi græci polipœtes & leōteus ſtāt īmobiles pro portis Aſim uenientēq expectātes q̄uis iſti ultro apiant portas.Nec minus placet hic Maro q̄ illic Home.Oſtendit āt ī hoc loco robur ſine prudentia parū ualere. Oſtēdit ēt ſp ſapiētiori obtēperādū eē.Recte.n.ꝓcepat ne portæ abſente ſe apirentur.At Pādarus & Bitias dum freti ſuis uiribus ſapientis cōſilium negligūt ſeipſos perdiderunt:& ſummam reipu.in periculum adduxerunt.

Cōtinuo quercens & pulcher eqcolus armis.
Et præceps aī tinarus:& mauortius hæmon
Agminibus totis aut uerſi terga dedere:
Aut ipſo portæ poſuere in limine uitam.
Tū magis īcreſcunt animis diſcordibus iræ.
Et iam collecti troes glomerantur eodem.
Et conferre manū & procurrere lōgius audēt.
Ductori turno diuerſa in parte furenti
Turbantiq; uiros perfertur nuntius hoſtem
Feruere cæde noua:& portas præbeť patētes.
Deſerit incœptum:atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam:fratreſq; ſupbos:
Et primū anthiphatē:is.n.ſeſe primus agebat
Thebana de matre nothum ſarpedonis alti
Coniecto ſternit iaculo:uolat itala cornus

SER. Pulcher eqcolus armis:pulcher ueſtibus ſicut pulcher armis:hoc ē p arma qđ erat armoꝝ retulit ad pſonā. Præceps aī:figurate gtō iūxit: nā dicius pceps furore. Agminibus.t.deeſt ab & ſignificat eos prio fugatos eſſe mox occiſos.Aut certe alios fugatos aliquos itercēptos. Aīs diſcordibus:Hoſtilibus.i.troianoꝝ:qa a rutilis diſcordabant. Fratreſq.ſ.quos ſupra dixi portā tenere. Se prius agebat: ſe agebat hoc ē icedebat:ut ſeſe paliurus agebat Tractus āt ē ſermo a rōne phyſica:nā agiť corpus aī iudicio:ut Ter. Quo te agis. Sarpedonis alti.i.nobilis. Itala cornus: Telū de itala cornu factum. Stomacho: ſermo græcus ē. Specus uulneris:poetica exaggeratio. Erimāta manu.i.gladio cominus ferit:nā illi de qbus ſupius dixit nō māu occiſi ſunt ſed miſſo iaculo.Ergo ad differentiā teli iacti accipe māu.i.gladio. Ardentē oculis animiſq frementē:& geſtu corporis & mente cōmotū. Vitā dediſſet:pro reddidiſſet. Phalarica uēit:de hoc telo legiť qa eſt ingens torno factū habens ferrū cubitale & rotūditatē de plumbo ī modū ſphæræ in ipſa ſummitate.Diciť etiam ignem habere affixum: hoc

ãt telo pugnaẽ de turribus: q̃s phalas dici manifeſtũ ẽ Iuue. Cõſulit ante phalas delphiorũq; colũnas: ergo a phalis dcã ẽ phalarica: ſicut a muro muralis. Sãe phalarica Luca. dixit neruis mitti tortilibus & q̃dã machina: ut uibrata phalarica neruis obruat. Virgi. uero ait Turnũ mãu iaculari potuiſſe unde appet aut a Luca. ad auxeſim illius q occidẽdus fuerat: eſſe dictũ. Aut a Vir. ad laudẽ Turni q talẽ haſtã mãu iaculatus ẽ. Fulminis. a. mo. amat tela cũ ĩpetu uẽiẽtia fulminibus cõparatæ. Taurea. t. Vſurpauit ꝓ tauria. Alibi Taurinis follibus: unde ſicut & Pli. dicit deriuatiões firmas nõ habẽt regulas: ſed exeũt ꝓut auctoribus placet. Bene ãt p tranſitũ eius arma deſcripſit. Duplici. ſ. &. a. i. duplicibus ſq̃mis aureis. Sq̃mæ ãt loricaꝝ catenæ ĩ modũ ſq̃mæ ↄpoſitæ ſũt. Sãe ſq̃ma & ſplẽdorẽ ſignificat: ſi a piſcibus uẽiat: & ſordes ſi a ſq̃llore: ſed ĩ Vir. ubiq; ſplẽdorẽ ſignificat. Et. c. ſ. it. in. aut ipſe ingẽs ſup clypeũ ĩtonat: aut ingẽs clypeũ ſup eũ tonat: nã lectũ ẽ & hoc clypeũ ut ꝓbat Caper: qđ magis debemus accipe: nã Home. imitatus ẽ: q ait: αραβησεδετευχεεπαυτο euboico baiaꝝ littore bene baiaꝝ addidit: nec euboeã ĩſulã ĩtelligeremus: unde chalcidẽſes uenerũt q cõdiderũt Cumas q̃ ſũt Baiis uiciæ. Prõa. t. ita. n. exædificaẽ. Prochyta. a. t. atq hæc ĩſula plana ẽ ſed epitheton đ p̃terito traxit: nã ut dicit. Pli. ĩ natu. hi. Inarimes: mõs fuit q terræmotu diffuſus alterã ĩſulã fecit: q̃ ꝓchyta ab effuſiõe dcã ẽ. Fũdere ẽ. n. εκχυειν. Prochyta: uero alta quõdã. ſ. Durũq; cu. mortiferꝝ ad pœnã ſtatutũ. Stimulos. a. Sæuiendi. ſ. nam ſũt & timoris & libidinis ſtimuli: notanda quoq; œconomia quæ id egit ut ueriſimile ſit Turnum uictorem euaſiſſe de caſtris.

Aera per tenuem: ſtomachoq; infixa ſub altũ
Pectus abit: reddit ſpecus atri uulneris undã
Spumãtẽ: & fixo ferrum in pulmone tepeſcit
Tũ meropẽ: atq; erimãta mãu tũ ſternit aphi.
Tũ bitiã ardentẽ oculis: aĩſq; frementẽ. (dnũ
Nõ iaculo (neq; enĩ iaculo uitã ille dediſſet)
Sed magnũ ſtridens cõtorta phalarica uenit
Fulminis acta mõ: quã nec duo taurea terga:
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit: collapſa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitũ: & clypeũ ſup ĩtonat ingẽs:
Qualis in euboico baiarum littore quondã
Saxea pila cadit: magnis quam molibus ante
Conſtructam iaciunt ponto. ſic illa ruinam
Prona trahit: penituſq; uadis illiſa recumbit
Miſcent ſe maria: & nigræ attolluntẽ harenæ.
Tũ ſonitu ꝓchyta alta tremit: durũq; cubile
Inarime iouis imperiis impoſta typhœo:
Hic animum mars armipotens uireſq; latinis
Addidit: & ſtimulos acres ſub pectore uertit.
Immiſitq; fugam teucris: atrumq; timorem.

DONA. Nihil inuenies quod ſcribi conducat.

CHRI. Ductori. t. q. d. nõ illa auſi fuiſſent troiãi p̃ſẽte Turno. Feruere: nimis ĩcaleſcere: & q̃ſi ſuos ſupare. Patẽtes: Quod nimiã fiduciã: & q̃ſi ſui cõtẽptũ ſignificat. Deſerit incœptũ: qđ nõ feciſſet niſi commotus magna ira cũ fortis uiri ſit ab ĩcæpto nõ deſiſtere: niſi neceſſaria cã ĩtercedẽte. Altũ pe. ꝓfũdũ ubi epar ẽ ſanguinis ſedes. Vnde undã ſpumãtẽ ut oſtẽderet copiã ſanguinis ĩ pulmõe. Tũ meropẽ atq; erymanta: claritate orõnis
Phalarica exprimit Turni ĩ cæde celeritatẽ. Taurica. t. i. ſcuti phalarica: ait Amiãus appellata ẽ a phalari tyrãno uel quod phalas. i. turres ictu diruat: ẽ aũt haſtile miſſile: & teres p̃terq̃ ad extremũ ubi ꝓmiet ferꝝ tripedale ſtupa circũdatũ: pice & ſulphure circumlitũ addito aliq̃do bitumie & oleo: nõ emittiẽ niſi concepta flãma: ut cũ p ·erem defertur fulmen uideatur: ledit ictu & igni. Saxea pila cadit: magnum ſaxum. Trahit ruinam: nam cum petat fundum trahit ſecum ruentes aq̃s. Prona i. pe. tra. illi. recumbit ita enim infigitur uadis penitus. i. ualde interne: ut recũbat: q̃ſi firmã ſedẽ capiat. Mars armipotẽs: ad excuſationẽ troianoꝝ qđ a deo nõ ab hoibus fugati ſint.
Prochyta Prochyta: iſula ẽ ante Miſenũ ꝓmõtoriũ nõ ꝓcul cumis: auulſa oli ab iarrine iſula q̃ a ſtatione nauium æneæ ænaria ẽ dcã. Stra. Pythacuſſã noiat a doliis q̃ græci pythea uocãt: eãq; chalcidẽſes habitaſſe refert: & primo ſeditiõe: deĩde qa flãmas uomeret: deſeruerunt. Quæ res fabulã dedit ſub ea ſepultum eſſe Typhœum.

SER. Vndiq; cõueniũt: illi ſine dubio q̃bus Mars iniecit audaciã: iũcta opportũitate irrupũt caſtra troiana. Duro ĩ cer. ſine ſpe euadẽdi. Aſt ali. ſ. i. Sta. par opi iactura lucro: nam hoſte recepto Excluſere ſuos. Vltro: iſup. Demẽs: hoc ex affectione ſua dixit poeta alibi: Sed dũ forte caua dũ pſõat æquora cõcha Demẽs: & cãtu uocat ĩ certamia diuos. Dotalis. r. a. Tibi data per dotem: & bene amatæ: q̃ ſola illũ generꝝ eſſe cupiebat: notãdũ ſane: qa id agit ut oſtẽdat ſe nõ p imprudẽtiã Turnũ ĩcluſiſſe: ſed illũ p temeritatẽ ſibi minime ꝓfutura caſtra penetraſſe. Olli ſubridens: Magnã cõfidẽtiã uirtutis oſtẽdit. Priamo. n. a. pp illud ſibyllæ. Alius latio iã partus achilles: & dictũ ẽ ut illud Degenerẽq; Neoptolemũ narraẽ memẽto. Rudẽ. n. nõ lenẽ nec pulchrã ſed fortẽ. Cortice. c. Viridi: nã haſtæ plerũq; torrẽẽ. Vulnus. ſ. i. d. u. Pleriq; ſed nõ idonei commẽtatores dicunt hoc loco occiſu Turnũ ſed cauſa œconomiæ gloriã a poeta Aeneæ eſſe ſeruatam

Vndiq; conueniũt: quoniã data copia pugnæ
Bellatorq; animo deus incidit.
Daucia laride:thymberq; ſimillima proles
Indiſcreta ſuis gratuſq; parentibus error.
At nũc dura dedit uobis diſcrimina palas:
Nã tibi thymbre caput euãdrius abſtulit ẽſis.
Te deciſa ſuum laride dextera quærit:
Semianimeſq; micãt digiti: ferrũq; retractãt.

DONA. Quo fugis:cum omnia teneant hoſtes.
CHRI. Hæret pede pes:ex metri neceſſitate poſuit pede,p pedi p antiptoſin. Inſuetas:ergo digni ueñia pu/
gnabãt.h.pugna pedeſtri:cui nõ eẽnt aſſueti:neq; id ſtulta electione adducti:ſed iniqtate & aſpitate locoɋ̃ coa/
cti excuſant̃ ergo q̃ fugiãt:maxiaq; dat̃ adoleſcẽti laus q̃ ĩ tãto piculo & ſenili cõſilio & iuicto aio uſus ſummi
ducis officiũ adipleuerit. Quo fu.q.d.cũ nullũ uictis refugiũ ſit:nã ut ait Salu.nec locus nec amicus qſq̃ texit
quẽ arma nõ texerũt arguit ergo a neceſſario nõ eẽ fugiendũ:& ut pudore q̃ res ĩ aĩs excellentibus multũ ualet
eos retineat:cõmemorat facta eoɋ̃ excellentia:& gloriã euãdri regis q̃ oia pſẽti pugna deturpari dehõeſtariq;
facile poſſint ſi fugiãt. Addit & ſpẽ ſuam & modeſte ita rem tractat ut omnia ad illos adhortandos non ad ſe
ipſum laudandum tendere uideantur. Fidite ne.p.i.fugæ ad exitium tamen producet quaſi dicat ſi amitten/
da uita eſt potius glorioſe dum uiriliter pugnatis q̃ ignominioſe dum turpiter fugitis amittenda eſt.Dehorta
tur ergo fugam quoniam turpiſſima ſine aliqua utilitate futura ſit:deĩde hortatur ad pugnam quã ſuadet ab
utili cum illa ſola ſalutẽ ſibi comparare poſſint:oſtenditq; non eſſe illã impoſſibilem cum res illis cum homi/
nibus q uinci poſſunt & non cũ diis q ſũt iuicti futura ſit.Poſtremo oſtendit neceſſariũ eẽ illos ſtare q̃do fuga
oĩs interclusa illis ſit. Et medius denſos:non.n.uerbis ſolum:ſed multo magis exemplo ſuo pſuadendũ erat.

SER. Tuẽtes:mõ uidẽtes:alibi defẽdẽtes. Dolor
&.p.Sic de Mezẽtio Aeſtuat igẽs Vno ĩ corde pudor
mixtoq; iſãia luctu. Fugiẽtẽ rhœ.p.preter fugientẽ.
Fuit ilo:Subaudis ad mortẽ ili.hoc ſpatiũ fuit tãtũ:
& hæc ſola mora:quo mĩus nus piret. Teutra: ab eo
qđ eſt hic teutras huius teutræ quomõ æneas huius
æneæ tyrẽ ab eo qđ ẽ hic tyres. Optato.i.ex uoto:per
eſtatẽ.n.uẽti freq̃nter optãt̃:& q̃ſi cõtigere uident̃ ex
uoto. Extẽdit̃.u.ſicut duces diuerſis locis cõmiſſa p̃/
lia cõtiuauerãt. Acies uul.iõ abuſus ẽ qa comparatio
ad bellũ ptiet nã de igne dicere aciẽ ſatis ĩcõgruũ ẽ:er/
go acies uulcãia uis ignis:q̃ late p cãpos effundit̃. Vi/
ctor:cui uota ,pceſſerũt. Voti.c.i.επιτυχων. Ouan/
tes:abuſio ẽ non,pprietas. Coit oĩs ĩ unũ:Vnãimiter
oẽs fortiter faciũt. Sed bellis acer: ſed mõ particula
ĩceptiua ẽ:ſicut in Salu.ſæpius ſicut ait ĩterdũ nã nõ ẽ
coniunctio ratiocinantis. In ſua colligit arma:poſt
ſcutum ſe claudit.Alibi:& ſe collegit ĩ arma. Elatũ in
iugulum:iugulo ſuo uulnus minantẽ. Fata canens:
Quaſi diuinus.Alii cauẽs legũt:ſecũdũ quod non ſta
tim & diuinus apparet : nam & ab aliis audita cauere

Arcadas accenſos monitu:& præclara tuẽtes
Facta uiri mixtus dolor:& pudor armat ĩ ho/
Tũ palas biiugis fugiẽtẽ rhœtea præter (ſtes
Traiicit:hoc ſpatium tãtumq; moræ fuit ilo.
Ilo nanq; procul ualidam direxerat haſtam:
Quã medius rhœtheus ĩtercipit:optĩe teutra
Te fugiens:fratremq; tyrẽ:curruq; uolutus
Cædit ſemianimis rutulorum calcibus arua.
Ac uelut optato uentis æſtate coortis
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor
Correptis ſubito mediis extenditur una
Horrida per latos acies uulcania campos
Ille ſedens uictor flammas deſpectat ouantes
Non aliter ſocium uirtus coit omnis in unum
Teq; iuuat pala:ſed bellis acer aleſus

Tendit in aduerſos:ſeq; in ſua colligit arma.
Hic mactat lacona pheretaq;:demodocūq;.
Strymmonio dextram fulgenti diripit enſe
Elatam in iugulum:ſaxo ferit ora thoantis:
Oſſaq; diſpergit cerebro permixta cruento.
Fata canens ſyluis genitor celarat aleſum:
Vt ſenior leto cauentia lumina ſoluit
Iniecere:manum parcæ:teliſq; ſacrarunt
Euandri:qué ſic palas petit ante precatus.
Da nunc thybri pater ferro quod miſſile libro
Fortunam:atq; uiam dari per pectus aleſi.
Hæc arma exuuiaſq; uiri tua q̄rcus habebit.
Audiit illa deus dum texit imaona aleſus
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde uiri tanta perterrita lauſus
Pars ingens belli ſinit agmina:primus abantē
Oppoſitum interimit pugnæ:nodūq; moráq;
Sternitur arcadiæ proles:ſternuntur hetruſci.
Et uos o graiis imperdita corpora teucri.
Agmina cōcurrūt ducibuſq; & uiribus æquis:
Extremi addenſant acies:nec turba moueri
Tela manuſq; ſinit.hinc palas inſtat & urget.
Hic contra lauſus:nec multū diſcrepat ætas.
Egregii forma:ſed quis fortuna negarat
In patriam reditus:ipſos concurrere paſſus
Haud tamen inter ſe magni regnator olympi

potuerat. Canētia lu. aut hypallage ē pro ipſe canēs: aut phyſicā rē dixit: dicuntur.n.pupillæ mortis tpe albeſcere. Iniecere.m.p.Traxerūt debitū ſibi:& ſermone uſus eſt iuris:nā manus iniectio dr̄ quotiens nulla iudicis auctoritate expectata rē nobis debitā uidicāus.

Da nūc.t.p.uicinū ichoat numē:cuius ripis bella tractāt̄:ſic ſupra.Tu dea tu p̄ſēs nr̄o ſuccurre labo. Tua q̄rcus:i tuis ripis creata. Audiit:mō exaudit & ad effectū deduxit.Paulopoſt tātū audiit:ut audiit alcides iuuenē:dū rex dū ſpoliat:nā tps p̄ſens ē nō p̄teritū ab eo qđ ē tego:ſic Plau.Ego hunc hoīem detexā palio. At nō.c.t.p.lauſus.Subaudis eſſe. Nodūq; moráq;: bene addidit moré.ne nodū aliū accipemus:nā nodus proprie ē dēſa peditū multitudo:ſicut turma eqtū: ut lectū ē i diſciplina militari.Nodū ergo p difficultate accipe:q̄ uix poſſit exolui. Grais.i.c.t.quos græci pdere neqerūt teucros āt accipimus quos ſecū duxit æneas: nā ait quoq; d nūero q ſeſe i bella ſeq̄nt̄. Præſtantes uir.le.alias nō procedit:nā paulo poſt erupturi ſunt q obſident̄ in caſtris. Extremi.a.a.Luca.Quantū pede ptima relato Conſtringit gyros acies. Denſent ſecundæ coniugationis ē. Nec turba moueri Tela māuſq; ſini.Lucanus:Gladioſque ſuos compreſſa timebat.

DONA. Arcades:uehemēter moueat̄ uirtus alieno exēplo maxime ducis. Petit:telo & p̄catur uerbis.

CHRI. Arcades:multa ponit ſicut quæ ſingula arcades excitare poſſent:primum præſentia orantis ducis:deinde eiuſdem exemplum quod etiam timidos ignauoſq; excitare ualet.Pudor deniq; qui ab omni đ decore mortales abſtinere cogit: atq; iracūdia quæ ad quæq; grauiſſima pericula precipites agit. Sapientiſſimus ergo poeta ut rem ueriſimilem faciat nullam ex ualidiſſimis cauſis quibus ad periculoſiſſimā pugnam accendi poſſent omiſit: nam cum fortitudo una ſit & i paucis iueniatur poſuit oīa q̄ ſepiſſime uirtutis uicē agūt:deīde cū narratio tantæ ſtragis i faſtidiū auditoré ducere poſſet:locū ipſum mira uarietate diſtinguit:& multis luminibus illuſtrat. Rhœtus:hūc marubioꝝ q in Marſis ſunt regē fuiſſe dicūt & Anchemolo filio nouercam caſpiam iduxiſſe:aſt ille eam conſtuprauit:indeq; iram patris metuēs ad turnum fugit.

Mox illos ſua fata manent maiore ſub hoſte.
Interea ſoror alma monet ſuccurre lauſo
Turnū:qui uolucri curru mediū ſecat agmē.
Vt uidit ſocios tempus deſiſtere pugnæ
Solus ego in palanta feror:ſoli mihi palas
Debet̄:cuperem ipſe parēs ſpectator adeſſet.
Hæc ait:& ſocii ceſſerunt æquore iuſſo.
At rutulū abſceſſu iuuenis tum iuſſa ſuperba
Miratus ſtupet in turno:corpuſq; per ingens
Lumina uoluit:obitq; truci pcul omnia uiſu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis:
Aut leto inſigni.ſorti pater æquus utriq; eſt.
Tolle minas:fatus mediū procedit i æquor.
Frigidus arcadibus coit in præcordia ſanguis.
Deſiluit turnus biiugis pedes apparat ire
Cōminus utq; leo ſpecula cum uidit ab alta

SER. Maiore te ſub.h.ſub hoſtilitate:nam ſub diuerſis hoſtibus peūt. Aequore iu.p ipſi iuſſi: ē uſurpatū pticipiū:nā iubeor nō dicius:unde pōt uenire iuſſus.Sic ergo hic pticipiū uſurpauit:ut Hora.uerbū dicēs Hæc ego pcurare & idoneus iperor & nō iuitus: ergo ſatis licēter dictū ē:adeo ut hoc loco Probus hic correptū a lōgū poſuerit. Tū: deinde. Tyrāni:regis ſupbi. Aut ſpoliis.e.i.r.l.o.a.l.dilema argumentum qđ ē ab utraq; parte firmiſſimū:& concludit aduerſarios. Spoli.o.Quæ dux duci detrahit ut diximus ſupra opīa ſūt ſpolia. Frigidus ar.c.i.p.ſ.p̄ſagio mortis futuræ. Specu.cū.u.ab.al.hoc ad currus altitudínem ſpectat. Leo:ad turni uiolētiā ac feritaté:& ē ordo ut q leo aduolat:talis ē Turni imago uenientis. Contiguū:poſtq̄ uidit eum ueniſſe itra iactū teli.ſ.ut poſſet feriri. Ire.p.p.ſubaudis uoluit. Fors: fortuna pter illud Audētes fortuna iuuat. Te p̄cor.a.ſupra contra inferioré hoſtē fluminis iplorauit auxilium nunc cōtra maiorem uiribus deū uocat uirtute præſtantem.

Cernat ſe: ad illud quod ait Turnus cuperé ipſe pa. ſp.a.hic dicit ipſe ſuum cernat interitum. Victoréq; ſe.m.l.t.Dona.dicit meminerint: ſed melius eſt ſuſtineant q̄ſi pondus & pœnā:non eni poſſunt meminiſſe oculi. Lachrymaſq; ef.i.oſtēdit euentum futurū.

Stat ſua cuiq; di.ſectis philoſophoꝝ poetæ,ꝑ quali tate negotioꝝ ſemp utunť:nec ſe unq̃ alligāt niſi quo rū hoc propoſitū ē:ut fecit Lucre.q epicureos tantū ſe cutus ē.Scimus āt iter ſe ſectas eē contrarias:unde fit: ut in uno poeta aliqua iueniamus contraria nō ex ipſi us uitio:ſed uarietate ſectaꝝ:illud nāq; quod ait i.iiii. Sed miſera ante diē Epicureoꝝ ē:q caſibus cuncta cō cedūt nūc quod dicit Stat ſua cuiq; di.Stoicoꝝ eſt q di cunt fatoꝝ ſtatuta ſeruari. Sane prudēter fecit ut flu/ xā & uagā opinionē epicureoꝝ daret homini:nā illud ex pſona poetæ dictū:hāc āt ualidā daret ioui:nā ſtoi ci & nimiæ uirtutis ſunt & cultores deoꝝ. Stat: fixa eſt. Dies:tempus uitæ: nā fœminino uſus ē ge. cū.n. maſculino utimur re uera diē ſignificamus. Breue.t. u.quia quādoq; finiť ipſe paulo poſt:Rhebe diu res ſi qua diu mortalibus ulla eſt Viximus:itē Cice.Quidē eni hoc ipſū diu ī quo ē aliquod extremū? Oibus ē: magna cōſolatio q̃ oſtēdit nō eē dolēda communia.
Sed famā extē.ſ.cōtra illud quod occurrebat uitāda eē ardua ſi breuis ē uita.Dicit ergo amandas eē uirtu/ tes:ut uitæ breuitas fama & gloriæ meritis poſſit au/ geri. Opus:officiū. Gnati deū: ut Achilles Thetidis Memnon Auroræ Aſchalaphus Martis. Sarpedon: ſecundū Virgilii declinationē ut Sarpedonis alti:ulti/ ma habebit accentum in ntō ſecundū Home.q & ſar pedōtos & ſarpedonos facit & ultima & penultima. Et iā ſua tur.multi etiā legūt:ut ſit ecce & ptinet ad con/ ſolationem:nam ſic ait periturus eſt ille qui uincit. Metas:fines ut i primo His ego nec metas rerum nec tē/ pora pono. Peruenit:bene ad exprimendum celerem mortis aduentum præterito uſus eſt tempore.

Stare ꝓcul campis meditantē prælia taurum
Aduolat.haud alia ē turni uenientis imago.
Hūc ubi contiguū miſſæ fore credidit haſtæ
Ire prior palas ſiqua fors adiuuet auſum
Viribus īparibus:magnūq; ita ad æthera fat.
Per patris hoſpitiū & mēſas q̃s aduena adiſti
Te precor alcide cœptis ingentibus adſis
Cernat ſeminecci ſibi me rapere arma cruenta:
Victoremq; ferant morientia lumina turni.
Audiit alcides iuuenem:magnumq; ſub imo
Corde premit gemitū:lachrymaſq; effūdit in
Tū genitor natū dictis affať amicis. (nanes.
Stat ſua cuiq; dies:breue & irreparabile tēpus
Omnibus ē uitæ:ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus:troiæ ſub mœnibus altis
Tot gnati cecidere deum:quin occidit una
Sarpedon mea progenies:etiam ſua turnum
Fata uocant:metaſq; dati peruenit ad æui.

DO. Cupetē.i.p.ipe.ſ.q amat ipe q inimicis meis auxilia ſubminiſtrat:ipe a quo miſſus ē cōtra me. Spectator:qa grauiora ſunt q̃ uidenť:q̃ q audiunť.Quod leoni Turnū & tauro Palāte cōparat:iā euētū rei dmōſtrat. CHRI. Solus ego i.p.ſ.Vtinā pater ſpectator adeſſet.Amara uerba:& ē illud dicēdi genus ardēs & concitatū. De quo i ſupioribus diximus. Miratus ſtu.pſagia ſunt hæc futuræ mortis. Aut ſpo.e.i.Oratio cōueniēs ma gnanimo iuueni. Frigidus ar.& hoc ēt pſagiebat futurā calamitatē. Vtq; leo: q̃drat cōparatio:nā & ſi taurum uicat leo:nō tamē multo inferior ē taurus leone. Oſtēdit āt ꝙ natura euenire ſolet:plus i adoleſcente aioꝝ fu iſſe q̃ prudētiæ. Haud alia ē.t.u.i.Nā leo ita i tauꝝ ferť:ut nihil de uictoria dubitet. Ire.p.Diffidētiæ hoc poti us q̃ cōfidentiæ ſignum eſſe uideť:quod manifeſtius oro ſua ad Herculē demōſtrat. Audiit.q.d.libēter exau diſſet:ſi fata darēt. Stat.ſ.cui.di.ſnīa ē nō ſolū ſtoicoꝝ q oia fatis tribuūt: ſed ēt oium grauiſſimoꝝ philoſo/ phoꝝ. Irrepabile:quod rapari.i.reſtaurari nequit.Oro ē q̃ & orātis & ei ad quē uerba habenť uehemētet q̃/ dret.Quis.n.& apud deos maiore maieſtate pditus ē q̃ iuppiter:aut apd hoies cōllātior Hercule. Hoc uirtu. opus.i.hoc pſtare poſſūt uiri uirtute pditi. Ingens.p.Oſtēdit proceritatē corpis:nā refert Martius annaliū ſcri ptor i ſua martiniana īperante Henrico tertio huius cadauer haud ꝓcul roma ab agricolis effoſſum adeo inte grū ut nup extinctū uidereť:adeo igens ut mœnia Romana proceritate ſuparet:& ſupra eius caput lucernā p petuo ardentem quæ nullo liquore nec ſpiritu extingui poſſet:ſed tandem perforato fundo extincta eſt:erat autem & epitaphium huiuſmodi.Filius euādri pallas quē lancea Turni militis occidit mole ſua iacet hic.

SER. Rutuloꝝ.r.a.Reſpiciēdo fecit ptē fœliciorē ut Aſpice nos hoc tantū:qppe quod.n.uidet admodū iuuat. Reiicit:re naturalter breuis ē & pro lōga poſu it:ſic alibi:Reiice ne maculis īfuſcet uellera pullis: qd licet poſſit excuſari:quia cū facit reieci iter duas uoca/ les i poſita producit ſupiorē:ut dicamus eā lōgam eē ſpe:qa p declinationē lōga futura ē tamē qa i hac re ar gumētū magis eſt q̃tō dicamus ectaſim factā q̃ poetis plerunq; concedit. Fulgētē.d.e.Ne iacto telo iermis eēt Viam mo.hoc eſt difficultate quæſiuit per quod & ſoliditas clypei & minus firmus haſtæ iactus oſten diť. Nū ma.ſit:Legiť & magis ē.Vnus tamen ē ſēſus ſed ſi mage legamus:pp metrū dictū ē pro magis: ſic ēt pote ꝓ potis: Perſius Qui pote uis dicā nugaris cū tibi calue:quod adeo i uſu uenit:ut ēt i proſa inuenia/ tur.Cice.i frumētaria:mage cōdēnatū hominē i iudi ciū adducere nō poſſe. Penetrabile:pro penetrale dici tur:nā qd penetrat penetrale dr:qd aūt penetrať pene

Sic ait:atq; oculos rutulorum reiicit aruis.
At palas magnis emittit uiribus haſtam:
Vaginaq; caua fulgentem diripit enſem.
Illa uolans humeri ſurgunt qua tegmia ſūma
Incidit:atq; uiam clypei molita per oras
Tādem etiā magno ſtrinxit de corpore turni.
Hic turnus ferro præfixum robor acuto
In palanta diu librans iacit:atq; ita fatur
Aſpice nū mage ſit noſtrum penetrabile telū.
Dixerat:ac clypeū tot ferri terga tot æris
Cum pellis totiens obeat circundata tauri
Vibranti cuſpis medium tranſuerberat ictu:
Loricæq; moras & pectus perforat ingens.

Ille capit callidum fruſtra de uulnere telum
Vna eademq; uia ſanguis:animuſq; ſequunť.
Corruit in uulnus:ſonitum ſuper arma dedeř
Terram & hoſtilem moriens petit ore cruēto:
Q uem turnus ſuper aſſiſtens.
Arcades hæc inqt memores mea dicta referte
Euandro qualem meruit pallanta remitto
Q uiſqs honos tumuli:qcqd ſollamē humā/
Largior.haud illi ſtabunt æneia paruo(di eſt
Hoſpitia:& leuo preſſit pede tália fatus
Exanimem:rapiens immania pōdera balthei
Impreſſumq; nephas una ſub nocte iugali
Cæſa manus iuuenū fœde: thalamiq; cruenti
Q uæ bōus eurycio multo celerauerat auro:
Q uo nūc turnus ouat ſpolio: gaudetq; poti/
Neſcia mens hominū fati ſortiſq; futuræ:-tus.
Et ſeruate modum rebus ſublata ſecundis.
Turno tēpus erit:magno cū optauerit emptū
Intactum palanta:& cum ſpolia iſta diemq;
Oderit:at ſocii multo gemitu:lachrymiſq;
Impoſitum ſcuto referunt palanta frequentes
O dolor:atq; decus magnum rediture parēti:
Hæc te prīa dies bello dedit:hæc eadē aufert.
Cū tamen ingentes rutulorum liquis aceruos

trabile. Cuſpis.i.Ita accipiendum eſt ne incōgruū ſit ſi de puero dixeris īgens pectus: ſane cuſpidē abuſiue pro haſtæ mucrone poſuit. Et pectus pforat:hic diſtinguēdū:ut ingēs ſicut diximus ad ſupiora poſſit referri. Aiuſq; ſequunť:pro aia:nā aius cōſilii eſt:aia uitæ. Referre euandro:pōt & hic diſtingui:poteſt & ſupra referre:ut ſit Euandro remitto qualē meruit filium. Solamē humādi ē:quia ſolatiū uiuētiū ē humare defunctos. Stabūt:cōſtabūt. Paruo: nō puo periculo. Balthei:pōt & ſynereſis eſſe balthei.Pōt & hypmetrus uerſus:nam ſequens a uocali īchoat Baltheus āt ī numero ſingulari ma.tātū eſt ge.Iuue. Quotiens rumoribus ulciſcunť balthea. Impſſumq; ne.inſculptū danaidū nefas.Dona.tamē dicit impſſū coactum qd a patre cōpulſæ ſunt facere:quarų talis ē fabula:Danaus & Aegiſthus Belli filii fuetūt:ex his Danaus quīquagīta filias habuit:& Aegiſthus totidē filios Danaus coactus a fratre:ut filias iuuēibus eius traderet matrimonio in ipſos nuptiarų dies gladios uirginibus dedit qbus ille ex pcepto patris ſponſos ſuos īterfecerūt excepta Hypmeſtra:quæ Linceum ſeruauit. Bonus eurycion:laus ab artifice:ut mira quē fecerat arte lica on:itē Diuini opus alchimedontis. Neſcia.m.h.quia pp hunc periturus eſt baltheū: quē nunc ſe ſubſtuliſſe lætatur. Sublata:elata. Magno cū op.ptio.ſ.ſic alibi:& magno mercentur atridæ:& ē ſenſus talis:tempus erit quo Turnus optabit quouis pretio redimere ne ipſe palantē occidiſſe uideať. Multo gemitu:cum multo gemitu. O dolor:hos duos uerſus plerique a poeta dictos uolunt.Alii a ſociis qui portanť cadauer. Dolor aūt pp hæc te prima dies bello dedit hæc eadē aufert:dcus pp cū tamē īgētes rutulorų liqs aceruos.

DONA. Vna ſub nocte iugali: Huiuſmodi cælatura triſte augurium detulit Turno futurum ſcilicet ut ipſe nuptiarum cauſa eſſet periturus.

CHRI. Oculos rutulorų.r.a.Vt demonſtraret q̄uis pallas occidendus eſſet nō plus fauere. Turno q̄ ſibi:nā dii ſolo aſpectu fauent. Illa uiā:Nō defuerunt uires iuueni:ſed haſta non incidit in corpus Turni:expreſſit aūt mirifice interiti adoleſcentis ardorē cū eodē pene tpe & haſtā contorſerit: & illa contorta enſem deſtrinxerit. Diu librans:tanq̄ ſecurus:neq; de euentu quicquam dubitans: quod oratio manifeſtat Corruit in uulnus: ex Homero. Immania pondera:& per hoc etiam oſtenditur corporis magnitudo cum tantus eſſet baltheus. Impreſſumque nefas:quaſi uelit hoc triſte fuiſſe prodigium. Bonus:doctus ut Cur non mopſe boni quoniam conuenimus ambo. Celauerat:ſculpſerat.Nam cælum ſculpellum eſt:quo ſtatuarii ſtatuas ſculpendo conficiunt. Neſcia mens hominum:miſeret humani generis:cuius tanta eſt rerum inſitia:ut ſæpiſſime gaudeant ſe adeptos eſſe ea quæ ſibi exitio futura ſint ut copioſiſſime proſequitur iuuena.ī ea ſatyra cuius initiū ē Omnibus in terris q̄ ſunt a gadibus.Ibi.n.eſt: Nocitura toga nocitura petūtur militia: Inuehitur etiam ī hominum inſolentiā:qui in rebus ſecūdis ita efferunť ut ſe intra modeſtiæ terminos cōtinere nō poſſint. Hæc te.p.d.oſtendit q̄ ſint falaces reų euentus q̄ icerta in rebus fortuna : q̄ nihil de ea ſperandum.Nam is qui plenus ſpe uenerat & uictoria iam anima conceperat primo pugnæ congreſſu extinctus eſt.

Nec iā phama mali tanti:ſed certior auctor
Aduolat æneæ tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos:tempus uerſis ſuccurrere teucris
Proxīa quæq; metit gladio:latumq; p agmen
Ardens limitem agit ferro:te turne ſuperbum
Cæde noua quærens.palas euander in ipſis
Omnia ſunt oculis:mēſæ quas aduena prius
Tunc adiit:dextræq; datæ: ſulmone creatos
Q uatuor hī iuuenes:totidē quos educat uſēs
Viuētes rapit inferias: quos immolet umbris:
Captiuoq; regi perfundat ſanguine flammas:

SER. Certior auctor.i.nuntius uerus. Tenui diſcrimine læti:modico mortis iterſtitio propter q̄ magna palantis uirtus oſtenditur: quo iterēpto oīs ē ī fugā cōuerſus exercitus. Verſis : fugatis. Latū li.a.a.p agmē.i.facit:ſic melius q̄ ſi dicas latū p agmen. Ergo ſicut intelligamus:aut p ordinē aut p hypallagen: nā & ſupra ſic ait.Hæc ego uaſta dabo : & lato te limite ducam. Pallas euandri ī ipſis Oīa ſunt oculis:erat rectū palas: euāder menſas q̄s aduena primus Tunc adiit dextræq; datæ in ipſis omnia ſunt oculis:ſed perite ſciſſa ē narratio:p quā animus æneæ perturbatus exprimiť. Inferias quos immolet umbris:Inferiæ ſunt ſacra mortuorum:quæ inferis ſoluuntur. Sane mos erat in ſepulchris uirorum fortium captiuos necari: quod poſtquam crudele uiſum ē placuit gladiatores

Inde mago procul inſenſam cōtēderat haſta.
Ille aſtu ſubit:ac tremebunda ſupuolat haſta.
Et genua amplectens affatur talia ſupplex.
Per patrios manes:& ſpes ſurgentis iuli
Te precor hanc animā ſerues natoq; patriq;.
Eſt domus alta:iacent penitus defoſſa talenta
Cælati argenti:ſunt auri pondera facri:
Infectiq; mihi.non hic uictoria teucrum
Vertit̃:haud anima una dabit diſcrimia tāta.
Dixerat.æneas cui contra talia reddit.
Argenti:atq; auri memoras quæ multa talēta
Gnatis parce tuis belli commertia turnus
Suſtulit iſta prior:iā tum palante perempto:
Hoc patris anchiſæ manes:hoc ſentit iulus.
Sic fatus galeam leua tenet:atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.
Nec pcul hæmōides phœbi triuiæq; ſacerdos
Infula cui ſacra redimibat tempora uitta
Totus collucens ueſte:atq; inſignibus armis:
Q uē cōgreſſus agit cāpo: lapſumq; ſupſtās
Immolat:ingentiq; umbra tegit arma ſereſtus
Lecta refert hūeris:tibi rex gradiue trophæū

ante ſepulchra dimicare:qa buſtis buſtiarii dicti ſūt. Captiuo.ſ.pro captiuoꝵ: ut Captiui pendēt currus: itē captiuaq; ueſtis Congerit̃ & eſt ut diximus ſpecioſus ornatus. Mago: dtūs ut ſupra llo uamq; procul. Subiit:ſubſedit. Per patrios manes &.ſ.per eas pſonas rogat propter q̃s pcatur. Penitus defoſſa talenta: multi.n.diuitias ſuas obruebāt:unde Hora.Quid iuuat imenſum:te argenti pondus & auri Furtiui defoſſa timidi deponere terra.Sane melius infoſa diceret q̃ defoſſa:ad quod eſt metri neceſſitate compulſus: nā fugit dubiā ſyllabā. Non hic ui.te.Vertitur:Luca.nec pondera reꝵ Nec momenta ſumus. Gnatis pce tuis: qui in Virgi.deſcripſit declamationes de hoc loco ait: Improbus es:Qui autē regi dones:aut filios exhæredes pce autem eſt ſecūdū antiquos ſerua:ut apud Lucilliū & Enniū inuenit̃. Natis parce tuis:at q ſupra dixit. Natoq; patriq;:quomodo ait natis? nō ē cōtrarium:nam liberos ēt dicimus unum filiū. Adeo ut Teren.Filias liberos dixerit ut in ecyra:qui illū dignum decreuerūt:ſuos cui liberos committerent. Vbi pater de filio ad uxorē loquit̃. Ergo uſurpauit reſpiciēs ad liberos ut gnatos de uno diceret. Commertia:uiciſſitudines:& ignoſcendi facultatem. Nec procul hæmonides:hoc nomen licet poſſit eē & patronymicō: quia in des exit:ut dicamus hæmonis filius. Tamen melius ē ut id proprium eſſe dicamus qa nuſq̃ nomē eius aut pmiſſum ē:aut ſecutū ergo ſimile ē patronymico:ut ſit Hæmonides ſicut Thucidides. Infula:faſcia ī modū diadematis a qua uitæ ex utraq; pte depēdebant:q̃ plerunq; lata & plerunq; tortilis de albo & coco. Inſignibus armis:Aſp ſic legit:& utitur Salu.exemplo qui ait:equo atq; armis inſignibus.Probus uero inſignibus albis dicit legendum:ut ueſtes albas accipiamus quæ ſunt ſacerdotibus congrue: ſicut Statius de amphiarao dicit Albaq; purpureas interplicat infula criſtas. Campo:per campum. Immolat:quaſi uictimā ut ille conſueuerat. Nam hoc uerbo ad ſacerdotis nomen alluſit. Ingentiq; umbra tegit: aut magnitudine corporis ſui obumbrat eius cadauer:aut ingenti umbra ideſt morte tegit ut in æternam clauduntur lumina noctem:aut ingenti umbra tegit ſecundum uſum accipiendum eſt ideſt inſultatione eum opprimit. Sereſtus:Sereſtos duos intelligamus:unū in caſtris:& unum cum ænea: nam troiani nondum erupere:ut intelligamus eum quem ſupra dixit.Ergo duo ſunt:nec mirum cum & ipſe dixerit q̧ exemplo eſſe poſſit Aſſaraciq; duo. Lecta refert:proprie dixit:nam ſpolia quæ aptantur trophæis legi dicunt̃.i.eligi. Trophæum:declinatio latina eſt:unde & penultima habebit accentum in numero plurali:quia trophæa dicimus ſicut græci: nec aliquid tamen mutilamus erit in antepenultima accentus:ſicut apud græcos.

DONA. Metit:qui metit facile ſecat ſegetes & obſtantia monet: ſic æneas facile cedebant qui obſtabant. Quatuor ſulmone creatos:mira uirtus hominis:qui tanta facilitate tot uiuentes hoſtes rapiat.

CHRI. Limitē agit: quaſi dicat uiā q̃uis anguſtā ſibi per hoſtes facit ut oſtendat q̧ q̃uis fortiſſimus eſſet æneas illi tamen terga non dabant:ſed uix illi tantū cedebant q̃ tranſire poſſet. Pallas euander.i.i.ſ.o.Vir.eni beneficioꝵ gratiſſimus moleſte ferebat talē ſe gratiā Euandro rediturum. Per patrios manes: breuis & ipſi accōmodata orō.Nā cū petat ſe ſeruari patri & filio rogat p patrē & p filiū:deinde proponit utilitatem: poſtremo oſtendit ſalutē ſuam nullū eſſe detrimentum uictoriæ. Oratio autem æneæ demonſtrat nō crudelitate naturæ:ſed neceſſitate quam intulit Turnus non parci ſibi:ergo potius ex pietate in pallanta q̃ ex odio ui eum id agere cogitur.Multa enim ſua natura impia uideri poſſunt:quæ aliqua re interueniente fiunt pia.

SER. Inſtaurāt acies: κα7ατοσ ιοπομενον ante fuſas accipiamus:ex eo quod dixit iſtaurāt. Vulcani ſtirpe creatus:notandū ſtirpē de patre dictam: cū ſemper de longa generis ſignificatione dicatur. Dardanides: patronymicō a maioribus. Dixerat ille aliquid: prouerbialiter dictum eſt:ac ſi diceret non mirum ſic occiſum eſſe eum qui ſibi plurimum arrogabat. Cæloq; animum fortaſſe ferebat: forte exæquauerat cælo ut de ænea Drances quibus cælo te laudibus æquē Siluicolæ fauno dryope quem nympha crearat. Faunus hoc loco quidam ruſticus intelligendus eſt: non deus:ſicut ſupra anxyrus quem legimus iouem.Nō

Inſtaurant acies uulcani ſtirpe creatus
Cæculus:& ueniēs marſoꝵ a mōtibꝫ umbro.
Dardanides cōtra furit:anxuris enſe ſiniſtrā
Et totum clypei ferro deiecerat orbem
Dixerat ille aliqd magnū.uiq; affore uerbo
Crediderat:cæloq; animum fortaſſe ferebat.
Caniciemq; ſibi:& longos promiſerat annos.
Tarquitus exultās contra fulgentibus armis:

Syluicolæ fauno dryope quē nympha crea/
Obuius ardenti ſeſe obtulit:ille reducta (rat:
Loricam clypeiq; ingens onus impedit haſta.
Tūc caput orātis nequicq̄:& multa parantis
Dicere deturbat terræ:truncumq; tepentem
Prouoluens ſuper hæc inimico pectore fatur.
Iſtic nunc metuende iace:non optima mater
Cōdet hūi:patrio ue onerauit mēbra ſepulcro
Alitibus linquere feris:aut gurgite merſum
Vnda feret:piſceſq; īpaſti uulnera lambent.
Protinus antæum:& lichā prima agmina turni
Perſequitur:fortemq; numā:fuluūq; camertē
Magnanimo uolſcente ſatum ditiſſimus agri
Qui fuit auſonidū:& tacitis rḡnauit amyclis
Agæon qualis centum cui brachia dicunt
Centenaſq; manus:qnquaginta oribus ignē
Pectoribuſq; arſiſſe:iouis cum fulmina cōtra
Tot paribꝰ ſtreperet clypeis:tot ſtrīgeret ēſes:
Sic tot æneas deſæuit in æquore uictor
Vt ſemel intepuit mucro:quin ecce niphei.
Quadriiuges i equos: aduerſaq; pectora tē/
Atq; illi longe gradientē & dira fremētē (dit
Vt uidere:metu uerſi retroq; ruentes:
Effundūtq; ducem:rapiūtq; ad littora currus.
Interea biiugis infert ſe lucagus albis
In medios:fraterq; liger:ſed frater habenis
Flectit equos:ſtrictū rotat acer lucagus enſē.
Haud tulit æneas tanto feruore furentes.
Irruit:aduerſaq; ingens apparuit haſta.
Cui liger.

nulli etiam nympham non deam: uolunt:ſed græcæ ſponſam dictam nec incredibile ſit ex duobus numi/nibus procreatum eſſe mortalem q̄q̄ hæc numina ſe/cundū Ariſtotelem aliquando moriantur. Ille redu/cta:ideſt longa:ut Interea uidet æneas in ualle redu/cta:& intelligimus protenta haſta tarquiti arma eſſe i/pedita. Alii reducta retroducta dicunt quod non pro/cedit. Iſtic nunc metuende iace: Sarcaſmos ē hoſtilis irriſio. Patrio ſepulchro:etiam hic apparet Faunum hominem fuiſſe. Impaſti: ita auidi ut ſemper credā/tur impaſti:ſicut de harpyis dixit in tertio: & pallida ſp ora fame quaſi fame. Auſonidum: pro auſonida/rū:ſicut deum ꝑ deoꝝ:nam auſonidum a genere fœ/minino uenit:ut hæc auſonis hæ auſonides auſonida/rum uero uenit ab eo quod eſt hic auſonida huius au/ſonidæ. Tacitis regnauit amyclis:iter caietam & Ter/racinam oppidum conſtitutum eſt a laconibus q co/mites Caſtoris & Pollucis fuerunt:& ab Amyclis pro/uinciæ Laconiæ ciuitate eſt ei nomen inditum.Laco/nes itaq; iſti cum ſecundum pythagoream ſectam a cædæ omnium animalium abſtinerent. Vnde Iuue. A cunctis animalibus abſtinuit qui tanq̄ hominem: & ex uicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent:ab iiſdem interempti ſunt. Vnde Amyclas tacitas dicit ideſt pythagoreas.Nam pythagorica uir/tus eſt quinquennale ſilentiū.Eſt & alia expoſitio:cū frequenter falſa nuntiarentur hoſtes:& inani terrore ciuitas quaſſaretur:Lata lege cautum eſt ne quis unq̄ hoſtis nuntiaret aduentum. Poſtea cum uere hoſtis ueniret nullo nuntiante ex improuiſo capta eſt: unde tacite Amycle dictæ ſunt ꝙ perire ſilentio. Hinc eſt quod ait Lucillius: Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio amyclas tacendo periſſe. Aegeō qualis:ipſe eſt & bria/reus. Ignem pectoribus arſiſſe:Aſper dicit. Ignē hūc animæ intelligendum calorem uenientē ex ferocita/te:ut ſit cum uim ſuæ crudelitatis efflaret. Alii ignem hunc fulminis uolunt: ut ſit dictum quemadmodū in primo Illum expirantem tranſfixo pectore flam/mas.Sane notandum ignem arſiſſe cum igni alia res ardeat. Sic:ut non unam manum putares. Namque ad hoc pertinet comparatio:ut intelligamus eū mul/titudinis uice dimicaſſe. Intepuit mucro:nimia ſcilicet cæde. Quadriiugis:propter homœoteleuton noluit dicere quadriiugos:contulitq; ſe ad aliam declinationem.Nam & quadriiugos & quadriiuges dicimus:ſicut inermes & inermos:exanimes & exanimos. Atq; illi:ſcilicet equinam ad ſuperiora retulit: quod ſciendum ē eſſe uitioſum. Interpoſuit enim Aduerſaque pectora. Longe gradientem : longis gradibus incedentem: & eſt militaris incenſus. Biiugis:erit nominatiuus hic biiugus.Nam biiugibus faceret ſi eſſet tertiæ formæ ab eo quod eſt hic biiugis genitiuo huius biiugis.

DONA. Canitieq; ſibi:irridet qui futuroꝝ ſcientiæ cōfidunt. Metuende:qui te metuendū arbitratus es.

CHRI. Iſtic nunc metuende iace:Hoſtilis & amara increpatio. Amyclis:uolunt nonnulli milites caſto/ris qui lacones eſſent poſt primum bellum troianum in italiam ueniſſe.Alii āt ſcribunt illos lacones quidem fuiſſe non Caſtoris milites:ſed exilio actos qui inter Caietam & Fundos urbem paluſtri loco condidere:& ab amyclis urbe laconica Amyclas dixere.Has Plinius ait a ſerpentibus deletas.Emilius autem Aſper refert cum ſæpe falſo anuntiaretur aduentus hoſtium amyclenſibus capitale ex lege inſtitutum eſſe:ſi illud deinceps nū/tiaretur.Ergo cum aduentarent hoſtes nihil nuntiatū eſt & per ſilentiū capta eſt urbs : hinc Lucilius ait Mihi neceſſe eſt loqui.Nam ſcio amyclas ſilentio periſſe:& Syluius italicus:Quæque euertere ſilentia amyclæ : ſed potuerunt ita captæ ſequentibus deinde tēporibus a ſerpentibus deleri. Aegæon:de quo in ſuperioribus di/ximus:nam ipſe Briareus eſt centum brachia:nam εκατονχυροσ ideſt centimanus fingitur.

Nō diomedis equos:nō currū cernis achillis:
Aut phrygiæ campos:nunc belli finis & æui
His dabitur terris:ueſano talia late

SER. Nō diomedis equos.n.cur.cer.achil. Duos obiicit a quibus ē uictus æneas:nec tamen uſquequa/que:nam eorum impetus euitauit. Dicta parat : pōt legi & dicta parat contra. Pronus.p.pronus nomē eſt:nam & comparatur ut pronior. Si āt participium

eſſet fieret uitioſa locutio ſine interpoſitione locutio/ nis. Proiecto:extento: ut proiectaq; ſaxa pachynni. Lucage nulla tuos curus fuga ſegnis equoꝝ Prodi/ dit Aut uanæ uertere ex hoſtibus um. Hæc allocu/ tio contraria eſt ſuperiori. Hoc.n.continet. Obiecisti mihi q̄ ſim & a Diomede & ab Achille conuerſus in fugā:te uero o Lucage nec equorum tarditas ꝓdidit: quod mihi contigit:cum a Diomede occiſus eſt Pan darus:qui in eodem curru dimicabat:nec aliqua um/ bra equi tui territi:quod factum ſæpius i Homero le gitur:ſicut paulo poſt Turnū cogit imago bella deſe/ rere. Poteſt tamen & ad illud referri quo tempore eū ab Achille nube Neptunus eripuit:ut in quinto com memorat. Ipſe rotis ſaliēs:ſarcaſmos ē:nam per irri/ ſionem dictū eſt. Ille enim uulneratus ceciderat. Ro tis.i.curru a parte totum. Sine: permitte uiam.ſ.reli que patere:& συγχωρησον:Latebras animæ pectus definitio pectoris eſt. Edebat:quaſi ad ſpectandū:un de & muneꝝ editores dicunt. Vt rebare: ut arbitra/ baris. Veꝝ eſt q̄ troiani Veneris uirtute nituntur: & dictum ē per ironiam:nā ſuperfluo quidam hāc ora/ tionē ſimpliciter dictam uolunt:ut re uera dicat Iup/ piter per ſe nihil poſſe troianos quod falſum ē: adeo ut iunonis oratio ad ironiam: non ad ſimplicia uerba reſpondeat. Nec te ſententia fallit:hoc per parenthe/ ſim dictum eſt. Viuida:fortis ut Sed bello uiuida uir tus. Cui iuno ſūmiſſa:humilis & quia itellexit obli/ qua troianorum accuſatione impugnari ſuum pudo rē:& ipſe reſpondit oblique. Triſtia:ſeuera: Terenti. Et triſtis ſeueritas ineſt atq; in uerbis fides. Itē contra Virgili. Furias amnēq; ſeuerum.i.triſtem. Quin .i. ut non nam confirmatiua particula non eſt. Nunc pereat teucriſque pio dat ſanguine pœnas: ſermo ob/ liquus non apertus ductus. Nam non agit ut pereat: ſed magis fauet eius ſaluti. Quod autem dicitur pio ſanguine: Aeneæ eum latenter exequat:qui ubique di citur cultor deorum. Ille tamen:quamquam mori/ turus:tamen a diis originem ducit. Noſtra: diuina. Quartus pater: abauus nec eſt contrarium illud cui Pilumnus auus potuit enī fieri: ut & auus & abauus eius a pilumno pilumni nominarentur.

DONA. Achillem & Diomedem non uult lau/ dare ſed illos cum Aenea deprimit. In phrygiis: qua ſi dicat i q̄bus uerſabant̄ ibelles. Nō di.p.nā prudens norat nō lingua:ſed māu utēdus ī bello. Submiſſa: humilem eſſe decet quem neceſſitas ꝑcandi urget.

CHRI. Non diomedis equos:uanitatis plena ora tio ē:quæ ex ore fortiſſimorum prudentiumq; uiro/ rum non egreditur. Qui enim res grandes aggrediū/ tur ii potius ſilentio conſilium tegunt q̄ uanis minis efferuntur. Vnde de Aenea profert:Sed non & troius

Dicta uolāt ligeri:ſed non & troius heros
Dicta parat cōtra:iaculū nā torquet in hoſtē
Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo
Admonuit biiugos:proiecto dum pede leuo
Aptat ſe pugnæ:ſubit oras haſta per imas
Fulgentis clypei:tum leuum perforat inguē:
Excuſſus curru moribundus uoluitur aruis.
Quem pius æneas dictis affatur amaris.
Lucage nulla tuos currus fuga ſegnis equorū
Prodidit:aut uanæ uertere ex hoſtibꝫ umbræ.
Ipſe rotis ſaliens iuga deſertis.hæc ita fatus
Arripuit biiugos:frater tendebat inermes
Infœlix palmas curru delapſus eodem.
Per te per qui te talem genuere parentes
Vir troiāe:ſine hāc aīam:& miſereī precātis.
Pluribus orāti æneas:haud talia dudum
Dicta dabas:morere & fratrē ne deſere frater.
Tū latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera uictor
Dardanius:torrentis aquæ uel turbinis atri
Morte furēs tandē erūpunt:& caſtra reliquūt
Aſcanius puer:& nequicq̄ obſeſſa iuuentus.
Iunonem interea compellat iuppiter ultro
O germana mihi:atq; eadē gratiſſima cōiūx
Vt rebare uenus(nec te ſententia fallit)
Troianas ſuſtentat opes:non uiuida bello
Dextra uiris:animuſq; ferox::patienſq; pīcli.
Cui iuno ſummiſſa::qd o pulcherrime cōiūx
Sollicitas ægrā:& tua triſtia dicta timentem.
Si mihi q̄ quondam fuerat:quāq; eſſe decebat
Vis in amore foret:nō hæc mihi nāq; negares
Omnipotens:qui & pugnæ ſubducere turnū:
Et dauno poſſem incolumem ſeruare parēti.
Nunc pereat:teucriſq; pio det ſanguīe pœnas
Ille tamen noſtra deducit origine nomen.
Pilumnuſq; ili quartus pater:& tua larga
Sæpe manu multiſq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter ſic fatur olympi.

heros dicta parat contra. Quem pius æneas dictis affatur ama.genus dicendi ardens erectum & infenſum ē dq q̄le ſit &:cui tribuat̄ iam ſupra demonſtrauimus. Hoc nō mitiori Aeneæ naturæ quadrat:ſed animo ſuo morte Palantis exacerbato conuenit. Ergo poeta ne hoc ingenio ſuo: ſed concitationi ex merore interempti Pallantis dare uideret̄:dixit pius æneas dictis amaris ut pietas naturæ amaror concitationis eſſe ſignificaret.

Turbinis:de quo alias. Tandem erumpunt.ſ.poſtq̄ æneas ita uires hoſtiles contriuerat:ut pene obſidionem iam deſererent. Aſcanius:qui & parenti ſubuenire: & hoſtem ulciſci cupidiſſimus erat. Nequicq̄: quia ſupe rari aut ne erumperet prohiberi non potuit. Cui iuno ſubmiſ.oſtendit ex fortunæ uarietate & ſuperiores de iici & abiectores efferri conſueuiſſe:Videmus enim nunc Iunonem in deſperatione omnium rerum faſtus & grandia ſua uerba depoſuiſſe. Muliebriter igitur queritur de imminuto iouis amore erga ſe: & ſupplex orat: ut ſi non uictor ſaltem incolumis e pugna diſcedat Turnus. Eſt autem oratio artificioſa. Nam a principio oſtē dit non cedere Veneri:ſed illi quem timet:ut & in Venerem inuidiam moueat quæ non ſua induſtria: ſed alie

po auxilio ſuperet:& in ſe commiſerationem captat:quæ iniquitate mariti ſuccumbere cogaſ. Quod magis dolendum uidetur quod non ſui aut rei culpa:ſed imminutione amoris hoc ſibi accidere oſtendit: nec diſce dit a natura muliebri quæ omnia ſibi denegata imputant imminutione amoris.

Si mora præſentis leti tempuſq; caduco
Oratur iuueni:meq; hoc ita ponere ſentis
Tolle fuga turnũ.atq; inſtantibus eripe fatis
Hactenus indulſiſſe uacat:ſin altior iſtis
Sub precibus uenia ulla latet:totũq; moueri
Mutari ue putas bellum ſpes paſcis inanes.
Cui iuno illachrymãs:quid ſi q̃ uoce grauaris
Mẽte dares.atq; hæc turno rata uita maneret:
Nũc manet inſontẽ grauis exitus:aut ego ueri
Vana feror:quin ut potius formidine falſa
Ludat:& i melius tua qui potes orſa reflectas.
Hæc ubi dicta dedit:cælo ſe protinus alto
Miſit:agens hyemem nimbo ſuccicta p auras
Illiacamq; aciem:& laurentia caſtra petiuit.
Tũ dea nube caua: tenuẽ ſine uiribus umbrã
In faciem æneæ uiſu mirabile monſtrum
Dardaniis ornat telis: clypeumq; iubaſq;
Diuini aſſimulat capitis:dat inania uerba:
Dat ſine mẽte ſonum:greſſuſq; effingit euntis
Morte obita quales phama ẽ uolitaſ figuras:
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas læta ante acies exultat imago.
Iritatq; uirum telis:& uoce laceſſit.
Inſtat cui turnus:ſtridentemq; eminus haſtã
Coniicit:illa dato uertit ueſtigia tergo.
Tum uero ænean auerſum ut cedere turnus
Credidit:atq; aĩo ſpem turbidus hauſit inanẽ
Quo fugis ænea:thalamos ne deſere pactos.
Hac dabitur dextra tellus quæſita per undas.
Talia uociferãs ſequitur:ſtrictumq; coruſcat
Mucronẽ:nec ferre uidet ſua gaudia uentos.
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis:& ponte parato

SER. Si mora pſ̃entis leti: ex iouis cõceſſione q̃li arte egerit iuno cognoſciſ.ſ.ut Turnus poſſit euadere. Caduco:morituro. Ponere:facere ſic Lucili.Homerũ ſecutus:q ait αλγεεθηκεν.i.fecit. Hactenus indulſiſſe uacat:ingenti arte locutus eſt. Nã dicendo uacat oſtẽdit ſup hoc breue ſpaciũ ulterius bonaꝝ ſtellaꝝ irradiatione Turni fata differre non poſſe. Vnde non ait indulſiſſe libet: ſed uacat ac ſi diceret iam undiq; in mortem truditur Turnus: hoc tantum uacat ſpacium. Hinc eſt quod & ſupra ait Metaſq; dati peruẽit ad æui. Venia ul.beneficium quod ſperas te me reri. Quod uoce grauaris: Negas fato. Vox enĩ iouis fatum eſt. Stati. Et uocem fata ſequuntur:hoc ãt dicit Vtinã quæ negas uoce ideſt fato mẽte preſtares: nam ſi iouis uox fatum eſt põt aliud fando fati ordinẽ cõmutare. Grauaris autẽ negas grauiter fers. Et hac locutione non niſi per accuſatiuum utimur: ut ſi dicas aggrauor aduẽtum tuum: ideſt grauiter fero grauor præſentiam. Nam ipſe dixit qua grauaris aliter non dicimus in hac ſignificatione. Similiter etiam accuſatiuo caſu utimur: cum uolumus abſolutam facere locutionem & per gerundii modum aliquid dicere ut petendum mihi eſt equm: codicem Byrrhum hinc Virgili. Et pacem troiano ab rege petendum: nã ſi dixeris petendus ẽ codex iã nõ per gerundii modũ: ſed participialiter loqueris. Rata:firma ppetua. Veri ua.ſe.ſum ueritatis ignara. Nimbo ſuccinta nubibus:quia pmiſit agens hyemẽ quod niſi eſſet ſplendorẽ acciperemus:q eſt circa corpus deoꝝ. Nube caua: erit nominatiuus hæc nubes:nam nubs nõ dicimus: quod ait Liui. Andronicus:q primus edidit fabulã latinã apud nos. Iubaſq;:propter equinã caudã q̃ eẽ ſolebat in galeis:ut Criſtaq; hirſutus equina. Diuini aſſimilat capitis:hoc ex perſona poetæ dictũ ẽ intuentis futura:nã poſt mortẽ i numeꝝ referunſ deoꝝ. Dat inania uerba:nec a mẽbris nec a mẽte uenientia. Obita:ſũpta & ſuſcepta & completa. Exultat: exultare ẽ gaudere & p ſe plenũ ẽ:nam inſultare ẽ irridere inimicos & dicimus inſulto tibi. Licet Salu. dixerit Multos ab adoleſcentia bonos inſultauerat:quãuis poſſit illic alia eſſe ſignificatio:multos inſultauerat: hoc ẽ impetũ fecerat. Irritatq; uiꝝ telis:ideo hac arte agit iuno: & imagine decipit Turnum:qui ſi ex apto fugã ſuaderet more uiri fortis ille fugæ pponeret mortẽ: cũ preſertim ipſe in ſequẽtibus dicat:Vſq; adeo ne mori miſeꝝ ẽ? Turbidus:elatus arrogantia tumens. Tellus q̃ſita per undas:ſic alibi En agros & quã bello troiane petiſti Heſperiam metire iacens. Vociferans ſequitur: ſequens clamabat:non autem dixit & ſic eſt ſecutus. Nec ferre uidet ſua gaudia uentos:prouerbium eſt uenti ferunt gaudia.i.lætatur incaſſum ſic ſupra: Sed auræ omnia diſcerpũt. Itẽ partem mentẽ dedit partẽ uolucres diſperſit in auras. Forte ratis:Deſcriptio per echaſim facta:non enim a ſupioribus pendet: ſed antedictis adiungitur:ut inſula ſicanum iuxta latus. Has autem deſcriptiones eſſe apertas & raras conuenit:ſicut & Hora. decet in arte poetica dicens purpureus late:qui ſplendeat unus & alter Aſſuitur pannus ſunt enim ornatui. Crepidine ſaxi:crepido eſt abrupti ſaxi altitudo. Sane hoc loco antiptoſis facta eſt propter metrum cõiuncta ergo crepidine pro crepidini:ſicut Heret pede pes:pro pedi.

DONA. Nihil eſt quod ex Donati uolumine hic ponendum ſit.

CHRI. Si mora præſentis.I.intellexit Iuppiter q iuno in tam plena conceſſione oblique non ſolum q turnus tunc ſubtrahi poſſet a pſ̃enti pugna petebat:ſed omnino incolumis deinceps euaderet: iccirco illi circumſcribit tempus in quo notatur q rata differri poſſunt:ſed non tolli. Ponere:conſtituere. Quod autem umbrã iformã æneæ conſtituat iuno non eſt ab re. Nam ipſa ambitio perſæpe honorum cupidos uiros ita impellit:

ut umbras pro æneа.i.inanē quādā gloriā pro uera laude ſectenť & illa gloria capti: multa ſupra humanā conditionē aggrediantť: cui rei fabula etiā ixionis quadrat: qui cū ſe iunoni concubere putat nubibus admiſcetur.

Q ua rex cluſinis aduectus oſinius oris
Huc ſeſe æneæ trepida fugientis imago
Coniicit in latebras: nec turnus ſegnior inſtat:
Exuperatq; moras: & pontes trāſilit altos.
Vix prorā attigerat: rupit ſaturnia funem:
Auulſamq; rapit reuoluta per æquora nauē.
Illum autē æneas abſentem in prælia poſcit
Obuia multa uirum demittit corpora morti.
Tū leuis haud ultra latebras iā quærit imago:
Sed ſublime uolās nubi ſe immiſcuit atræ
Cum turnū medio interea fert æquore turbo.
Reſpicit ignarus rerum ingratuſq; ſalutis.
Et duplices cum uoce manus ad ſydera tēdit
Omnipotens genitor tāton me crimīe dignū
Duxiſti: & tales uoluiſti expēderť pœnasť ...
Q uo feror? undē abii? q̄ me fuga quo ue redu
Laurentis ne iterū muros: aut caſtra uidebo?
Q uid manus illa uir℞: q me meaq; arma ſecuti
Q uos ue (nefas) oēs nefanda in morte reliq;
Et nunc palātes uideo: gemitumq; cadentum
Accipio. qd agā? aut quæ iā ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? uos o potius miſereſcite uenti
In rupes in ſaxa (uolens uos turnus adoro)
Ferte ratem: ſæuiſq; uadis immittite ſyrtis:
Q uo neq; me rutuli: neq; cōſcia fama ſeq̄tur.
Hæc memorās aio nūc huc nūc fluctuat illūc
An ſeſe mucrone ob tātum dedecus amens
Induat: & crudum per coſtas exigat enſem:
Fluctibus an iaciat mediis: & littora nādo
Curua petat: teucrūq; iterū ſe reddat in arma.
Ter conatus utrāq; uiā: ter maxima iuno
Continuit: iuuenēq; animi miſerata repreſſit.
Labitur alta ſecās æſtu fluctuq; ſecundo.
Et patris antiquā dauni defertur ad urbem.

SER. Oſinius: ipſe ē quē ſupra Maſſicum dixit ergo ut diximus ſi Oſinius propriū eſt: maſſicus appellatiuū licet poſſit fieri ut duo nomina unius ſint: ut ē Numa pōpilius Alexander magnus. Cluſinis oris: Thuſciæ ciuitate. Tranſilit: hoc ſermone feſtinātis celeritas indicať. Rupit ſaturnia funē: ne deprehēſo dolo ad bellū rediret. Illū autē æneas abſentē in prœlia poſcit: ſic melius q̄ ſicut nōnulli uolūt. Vrbanus nāq; ſic legit: ille āt Aeneam abſentē in prœlia poſcit: ut q̄ſi ad Turnum poſſit referri. Obuia multa uirum demittit corpora morti: quod Vrbanus dici arbitratur de nautis in naui inuentis: quod non procedit: nā abſens diciť q recedit: quod nunc Turno congruit: non Aeneæ qui intereſt p̄liis. Medio: ad mediū. Turbo: uis uenti. Ignarus re℞: artis per quā euaſerat. Omnipotens genitor: duo antonomaſia pro uno proprio ut Tritonia pallas. Tantō: pro tantone: & conſtat mutilatas partes orationis accentum in eodē loco habere in quo etiā integræ habuerūt: nā μopiα.i.minores particulæ: ut q; ne ue ce quotiens iunguntur aliis partibus ante ſe accentū faciūt q̄ſlibet ſit ſyllaba quæ precedit: ſiue breuis ſiue longa ut muſæq; huiuſue illiſce tantone: adduce: & hæc mutilata ſimiliter proferunť ſcilicet ſub eodem accentu. Q uéue red. qualem: ut hunc ego te Euryale aſpitio: & quaſi neſcius ſui eſt in tanta rerum permutatione. Laurētiſne ite℞ muros: quaſi deliberatio eſt. Q uid manus illa uirum: ſyllepſis per genus: nam a manu ideſt multitudine ad uiros tranſitum facit. Palantes uideo: intelligimus eū non longe a terris fuiſſe: nam quod ait ſupra Medio fert æquore turbo: ut diximus ad medium accipiendum eſt: aut quia medium dicitur omne quod eſt inter finem & initium: ut in quinto Interea mediū æneas iam claſſe tenebat. Gemitumq; cadētum accipio: hinc apparet de ænea dictum. Obuia multa uirum demittit corpora morti ima terra: Dolet ſibi etiam infœliciū uota oblata: ſi quidem in mari conſtitutus optare hiatum non poteſt terræ. Imam autem terræ dixit: quæ continet maria. Miſereſcite uenti: propetentis qualitate nonnunquam etiam mors uidetur eſſe miſeratio: ut hoc loco: item ſupra Figite me ſi quā eſt pietas. Adoro: ad uacat & eſt metri cauſa additum. Syrtis: ubi harenoſa ſunt loca: aut re uera ad ſyrtes. i. ad mūdi extrema quo me nec fama comiteť. Mucrone induat: aut κα7ωχρησ τικοσ dixit iduat ꝓ feriat. Aut hypallage eſt pro mucrone ſuo induat corpore: Si eni inducere ē ueſtire. Nō mucrone corpus induitur ſed induitur mucro corpore: ideſt tegitur & ueſtitur. Crudum: crudelem cruentum. Animi: pro animo miſerata. Nam figurate locutus eſt: ſicut O preſtans animi iuuenis: pro animo: & illius rei ꝓ illa re. Ad urbem: ardeam & ideo ſic longe ne ex propinquo ſtatim rediret & ut cur ı affectus retineret parentis.

CHRI. Nec turnus ſenior inſtat: nam quotiens per ſummam inſcitiam ēt qui maximi uiri habentur aduerſus res uanas & nihil profuturas omni ui nituntur: & utilia quæ aut dignitatem ſummam: aut ſaltem ſalutem allatura ſint negligunt. Et umbratile quoddam & uanum ſectantur. Crimie. i. pœna & poſuit p̄cedēs pro ſubſequēti: nā quod aliud maius crimen poteſt excogitare dux q̄ caſtra ſuo℞ & pugnantes acies hoſtibus prodere & tamen non ſuo conſilio factum oſtendit: ſed a ioue in hunc errorem deductū dolet. Tanton: non potuit illuſtrius exprimere quaſi dicat quātum nullum aliud ne excogitari quidem pōt potius āt de ioue q̄ de reliquis diis queritur: quia ipſe primus omnium ſuo nutu omnia gerit. Eſt autem pathetica oratio: & qualē i homine ſumma perturbatione furenti eſſe decet. Vnde principium abruptum habet & clauſulas conciſas: ut animus crebro æſtuet neque uſquam conſiſtat. Omnipotens genitor: captat aperte beniuolentiam dum omnipotentem & genitorem appellat: ſed oblique dolet q; cum omnipotens ſit & parentem curam ſubire dece

at in tam nefādum ac ignominioſum errorem illum īduxerit. Quo feror:quaſi dicat eo feror unde ſumma ignominia prouētura ſit. Vnde abii:quaſi dicat a meis quos quia mea cauſa i tāto periculo cōſtituti ſūt deſerere ſummum nefas fuit. Quid manus illa uirum:nō graue eſt hōeſto uiro uiriliter pugnādo hōeſte cadere. Sed turpiter cedere & ſuos i māifeſto periculo prodere peius omni genere mortis optat. Quo ergo aīmo credibile eſt illum & gemitus ſuorum audiſſe & fugam uidiſſe. Quæ iam ſatis ima dehiſcat Terra:cum i tantū dedecus uir fortis & ſolius gloriæ appetēs ſe icurriſſe uideat qd aliud optet/niſi ut terra ſibi dehiſcat: & quod uis genus mortis exoptet:& q̄ procul a rutulis feratur:a quibus ſe maxime probari:& i maxima laude ſe apud illos eſſe cupiebat:& quos in tantas calamitates dum ſibi cōiugium regnumq̧ ſeruari ſtudet impulerat: iuno autem prohibuit:ideſt cupido regnādi continuit.

At iouis interea monitis mezentius ardens
Succedit pugnæ:teucroſq̧ inuadit ouātes.
Cōcurrunt tyrrhenæ acies:atq̧ omnibus uni
Vni odiiſq̧ uiro teliſq̧ frequentibus inſtāt.
Ille uelut rupes: uaſtum quæ prodit in æquor
Obuia uentorum furiis:expoſtaq̧ ponto
Vim cunctā:atq̧ minas pfert cæliq̧ mariſq̧
Ipſa immota manens: plem dolicaonis hebrū
Sternit humi cū quo latagū:palmūq̧ fugacē
Sed latagū ſaxo:atq̧ ingenti fragmine mōtis
Occupat os faciemq̧ aduerſā: poplite palmū
Succiſo uolui ſegnem ſinit:armaq̧ lauſo
Donat haberē humeris:& uertice figerē criſtas:
Necnon euāten phrygium: paridiſq̧ mināta
Aequalem comitēq̧:una quem nocte theano
In lucē genitori amico dedit:& face prægnās
Ciſſeis regina parim creat:urbe paterna
Occubat.ignarum laurens habet ora mināta.
At uelut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper:multos ueſulus quē pinifer annos
Defendit:multoſq̧ palus laurentia ſylua
Paſtus harundinea:poſtq̄ inter retia uentū ē.
Subſtitit:ifremuitq̧ ferox:& ihorruit armos.
Nec cuiq̄ iraſci propius ue accedere uirtus
Sed iaculis:tutiſq̧ procul clamoribus inſtāt
Haud aliter iuſtæ quibus eſt mezentius iræ
Non ulli eſt animus ſtricto concurrere ferro
Miſſilibus longe:& uaſto clamore laceſſunt.
Ille autē impauidus partes cōctatur in omnes
Dentibus infrendens:& tergo decutit haſtas.
Venerat antiquis coriti de finibus acron
Graius hō: ifectos liquēs pfugus hymenæos.
Hunc ubi miſcentē lōge media agmina uidit
Purpureum pennis:& pactæ coniugis oſtro.
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrās
Suadet enim ueſana fames ſi forte fugacem
Cōſpexit capreā:aut ſurgentē i cornua ceruū.
Gaudet hiās īmane:comaſq̧ erexit:& hæret
Viſceribus ſup accūbens:lauit improba teter
Ora cruor:

SER. At iouis ite.mo.Nouimus ſacrilegū eē Mezentiū:iouē ēt hortatū eē alios deos ut a bello deſiſterēt:& dixiſſe rex:iuppiter oībus idē. Quomō ergo pcedit At iouis iterea monitis:dicius prio iouē iuſtitiæ fauere nō ptibus:qđ ſi ē iure Mezentiū in Turni locū fecit uenire:ut iuſtū pliū inueniat:nec una pars penitus a ducibus ſit deſtituta. Quod āt dr̄ ſacrilegū iuppiter admonere nō debuit non admonet ut uicat:ſed ut poſſit perire:illud ēt fruſtra q̄rit̄ quemadmodum numini ſacrilegus obtēperare potuit cū Mezentiū nō apte iuppiter mōeat:ſed ei initiat tale deſiderium unde ē:Dii ne hūc ardorē mentibus addūt Euryale/an ſua cuiq̧ deus ſit dira cupido. Monitis: ab eo quod ē hæc mōita hic uenit datiuus:nā & hos monitus dicimus ut Perſi.hos pueris mōitus ptes īfundere lippos ſed a q̄rta decliatiōe:nec ſingulari datiuo utimur nec plurali:nā unū nomē ē de his:q̄ licet duplicē habeant declinationē tamē aliqbus eoꝝ caſibus pp aſperitatē nō utimur : ut lauri lauribus:cum & huius laurus ab hac lauro dicamus. Concurrūt tyrrhenæ acies:q̄ ſpecialiter odio Mezētii i bellū ruebāt. Prodit i æquor: extēditur: Sic Iuue.Quæ pelago occurrūt medio longeq̧ relinquūt italiam. Ponto:contra pellagus:nā datiuus eſt. Cæliq̧ mariſq̧:ſicut & Mezētium odiorū & teloꝝ totius exercitus. Fugacem:uelocem modo. Latagū occupat os:pro latagi os occupat:& eſt græca figura in Homero frequens: ut ſi dicas εκρουσ εν αχιλλεατον ποδα.i.Achillem percuſſit pedem:pro percuſſit Achillis pedem. Poplite palmum:ea parte qua plurimum poterat. Donat habere:græca figura:ut Argenti magnum dat ferre talentum. Ciſſeis: Hecuba filia Ciſſei ſecundū Euripedem: i Ecuba. Secundum alios Dimantis quod autem face prægnans hæc ideo eſt quia anteq̄ pareret:faculā ſe peperiſſe uidit in ſomnis. Vrbe paterna occubat : ſubaudis paris quod ut non diceret metri eſt neceſſitate compulſus. Ignaꝝ laurēs habet ora mināta.ſ.caſus ſui. Vera tamē ē lectio ignaꝝ.i.ignoratū:qui neſcireſ:& eſt ſupina ſignificatio:ſicut in q̄rto Liquitq̧ uolatile ferrum Neſcius:pro qui neſciebatur. Actus:coactus in retia. Defendit:texit:ut Hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos. Veſulus:mons Liguriæ eſt iuxta alpes:liguria autem cohæret tuſciæ de qua fuerat Mezentius.Vnde ſatis ē cōgrua comparatio. Multoſq̧: pro multos ue nō.n.uicina ē palus laurētia monti.Veſulo:ut poſſit unus atq̧ idem aperte itelligi. Paſtus: pro paſtū nā ſupra ait quē ergo antiptoſis ē. Laurentia:pro laurens:nā recta declinatio hæc eſt. Inhorruit armos:pro armis ihorruit.Aut certe in armos horruit: & erexit ſetas. Tutis clamo.pp piculum. Iuſtæ iræ:pp illud Mortua quin ēt iūgebat corpora uiuis: Cōponēs manibuſq̧ manuſq̧ atq̧ oribus ora. Cunctaſ:diſponit ſe p oēs ptes. Tergo:ſcuto : ut Et uenit

Sic ruit in denſos alacer mezentius hoſtes.
Sternitur infœlix acron:& calcibus atram

aduerſi in tergum ſulmonis. Coriti de finibus:coritus eſt ciuitas thuſciæ & mons & rex pater Dardani. unde nunc qđ uis poteſt referri. Graius homo: oriundo quidem græcus:ſed qui nunc de Thuſcia ueniſſet ad bellum. Miſcentē: perturbantem. Purpureum pennis: bene galeatum:ut Purpurei criſtis iuuenes:ideſt pulchri. Veſana fa.alibi & male ſuada fames. Fugacem:uelocem. Surgentem:creſcentem:cornibus eminentem. Comaſq; arre.naturale eſt:ut irati leones erigant iubas. Lauo:ab eo quod lauo lauis.Nam hoc uerbum & primæ coniugationis eſt & tertiæ a qua nunc ait.Et lauit:item Horati.Lauit amne crines:item neque dulcia mala uino lauere.

DONA. Nihil eſt de Donato.

CHRI. At iouis ītē.mo.nā cū pmiſiſſet iunōi:ut Turnū pugnæ ſubtraheret iniq; egiſſet niſi curaſſet ut alter loco Turni ſuccederet. Ouātes:q̄ſi nihil iā amoto turno timētes. Vni:fecit rē ueriſimilē ꝙ illo pempto & odiū ſaturaſſēt:& metu tyrāni iniq liberi euaſiſſēt:& pp hoc ſolū i expeditionē hāc uenerāt. Veſulus:mōs de quo in Georgicis dictum ē. Palus laurentia·qa uolutabris apri gaudent. Inhorruit.a.quia ſetas erigunt.

SER. Infra cta:aut ualde facta aut re uera īfracta.

Orodem:iſtum orodem uirum ſortem itelligimus in fugam conuerſum neceſſitate:nam ipſe Mezentius paulo poſt dicturus eſt ad hortandos ſocios : Pars belli haud tēnenda uiri iacet altus orodes. Furto:inſidiis:Haud tēnenda uiri:aſper uiris legit. Altus: magnus ut Sic pater ille deū faciat ſic altus apollo. Pæana ſecuti:pæan proprie Apollinis eſt laus:ſed abuſiue etiam aliorum dicitur.Vnde pīdarus opus ſuum qđ & hominum & deorum continet laudes pæanas uocat. Nec longum lætabere: duo dixit: nec diu lætaberis:nec me indefenſo : Homeri autem more morienti dedit ſcientiam futurorum. Longum:pro lōge nomen pro aduerbio poſuit. Subridens:per iracūdiam ridens loquitur : unde & illud dictum per irriſionem accipitur. Aſt de me diuum pater atq; hominum rex Viderit: ideſt uiderit utrum Mezentio poſſit nocere ille quem uos deorum & hominum creditis eſſe rectorem. Eduxit corpore tellū: quo facilius poſſet perire.Luca.Nō eget i geſtis ſed pulſis corpore telis. Dura qes:blande contraria:ſicut dictū eſt.Et ſōnus ferreus. Cedicus alchathoum:i hoc loco eſt confuſio in aliquibus hominibus.Nam quis ſit troianus quis rutulus ignoratur. Rapo:rapon dicit̃ ſicut Tarcō:ſed metri cauſa detraxit n ut poſſit fieri ſynalipha: ſicut ſupra ait At procul hinc tarco. Infrenis : calu eq aſperrimi:qui frenorum ſperneret regimen infrenos autem etiam homines dicimus:ut Hinc numidæ infreni cingunt: dicimus autem & infrenus & infrenis ſicut:inermus & inermis. Proceſſerat argis:contra meſapum dimicaturus:quod nequid efficere : nam a Valero antequā ad meſapum perueniret occiſus eſt.

Haud expers:nō ignarus uirtutis parentum. Iaculo & lōge fallēte ſa.ictu lōge fallētis ſagittæ:nō per endyadim dixit:ut Hamis auro ꝙ trilicem : item molē que & mōtes. Cedebāt:legitur & cedebāt:ideſt terga uertebāt:ſecūdum quod ruebāt iſequebātur ſignificat.Si aūt cædebāt.i.occidebāt:ruebāt:hoc eſt cadebāt ſignificat. Iram miſerātur ianem:Generaliter dicit oēm irā bellicā ubi.n.tam inanis iracūdia eſt q̄i bello ubi ut pereamus iraſcimur. Pallida ti.non ipſa dea: ſed effectus furiæ:hoc eſt iſania. Oriō.c.p.i.p.m.m.n.ſt.Oriō ut etiā i primo diximus Oenopionis regis filius fuit:& cōceſſus a ioue Mercurio neptunnoq; ſuſceptis hoſpitio hic uenator imēli corporis fuit q quodā tpe ſuſceptus a rege œnopiōe cū uellet eius filiam uitiare:ille iratus ei oculos ſubſtulit.Cæcus itaq; orion cum conſuleret quemadmodum oculos poſſet recipere reſpōſū ē ei poſſe lumia reſtitui:ſi per pelagus:

Tūdit humū expirās:infractaq; tela cruentat;
Atq; idem fugientē haud eſt dignatus orodē
Sternere:nec iacta cæcū dare cuſpide uulnus.
Obuius:aduerſoq; occurrit:ſeq; uiro uir
Cōtulit haud furto melior:ſed fortibus armis
Tum ſup abiectū poſito pede nixus: & haſta.
Pars belli haud tēnēda uiri iacet altus orodes.
Conclamant ſocii lætum pæana ſecuti.
Ille autem expirās non me quicunq; es inulto
Victor nec longum lætabere:te quoq; fata
Proſpectāt paria:atq; eadē mox arua tenebis.
Ad.quem ſubridens mixta mezentius ira
Nūc morerē.eſt de me diuū pater atq; hoium.
Viderit.hoc.dicens eduxit corpore telū. (rex
Olli dura quies oculos:& ferreus urget
Somnus:i æternā claudunt̃ lumina noctem.
Cedicus alcathoū obtrūcat:ſacrator hydaſpē:
Partheniūq; rapo:& prædurū uiribus orſen
Meſapus cloniumq; lycaoniumq; ericatem.
Illum infrenis equi lapſu tellure iacentem:
Hūc peditem pedes: & lycius ꝓceſſerat:argis
Q uē tamē hađ expers ualerus uirtutis auitæ
Deiicit:atronium ſalius:ſaliumq; nealces
Inſignis iaculo:& longe fallente ſagitta.
Iā grauis æquabat luctus:& mutua mauors
Funera:cædebant pariter pariterq; ruebant
Victores uictiq;:neq; his fuga nota neq; illis.
Dii iouis intectis iram miſerātur inanem
Amborum:& tantos mortalibus eſſe labores.
Hinc uenus:hinc cōtra ſpectat ſaturnia iuno.
Pallida tiſiphone media inter milia ſæuit.
At uero ingentem quatiens mezentius haſtā
Turbidus ingreditur cāpo:ceu magnus orion
Cum pedes incedit medii per maxima nerei
Stagna uiā ſcindēs humero ſup eminet undas
Aut ſummis referens annoſā montibus ornū:

cōtra orientem pgeret: ut loca luminū radiis Solis ſemp offerret:qđ id ille efficere ita potuit.Nā cum audiſſet ſtrepitum cyclopū ioui fulmina fabricātū ſono ad eos ductus unū de his humeris ſuperpoſuit:& eo duce ora culi pcepta cōpleuit.Nō āt icōgrue fingit ire potuiſſe p mediū pelagus q̄ſi filius ꝑ patre Neptūni.Hæc āt cōpa ratio pertiet ad ſolam corporis proceritatē. Maxima nerei ſtagna: p epithetō eleuauit tapynoſin more ſuo.

DONA. Neque hic habui quod de Donato excerperem.

CHRI. Ille autem expirans:Horodi huic diuinationem tribuit quoniam uulnere letali confectus prope mortem conſtitutus erat.Nam eo tempore animus pene a corpore ſolutus in naturam rediens ſuam diuinitatem oſtendit quam corpore oppreſſus oſtendere non poterat. Subridens:propter contectum. Mixta ira: quam ex maledicto conceperat. Diuum pater:impius contemptu:& per ironiam hæc dixit. Longe fallente ſagitta:fallebat enim qui uulnerabatur cum non putaret ex tam longinquo ſpatio illam ad ſe peruenire poſſe. Iram inanem:Quia ilia nihil proficiebat.

Ingrediturq; ſolo:& caput inter nubila cōdit:
Talis ſe uaſtis infert mezentius armis.
Huic contra æneas ſpeculatus in agmine lōgo
Obuius ire parat:manet imperterritus ille
Hoſtē magnanimū opperiēs:& mole ſua ſtat
Atq; oculis ſpatiū emenſus quātū ſatis haſtæ
Dextra mihi deus:& telum quod miſſile libro
Nūc adſint.uoueo prædonis corpore raptis
Indutum ſpoliis ipſum te lauſe trophæum
Aeneæ:dixit.ſtridentemq; eminus haſtam
Iecit:at illa uolās clypeo eſt excuſſa:ꝓculq;
Egregium anthorem latus inter & ilia figit
Herculis anthorem comitē:q miſſus ab argis
Hæſerat euandro:atq; itala conſederat urbe.
Sternitur infœlix alieno uulnere:cælumq;
Aſpicit:& dulces moriēs reminiſcitur argos.
Tum pius æneas haſtam iacit:illa per orbem
Aere cauū triplici:per linea terga:tribuſq;
Tranſiit intextum tauris opus:imaq; ſedit
Inguine:ſed uires haud pertulit ocius enſem
Aeneas uiſo tyrrheni ſanguine lætus
Eripit a femine:& trepidanti feruidus inſtat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore
Vt uidit lauſus:lachrymæq; per ora uolutæ
Hic mortis duræ:caſum:tuaq; optima facta
Siqua fidem tanto eſt operi latura uetuſtas
Nō equidem nec te iuuēis memorāde ſilebo.
Ille pedem referens:& inutilis inq; ligatus
Cedebat:clypeoq; inimicū haſtile trahebat.
Proripuit iuuenis:ſeſeq; immiſcuit armis:
Iamq; aſſurgentis dextræ plagamq; ferentis
Aeneæ ſubiit mucronem:ipſumq; morando
Suſtinuit.ſocii magno clamore ſequuntur:
Dum genitor nati parma protectus abiret.
Telaq; coniiciunt.ꝑturbant eminus hoſtem
Miſſilibus:furit æneas:tectuſq; tenet ſe.
Ac uelut effuſa ſiquando grandine nimbi
Præcipitant:omnis campis diffugit arator:

SER. Imperterritus:prima ē compoſitio:nō ſecūda.Nam hoc ē pterritus quod territus:& tunc ē uera cōpoſitio cum ſermōis natura corrūpitur. Spatium emēſus quātū ſatis haſtæ:ſpecioſa elocutio. Voueo: conſecro:& dedico. Prædonis:ꝑdones ſunt q populandā alienā iuadūt prouinciā.Alibi:Perfidus alta petens abducta uirgine prædo. Trophæū: Dictum eſt αποτουτρεπεσθαι.i.ab hoſtium cōuerſione.Vnde q hoſtē fugaſſet merebat trophæum q: autem occidiſſet triumphum αποτουεριαμβευειν.i.ab exultatione.Sciendum ſane Lauſo propriā ideo nihil profuiſſe pietatē:q in eum pater mēte ſacrilegā munera tranſferebat deoꝝ:& ei occiſorum ſpolia deuouebat. Anthorem:erit nominatiuus hic Anthores:quomō diores. Nam ſi antor fuerit nominatiuus metri ratio nō procedit.Omnia.n.nomīa græca i or termīata i obliquis caſibus corripiūt o. Vt Hector hectoris. Neſtor neſtoris Caſtor caſtoris:& ſic anthor anthoris. Alieno uulnere:telo quod in Aeneā fuerat deſtinatū. Cælūque aſpicit:ut Alto q̄ſiuit cælo lucem item:hauſit cælum:mentemq; recepit.Naturaliter.n.morientes cupiunt ſaciari extremo lucis aſpectu. Dulcis moriens reminiſcit̃ ar.iter phyſica ſigna moriturorum etiam hoc legitur patriæ aſpectum deſiderare pituros. Linea terga:Lino enim tegebantur ſcuta:ut poſſet ihærere pictura. Ima haſta:hypallage eſt pro in imo inguine. A femine:ut etiam ſupra diximus ſecundum Caprum erit nominatiuus hoc ſemen licet nuſq̄ lectum ſit:ut etiam ipſe commemorat. Lachrymæq; per ora uolutæ:non uiri fortis: ſed filii eſt conſiderata perſona. Optima facta:alii optime legunt. Hic:in hoc loco uel bello:nam aduerbium eſt. Siqua fidem tanto eſt operi latura uetuſtas:nō de ſuis carminibus dicit.Nec enim ſibi arrogaret:ſed tanto operi ideſt pietati & uirtuti tuæ. Nam hic eſt ſenſus. Ego quidem facta tua o lauſe & mortem ex pietate uenientem nō ſilebo:Si tamen credet uetuſtas ex ſcelerato homine pium filium procreatum fuiſſe. Inq; ligatus: pro illigatus & eſt temeſis cum hyſterologia. Inimicum haſtile:cuiuſdam quaſi picturæ pompa & imago deſcribitur. Iamq; aſſurgentis dextræ:iamq; ſubiit mucronem æneæ dextræ aſſurgentis.i.plagā ferentis. Morādo ſuſtiuit:moram iniiciendo eius impetum luſit.

Dum genitor parma nati:De hiſtoria eſt. Nam Scipio Africanus cum eſſet annorum uix decem & ſeptē patrē ſuum defendit in bello:nec receſſit uigintiſeptē confoſſus uulneribus. Præcipitant: præcipitantur.

Dum pluit:Hic diſtinguendum.Nam ſi iūxeris Dū pluit in terris:erit Archaiſmos. Debuit enim dicere i terras. Tamen ſciendum eſt Hemiſtichium hoc Lucretii eſſe: quod ita: ut inuenit Virgilius tranſtulit.

Exercere dië:Hypallage ē pro ipſi p diem exerceri. DONA. Neque hic uideo quid afferat Donatus quod uel pueros fugere poſſit. CHRI. Speculatus:Quoniã huic rei intētus erat. Dextra mihi deus:Nam cum deos eſſe negaret cun/cta in ſeſe repoſuerat:impia ergo oĩo & omnino ſce/leratiſſima.Loquitur eni de dextera deque telo ſuo ueluti de ſummo deo.Quid ergo Protagoras aut Diago/ras Atheos cognomine:aut Theodorus qui deos eſſe negarunt ſceleratius dixiſſent. Ipſum te lauſe trophæ/um:Nam ut reliqui quercum amputatis ramis hoſtilibus armis exornabant:ſic iſte Lauſum filium. Et dul/ces moriens reminiſcitur argos: A loco ſæpe trahitur indignatio ut Cum titan in ſyluis inter deſerta ferarum item Et libye deſerta peragro:item commiſeratio:ut in hoc loco:item illud Littora cum patriæ lachrymans portuſque relinquo. Hic mortis duræ caſum tuaque optima facta:Hoc enim proprie poetæ eſt:ut ueluti chori uicem ſuſtinens:bonos laudet & extollat:malos taxet & deprimat.Hinc Horatius: ille bonis faueat at/que auxilietur amice. Ac uelut effuſa:Vitat agricola & uiator grandinem ut redeunte ſole poſſit operari. Sic Aeneas uitabat ingentem miſſilium uim:ut nacta occaſione Lauſum & Turnum perderet.

Omnis & agricola & tuta latet arce uiator.
Aut amnis ripis:aut alti fornice ſaxi
Dum pluit in terris ut poſſit ſole reducto
Exercere diem:ſic obrutus undiq; telis

SER. Nubem belli dum detinet:Bellantum im/petum ſuſtinet:donec deferueat:& bene tranſlationē fecit a uicina comparatione. Fallit te incautum pie/tas tua:Quod credis me iccirco piũ tibi ueniam poſ/ſe concedere quia & ipſe pietatis intuitu dicamus pro patris ſalute. Tua autem pietas prudēter eſt additum quaſi non a parente deſcendens. Fila legunt: propri/um fuerat rumpunt.Tamen legunt aut colligunt eſt: aut tranſeunt ut Littoraq; epiri legimus. Exigit en/ſem Per medium æneas: poetica deſcriptio eſt. Nam re uera fieri non potuit ut & gladius tranſiret per cor pus iuuenis:& in eius corpore abſconderet.Nam exi/git eſt ex eo agit trans corpus. Parmam:ideſt leuia ar ma non clypeum.Minacis autem non Lauſi: non eni ipſe minatus fuerat. Ergo ordo eſt: Mucro minacis æneæ ſcilicet. Tum uita p auras:Conceſſit.m.ad.m. ideſt anima & abuſiue dictum eſt.Nam ad inferos ſi/mulachrum pergit non anima. Pro laudibus iſtis: quia & contra fortiorem & pro patris ſalute dimica/re cõatus eſt:ideo.n.pluraliter laudibus dixit. Quid pius æneas tanta dabit indole dignum: propter eui/tandam arrogantiam tertia perſona uſus eſt: indoles autem proprie eſt imago quædam uirtutis futuræ. Quibus lætatus habe:moris eni fuerat: ut cum his rebus ſepelirentur homines:quas dilexerant uiui. Si qua eſt ea cura remitto:Aut more illo dixit quo ſolēt ſepultura ad ipſa cadauera non pertinere: licet um/bris ſicut in ſexto legimus proſit ut ſi qua eſt ea glo/ria ſignent:item de Palante:Vano mœſti comitamur honore Aut certe ſiqua eſt ea cura Mezentio ideſt pa tri ſacrilego: qui ſuperos inferoſq; contemnit. Ae/neæ magni dextra cadis:Sicut alibi nomē tamē haud leue patrum Manibus hoc referes telo cecidiſſe camil læ. Cõptos de more capillos:antiquo ſcilicet more quo uiri ſicut mulieres componebant capillos: quod uerum eſſe & ſtatuæ antiquorum docent:& perſonæ quas in tragœdiis uidemus ſimiles in utroque ſexu quantum ad ornatum pertinet corporis. Interea: Dum hæc geruntur:& omnino ſic eſt apud poetas i/terea: ſicut apud Saluſtium eodem tempore. Vul/nera ſiccabat lymphis:Noue & phyſicæ locutus eſt: Nam cum aqua omnia infundantur: Ait ſiccari uul/nus.Fluxus enim ſanguinis aquarum frigore conti/netur. Leuabat:inclinatione recreabat. Procul: mo do iuxta ſignificat & i Buccolicis æglogã.vi.Serta pro cul tantum capiti delapſa iacebant. Grauia arma qe/ſcunt:Bene grauia ut & galeã arma:Sed leuia itelliga/

Aeneas nubem belli dum detinet:omnes
Suſtinet.& lauſum increpitat:lauſoq; minat̃.
Quo moritur̃ ruis? maioraq; uiribus audes?
Fallit te incautum pietas tua:nec minus ille
Exultat demens:ſæuæ iamq; altius iræ
Dardanio ſurgunt ductori:extremaq; lauſo
Parcæ fila legunt:ualidum nanq; exigit enſē
Per mediũ æneas iuuenem: totumq; recondit
Trãſiit & parmam mucro leuia arma minacis:
Et tunicam molli mater quam neuerat auro:
Impleuitq; ſinum ſanguis:tum uita per auras
Conceſſit mœſta ad manes:corpuſq; reliquit:
At uero ut uultum uidit morientis:& ora
Ora modis anchiſiades pallentia miris
Ingemuit miſerãs grauiter: dextrãq; tetendit.
Et mentem patriæ ſubiit pietatis imago.
Quid tibi nũc miſerãde puer ꝓ laudibꝰ iſtis
Quid pius æneas tãta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus habe tua:teq; parentũ
Manibus & cineri ſiqua eſt ea cura remitto.
Hoc tamē infœlix miſeram ſolabere mortem
Aenæ magni dextra cadis.increpat ultro
Cunctantes ſocios:& terra ſubleuat ipſum
Sanguine turpãtem cõptos de more capillos.
Interea genitor tyberini ad fluminis undam
Vulnera ſiccabat lymphis:corpuſq; lauabat
Arboris accliuis trunco procul ærea ramis
Depēdet galea:& prato grauia arma qeſcũt.
Stãt lecti circum iuuenes:ipſe æger anhelãs
Colla fouet:fuſus perpexam in pectore barbã
Multa ſuper lauſo rogitat:multoſq; remittit
Qui reuocēt: mœſtiq; ferãt mãdata parētis.
At lauſum ſocii exanimem ſup arma ferebãt
Flentes ingentem:atq; ingēti uulnere uictũ.

mus:& talis eſt figura ſicut illa Saluſti.Leonem atque alias feras ergo & leo fera. Quieſcunt arma: Quaſi in terra poſita:Quoniam galea quæ pendebat poterat & moueri. Colla fouet:Suſtinens ſe arboris trunco. Fuſus perpeſam in pectore barbam:Barbam in pectus fuſam habens.Archaiſmos autem eſt quod ait in pectore pro in pectus:ut alibi Mediis effuſus in undis:pro in medias undas. Multa:pro multũ: ſicut Et pede terrã Crebra ferit,ꝓ crebro. Sup arma ferebant:ſupra ſcutũ:ut ſupra Impoſitũ ſcuto referunt palanta frequentes.
CHRI. Fallit te incautum pietas tua:Damnat illum non ſine laude quod in errorem nimia pietate labatur.Stultitia enim eſt illum ſupra uires res aggredi:ſed ex nimia in patrem pietate labitur. Vita:anima mœſta:nam naturali appetitu corpori coniuncta eſſe cupit. Quid tibi nunc miſerande:Oſtendit quod etiam hoſtibus ſi egregio animo ſint placet pietas quãuis cõtra ſe ſit. Vulnera ſiccabat lymphis: mouet in hoc loco pathos ab habitu ut eſt etiam fatigatio Entelli Atque illum fidi æquales genua ægra trahentem. Ad lauſum ſocii:Pathos ab eo quod eſt preter ſpem: Nam cum uiuum credens mitteret qui a pugna illum reuocaret uidit interemptum referri.

Agnouit longe gemitum præſaga mali mens:
Caniciem multo deformat puluere: & ambas
Ad cælũ tendit palmas:& corpore inhæret.
Tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluntas:
Vt ꝓ me hoſtili paterer ſuccedere dextræ(uor
Quẽ genui:tua ne hæc gẽitor ꝑ uulnera ſer
Morte tua uiuens: heu nũc miſero mihi demũ
Exilium infœlix:nunc alte uulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomẽ
Pulſus ob inuidiam ſolio:ſceptriſq; paternis.
Debueram patriæ pœnas:odiiſq; meorum.
Oẽs per mortes animã ſontem ipſe dediſſem.
Nunc uiuo:nec adhuc hoĩes:lucẽq; relinquo
Sed linquã:ſimul hoc dicens attollit ĩ ægrum
Se femur.& quãq̃ uis alto uulnere tardat
Haud deiectus equũ duci iubet:hoc decus illi
Hoc ſolamen erat:bellis hoc uictor abibat
Oĩbus.alloquit̃ mœrentem:& talibus infit
Rhæbe diui res ſiqua diu mortalibus ulla eſt
Viximus:aut hodie uictor ſpolia illa cruenta
Et caput æneæ referes:lauſiq; dolorum
Vltor eris mecum:aut aperit ſi nulla uiam uis
Occumbes pariter neq; enĩ fortiſſime credo
Iuſſa aliena pati:& domios dignaber̃ teucros.
Dixit:& exceptus tergo aſſueta locauit
Mẽbra:manuſq; ãbas iaculis onerauit acutis
Aere caput fulgens:criſtaq; hirſutus equina
Sic curſũ ĩ medios rapidus dedit:æſtuat ĩgẽs
Imo in corde pudor mixtoq; inſania luctu:
Et furiis agitatus amor:& conſcia uirtus:
Atq; hic ænean magna ter uoce uocauit.
Aeneas agnouit eum lætuſq; præcatur
Sic pater ille deum faciat ſic altus apollo.
Incipias conferre manum.
Tantũ effatus:& infeſta ſubit obuius haſta:
Ille autem quid me erepto ſæuiſſime nato
Teres: hæc uia ſola fuit:qua perdere poſſes.

SER. Ad cælum tendit palmas: increpans deos quaſi ſacrilegus. Et ſciendum uno eodemque tempore non eum potuiſſe & hærere corpori: & manus ad cælum leuare licet iſta poeta coniunxerit. Corpore inhæret:aut inhæret lauſo ſuo corpore. Aut certe hyſterologia eſt.Vt ſit hæret in corpore.Melius tamẽ eſt ut ſit antitheſis pro corpori: ut Hæret pede pes: pro pedi. Per uuelnera ſeruor: Aut re uera per uulnera quia per totum eius corpus mucro tranſierat. Aut inuidioſe ait uulnera pro uulnus. Sic Terentius. Non perpeti meretricum contumelias:cum de thaide loqueretur. Nunc demum exilium infœlix nunc alte uulnus adactum eſt: Solatio enim uiuentis filii utrunque fuerat ante tolerabile. Idem ego:Qui nũc cauſa tuæ mortis fui qui fecit ut exulis & ſacrilegi filius eſſe diceretis. Pulſus ob inuidiam: Excuſat ne merito expulſus eſſe uideatur. Omnes per mortes: Per omnia mortis genera ideſt per diuerſa ſupplicia.
Vis alto uulnere tardet: Alii uulneris uiolentia. Alloquitur mœrentem:Triſtem hæc enim animalia ſecundum Homerum cum ſint triſtia indicant dominorum mortem futuram. Rhæbe diu res ſiqua diu mortalibus ulla eſt: Hoc loco notant. Virgili.critici: qui homini ſacrilego dedit prudentem ſententiam: quam rem ratio naturalis excuſat. Ea enim quæ per naturam mouent animos:in q̃uis perſonam cadunt. Illa uero ſunt tantum prudentum:quæ non niſi conſilio & ratione deprehenduntur.Vnde Terentius.Seruis dat plerunque ſententias prudẽtiſſimas quidem ſed quæ ſe per naturam offeruntur cũctis:ut ne quid nimis. Spolia illa cruenta: Arma æneæ Lauſi cruore perfuſa.Vnde intulit:& caput æneæ: per quod etiam ſpolia æneæ intelligimus. Nam Lauſo nihil detraxerãt æneas.Dixit enim arma quibus lætatus habe tua.
Aut aperit ſi nulla uiam uis:Aut nullam oſtẽdit fortitudo rationem.Neque enim fortiſſime credo quod dignaberis habere dominos teucros ſcilicet ignauos. Nam hoc intelligimus ex hoc quod dixit Equo fortiſſime. Plerunque:enim ex alterius perſonæ uituperatione uel laude cognoſcimus ꝙ de alia dicat̃:ut hoc loco troiãos uituperatos ex equi laude cognoſcimus. Item alibi contra. Et nunc ille paris:ſcilicet adulter. Nam illo loco ex perſona paridis uituperatur æneas. Exceptus tergo:Equo ſe prebente ſuſceptus: quod fieri plerunque conſpicimus. Iaculis onerauit:Auiditas ſæuientis exprimitur magna. Ter: ideſt ſæpius. Infeſta haſta: in uulnus parata: uel protenta.
Qua perdere poſſes: Deeſt me. Nam hoc dicit niſi extincto filio Nulla ſe ratione poſſe ſuperari. Nec diuum parcimus ulli: Quia Aeneas inuocauerat:

Nec mortē horremus:nec diuū parcimus ulli
Deſine.nā uenio moriturus:& hæc tibi porto
Dona prius:dixit:telumq; intorſit in hoſtem.
Inde aliud ſuper:atq; aliud:figitq;:uolatq;

deos ut ſic pater ille deum faciat. Deſine:ſcilicet mortem minari quoniam libenter moriturus adueni.

DONA. Dixit &.c.Non enim poterat aſcendere: ſed ex ſuperiori loco ſe in equo compoſuit.

CHRI. Preſaga mali mens: mens enim humana quoniam immortalis eſt perſæpe in quadam ſibi innata malum ſibi uenturum præſagit ideſt prenoſcit.Sagire enim eſt callide ſentire inde ſagaces canes qui callide feras inueſtigant. Ad cælum:Vt diis quos contemnebat confitiaretur:nam & ſi malo prauoq; igenio deos tanq̃ qui non eſſent contemneret:tamen in ſubita aliqua conſternatione nemo tam barbaro ingenio eſt:neque tam deprauata conſuetudine:ut ſuperiorem aliq̃ poteſtatem eſſe non credat. Tanta:iuſtiſſima deorum indignatio quam nemeſim græci appellant ſuo ordine meritas pœnas exegit:quia fuerat contemptor diuum non ut Capro uidetur quia contemptus diuis in homines ſæuiret:nam & de Buſiride quē illaudatum ſcribit idem dixiſſet.Sed quia curam ſacrorum diis nō exhibuit.Nam ut ait Cato in originibus : Mezentius rutulis īperauit ut primitias quæ diis debentur ſibi offerrent.Et latini ſimilis imperii:metu ita uouerunt. O iuppiter ſi tibi magis cordi eſt nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio uti nos uictores facias:hic ē ſacerdotis exultatio: Hæc ſunt ſpolia & de rege ſuperbo primitiæ.Quapropter non enim ſatis graue ſupplicium luiſſet impius homo: & ſæuiſſimus tyrannus ſi inſurgentibus in ſe ciuibus primo tumultu cæſus fuiſſet.Mitius enim q̃ par erat ſe cum actum fuiſſet:ſi tam breui morte tantas calamitates euaſiſſet. Sed in primis patriam amiſit: quæ hominibus ipſa uita carior eſſe ſolet.Deinde exercitum illum cui imperare conſueuerat:quemq; ſibi obſequentiſſimum hactenus expertus fuerat in ſe inſatiabili odio furentem armatum uidit:Poſtremo optimum filium in ipſo adoleſcentiæ flore cuius pietas in ſe defendendo & ſuis armis protegendo perſpecta fuerat cæſum uidere coactus eſt:ut huiuſcemodi uulneribus non ſemel ſed pluries mori cogeretur.Quæ omnia ita a poeta deſcribuntur:ut maximo nobis exemplo ſint.Vt expiati omnibus ſceleribus & religionem in deos : & pietatem in patriam:& manſuetudinem atq; innocentiam in omnes adhibeamus : nobiſq; perſuadeamus deos eſſe memores fandi atq; nefandi.Vltimum autem ſupplicium quo affectus fuit q; ſua delicta tum demum recognoſceret:cum illis remedium nullum afferre poſſet quod tormentum maximum eſt.Vnde Perſius Magnæ pater diuum ſæuos punire tyrannos Haud alia ratione uelis cum dira libido. Mouet ingenium feruenti tincta ueneno Virtutem ut uideant intabeſcantq; relicta. Tanta ne:oſtendit hoſtili uulnere non affici:ſed hoc penitus exanimari. Vt pro me hoſtili:expolitio eſt:tribus enim modis idem dicit & exprimit id quod dixi: Nullum illi eſſe maius tormentum q̃ q; recognoſcat præterita ſcelera. Nunc alte uulnus adactum:Tacite & quaſi per diffinitionem mouetur pathos:cum res quæ cōmiſerationem mouet non clare dicitur:ſed relinquitur intelligi.Nam quid per hoc uulnus intelligitur niſi amiſſio filii. Hoc decus il.h.f.e.Repetitio eſt : quæ ut diximus ſæpe commiſerationem affert:ut Te dulcis coniunx te ſolo in littore ſecum.Te ueniente die te diſcedente canebat. Rhebe diu:mouetur pathos ſi ſermo aut ad res inanimatas conuertitur:ut Dulces exuuiæ dum fata deuſque ſinebant.Aut ad bruta ut hic.Res ſi qua diu mortalibus ulla eſt.Dolet & breuitatem uitæ humanæ. Aeſtuat ingens Vnus ī corde pudor:nam iſtis omnibus perturbationibus ita uehementer exagitabatur mens:ut mare æſtuat uariis uentis concitatum. Inde aliud ſuper atque aliud : Tam uariis perturbationibus æſtuans ac celeritate uti debuit. Figitq; uolatq;:mira enim uelocitate figebat haſtilia in ſcuto & fugiebat.

Ingenti gyro:ſed ſuſtinet aureus umbo:
Ter circum aſtantem leuos equitauit in orbes
Tela manu iaciens: ter ſecum troius heros
Immanē ærato circūfert tegmine ſyluam:
Inde ubi tot traxiſſe moras:tot ſpicula tedet
Vellere:& urgetur pugna congreſſus iniqua
Multa mouens animo:iā tādē erūpit:& inter
Bellatoris equi caua tempora cōiicit haſtam.
Tollit ſe arrectū quadrupes:& calcibus auras
Verberat:effuſumq; equitē ſuper ipſe ſecutus
Implicat.eiectoq; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cælum troeſq; latiniq;.
Aduolat æneas:uaginaq; eripit enſem.
Et ſuper hæc ait ubi nūc mezentius acer:
Eſt illa effera uis ai:cōtra thyrrhenus ut auras
Suſpitiens hauſit cælum mentemq; recepit.
Hoſtis amare qd icrepitas:mortēq; minaris?

SER. Vmbo:Scutum.Nam a parte totum intelligimus. Leuos æquauit in orbes : ſecundum artem militiæ.Nam eques ſtans facillime ſuperatur a pedite in leuam autem ideo partem circuibat:ut æneæ dextram partem circūueniret:quæ utiq; unda erat. Pugna iniqua:pedes contra equitem. Multa mouens: utrum in ipſum an in equū tela intorqueret:quo uulnerato Mezentius carebat effugio. Inter tempora:id eſt in frontem. Bellatoris equi:per quem bellum geritur.Aliter hominem dicimus bellatorem:qui bellū gerit. Implicat:impedit. Cernuus: Cernuus equus dicitur qui cadit in faciem quaſi in eam partem quā cernimus.Vnde & pueri quos ī ludis uidimus ea parte qua cernunt ſtantes cernui uocantur:ut etiam Var. in ludis theatralibus docet. Clamore in cælum: impler:& abuſiue dicit. Troeſque:gaudio. Latinique: dolore. Hauſit cælum:hoc ē aerem.Lucre.in hoc cælo qui dicitur aer & hoc dicit poſtq̃ reſpirauit:& mentem recepit poſt turbationem exequi uenientem ruina. Hoſtis amare: Aſper:& eſt Home.de telo dictū quod hic ad hominē tranſtulit:illic enim ait : πικρὸν οἰστὸν. Nullum in cæde ne.mori uiro forti nefas nō eſt. Nec ego ſic ut uincerem ueni: Hoc ē cū uolūtate ꝑcumbo. Nec tecū meus.h.p.m.f.l.hoc ē nō cū hoc

Nullum in cæde nefas:nec ſic ad prælia ueni:
Nec tecũ meus hæc pepigit mihi fœdera lau-
Vnũ hoc ꝑ ſiq̃ ẽ uictis uenia hoſtibus oro -ſus
Corpus humo patiare tegi:ſcio acerba meorũ
Circũſtare odia:hunc oro defende furorem:
Et me conſortem nati concede ſepulchro:
Hæc loqt̃:iuguloq; haud iſcius accipit enſem
Vndãtiq; animam diffundit in arma cruore.

pacto a te lauſus receſſit ut uitam requireret. Fœdera autem pepigit per tranſlationem dixit: ideſt non ſic pugnauit:ut ullum mihi uitæ reliquerit deſiderium.
Venia:beneficium:ut Orantes ueniam. Hunc oro defẽde furorem:inimicorum iram:& poſt fata ſæuire cupientem. Defende autem eſt prohibe:ut Dum teneras defenſto a frigore myrtos. Et bene petit ab Aenea qđ ſcit eum ultro concedere:ut probauit in filio. Petit autem non de eius pietate dubitans. Sed timens iram ſuorum. Haud inſci.liptotes figura:non enim dicit non ignarus:Sed expectans oibus uotis:ut Munera nec ſperno ideſt libenter accipio: in hac ãt figura plus cogitatur q̃ dicatur. Vndantique arma:ordo ẽ i arma undanti. Cruore animam diffundit:cuius ſedem plerique ſanguinem uolunt eſſe:& ſic eſt dictum:ut Vna eademque uia ſanguis animuſq; ſequuntur.
DONA. Corpus humi patiare regi:Verebatur.n.ne ciues ex ueteri odio in eius cadauer nimis ſæuirent.
CHRI. Leuos equitauit in orbes:ideſt circuncurrendo in orbem habebat ænean ad ſiniſtram. Aliter enim currendo haſtilia in eum haud facile contorſiſſet. Nam dexteram facilius i leuam mouere poterat. Syluam: appellat ſyluam denſa illa iacula ſcuto æneæ affixa. Corpus humo patiare tegi:non quia multifaceret ſepulturam:ſed quia egre ferebat ſuos ciues hoc aſſequi. Haud inſci.ita deſcribit Turnus ut animo eſſet inuictus. Diony.in hac hiſtoria ſcribit ꝙ commiſſa pugna Latinus & Turnus cecidere:& Aeneas nuſq̃ amplius apparuit. Deinde ſcribit obſeſſis troianis Mezentius tanq̃ uictor imperabat:petebatque ab Aſcanio ſibi dari uinũ qđ Latio proueniret. Aſcanius recuſauit:& uinum ioui uouit:inde nocturno tempore e caſtris exercitum educẽs hoſtes inuaſit:ualidaque pugna commiſſa captis hoſtium caſtris multos & eum his Lauſum troiani ceciderunt. Mezentius occupato cum paucis propinquo monte audita cæde filii cum Aſcanio pacem egit: & reduxit in Ethruriam: Virgilius Autem hæc quæ dicit in laudem æneæ fingit.

Deſcriptio undecimi libri.

VNdecimo uicta eſt non æquo marte camilla.
Conſtituit marti ſpoliorum ex hoſte trophæum
Exanimumq; patri natum palanta remittit:
Iura ſepulturæ tribuit:tempuſq; latinis
Euander patrios affectus edit in urbe.
Corpora cæſa uirũ paſſim digeſta cremãtur.
Legati referunt diomeden arma negaſſe:
Drances & turnus leges æquante latino
Concurrunt dictis æneas imminet urbi.
Pugnatur:uincunt troes:cadit icta camilla.
Deinde duces caſtris donec ceſſere minantur.

P. Virgi. Maro. Aenei. Liber Vndecimus.

OCeanum interea ſurgens aurora reliquit
Aeneas(q̃q̃ & ſociis dare tẽpus humãdis
Precipitãt curæ: turbataq; funer̃ mẽs ẽ)
Vota deũ primo uictor ſoluebat eoo.
Ingentẽ quercum deciſis undiq; ramis
Conſtituit tumulo:fulgentiaq; induit arma:
Mezenti ducis exuuias(tibi magne trophæũ

SER. OCeanum interea ſurgens aurora reliquit:more ſuo prætermiſit noctis deſcriptionem: quam tranſiſſe indicat præſens ortus diei:& hoc ẽ Vnde Horatius ait Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpres. Quæ enim naturalia ſunt omnibus patent. Aeneas quáquã & ſocii dare tempus humandis Precipitant curæ: conſuetudo romana fuit: ut polluti funere minime ſacrificarent:ſi tamen contingeret:ut uno eodemque tempore & funeſtaret̃ quis & cogeretur dare operam ſacrificiis laborabat ut ante ſacra compleret q̃ funus agnoſceret. Horati. Puluillus in capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius extinctus nuntiaretur ait: cadauer ſit:nec uoluit funus agnoſcere donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam æneas iducit̃ ante operam dare ſacrificiis: & ſic ad ſociorum & palantis ſepulturam reuerti. Præcipitant curæ:urgẽt longam enim dilationem ſepultura non patit̃. Turbataque funere mens eſt: funere palantis κατεȝοχην: Nam hæc conſuetudo eſt apud poetas ut a plebe ſegregarent duces: Sic paulo poſt ait: interea ſocios inhumataque corpora terræ Mandemus:& itulit Mœſtamque euandri primus ad urbem mittatur palas:ſicut dictum eſt reliquias danaũ atque immittis achilli. Item Forſitam & fuerint priami quæ fata requiras.
Primo uictor ſoluebat eoo:antequam luctum ſubiret & funeſtaretur:Primo autem eoo ſubaudimus tẽpore: Nam græce ηωσ dicitur quam nos Auroram uocamus Homerus ροδοδακτυλοσ quod nomen latini traxerunt per deriuationem ut dicerent Et læ tus eois Eurus equis:item Eoaſque acies: Sane ut etiam ſupra diximus in hoc ſermone prima ſyllaba naturaliter longa eſt: ſed cum opus fuerit corripitur: aut licentia nominis proprii aut quia eam uocalis ſequitur. Conſtituit tumulo: in cole: quia trophæa

Bellipotens)aptat rotantes ſanguine criſtas:
Telaq; trunca uiri:& bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumq; locis:clypeumq; ex ære ſiniſtræ
Subligat:atq; enſem collo ſuſpendit eburnū
Tum ſocios(nanq; omnis eū ſtipata tegebat
Turba ducum)ſic īcipiens hortatur ouantes.
Maxima res effecta uiri: timor omnis abeſto
Q d̄ ſupeſt:hæc ſunt ſpolia:& de rege ſupbo
Primitiæ:manibuſq; meis mezentius hic eſt.
Nūc iter ad regem nobis:muroſq; latinos.
Arma parate animis:& ſpe præſumite bellū:
Neq̄ mora ignaros(ubi primū uellere ſigna
Annuerint ſuperi:pubemq; educere caſtris)
Impediat:ſegneſq; metu ſententia tardet.
Interea ſocios inhumataq; corpora terræ
Mādemus q ſolus honos acheronte ſub imo ē

non figebantur niſi in eminentioribus locis: Saluſti. de Pompeio: Deuictis hiſpanis trophæa in Pirenæis iugis conſtituit:ex quo more trophæa in urbibus figebant in arcubus exædificatis:nō nūc trophæum ponit æneas:qa nec dū plenā ē uictoriā cōſecutus:ſed occiſo mezentio fugauit exercitū. Plenæ.n.uictoriæ ut ſupra diximus:triūphus debet:& pſoluit uota pp tāti ducis iteritū.Vel qa fas erat ēt de primitiis ſacrificare. Tibi.m.t.B.Hoc per parētheſim dictū ē. Aptat: apte locar & congrue. Telaq;.t.u.pſacta:ita.n.in trophæis pōi cōſuerunt Iuue.Et fracta de caſſide bucula pendēs & currū temone iugū uictæq; triremis. Aplu ſtre. Et bis.ſ.t.p.Perfoſſumq;.l.Duodecim uulneribus appetitū:quia ut ſupra dixit:totius thuſciæ populus in.xii.partes fuit diuiſus:ut Gens illi triplex populi ſub gēte quaterni:q ſingulis lucumōibus parebant. Moris āt fuit ut interēptos duces oēs uulneraret exercitus:ſicut etiā de Hectore Home.cōmemorat: unde eſt.Quæ circa plurimū muros accepit patrios. Clypeūq; ex ære:figuratius q̄ ſi reum diceret. Enſē collo ſuſpēdit eburnū: Vaginā eburneā:Sāe ebur eboris facit nō eburis:ſicut murmur murmuris:unde qa ī pricipalitatis declinatiōe uarietas iuenit & deriuatio uaria ē:nā eburnus facit ab eo qd eſt ebur eburneus ab eo qd ē ebor eboris. Maxīa res effecta uiri:Occiſo tāto duce:ſimul ēt trophæi oſtēdit cā. Abeſto:abſit:nā tertia perſona ē. Quod ſupeſt:de reliquo:& ē abſoluta elocutio. Et de rege ſuperbo Primitiæ:aut hoc dicit primitiæ iſtæ qs fecimus nō de plebe ſunt:ſed de rege ſupbiſſimo. Aut certe ſupbū regē Turnū accipiamus. Nā de ipſo legimus:At rutulo abſceſſu iuuēis tū iuſſa ſupba mirat:ut ſit ſēſus.Hæc ſpolia & hāc primā belli partē ſupbo Turno ſuſtulimus:nā hoc epithetō ꝓpriū Turni ē:qd ei Vir.ꝓ īgenti ſcelere dat. Apud.n.maiores ſupbia īgēs facinus fuit:adeo ut Tarqnius:ꝓ multis ſceleribus ſupbi nomē accepit. Mezētius hic ē:talis ut Hūc ego te euryale aſp. Muroſq; latīos:iā cāpeſtri ſupauimus pſio:reſtat ut ēt obſidiōe uicamus:credit.n.q; ſibi iā apte nullus occurrat:nec ianiter.Nā & paulo poſt dicturus eſt Turnus. Furta paro belli:& ī.xii. Latinus: Vix urbe tuemur Spes italas. Arma pa.ais:aut hypallage ē ꝓ armis parate aīos:aut certe mutāda ē diſtinctio:ut ſit animis & ſpe pſumite bellū.Mēte poccupate:ut ſupra Turnus:Et pugnā ſpare pari.Bene aūt ait pſumite: q̄ſi rē iā ſui iuris aut ei debere uideaf certa uictoria. Vellere.ſ.a.ſ.Ne ī mora ſitis cū captatis auguriis ad bellum exire cœpimus.Vellere aūt ꝓprie dixit:qa romana ſigna figebanf in caſtris:& cū ad bellū eundū fuiſſet captatis auguriis euellebāf e terra:nā alibi ea figi nō licebat:ſed īter auguria ēt hoc habebaf:ſi auellēte facile ſequerēt adeo ut cū filio ī Arabis parthico bello ſit Craſſus occiſus:q iturus ad pliū auellere ſigna uix potuit. Interea ſo.dōec obſidiōis tps aduēiat. Qui ſolus honos acherōte ſub imo ē:pp Centū errāt annos uolitātq; hæc littora circum & bene acherōte ſub imo:qa hæc res ad umbras tātū ptinet:nā apud prudētes hoīes nullius momenti ſunt iſta.

DONA. Recte diis cōſecrat eius arma q deos ſp cōtēpſit. Bis ſex:qta uis fuit iſtius q duodeci plagis occidi nō potuit:nā in apto iugulo piit. Nunc.i.a.r.nō.n.uult tunc eē cōſultandū de bello cū pliū erit gerendum.

CHRI. Turbataq; funere mēs ē:nā cū cuperet iuxta exhibere iis qui bene de rep.meriti occubuerāt:tamē ne funere polleref ante q̄ ſacra diis īmortalibus ex uotis ſuſceptis pficeret:nō poterat nō turbari:Vel dicamus præcipitant.i.pcipitem agunt curæ:quoniam qui uictoria recte uti neſciunt pſæpe neqcq uicerunt:ergo cupiebat & diis īmortalibus:ut par erat ſacra exhibere:cupiebat & funera:quæ dilationem nō patiunf ꝓcurare:ſed nec cura ꝓſequendæ uictoriæ omittēda erat.Maxime autem turbabaf funere:quia iniqſſimo animo ferebat cædem ſuoꝝ præſertim Pallātis. Primo eoo:nā cum in noctem protracta eſſet pugna prius nō poterat. Primo eoo.i.prima aurora. Ingentem quercum:nō ſolū in teſtimoniū uictoriæ:ueꝝ etiam in honorem deoꝝ erigebāt antiqui trophæum. Bellipotens.i.mars:nō enim filiū ut Mezētius Lauſum trophæo moleſtare uolebat:ſed deum cuius beneficio uictoriā aſſecutus fuerat. Maxima res:nihil potuit accommodatius proferri. Erant enim milites anxii uehementer de futuro & nō ſine ſummo timore:nā nō ſine ſanguie fugauerant hoſtes:& adhuc ſupererant Turnus & Latius Hortatur igif:quoniā ipm optimū initium rei bene agendæ plus q̄ dimidium totius eſſet. Primitiæ & de rege ſuperbo:Hoc expoſui paulo ante. Mezentius hic.i.in nrā poteſtate quæ quidem res magna eſt:Habet.n.emphaſim Mezentius.q.d.tam metuendus rex:nūc iter ad regem q.d.ſuperato exercitu campeſtri uiā ferro nobis ad ipam urbē aperuimus.Maxima ergo res perfecta cum uicto exercitu urbs obſideri poſſit. Arma.p.a.non.n.iubentur arma induere:nam tunc erant humandi ſocii & nō propugnādū:ſed ſint animis uiri parati ad arma q̄primū capiēda cū opus fuerit. Interea ſocios:hoc autem pronuntiat:ut non ſolum pemptis ſatiſfaciat:uerum ut exemplo uiuētes accendat ad rem ſtrenue agendam.

SER. Egregias animas quæ ſanguine nobis:ingēti arte laudat potius q̄ miſereatur extinctos:ut præſentium animos in bella ſuccendat. Quem nō uirtutis egentem:Ennii uerſus ē. Funere merſit acerbo: im

Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis
Hanc patriā peperere ſuo:decorate ſupremis

Muneribus:mœſtã ꝑ euãdri primus ad urbẽ
Mittatur palas:quem non uirtutis egentem
Abſtulit atra dies:& funere merſit acerbo.
Sic ait illachrymãs:recipitq; ad limia greſſũ.
Corpus ubi exanimi poſitum palãtis acetes
Seruabat ſenior:qui parrhaſio euandro
Armiger ante fuit:ſed non fœlicibus æque
Tum comes auſpiciis caro datus ibat alumno
Circũ oĩs famulũq; manus:troianaq; turba:
Et mæſtum iliades crinem de more ſolutæ.
Vt uero æneas foribus ſeſe intulit altis
Ingentem gemitum tunſis ad ſydera tollunt
Pectoribus:mœſtoq; immugit regia luctu.
Ipſe caput niuei fultum palantis:& ora
Vt uidit leuiq; patens in pectore uulnus
Cuſpidis auſoniæ lachrymis ita fatur obortis
Te ne inquit miſerãde puer cum læta ueniret
Inuidit fortuna mihi:ne regna uideres
Noſtra:nec ad ſedes uictor ueherere pr̃nas
Non hæc euãdro de te promiſſa parenti
Diſcedẽs dederã:cum me complexus euntem
Mitteret ĩ magnũ imperiũ:metuẽſq; moneret
Acres eſſe uiros cum dura prœlia gente
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors & uota facit:cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenẽ exãĩmũ.& nil iã cæleſtibus ullis
Debentem uano mœſti comitamur honore:
Infœlix nati funus crudele uidebis.
Hi noſtri reditus:expectatiq; triumphi
Hæc mea magna fides:at nõ euãdre pudẽdis
Vulneribus pulſum aſpicies:nec ſoſpite dirũ

maturo:tranſlatio a pomis. Qui parrhaſio euan. Ar
cadico a ciuitate arcadiæ:quã Dona. uult parrhã dicta
quod procedit ſi parrha nomen ẽ græcũ.Si ãt latinũ ẽ
ſtulte ſenſit:nã græcũ nomẽ latinã æthymologiã nõ
recipit. Ibat:pro ierat. Alũno:alumnus eſt qui græ/
cæ Τροφιμοσ dicitur:quod nomen qa latinum non
eſt ut ab eo quod eſt nutrior inueniamus eum q nu/
tritus eſt tranſit ad nomen aliud quia & Alumnũ di/
xit. Iliades crinem de more ſolutæ.ſ.has æneæ ancil
las ĩtelligimus:nam omnes matres: hoc eſt mulieres
nobiles ĩ Sicilia remanſiſſe dixit:excepta Euryali ma/
tre:de qua legimus.Quæ te ſola puer tantis e matri/
bus auſa Proſequitur. Vt uero æneas foribus ſeſe in
tulit altis naturale enim eſt ut intermiſſa lamenta re/
petantur cum aliquis notus aduenerit: ſic in Statio
Ingreſſis ducibus denuo defletur Archemorus. Ni/
uei fultum palantis:late patet hoc epitheton referri.n.
poteſt & ad candorem priſtinæ pulchritudinis: & ad
pallorem ex morte uenientem:& ad frigus quod pro
prie mortuorum eſt: ut Corpuſq; lauant frigentis &
ungunt. Leui in pectore:pulchro puerili nondum
ſetoſo. Tene inquit:iteratio eſt: na ſupra ait Lachry/
mis ita fatur obortis:ſicut in quinto poſuit:Et fidam
ſic fatur ad aurẽ & paulopoſt ĩtulit Dic ait. Sane ſcien
dum & allocutionẽ talẽ eſſe q̃lis illa ubi defleẽ Eurya
lus:nã locis oĩbus cõmouet miſerationẽ ab ætate:a tẽ
pore a uulnere:a ſpe parentis. Cũ læta ueniret: ĩuidit
fortuna tibi. Ac ſi diceret q̃tũ nocere aduerſa cũ læta
talẽ ĩtulit caſum.Videtur ãt dolere quod q̃ri non põt
de fortunæ crudelitate: quæ ei uno eodemq; tẽpore
& tanta contulit beneficia & tale ĩtulit damnum. Te
ne inuidit fortuna mihi:ut Liber pampineus inuidit
collibus umbras. Diſcedens dederant: κατατοσιω
πωμενον hoc intelligimus:nã abſcedẽs nuſq̃ eſt Euã/
drum allocutus Aeneas. Cũ dura ꝓlia gente:ſubaudi
mus fore. Fors:& forte:etiam uota ſuſcipit.Poteſt &
unum eſſe forſet ideſt forſitan. Cumulatq; altaria
donis:& ſacrificat & ſuſcipit uota. Naturaliter ãt q̃riẽ
de errore mentis humanæ. Nil iam cæleſtibus ullis
Debentẽ:uiui enim ſuperoꝝ ſunt:mortui autẽ ad in/
feros pertinent unde in duodecimo Vos mihi manes
eſte boni quoniam ſuperis auerſa uoluntas. Supis ãt
debemus oĩa donec uiuimus ideo quia ut dicũt phyſici cũ naſci cœperimus:ſortimur a ſole ſpiritum : a luna
corpus:a Marte ſanguinẽ a Mercurio ingeniũ a ioue deſideriũ:a uenere: cupiditates a Saturno humorẽ: q̃ oĩa
ſingulis reddere uideẽ extincti. Vano mœſti comitamur honore:inani ut ſupra diximus quãtũ ad uiuos per
tinet. Hi noſtri reditus:tale eſt:ut manibuſq; meis mezentius hic eſt.Hæc mea magna fides:κατατοσιωπω
μενον:quam de palantis reditu promiſerat patri. Pudendis uulneribus:a tergo illatis:& eſt conſolatio. Nec
ſoſpite:pro ſoſpiti:antiptoſis eſt hoc dicit:Si fugiſſet uulneratus a tergo ipſe ei optares interitum.

DONA. Puerum dixit palanta:ut uictoris minueret gloriã:nã alibi iuuenem dixerat.

CHRI. Quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo:Duas ualidiſſimas cauſas proponit quibus egre
gio funere decorandi ſint oſtẽdat:& qđ ſuo ſanguine eã uictoriã pepertũt: q̃ qui ſupſtites ſunt adepti ſibi ſint ĩ
italia ſedes q; & hic honos nouiſſimus ultimuſq; ſit:Et quoniã Pallas externus hõ: & a cuius patre profugus
& ſine regno liberaliſſime acceptus fuerat:& auxilio conſilioq; ſubleuatus eandem operam quam ciues ꝓſtite
rant precipuum illi & regio filio adoleſcenteq; fortiſſimo dignum funus parat.Verum ita uniuerſam hanc rẽ
proſequitur poeta:ut nihil miſerabilius explicari poſſit.Nullumq; locum omittit:unde aliqua poſſit educi cõ
miſeratio quem non tractet & grauiſſime & copioſiſſime.Primum enim propriis lachrymis omnia miſeran
da facit.Quis enim non mœrore afficiatur lugente rege:mouet deinde pathos ab ætate; nam cum hactenus
Euander fœliciſſimus fuerit:nunc demum ſenio confectus in adoleſcentem ſpem unicam patris infœliciſſi/
mus ſit factus.Mouet a luctu atque ullulatu omnium circunſtantium.Maxime autem mouet a pulchritudi
ne Pallantis & ætate.Nam cum natura duce maxime amemus pulchritudinem uehementer dolemus eam
in tenera ætate ita crudeliter extingui: ut pulcherrimum pectus duriſſimo ferro ſit tranſfoſſum, Mouet ab
oratione Aeneæ qui in primis inuehit in iniquitate fortunæ:qui illum tam optime de ſe meritum rebus ſuis

paulo poſt fœliciſſimis futuris ita iuidie atq; crudeliter præripuerit ut ſua uirtute partis frui nõ potuerit: nec q illi pro triumpho fuiſſet i patriam uictor non potuerit redire. Maxima autem ẽ illa commiſeratio q & ipſe & Euander præter ſpem in tantam calamitatem inciderint. Nec parum momẽti eſt in eo q tam anxie euander illum cõmendarit. Nã timorẽ maximum oſtendebat. Hi noſtri reditus. q. d. qtum falſi ſumus a nr̃a opinione. Hæc mea magna fides: Conqueritᷣ fidẽ ſuam eſſe imminutã. At non euandre: & hoc mouet pathos.

SER. Hæc ubi defleuit. i. poſtq̃ hæc cũ lachrymis dixit. Flere. n. ẽ cũ uoce lachrymarᷣ unde habemus i ſexto: Cõtinuo audite uoces uagitus & igens Infantũq; aiæ flentes in limite primo. Toto lectos ex agmine: troianos tuſcos arcadas. Exigua: q̃uis. n. magna ſint orbitati patris prodeſſe nõ poſſunt. Pheretrũ: græcæ φερητρον dicitᷣ: unde p diereſim pheretron pheretrũ facit: nã latine capulus dicitᷣ: unde ait Plau. Capularis ſenex. i. uicinus capulo. q dictus capulus ab eo qd corpus capiat. Vimie querno: ſunt aliquæ duæ deriuationes: e tamẽ eis ſic utimur cũ adiũctiõe alterius nois ut quernũ uimẽ. Itẽ colurnũ ueru: ut Pinguiaq; in ueribus torrebimus exta colurnis: ficulnum lignũ ut Hora. Olim truncus eram ficulnus intulit lignũ: itẽ aprugnum callum pro aprinum Optentu frondis inumbrant ueluti cameram quandam capulo ramorũ extenſione fecerunt. Agreſti ſublimen ſtramine ponunt: hoc ẽ ſup frõdes ponũt: nã hic redit quod omiſerat ſupra dicens: Extructos toros: Nec addẽs unde.
Demeſſum: participiũ ẽ ueniẽs ab eo quod ẽ metor. Sane ab eo quod eſt meto p̃teritũ pfectũ meſſui facit.
Sua. f. r. propria pulchritudo. Auroq; rigentes: unũ q; uacat: & eſt aditũ hiatus cauſa. Læta laboꝝ: figura ẽ lætus rei: nã nõ dicimus Lætus labore. Diſcreuerat: depinxerat ſimul amantis affectus oſtẽditur. Harũ unã: de duobus & hoꝝ alteꝝ & horum unum poſſumus dicere: nã artigraphi hoc tantũ uetant. Ne de duobus alium dicamus quod de multis ꝓprie dicitᷣ. Sane figurate dixit ueſtem induit ut Exuuias indutus achillis: cum in uſu ſit induit illa re: ut Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis Arſuraſq; comas obnubit amictu. Haꝝ unã iduit iuueni: altera capat eius uelauit: nã ſupra dixit duas ueſtes eẽ latas. Obnubit: ãt uelauit. Tranſlatio a nubibus qbus tegitᷣ cælũ unde & nuptiæ dicuntᷣ: q nubentiũ capita uelentᷣ. Laurentis p̃mia pu. mittit p̃mia quæ de p̃da laurẽtis pugnæ ſubſtulerat: nã p̃da ẽ q eripitur: p̃mium quod offertᷣ.
Equos & tela qbus ſpoliauerat hoſtẽ: uel Pallas uel æneas: nã ambigue poſitũ ẽ. Spolia ãt cũ ea tantũ ſint qbus hoſtis ſpoliari põt: ut lorica uel ueſtis. Abuſiue ẽt ſpoliũ dicitur quicquid ab hoſtibus tollitur. Vnde eſt Poſtquam illum uita uictor ſpoliauit achilles. Vmbris infe. propriẽ: nam inferiæ ſunt ſacra mortuorum. Cæſo ſanguine: pro ceſorum: ut ſupra Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas. Ipſos ferre duces: ſuos ſcilicet qui illis p̃erant. Melius tamen eſt iubet trũcos ferre ipſos duces. Hoc eſt ducum ſpolia: ut trophæa ipſos duces duxerit: ſicut ſupra manibuſq; meis mezentius hic eſt. Inimicaque nomina figi: inimicorum dicit autem affixos trophæis titulos cum nominibus occiſorum. Ducitᷣ infœlix acc. q̃ſi qui cõſternitus nimio dolore ire nõ poterat: & bene ex rerum permutatione expſit doloris magnitudinẽ dicẽs ita doluiſſe acetem: ut pene carens humano ſenſu per ſe ire non poſſet: & equum ita ſentiſſe interitum domini ut in humanum migraret affectũ: nã & lachrymabat: & ſponte ſeq̃batᷣ cadauer.

Optabis nato funus pater: hei mihi quantum
Præſidium auſonia: & quãtum tu perdis iule.
Hæc ubi defleuit: tolli miſerabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille uiros: qui ſupremũ commitentᷣ honorẽ
Interſintq; patris lachrymis ſolatia luctus
Exigua ingentis: miſero ſed debita patri
Haud ſegnes alii crates: & molle pheretrum
Arbuteis texunt uirgis: & uimine querno
Extructoſq; toros optentu frondis inumbrãt.
Hic iuuenẽ agreſti ſublimen ſtramine ponũt.
Qualem uirgineo demeſſum pollice florem.
Seu mollis uiolæ: ſeu languentis hyacinthi:
Cui neq; fulgor adhuc: nec dũ ſua forma receſ(ſit
Non iã mater alit tellus: uireſq; miniſtrat.
Tum geminas ueſtes oſtroq;: auroq; rigentes
Extulit æneas: quas illi læta laborum
Ipſa ſuis manibus quondam ſidonia dido
Fecerat: & tenui telas diſcreuerat auro:
Harũ unã iuueni ſupremum mœſtus honorẽ
Induit: arſuraſq; comas obnubit amictu:
Multaq; prætera laurentis præmia pugnæ
Aggerat: & lõgo prædam iubet ordine duci:
Addidit equos: & tela qbus ſpoliauerat hoſtẽ:
Vixerat & poſt terga mãus quos mitteret um(bris
Inferias cæſo ſparſuros ſanguĩe flãmã:
Inductoſq; iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces: inimica nomina figi.
Ducitur infœlix æuo confectus acetes

DONA. Quibus ſpoliauerat hoſtem: Ambigue dictum uel quibus uſus fuerat dum hoſtes interimeret: uel quibus uictor hoſtes ſpoliauit: Vltima tamen ſententia melior eſt.

CHRI. Hei ubi defleuit: egregius & excelſo aio uir q tantũ tribuit luctui q̃tũ exigit humanitas. Deinde p̃parat id funus quod Euãdro i tãto mœrore aliquã poſſet afferre cõſolationẽ. Se plorat poſtremũ damnũ filii ex morte pallãtis. Lectos mille uiros ex. t. a. Sigula uerba igẽs põdus hẽt. Eligit. n. non ex una altera ne ala aut cohorte: ſed ex toto exercitu & legit mille ut põpa eſſet numeroſa & legit uiros. i. hoies fortiſſimos: q & comitarentur funus: & patrẽ cõſolarentᷣ. Solatia exigua igentis lu. declamatio a contrario ẽ exiguũ & igens q̃ oſtẽditur q̃tus i parẽte luctus fuerat. Sed debita. q. d. q̃uis uideret Aeneas q̃ paꝝ proficeret tãto apparatu: tamẽ debitũ officiũ nõ cẽſuit prætereundũ. Crates & arbuteas uir. ponit quia res in tanto rerum momento ſummi

celeritatem deſiderans artificium nullū expectare non poterat:ſed hæc oīa agreſtia & extēporanea magnifice exornata ſunt precioſis ueſtibus ſuperimpoſitis. Ergo nec mora fuit miſeratio fabricando:nec magnificentia ueſtium ad ornatū defuit. Stramine:& frōdes & paleas:& qcqd ea gratia ſubſternimus:ut quod ſuper imponendum mollius excipiatur. Qualem uirgineo:optima comparatio:nam ut flos nuper ſuccíſus & ſi langueſcat non ſtatim amittit pulchritudinem:ſic Pallantis pulchritudo non ſtatim diſceſſerat:ex iſta autem comparatione ſummā citat cōmiſerationē. De uiola āt & hyacinto diximus in buco.& georgi. Mater alit:nā humore terreſtri aluntur plantæ:quem radicibus ſuis ſugunt:& uim ſtomaci p̄bentes decoquunt:& in alimentum conuertunt. Oſtro auroq; rigentes:ſæpe poetæ duo uni uerbo adiungunt:quoꝝ alteꝝ non quadrat:ut in georgicis Tenues pluuiæ & penetrabile frigus adurat:nam frigoris ut & caloris adurare eſt: ſic hoc loco ueſtis ex purpuræ infectura non riget ideſt non redditur inflexibilis:ex multo autē intertexto auro riget. Laudat autem ueſtes a materia:quia ex purpura eſſet & auro laudat ab artificio ac poſtremo ab auctoritate dōatoris. Multaq;:ſpēm pene triumphi adhibuit. Quibus ſpoliauerat:Pallas potius ꝗ æneas. Vinxerat: nam captiuos hoſtes ad ſepulchrum ducis interfecti iugulabant. Inde ſequentibus temporibus damnati capite pugnare i magnoꝝ uirorum funere cogebātur ut eſſent qui ſanguinem ſpargerent donec gladiatores prouenerūt. Indutos trun. Ad quandam trophæi ſpēm. Ipſos du. Vt maiorem auctoritatem haberet res uel duces funeris intellige. Ducitur infœlix æuo confectus ace. Pathos ab ætate:ſic illud Et fauni miſerere ſenectæ.

Pectora nūc fœdās:pugnis nūc unguibus ora
Sternitur:& toto proiectus corpore terræ:
Ducunt & rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus poſitis inſignibus æthon
It lachrymās:guttiſq; humectat grādibus ora
Haſtā alii galeamq; ferunt(nā cætera turnus
Victor hēt)tū mœſta phalāx teucriq; ſequū-
Tyrrhēiq; duces:& uerſis arcades armis.-tur:
Poſtꝗ oīs longe comitum præceſſerat ordo:
Subſtitit æneas:gemituq; hæc addidit alto.
Nō alias hic ad lachrymas eadē horrida bella
Fata uocant:ſalue æternū mihi maxime pala:
Aeternumq; uale: nec plura effatus:ad altos
Tendebat muros:greſſumq; in caſtra ferebat.
Iamq; oratores aderant ex urbe latina
Velati ramis oleæ:ueniamq; rogantes
Corpora ꝑ campos ferro quæ fuſa iacebant
Redderet:ac tumulo ſineret ſuccēdere terræ:
Nullum cū uictis certamen:& æthere caſſis:
Parceret hoſpitibus quondā ſociiſq; uocatis.
Quos bonus æneas haud aſpnāda precātes
Proſequit̃ uenia:& uerbis hæc inſuper addit
Quænam uos tanto fortuna indigna latini
Implicuit bello:qui nos fugiatis amicos?
Pacem me exanimis:& martis ſorte peremptis
Oratis? equidem & uiuis concedere uellem:
Nec ueni ni fata locum:ſedemq; dediſſent:
Nec bellū cum gente gero:rex noſtra reliquit
Hoſpitia:& turni potius ſe credidit armis.
Aequius huic turno fuerat ſe opponer̃ morti:
Si bellum finire manu:ſi pellere teucros
Apparat:hic decuit mecum concurrere telis.
Vixet cui uitā deus:aut ſua dextra dediſſet:
Nunc ite:& miſeris ſupponite ciuibus ignem.

SER. Fœdans:uel cruentans uel lacerās. Terræ: in terra. Poſitis inſigni.ſine phaleris quod āt equū dicit lachrymare nō miꝝ ē:cū Home.ēt diuinitatē iduxerit. Aethō: nomē eq: quo & auroræ equus uocat̃. Cætera turnus uictor ha. κατασιωπωμενον & alia ei ſuſtuliſſe intelligamus nō tātū baltheū: ut legimus ſupra. Phalās:lingua macedonum legio. Quod aūt ait mœſta:arcadas intelligimus: unde infert Teucriq; tyrrheniq;: & hoc eſt quod ait ſupra Et toto lectos ex agmine mittit Mille uiros. Verſis arcades ar. Lugentum more mucronem haſtæ nō cuſpidē contra terrā tenentes. Scuta etiam inuertentes propter numina illic depicta:ne eoꝝ ſimulachra cadaueris pollueret̃ aſpectu:ut nōnullis fruſtra placet. Nam lugētū mos eſt prioris habitus imutatio. Alias hic ad lachry.ad aliā ſepulturā. Salue æternum mihi maxime pala Aeternumq; uale:Varro i libris logiſtoricis dicit iō mortuis ſalue & uale dici:nō ꝙ ualere aut ſalui eſſe poſſint: ſed ꝙ ab his recedius eos nūꝗ uiſuri: hinc ortū ē ut ēt maledicti ſignificationē iterdū uale optieat:ut Terētius Valeant q iter nos diſſidiū uolūt:hoc ē ita a nobis diſcedat:ut nunꝗ ad noſtꝝ reuertat̃ aſpectum. Ergo cum mortuo dicit̃ uale: nō æthimologia conſiderāda ē:ſed cōſuetudo:ꝙ nullis uale dicimus : niſi a qbus recedamus. Oratores : legati a perorando pro republi.nominati. Vrbe latina:pro latini ideſt de lauro lauinio. Velati ramis.o.nō coronati:nec enim lugētes decebant:ſed inſtructi & ornati.i.i manibus oliuæ ramos ferentes: ſic Home. στεμματ' εχον ενχερσιν Velari autē ornari:ut illo loco ſignificat: Victori uelatū auro uittiſq; iuuencū:cū uittis non āt uelentur aut coronent̃ uictimæ:ſed ornent̃. Veniamq; rogantes:beneficiū. Ferro quæ fuſa:modo interempta alias fugata:ſed diſcernunt̃ epithetis ut ſi dicas ferro fuſus ē:uel metu fuſus. Redderet:Oſtēdit iam poſſe in troianorum eſſe poteſtate. Et æthere.c.uacuis:unde & rhetia caſſes dicimus:hoc autē bene addidit ꝙ uicti poſſunt inouare certamē. Aut aſpernanda:iuſta non cōtemnenda. Sepulturæ enim beneficium generaliter debetur uniuerſis. Inſuper addit: accumulat uerbis beneficium dicens pacem ſe etiam uiuis uelle præſtare. Pacem autem ideo defunctis : quia ait nullum cū uictis certamen & æthere caſſis: & mortuorum pax ſepultura eſt. Vnde elegit uerbum utriuſque aptum. Quænam:quanta & qualis : nam mirantis eſt : nec enim dubitat:cum ipſe dicat indigna. Implicuit in/

uoluit inuitos. Nec ueni:nec ueniſſe tem pus pro tempore. Nec bellum cum gente gero:ſed cum turno per quod eoꝶ captat fauorẽ. Huic morti:ΔΕΙΚΤΙΚΟΣ q̃ſi oſtendit iacentes. Si bellũ finire manu:hoc ẽ.n.interem ptione:poteſt.n.in pace finiri. Vixet:pro uixiſſet & eſt ſyncope. Deus aut ſua dextra dediſſet: uictoriam uel uitam:qa duplici rõne cõſtat uictoria:aut uirtute aut uolũtate fortũæ. Miſeris ci.q̃ſi aliena culpa ꝑeuntibus.

DONA. Miſeris:qui non in ſuo:ſed in Turni negocio perierant.

CHRI. Aethon:nomen eq pallantis deductũ ab uno ex equis ſolis.Erat.n.Pyrous:Eous:Aethon & Phlegon:quod autẽ cum ex deſiderio domini illachrymantem ſcribit non oĩno poeticũ ẽ:nã equos & uictoria exultare atq; efferri & lætitiã oſtẽdere & cũ uicti fuerint ſummo mœrore cõiici ẽt q naturalẽ hiſtoriã tradidere affirmant:nam Plini.ait Præſſagiũ pugnam & amiſſos lugẽt dominos:lachrymaſq; iterdũ deſiderio fundunt interfectoq; Nicomede rege equus eius deſiderio uitã finiuit:ac multa alia in eadẽ ſententia ponit. Iam orato. oſtendit q̃ ampla fuerit uictoria:cum ita ſe uictos hoſtes faterentur:ut ſtatim ad pacem petendam ſeſe ſub mitterent.Oſtendit ẽ quid unius uiri auctoritas poſſit:nam abſentia Turni hæc pene oĩa euenerunt. Nullũ cũ ui.cer.&.æ.c.Grauiſſimus locus:& qui plurimum apud eum uiꝶ ĩ quo recta rõ ualet omnem perturbationem ſuppnimeret.Quapropter primo congreſſu placatus ẽ Aeneas. Proſequitur.u.q.d. ſtatim donat ueniã.

Quæ.n.ſ.nã cũ & ſe & illos excuſare uellit: reiicit culpã in fortunam:& re uerã latinus ſocietatem expetiuerat troianoꝶ:& ipſe æneas nihil aliud tentabat:ſed iniquitate fortunæ a turno in bellum ĩpulſi ſunt. Et uiuis con.uel.ſentẽtia eſt.Vellẽ ipſos nõ fuiſſe extĩctos:ut uiuẽtibus pacẽ dare poſſem:uel dicit ita : Omnia cæſis remitto:ut etiam cũ uiuẽtibus cõuenire cuperẽ. Nec ueni.q.d.non fuit cauſa ueniendi ut uos debelarem:ſed ut quem fata locũ dabant accipem.Hinc ſequitur ut non geram bellum cum latinis:quos incolumes eſſe cupio:ſed cum rege ueſtro a quo terris fatalibus prohibeor:tãdem omnem culpã in Turnũ reiicit acumulatq; inuidia qui cum belli cauſa fuerit a pugna diſceſſerit.

Dixerat æneas:olli obſtupuere ſilentes:
Conuerſiq; oculos inter ſe:atq; ora tenebant.
Tũ ſenior ſemperq; odiis:& crimĩe drances
Inſenſus iuueni turno ſic ore uiciſſim
Orſa refert o fama ingens ingentior armis
Vir troiane:quibus cælo te laudibus æquem
Iuſtitiæ ne prius mirer belli ne laborum:
Nos uero hæc patriã grati referemus ad urbẽ
Et te ſiqua uiam dederit fortuna latino
Iungemus regi:quærat ſibi fœdera turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles
Saxaq; ſubuectare humeris troiana iuuabit.
Dixerat hæc:unoq; oẽs eadem ore fremebãt:
Bis ſenos pepigere dies:& pace ſequeſtra
Per ſyluas teucri mixtiq; impune latini
Errauere iugis ferro ſonat alta bipenni
Fraxinus:euertunt actas ad ſydera pinus:
Robora nec cuneis & olentẽ ſcĩdere cedrum
Nec plauſtris ceſſãt uectarĩ gemẽtibus ornos
Et iam phama uolans tanti prænuntia luctus
Euandrũ euandriq; domos & mœnia replet.
Quæ modo uictorem latio palanta ferebat.
Arcades ad portas ruere:& de more uetuſto
Funereas rapuere faces:lucet uia longo
Ordĩe flammarum:& late diſcriminat agros.
Contra turba phrygũ ueniens plãgẽtia iungit
Agmina:quæ poſtq̃ matres ſuccedere tecto
Viderũt:mœſtã incendunt clamoribus urbẽ.
At non euandrum potis eſt uis ulla tenere:
Sed uenit in medios: pheretro palãte repoſto
Procubuit ſup:atq; herẽt lachrymãſq; gemẽſq;

SER Obſtupuere ſi.i.obſtupefacti ſũt & ſilere cœperũt. Tunc ſegnior:cui ab ætate ꝑſtabaĩ auctoritas.

Odiis & crimine drances Inſenſus iuue Turno: aut per ſuũ crimen.i.inertiam: quam ſemper uirtuti conſtat eſſe contrariã:aut Turni crimine:q tot uiris mortis cã extiterat. Orſa refert:cœpta uerba. O fama ingens ingentior armis:fruſtra ait Dona.hoc nomẽ de his eſſe quæ non recipiunt comparationem : nam qa augumentum recipit etiam comparatur.Alia illa ſũt noĩa in quibus eſt dubitatio utrum comparentur: ut eſt perfectus quia ſi uelis comparare incipit perfectus non eſſe perfectus. Cælo te laudibus æquem:pro is q ĩ cælo ſunt ideſt diis: ut Cæruleus thybris cælo gratiſſimus amnis. Iuſtitiæ ne prius mirer belli ne laborum:Figura græca miror illius rei & regno illius rei: ut θαυμαζω ΕΚΕΙΝΟ ΥΚΑΙ ΑΡΧΩ ΕΚΕΙΝΟΥ:unde Hora.ait & qua paupere daunus Agreſtũ regnauit populorũ: pro agreſtibus populis. Si qua.u.i.rationẽ. Dederit. f.l.& bene cum exceptione policetur dicens: ſi uoluntatem noſtram fortuna comitetur. Fœdera.t.uel cõiugis uel amicitiarum. Fatales.m.qui audiuerat: niſi fata locum ſedemq; dediſſent. Saxa troiana: Ambitione ait quaſi troianis fataliter debita. Pepigere dies:pacti ſunt ab eo quod ẽ paciſcor & pepigi:& pactus ſum facit ſicut ab eo quod eſt parco & parſi & pepci.

Pace.ſ.media & tẽporali:nam ſequeſter ẽ medius inter duos altercantes apud quem aliquid ad tempus ſeponitur.Pacem ergo ſequeſtram inducias dicit.i.pacẽ tẽporalem:& mediam inter bellum ꝑteritum & futurum. Mixtiq; im.l.apud maiores magna erat cura fidei:adeo ut inter Porſenam & romanos factis induciis:cũ ludi circẽſes ĩ urbe celebrarẽtur: ĩgreſſi hoſtiũ duces curruli certamine cõtenderẽt.& uictores coronarenĩ. Ferro.b.ad epithetõ trãſtulit nomẽ propriũ nã bipennis p ſe plenũ eſt:& ſecurim ſignificat: ut crebriſq; bipẽnibus iſtãt. Robora:modo genus ẽ ligni nã ẽ inter ſpẽcia nominatũ. Plauſtris ge.ſub pondere ſonantibus. Quæ modo ui.l.p.f.bene mõ uno.n.eodẽq; die & fortiter fecit & periit:ut Hæc te prima dies bello dedit hæc eadẽ aufert. Arcades ad.p.r.eos dicit qui ĩtra ciuitatẽ ſunt. De.m.ue.quia antea p noctem

Et uia uix tandem uoci laxata dolore eſt.
Non hæc o pala dederas promiſſa parenti
Cautius ut ſæuo uelles te credere marti.

cadauera perfunerabantur cum faculis. Rapuere faces:raptim & feſtinãter tulere. Diſcriminat:diuidit. Vnde diſcrimen capitis muliebris dicitur. Incendũt: implent:ut clamore incẽdunt cælum troeſq; latiniq;. Vis ulla:nec ætatis imbecilitas : nec ſæueritas regia.

Pheretro plante repoſto: poſito Pallantis pheretro:nam antiptoſis ẽ. Non hæc o pala dederas promiſſa parenti Cautius ut ſæuo uelles te crede mariti:duplex expoſitio eſt:aut enim hoc dicit.Non enim mihi talia promittebas:ut crederem te cautius dimicaturum:ut intelligamus Palantem proficiſcentem promiſiſſe patri uictoriam cædem hoſtium plurima ſpolia.Qui enim hoc cogitat cautelæ obliuiſcitur auiditate pugnandi: aut certe non pro nomine nempe accipiamus:ut in Terentio. Non tu hunc rus hinc prodeſſe aiebas ideſt nonne pro nempe:ut ſit ſenſus.Nempe mihi hæc dederas promiſſa diſcedens:quia cautius fueras dimicaturus.

DONA. Pace ſequeſtra:ſequeſtra pax ea eſt quæ ſic interponitur ut non tollit ſed differat bellum. Poſt quam ma.uel pro mulieribus poſuit:uel matres eorum qui cæſi fuerant.

CHRI. Conuerſiq;.o.in.ſe:Quo ſigno tacite oſtendebant admirari. O fama in.Multis dura aduerſaria cõſtituta eſt fama cum ipſi re correſpondere nõ poſſint.Ergo magna laus æneæ qui famã ſuperet. Quibus.l.æ.t.c.q.d.quibus uerbis poſſum promere laudes tuas quibus te cælo ideſt cæleſtibus diis æquari potes:cum autem iuſtitiam & bellum ponat:oſtendit illum & in pace & in bello optimum eſſe quibus ciuili homini nihil maius tribui poteſt hæc autem duo ita magna eſſe affirmat:ut nõ poſſit diſcernere utrum maius. Grati:memores beneficii accepti de humandis cæſis. Si qua uiam.d.f.nã fortuna diſiunxerat latinum ab ænea & non conſilium.Ergo de uoluntate Latini nihil dubitantes fortunam quæ aduerſa illum diſiunxerat optat ut proſpera reconciliet:& ſic beniuolum ſuum regem æneæ reddit. Quærat ſibi fœdera turnus:amare in eum hæc euomit quaſi dicat non eſſe habendam rationem eius qui ſoli ſibi ſeruiens:ut coniugio potiretur cæterorum ſalutẽ in diſcrimen adduxit. Pace ſeque.ſequeſtrem eum appellamus:cuius fidei creditur rex de qua cõtrouerſia pendet:donec certũ decernat & a quadã ſimilitudine iducias pacem ſequeſtrem appellant. Quæ modo uictorem:ex qua re oſtenditur q̃ uaria mutabiliſq; ſit fortuna q̃q; inſtabilis. Arcades ad portas rue.diſtributio eſt nam magnus luctus fuit uirorum funeri occurrentium:maior mulierum intra urbem:maximus ãt Euãdri cui a principio uocem dolor præripuit. Non hæc o palla:inde exorſus eſt:unde dolor proueniebat.

Haud ignarus erã quantũ noua gloria i armis
Et prædulce decus primo certamine poſſit:
Primitiæ iuuenis miſeræ:belliq; propinqui
Dura rudimenta:& nulli exaudita deorum
Vota preceſq; meæ:tuq; o ſanctiſſima cõiunx
Fœlix morte tua:neq; in hũc ſeruata dolorẽ.
Contra ego uiuendo uici mea fata:ſuperſtes
Reſtarẽ ut genitor:troum ſocia arma ſecutũ
Obruerẽt rutuli telis:animam ipſe dediſſem:
Atq; hæc põpa domũ me nõ palanta referret.
Nec uos arguerĩ teucri:nec fœdera:nec quas
Iunximus hoſpitio dextras:ſors iſta ſenectæ
Debita erat noſtræ:qđ ſi immatura manebat
Mors natum cæſis uolſcorum milibus ante
Ducentẽ i latium teucros cecidiſſe iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere pala
Quã pius æneas:&quã magni phryges:& q̃
Thyrrheniq; duces tyrrhenũq; exercitus oĩs
Magna trophæa ferũt:quos dat tua dxtra leto
Tu quoq; nũc ſtares ĩmanis truncus in armis:
Eſſet par ætas:& idem ſi robur ab annis
Turne:ſed iſœlix teucros qđ demoror armis?
Vadite:& hæc memores regi mãdata referte.
Quod uitam moror inuiſam palãte pempto:
Dextera cauſa tua eſt;turnum natoq; patriq;
Quã debere uides meritis uacat hic tibi ſolus

SER. In armis:apud armatum : cuius conſilium cupiditas uictoriæ plerunq; cõturbat. Vota:preceſq; meæ:ſupra Fors & uota facit. Fœlix morte tua:ea re fœlix q̃ cæteri dolent. Viuendo uici mea fata:Diu uiuendo:ut in bucolicis O lycida uiui peruenimus:uici ãt mea fata per naturalem ordinem uita longiore ſuperari:Namq; hic ordo naturalis eſt ut ſint parẽtibus ſuperſtites filii.Fata ergo generalia dixit referens ſe ad naturalem ordinem: non ad fatum proprium. Nam fata ſuperare nemo hominum poteſt: unde multi ſic diſtinguunt. Contra ego uiuendo uici uitam ſcilicet filii.Nã hoc eſt ſuperſtes reſtarem ut genitor : ut mea fata per exclamationem dictum ſit.Sciendum tamen etiam irrationabilia dolentibus dari. Reſtarem: eſſem. Dediſſem:reddidiſſem.Nec uos ar.teu. exonerat eorum pudorem ne uideatur cã orbitatis fuiſſe:dicẽs hoc ſibi fataliter debitum. Senectæ: deeſt ætatis: nã ſenecta ætas dicitur Salu.Senecta iam ætate : per ſe ãt plenũ eſt ſi ſenectus dicamus. Ducentem i la.t.c.i.lucrum quodãmodo putat impediſſe pro amicorum fœlicitate filium qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus & eſt a qualitate beneficii ſolatium. Nõ alio digner te funere pala: Latenter hic æneæ oſtenditur pietas quæ in amici funus tanta contulit ut pater amplius:præſtare non poſſet. Tu quoq; nunc ſtares immanis.t.in ar.Sicut iſti duces de quibus hæc ſunt trophæa:nam ſupra ait.Indutoſque iuber truncos hoſtibus armis Ipſos ferre duces. Eſſet par ætas:uel mea uel filii. Nam ad utrunq; põt referri. Teucros quid demoror ar.Ab armis & hoc uidet̃ dicere dimittẽdi ſunt troiani: ut morte turni ſatiſfiat doloribus meis: quod etiam hic poſteriora ſignificant. Meritis uacat hic tibi ſolus Fortunæq; lo.Nihil eſt aliud quod poſſit uel uirtus tua uel fortuna preſtare. Nam his rebus uictoria contigit:niſi ut occiſo turno & uindices fili

Fortunæq; locus:non uitæ gaudia quæro:
Nec fas:ſed nato manes perferre ſub imos.
Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem:referens opera:atq; labores.
Iam pater æneas iam curuo in littore tarcon
Conſtituere pyras:huc corpora quiſq; ſuorū

uim:& patrem conſoleris orbatum. Sed gnato.m.p. ſub.i.ac ſi diceret hāc ſolam eſſe cauſam:quæ cum cogat ad uitæ pacientiam:ut filio Turni nuncietur interitus. Extulerat.l.Aſinius Pollio dicit ubiq; Virgili. ī dici deſcriptione ſermonē aliquem ponere aptum p̄ſentibus rebus:ut hoc loco:quia funereum & ſepulturarum res agitur dicit extulerat:nam & efferre eſt ad ſepulturā ferre:itē in quarto quia ē nauigaturus æneas & relicturus didonem dicit: Tithoni croceum linquens aurora cubile:quod licet ſuperfluū ſit:ī multis tamen locis inuenitur. Miſeris.m.q ſunt ſubiecti tot caſibus Home.Δειλοισιβροτοισ.i.miſeris mortalibus nō timidis. Opera atq; la.hoc opus & hæc opa tunc dicimus quando negociū ipſum quod geritur ſignificamus:ſi āt fœ.ge.dixerimus operas ipſas perſonas:quæ aliquid faciunt ſignificamus:ſicut cuſtodia dicit̄ quæ cuſtodit:ut cernis cuſtodia qualis: nā ut hi qui cuſtodiunt̄ cuſtodia dicant̄:uſurpatū ē:unde male eſt in uſu:cuſtodiæ audiunt̄. Cōſtituere.p.Pyra eſt lignorum congeries:rogus cum ardere cepit dicit̄:buſtū uero iā exuſtū uocat̄:quem ordinem ſeruat poeta dicens.Conſtituere pyras.Itē ſubiectiſq; ignibus atris.Ter circū accenſos decurrere rogos.Item ſemiiuſta ſeruant buſta.

DONA. Nihil in his uerſibus dignum quod ponerem inueni.

CHRI. Haud ignarus eram:oratio hæc artificio ſummo exornata cuius uires facile ex ſimilibus hactenus interpretatis orationibns facile intelligemus.Accuſauerat natum qui ſibi inobtemperās fuiſſet:nunc oſtendit non ex impia contumacia:ſed ex magni animi audacia & gloriæ cupiditate peccaſſe. Primitiæ iuuenis miſeræ:exclamatio eſt per quam conqueritur fortunam ſtatim a principio Pallanti inimicum fuiſſe:& prima militiæ rudimenta duriſſima extitiſſe:& ſua uota minime fuiſſe exaudita. Tuq; o ſan.cō.Fœ.mor.tua:Maximū infœlicitatis argumentum:nam cum ſi qui infœlices fuerūt noſtrarum calamitatum comparatione fœlices poſſunt appellari:ut illud O ter quaterq; beati Quis ante ora patrum &.ſ.a.c.o. Vici mea fata: Hyperbole eſt Nemo enim ſua fata uicit.Sed cum uolumus longam alicuius uitam dicimus uixit pluſq̄ ſibi a fato conceſſū fuerat ut tantam uideret calamitatem. Multi enim propter longiorem uitam in eas calamitates inciderunt quas ſi prius deceſſiſſent omnino euitaſſent quod de priamo teſtatur. Troum ſocia arma ſecutum: increpat ſe ipſum quod non potius ipſe met in bellū proceſſerit:& in quo premortuus filii funus non aſpexiſſet. Nec uos ar.Non tamen imputat mortem filii troianis: qui illum in bellum adduxerint: ſed fato ſuæ ſenectæ.Illis autem debere fatetur q̄ poſtquam filio moriendum erat cum tanta gloria mortuus fuerit.

More tulere patrum:ſubiectiſq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cælum.
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos:ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis:ululatuſq; ore dedere.
Spargit̄ & tellus lachrymis:ſpargūt̄ & arma
It cælo clamorq; uirum clangorq; tubarum.
Hinc alii ſpolia occiſis direpta latinis
Coniiciunt igni galeos enſeſq; decoros.
Frenaq; feruenteſq; rotas:pars munera nota
Ipſorum clypeos:& non fœlicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti:
Setigeroſq; ſues:raptaſq; ex omnibus agris
In flammā iugulant pecudes:tum littore toto
Ardentes ſpectant ſocios:ſemiuſtaq; ſeruant
Buſta:neq; auelli poſſunt:nox humida donec
Inuertit cælum ſtellis ardentibus aptum.
Nec minus & miſeri diuerſa in parte latini
Innumeras ſtruxere pyras & corpora partim
Multa uirū terræ infodiunt:auectaq; partim
Finitimos tollunt in agros:urbiq; remittunt.
Cætera confuſæq; ingentem cædis aceruū(ſtra
Nec numero nec honor̄ cremāt:tūc undiq; ua
Certatim crebris collucent ignibus agri.

SER. More tu.p.quia apud uarias gentes diuerſa fuerunt genera ſepulturæ:inde eſt q̄ alii obruunt̄:alii exuruntur:alii proprias remittunt̄ ad patrias: alii per diem:ut nunc iſti:alii per noctem ut ſupra Palas & pite has uarietates Virgi.poſuit:nāq; Eraclytus qui oīa uult ex igne cōſtare dicit debere in ignē corpora reſolui.Thales uero q confirmat oīa ex humore procreari dicit obruenda corpora : ut poſſint humore reſolui. Ignibus atris:atq ignes atri non ſunt ſed epithetō traxit de negocio ut atris diceret : hoc eſt funebribus ut paulo poſt Mœſtum funeris ignē.i.funebrē: nā mœſtus eſſe non pōt ignis. Condit̄ in te.i.fumi obſcuritate cōplet̄. Cuncti fulgentibus ar.fruſtra hoc epitheton notāt critici quaſi circum euntes rogos alia arma habere debuerūt. Cincti: inſtructi. Decurrere.r. p̄ circa rogos cucurrere.Bene āt ait decurere nō d̄cucurrere.Nam uerba quæ in præterito perfecto primam ſyllabā geminant:ut curro cucurri: & tondeo totondi cum compoſita fuerint geminare non poſſunt: nā neq; decucurri:neque detotondi dicimus: exceptis tā tū duobus Do & Sto. Clangorq; tuba.ante.n.mortui ad tubam deducebantur:unde Perſi.Hic tuba candelæ:tandemq; beatulus alto Cōpoſitus lecto. Hinc alii ſpolia oc.d.l.ſecundum ſuæ gentis ritū alii hoſtilia arma:alii peremptorum cremabant. Feruenteſq; ro.nimio.ſ.curſu: Alibi uolet ui feruidus axis: Hora. Metaq; feruidis euitata rotis. Non fœlicia te.quibus defendere nequerūt. Mactantur.c.m.aut in morte: aut morti ipſi deæ.Stati.In ſcopulis mors ſæua ſedet: Luca.ipſamq; uocatā Quem petat e nobis mortem tibi coge fateri.Circa autem ideo quia Homerus dicit in morte Patrocli circa corpus extincti tam ho/

Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbrã.
Mœrentes altum cinerem:& confuſa ruebant
Oſſa focis:tepidoq; onerabãt aggere terræ.
Iam uero in tectis prædiuitis urbe latini
Præcipuus fragor & lõge pars maxia luctus.
Hic matres miſeræq; nurus:hic chara ſororũ
Pectora mœrentum pueriq; parentibus orbi

mines q̃ pecora immolabantur:& uno igne cremabãtur:unde eſt in ſexto Oſſaq; lecta cado texit corinæus aheno. Raptas:rapti abductas:nã poſt inducias rapere nõ poterãt:aut certe raptas ante belli.ſ.tpe. Stelis ap. cõiũctũ. Nec minus:ẽt. Innumeras: hoc loco multis rebus oſtẽdit imenſam cedẽ factã eẽ rutulorꝫ. Finitimos.r.in.a.q eni e lõgiquo uenerãt referri nõ poterãt. Vrbiq;.r.deeſt unicuiq; & meminit antiquæ cõſuetudinis:. q̃ ante ẽt hoies i ciuitate ſepeliebãt: quod poſtea duellio cõſule ſenatus prohibuit: & legauit ne quis in urbe ſe ſepeliretur:unde iperatores & uirgines ueſtæ quia legibus non tenerentur in ciuitate habent ſepulchra:deniq; etiam nocentes uirgines Veſtæ licet uiuæ:tamẽ itra urbẽ i cãpo ſcelerato obruebanť. Nec ho. qa nec numero: nã aliud uerbũ pẽdet ex altero. Cõfuſa rue.Ora fo.Aut qa dixit ſimul multos : crematos:aut ſi ad honoratorum cadauera referas ut ſupra diximus:confuſa propter animalia ſimul cõcremata. Ruebant: de cineribus eruebant. Tepidoq; honerabãt aggere terræ:hypallage hoc ẽ oſſa tepida prædiuitis: more græco epitheton incongruum hoc loco poſuit. Et longe ps.maxi.lu. Valde hoc eſt melius q̃ q legatur & longi.
Hic matres : quia ſcit hæc nomina ad aliquid pertinere non addidit deflebant filios:aut maritos:aut fratres.

DONA. Nihil quod non cognitu facile ſit refert Donatus.

CHRI. Conditor caligine cælũ:hyperbole ẽ. Ter circum:ſic.n.cõſuetũ erat apud antiquos. Spargiť:hæc oia oſtẽdunt igentẽ luctũ. Clãgorq; tuba.Adultorꝫ.n.funera tubis:Perſius Hic tuba candelæ tandẽq; beatulus alto Compoſitus lecto craſſis luctatis amomis:In portas rigidos calces extendunt.Idem iuenies apud Home.in funere hectoris puerorꝫ uero tibia celebrabantur.Hanc.n.in Archemori funere dat Stati.quo i loco ait Lactantius hoc iubere priſcorum religionem:addit Acron quod lidiis tibiis leta phrigiis mœta canebantur.
Et corpora partim:optima diſtributio nam excellentiores habebant a quibus in patriam referẽtur.Vulgus uero & q ex longinquo uenerant coaceruatim urebantur. Iam uero intectis:miram & ſummo artificio cõparauit uarietatem:ut cum & apud arcades & apud troianos & apud latinos eundem mœrorem exprimere uellet.Tamen hæc omnia diſtinxit:tamen maiorem merorem dat latinis:quia maiore clade eſſent affecti.

Dirũ execrantur bellum turniq; hymenæos:
Ipſum armis :ipſumq; iubẽt decernere ferro:
Qui rgnũ italiæ:& prios ſibi poſcat honores
Ingrauat hæc ſæuus drances:ſolumq; uocari
Teſtatur:ſolum poſci in certamina turnum:
Multa ſimul contra uariis ſententia dictis
Pro turno:& magnũ reginæ nomẽ obũbrat.
Multa uirũ meritis ſuſtẽtat phama trophæis.
Hos inter motus medio inflagrãte tumultu.
Ecce ſuper mœſti magna diomedis ab urbe
Legati reſponſa ferunt:nihil omnibus actum
Tantorꝫ impẽſis operum: nil dona neq; aurũ:
Nec magnas ualuiſſe preces:alia arma latinis
Quærẽda:aut pacẽ troiano ab rege petẽdã.
Deficit ingenti luctu rex ipſe latinus
Fatalem æneam manifeſto numine ferri
Admonet ira deũ tumuliq; ante ora recentes.
Ergo conſilium magnum:primoſq; ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere:fluuntq; ad regia plenis
Tecta uiis:ſedet in mediis rex maximus æuo
Et primus ſceptris haud læta fronte latinus.
Atq; hic legatos ætola ex urbe remiſſos
Quæ referant fari iubet:& reſponſa repoſcit
Ordine cuncta ſuo:tum facta ſilentia linguis.
Et uenulus dicto parens ita farier infit.

SER. Iubẽt:uolũt expoſcunt. Ingrauat:maiorẽ inuidiã concitat. Teſtať:teſtificať ẽt legatorꝫ fidẽ: q cũ eo fuerunt. Obrumbrat:ſubaudis Turnũ tueť defendit:& ẽ tranſlatio ab arboribus:hoc aũt dicit amor reginæ ad fauorẽ popularẽ plurimum ꝓderat Turno.
Meritis ſuſtentat phama trophæis:quia multos occiderat:ut ẽt ipẽ dicturus eſt. Ecce ſuper:inſup ad cumulationem malorꝫ. Mœſti:hoc ſermone nihil eos egiſſe ſignificat. Magna diome.ab ur.legitur & magni. Nil dona neq; aurꝫ: ordinẽ legationis exeqť dicẽs pfecta inaniter eẽ oia q̃ poſſent efficaces legati perficere auro pce promiſſione. Pacẽ troiano ab rege petẽdã:ſicut ẽt ſupra diximus cũ per gerundii modũ aliqd dicimus p accuſatiuũ elocutionẽ formemus neceſſe eſt:Lucre.Aeternas quoniam penas i morte timendũ:itẽ Salu.caſtra ſine uulnere introitum: nam caſtra accuſatiuus pluralis ẽ: q multis errorẽ facit:ut uideatur eẽ ntũs:quia neutra triptota ſunt: & ſimilis eſt nominatiuus actõ. Rex ipſe la.Qui aut cõſolari debuit aut defendendæ reipu.aliud inire conſilium. Fatalẽ æneã manifeſto numie ferri: Mõ pernitioſum oibus æneam. Manifeſto numi.ideſt manifeſto deorꝫ iudicio ad italiã ueniſſe numinũ ita teſtať quam cognoſcimus tantorꝫ cede ſociorꝫ. Alta itra limina cogit:q̃ritur cur ad priuatã domũ conuocetur ſenatus: qui nõ niſi ad publica & augurato cõdita loca conuenire conſueuit:ſed ſcimus domũ latini augurato cõditã:& eãdẽ tã tẽplũ fuiſſe q̃ curiã.Nãq; i ſupioribus legimus tectum auguſtũ ideſt augurio conditũ: inde paulopoſt Hinc ſceptra accipere & primos attollere faſces.Regibus omen erat hoc illis curia templum. Merito ergo ad domum regis quaſi ad publicum locum cõuocať ſenatus:nã ait i.vii.Tali itus tẽplo diuũ patriaq; latius ſede ſedens iccirco etiã i palatii atrio : quod augurato conditum eſt apud maiores cõſulebatur ſenatus ubi

Vidimus o ciues diomedem argiuaq; caſtra:

etiam arietes immolabantur: quod ut in ſeptimo diximus Virgili.ad latini tranſtulit domum. Multi dicunt perite Virgiliũ feciſſe nec tẽpli: nec curiæ hoc loco cõmemorationẽ: ſed tantum dixiſſe ĩtra tecta regia: ut oſtenderet: conſilium: quod initur non eſſe complendum: quia nec rite eſt inchoatum. Ea.n.quæ dicet Latius effectu carebunt. Olli: ſecundũ Enni. Fluunt: feſtinanter incedunt. Et primus ſceptris: primus inter ſceptriferos: nã apud maiores oẽs duces: cũ ſcæptris ingrediebanť curiam: poſtea cœperunt tantũ ex conſulibus: & ſignum erat eos conſules fuiſſe. Aetola ex urbe remiſſos: quam cõdiderũt hi qui de Aetolia uenerunt græciæ prouincia: unde Diomedes habuit ſocios de tribus eius ciuitatibus quas habet Aetolia Pleuron: Olenon: Calydõ. Sic ergo ætola dixit ex urbe: ut Et tãdem euboicis cumarũ allabitur oris. Et reſpõſa repoſcit: mire ait repoſcit: Ante.n.rex ſolet a legatis uniuerſa cognoſcere: & ſic eos præſente populo iterũ oĩa iubere narrare: unde eſt: Ordine cuncta ſuo: nam nihil licet p̃termittere unde & ſuperflua narrari cõſueuerunt. Vidimus o ci.dio. aut diomedẽ legẽdũ: ut ſit latius accuſatiuus & admittiť ecthlipſis: ut Multũ ille & terris iactatus & alto: aut ſi græcum accuſatiuum facere uoluerimus Diomede legatur: ut poſſit fieri ſynalipha: ut Euryale ĩfœlix qua te regione reliqui ſi autẽ Diomedem dixerimus: nec latinũ eſt: nec græcum: aliter nec uerſus conſiſtit. Nunq̃ enim ecthlipſis fit per n litteram: Tamen melius eſt ut Diomede legatur: ut ſit græcus accuſatiuus. Nomina enim græca in es exeuntia: quæ genitiuum in eos mittunt per plenam elocutionem: cum eundem caſum p ſynereſim in us miſerint accuſatiuũ in e mittant neceſſe eſt: ideo quia cum naturam ſuam ſeruant accuſatiuum in uocalem mittunt non in conſonantem & debet ſynereſis plenitudinis ſeruare rationem: ut ecce ο Διομηδησ plena declinatio eſt του Διομιδιοσ τω Διομηδει τον Διομηδεα: per ſynereſim autem facit του Διομηδουσ τω Διομηδει τον Διομιδη Ergo hic accuſatiuus ideo in e exit non in en: quia cum integrum ẽ hoc nomen in eos exit & creſcit eius genitiuus. Si enim ισοσυλλαβοσ ſit nominatiuus accuſatiuum i en mittit: nec habet s ĩ genitiuo: ut θουκυδιγησ θουκιδιδοι θουκυδιδην: nam Diomedes ideo in genitiuo os habet: quia & cum integrum eſt: & Διομηδεοσ facit habet s conſonantem.

DONA. Ecce inopinatũ: pronuntiat malũ hæc dictio & graue ſatis ac uehemens. Neq; augẽ: quod quidẽ ẽt qui nullo odio cõmoti ſunt in p̃lium excitat: & ad iiurias ut probauit i Pigmaleone & i Polymneſtore. Alta ad limina: interiorem partem domus intelligit & non curiam quam deſcripſerat in qua de rebus letis agebatur. Olli conuenere: oſtendit q̃ cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerent.

CHRI. Dirum: quod ex deorum ira prouenerit ergo iniuſtum & plenum ſupplicio. Turniq; hy. Nã omnem cauſam belli a Turno profectam uolebant: qui ne amitteret lauinæ coniugium id moueri curauit nulla habita ratiõe fatorum. Quapp ipſam ſolum obiiciendum eſſe armis cũ oẽ certamen ſumatur ut ipſe regnet. Ingrauat hæc drances: oſtendit quod ſolet uſu uenire quod in repu. ſint ſemper aliqui qui in commune conſulant & ſua libertate freti dum utilitati publice conſulant non recuſent principiũ odium ſubire. Contra uero eſſe pleroſq; qui factionem ſecuti principibus faueant preſertim ſi illorum extent aliqua in rempubli. merita aut uirtutibus excellant. Ecce ſuper mœſti: ſæpe euenit q̃ fortuna aliquid afferat quod i dubiis conſultatiõibus maximum afferat momentum: nam eadem reſponſa Diomedis ſi poſt captum conſilium relata ſciuiſſet paruum momentum attulliſſent. Deficit: animo & conſilio: nã neq; tumultuãri turno ſatis tuto aduerſarii poterat: & æneæ a diis faueri & a fatis uidebat preſertim cũ ira deorũ tãta ſtrage afflictos latinos cerneret. Quapropter ueluti ſapiens uir cum egeret conſilio ab aliis ſumendum cenſuit preſertim a primis qui cæteros auctoritate & ſapientia anteibãt. Fluunt plenis uiis: oſtendit & plurimos fuiſſe & cum celeritate ueniſſe. Quæ referant fari iubent: recte nam petiturus conſilium omnes difficultates conſultis afferre debuit.

SER. Caſus oẽs: itineris.ſ.& bene utilitatẽ ſingugularũ rerũ generalitate uitauit ne diceret Flumina latrões. Qua concidit ilia tel. ευφατικωσ dixit, p urbs ilia: nã terra non concidit: ſed ciuitas. Argiripam: Diomedes fuit de ciuitate q̃ argoſipiõ dicitur de qua Home. αργοσ ιπποβοτον Hora. aptũ dicet equis argos. Hic i Apulia cõdidit ciuitatẽ: quã patriæ ſuæ nomine appellauit: & argoſippon dixit quod nomen poſtea uetuſtate corruptũ ẽ & factum eſt ut ciuitas Argiripa diceretur: quod rurſus corruptum arpis fecit. Gargani cõdebat iapygis aruis: iapygiæ pars eſt Apuliæ i qua ẽ mons garganus: qui p calabriã uſq; i adriaticũ tẽditur pelagus. Luca. Apulus adriacas exit garganus in undas Gargani autẽ iapygis figura eſt pro gargani iapygi: & hæc iapigia apulia: a qua & iapix uẽtus nominatus ẽ: nã iapygia Venetiæ regio eſt ab oppido dicta: unde eſt Tum ſciat aerias alpes & norica ſi quis Caſtella in tumulis & iapydis arma timaui. O fortunatæ gẽtes q̃ habitetis regna ſaturnia.i.o uiri ſemper paçe gaudẽtes. Nã legimus Aurea q̃ ut p̃hibẽt illo ſub rege fuerunt Sæcula & bene hoc laudat: quod eis perſuadere deſiderat. Antiqui auſonii: Qui primi itali

Atq; iter emenſi caſus ſuperauimus omnes:
Contigimuſq; manũ: qua concidit ilia tellus.
Ille urbẽ argiripam patriæ cognomine gentis
Victor gargani condebat iapygis agris.
Poſtq̃ introgreſſi: & coram data copia fandi.
Mũera præferimus: nomẽ patriãq; docemus.
Qui bellũ ĩtulerit: q̃ cauſa attraxerit arpos.
Auditis ille hæc placido ſic redidit ore.
O fortunatæ gentes: ſaturnia regna:
Antiqui auſonii: quæ uos fortuna quietos
Sollicitat: ſuadetq; ignota laceſſere bella?
Quicunq; iliacos ferro uiolauimus agros:
Mitto ea q̃ muris bellãdo exhauſta ſub altis.
Quos ſimois premat ille uiros: ĩfanda p orbẽ
Supplicia & ſcelerũ pœnas expẽdimus oẽs
Vel priamo miſerãda mãus: ſcit triſte mineruæ

Sydus:& euboicæ cautes::ultorq; caphareus.
Militia ex illa diuerſum ad littus abacti

am tenuerunt Auſones dicti ſunt. Quietos: quibus ē amor pacis a maioribus traditus propter regnum. Saturni.ignota laceſſere bella:ſcilicet troianorum: non oia generaliter bella. Nam legimus Captiui pẽdẽt currus curuæq; ſecures. Suadet: Vobis ſubaudis. Nã uos a ſuperioribus nõ põt ſubaudiri: q nõ tẽ ſed tibi dicimus ſuadeo. Violauimus: Quaſi ſacra. Nam uiolare de rebus religioſis dicimus: & ingenti arte dicit ne aut uictoriã ſuã ſileat: aut non procedendo contra eos quos uicit confiteat̃ ignauiã dicẽs non eſſe cõtra eos pugnãdũ quos uincere pniitioſiſſimũ eſt. Quos ſimois pmat ille uiros.i.toto orbe celebris: alibi Vbi tot ſimois correpa ſub undis Scuta uirum galeaſq; & fortia corpora uoluit. Scelerũ pœnas expẽdimus oẽs: Luimus oẽs pœnas q̃ ſunt ſtatutæ ſceleribus. Alii ſceleris oĩs legunt nã oẽs ad græcos nõ poteſt referri: quia nõ oẽs ptulere ſupplicia. Vel priamo miſerãda manus: ẽt Priamo: ut Carmina uel cælo poſſunt deducere lunã. Eſt aũt Pacuuii: qui ait ſi Priamus adeſſet: & ipſe eius commiſereſceret. Scit triſte mineruæ ſydus: fabula hoc habet propter Caſſandæ ſtuprũ græcis iratã eſſe Mineruã: uel quod ei uictores ſacrificare noluerũt per ſuperbiam: unde eos redeuntes grauiſſima tẽpeſtate fatigatos per diuerſa diſperſit. Hora. Cũ pallas uſto uertit irã ab ilio. Re uera ãr cõſtat græcos tẽpeſtate laboraſſe æqnoctio uernali: quoniam manubiæ mineruales.i.flumia tempeſtates grauiſſimas cõmouẽt: Vnde perite dicẽdo ſydus utrũq; cõplexus ẽ: nã ſydus & tẽpeſtatẽ ſignificat & re uera ſydus: hæc ãt numia q̃ iter ſydera nõ uidẽus: licet ſua ſigna ppria nõ habeant cũ aliis ptãte ſũt pmixta: ut Ophiulchus ipſe eſt Aeſculapius: gemini Apollinis & Herculis eẽ dicunt ſic Mineruæ aries eẽ dignoſcit̃. Vltorq; caphareus: τοαυτο eſt cautes euboicæ. Nã euboea inſula ẽ: in q̃ mons ẽ Caphareus circa quẽ græci periere naufragio. Vltor autem ideo dixit: quia Nauplius Palamedis pr̃ dolẽs filiũ ſuũ factiõe itereptũ & i ſecũdo memorauimus cũ uideret græcos tẽpeſtate laborare mõtẽ Caphareũ aſcendit eleuata facula ſignum dedit uicini portus: q̃ re decepti græci inter aſpimos ſcopulos naufragium pertulerũt. CHRI. Vidimus: hyſteron Proteron: nã prius ſuparũt caſus deinde uiderũt Diomedẽ. Qua concidit ilia tellus: ut faciat æneã formidabilẽ: oſtendit eũ mirifice extolli ab illo cuius dextra Troia pierat. Neq; peccat qd hoc dicat cũ Achilli tribuat̃ hæc uictoria: tamẽ Maro ubiq; extollit Diomedẽ ut excuſet æneã: ut i primo libro oſtẽdimus. Poſtq̃ introgreſſi: oſtẽdit breuiter nihil ptermiſſũ a legatis ex iis rebus qbus Diomedes in auxiliũ latinorũ flecti potuerit: ergo ſolo metu ferre auxilium denegauit. Ignota.q.d.quæ ſi cognoſceretis nõ laceſſeretis: laceſſere ãt ignota bella ideſt laceſſere uiros ignotos ad bellum. Quicunq; iliacos: duabus rationibus dehortatur ne laceſſant & quia fortes ſunt quod oſtendit cum ait Mitto ea q̃ muris bellando exhauſta ſub altis & quia diis accepti fataleſq; ſint: quando qui eos uicerũt poſt uictoriã tot pœnas uictis perſoluerint quaſi diis fatiſq; ita uolẽtibus id acciderit: ut ẽt miſerãdi priamo ueniant. Triſte: qd triſtitiã ex calamitate intulit. Argiripã: argos theſſalicũ: achaicũ & ætholicũ fuit inde argoſippũ ſuã urbẽ uocauit Diomedes: q̃ poſtea a præſtãtia equorũ Hippoliti dicta eſt Argiripa. Iapygis: iapyx filius dædali fuit: a quo magna pars Apuliæ iapygia dicta ẽ: unde uẽtũ idẽ flãtẽ iapygẽ dicũt. Caphareus: mons Euboiæ in quo Nauplius ultus ẽ mortẽ palamedis. Argiripa Argos Argoſippũ. Iapyx

Atrides prothei menelaus aduſq; columnas
Exulat: ætneos uidit cyclopas ulyxes:
Regna neoptolemi referam uerſoſq; penates
Idomenei? libycoue habitantes littore locros?
Ipſe mycenæus magnorum ductor achiuum
Coniugis infandũ prima intra limina dextra
Oppetiit: deuicta aſia ſubſedit adulter:
Inuidiſſe deos: patriis ut redditus oris
Cõiugiũ optatũ: & pulchrã calydona uiderẽ.

SER. Atrides prothei menelaus: Agamemnõ & Menelaus uno quidem fataliter fuerant ſupplicio deſtinati: nã Atreus & Thyeſtes fratres fuerũt i ſe inuicẽ ſæui adeo ut Thyeſtes cũ Europa fratris uxore cõcũberet: quo facto dolẽs atreus liberos proprios ei epulandos appoſuit: ſed cũ Thyeſtes poſt cognitum facinus requireret ultionẽ a diis: ei Apollo reſpondit poſſe alio ſcelere illius facinoris uindicẽ naſci.i.ſi cum Pelopeia filia ſua cõcumberet: quo facto natus eſt Aegyſthus fatalis in areti geminã prolẽ: ſed iuppiter Menelai fata miſeratus ẽ pp Helenæ iugale conſortiũ: & eũ p diuerſa errare maluit q̃ ægyſti manibus iterire hic errans ad ægyptũ uſq; puenit: ubi Protheus deus marinus regnauerat cui rapta aliquãdo a Theſeo Helena dicit̃ cõmendata: unde quidã dicũt q ad eã querẽdã Menelaus ſit ad ægyptũ profectus poſt bella troiana: qdã uolũt nõ eſſe a Paride raptam Helenam ſed aliam cauſam belli fuiſſe troiani illam ſcilicet q Herculem querẽtem Hylam ſuſcipere uoluerũt. Qui autem uolũt eã raptam a Paride hoc dicũt q recepta a Protheo per Theſeum ad Menelaum trãſitum fecerit: & ſic eam Paris rapuerit: ſecũdum quod ut ſupra diximus Menelaus ad ægyptum iouis uolũtate peruẽit uidelicet ne ab ægyſto poſſet iterimi. Quod autem ait Prothei colũnas: ratione nõ uacat: nã Herculis colũnas legimus & i ponto & Hiſpania: hũc autem Protheum iuictum fortiſſimũq; cõſtat fuiſſe. Nouimus autem q oẽs fortes Hercules dicebant̃. Vnde uidet̃ hoc affectaſſe Virgi. ut pro finibus Prothei colũnas diceret q̃s habuit Hercules ut oſtẽderet eũ ẽt Herculẽ dictũ. Aduſq; colũnas prothei: uſq; ad fines Aegypti hoc ẽ uſq; ad Pharon ante iſulã: nũc partẽ Alexandriæ Luca. Nũc clauſtrum pelagi cœpti pharõ iſula quõdam. In medio ſtetit illa mari ſub tẽpore uatis Protheos: at nũc ẽ pelæis proxia muris. Prothei aũt ẽ latinus gtũs cõſtrictus p ſyneresim. Aduſq; autem hic eſt dictum quẽadmodum Siculo pſpexit abuſq; pachino. Nã cũ ppoſitio ppoſitiõi: nunq̃ cohæreat: abuſq; & aduſq; licenter admiſſum eſt. Exulat: proprie. Nã exulare dicunt̃ qui extra ſolum eunt. Sãe. ſciẽdum quia quo tempore Menalus iit ad ægyptum perdidit Canobũ gubernatorẽ: a quo uicina ciuitas nomẽ accepit quæ hodie mutata littera canopus nominat̃. Cyclopas: græcæ declinationis accuſatiuus eſt. Vnde græcum habebit accentum. Nam latine cyclopes diceret & ſic uerſus ſta/

re nō poterat. Regnaq; neoptolemi: ſubaudi euerſa: qd ex iſerioribus itelligit̄. Pyrrho āt qd cōtigerit manifeſtū ē: nā ut i tertio legimus cū uellet ducere Hermionē Menelai & helenæ filiā & Horeſti ante deſpōſatam ab eo iter aras apollinis iteréptus ē: ut ē Et ſcelerū furiis agitatus oreſtes Excipit icautū patriaſq; obtrūcat ad aras. Verſoſq; pe. Idomenei: idomeneus rex creteſiū fuit: q cū tēpeſtate laboraret uouit ſe ſacrificaturū de re q̄ ei primū occurriſſet ſi reuerſus fuiſſet: ſed cū caſu ei prio filius occurriſſet: & cū ut alii dicūt imolaſſet: ut alii imolare uoluiſſet ob crudelitatē regno a ciuibꝫ pulſus eſt: unde ē Fama uolat pulſū regnis ceſſiſſe pr̄nis Idomenea ducē: alii dicūt ꝙ abſcedēs cuidā ſuū cōmēdauerat regnū q p eius abſentiā occupauit imperiū & reuerſū pepulit. Ergo uerſos penates: aut uerſos & funditus direptos accipiendū ē aut certe i aliena iura conuerſos. Libicoue habitātes littore locros: Vt ēt i tertio diximus: locri ſocii aiacis oilei fuerūt epyzephirii: & Ozoli ſed hi tēpeſtate diuiſi ſūt: adeo: ut epizephirii tenerēt brutios: de qbus ait i. iii. Hic & naritii poſuerūt mœnia locti. Ozoli uero deſerrent̄ pētapoli: de qbus nūc q̄rit̄ dicēs. Libico ue habitātes littore locros. Deuicta aſia ſubſedit adulter legit̄ & deuictā aſiā: qd ſi ē ita: itelligimus: ut ſubſedit ſit dolo poſſedit. Luca. Subſidere regnū chalcidos euboicæ: unde & ſubſeſſores dicūt̄ q i iſidiis tauros iterimūt & hoſtiū dolo ſubſeſſos uocamus: ut ſit ſenſus ab Agamēnone deuictā aſiā adulter Aegyſtus factiōe poſſedit. Melius tamē ē ut deuicta aſia legamus ſcdm qd ſubſedit erit remanſit: ut extremus galeaq; ima ſubſedit aceſtes: ut ſit ſenſus aſia propter adulterium pertulit bella quæ remanente adultero finita eſſe nil profuit: ut cum indignatione ſit dictum: dum primum uindicatur adulterium aliud rurſus emerſit. Prima inter li. in ipſo limine imperii. i. in littore: quia ſecundū Home. Clytēnæſtra agamēnōi occurrit ad littus: & illic eū ſuſceptū cū adultero iter epulas iteremit: qd & Iuue. tāgit dicēs qppe ille dies auctoribus ultor pr̄is erat cæſi media iter pocula. Alii āt dicūt qd i ipſo igreſſu. i. pria die: qua domus ſuæ limē igreſſus ē: cōſilio Aegyſthi ab uxore ueſtē accepit clauſo capite: q̄ iplicatus adulteri māibus iterit. Inuidiſſe. d. ſtheneli filius Cylabarus ægialiā Diomedis uxorē cognouit adulterio: quo comperto Diomedes reuerti noluit: ſed i apuliæ pribus ſibi ſedē cōdidit: qd ueneris dolo dicitur eſſe pfectum: quā in bello troiano uulnerauerat: unde ait inuidiſſe deos. Pulchram ca. ui. unam de ſupradictis ciuitatibus quibus imperauit.

CHRI. Atrides prothei: refert Herodo. Paridē cū e græcia i Troiā cū rapta Helēa enauigaret tēpeſtate cōpulſū i ægyptū apud cauopicū nili hoſtiū deuēiſſe: & a phitōe huius hoſtii cuſtode ad Protheū ægypti regē fuiſſe deductū. Protheus āt cognita cā ab illis q Alexādrū accuſabāt illū triduo ex ſuo regno abire iuſſiſſe Helenā uero & raptā pecuniā redēdā uiro retinuiſſe. Quæ oia nō ignota Homero fuiſſe idē acta affirmat: idq; ex poetæ uerſibus ait patere. Adiūgit ēt ſcribere ſacerdotes cū græci ut iniurias ulciſcerēt iliū ueniſſēt: anteq̄ obſidione urbē cigerēt miſiſſe ad Priamū legatos: q Helenā & pecuniā cū Helena raptā repeterēt. Verū cū troiāi reſpōdiſſent Helenā cū ſuis rebus nō apud ſe ſed apud Protheū eē nō crediſiſſe græcos: ſed urbē obſediſſe: ac demū illa expugnata & Helena nō iuenta: Agamēnonē & Menelaū in ægyptū enauigaſſe: & Helenā a rege recepiſſe: & ex ægypto i Lybiā ueniſſe: ide quo progreſſi ſint ſacerdotes ignorare affirmāt. Prothei colūnas. i. quæ eſſent apud Memphim urbē: ubi Protheus regnabat: intelligit āt duos obeliſcos ibi i templo ſolis poſitos a filio Seſoſtris: q ante illū regnauit. Hic cū nilus totam ægyptum inundaſſet: & totum illud æquor a uētis exagitaret̄ haſtā i medios fluctus iecit: ex qua re decē annos cæcus māſit. Vndecimo āt anno cū ex oraculi reſpōſo oculos mulieris urina abluiſſet uidit: Quapp diis cū ita eſſet liberatus & multa alia donaria obtulit & duos obeliſcos ſingulos ex ſingulis lapidibus quorū lōgitudo centum: latitudo. viii. cubitorum fuit: has igitur columnas niſi fallor appellat. Reliquas has hiſtorias ponit Serui.

Obeliſci

SER. Nunc etiam horribili uiſu portēta ſequūt̄: Hoc loco nullus dubitat: fabulæ huius ordinem a Virgilio eſſe conuerſum: Nam Diomedis ſocios conſtat in aues eſſe conuerſos poſt ducis ſui interitum: quem extinctum impacienter dolebant. Hic hæ aues hodieque latine: Diomedeæ uocantur quas græci: erodios dicunt. Habitabant autem in inſula quæ eſt haud longe a calabria in conſpectu Tarentinæ ciuitatis quinetiam de his auibus dicitur ꝙ græcis nauibus lætæ occurrant Romam uenientibus: latinas uehementer fugiant memores originis ſuæ: & ꝙ Diomedes ab hylliriis interemptus eſt. Portēta ſequuntur: reuera enim portentum eſt homines in aues eſſe conuerſos. Et ſocii amiſſi: Legunt nonnulli & admiſſis pennis ſed melius eſt amiſſi. Lachrymoſis: ideſt dolentes uel ſuam mutationem: uel regis interitum: nam quæ hoc tangit latenter. Speranda: pro timenda: ut Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Cæleſtia corpora: Martis & Veneris: quæ numina uulnerauit in bello. Veneris uiolaui uulnere dextrā: artificio ſe agit: nam ſciens ea quæ dicuntur in fine hærere animis ſuos caſus ultimos memorat. Perite etiam Venerem a ſe uulneratam tantum dicit ſupprimens nomē martis q ei poterat eē glorioſus: ut uideatur omnia

Nunc etiā horribili uiſu portenta ſequuntur:
Et ſocii amiſſi petierunt æthera pennis:
Fluminibuſq; uagantur aues (heu dira meorū
Supplicia) & ſcopulos lachrymoſis uocibus i
Hæc adeo ex illo mihi iā ſperāda fuerūt (plēt
Tempore: cū ferro cæleſtia corpora demens
Appetii: & ueneris uiolaui uulnere dextram.
Ne uero: ne me ad tales impellite pugnas:
SER. Dona ferens:peplũ.ſ.ſicut dixit in primo iõ omiſit hoc loco. Oculos deiecta decoros: ſicut Oculos ſuffuſa nitentes. De limine:ad preces feſtinantiũ mulierũ oſtenditur deſiderium. Armipotẽs præſes belli:antomaſiua ſunt proprie. Hæc autẽ omnis oratio uerbũ ad uerbũ de Homero trãſlata eſt.Præſes autem belli.i.quæ p̃eſt omnibus bellis:cuius nutu ſemper bella tractantur. Frãge manu telum:aut tua manu:aut in eius manu tela confringe: Home.αξον δηε γχοσ διομηδεοσ.Et ipſum pronũ ſterne ſolo: Home.ηδε και αυτον πρηνεα δοσ πεσεειν : Bene autem ſub ipſis portis:quaſi ad quas feſtinabat æneas : unde eſt illud:Præfodiunt alii portas. Cingitur ipſe furẽs cer in p̃.tur. œconomia ois hæc ẽ:n ã Turnus ideo cũ mora armat̃: & intecto capite circa arcem incedẽs admonet ſingulos:ut a Lauinia poſſit uideri & ut ſit maior cã dimicãdi dũ ſponſæ placere contendit. Furẽs: amore lauiniæ quam uidebat:quod etiã ſequens indicat cõparatio.Nam dicturus eſt:aut ille ipaſtus armẽtaq; tendit equarũ Cingitur in p̃.ut p̃liari poſſit : ut ſi dicas lego i aduocationem.i.ut aduocatus eẽ poſſim.

Iãq; adeo:aut uacat adeo:aut certe ſic ſignificat: ut ſit ſenſus adeo ſic preparatur in prælia ut etiam uniuerſa arma preter galeam portaret. Thoraca idutus:oia quæ in ax exeunt græca maſculina in obliquis caſibus a producunt:ut thorax thoracis:pirax piracis: nã fœminina corripiunt: ut climax climacis : ſed ad latinum nõ tranſeunt.Phalanx uero & aliter exit: pegrinum eſt etiam apud græcos. Alta decurrens aureus arce:illic enim & amata fuerat & lauinia. Spe iã p̃.h. mente p̃occupat hoſtis aduentum. Qualis ubi abruptis fu.p̃.uin.etiã hæc comparatio Homeri eſt uerbũ ad uerbum tranſlata. Potius : ab eo quod eſt potioris:nam ſubnixus rapto potitur uenit ab eo quod eſt potior poteris:nã ut ẽt ſupra diximus uerbũ hoc mõ tertiæ modo quartæ iuenitur eẽ cõiugationis. Arrectiſq; fremit cer.al.arrectis ceruicibus fremit : nõ alte luxuriãs. Ad terrã deflu.dicendo defluxit artẽ & quãdã moderationẽ deſcendendi ſignificauit:q̃ ẽ ẽt i aſcẽdendo apud huius rei peritos. Sui merito ſi q̃ eſt fi.f. ſi unuſquiſq; fortis habet aliquam confidẽtiã ex conſciẽtia fortitudinis ſuæ.Et ego audere nõ dubito. Forti autẽ bene dixit.Nam fortis cõmunis ẽ generis: hæc autem hoc uult dicere:non ſexum conſiderandũ: ſed robur. Occurrere turmæ:equitaui. Nam partem p toto poſuit. Quas dicere grates:ſecundum rhetoricam diſciplinam dicit ſe uerba iuenire non poſſe:quibus eius exprimat laudes:cum dixerit O decus italiæ: ſic alibi:Quibus cælo te laudibus æquem:cum premiſerit O fama ingẽs ingentior armis Vir troiane. Sed nũc: ordo eſt:ſed nunc mecum partire laborem:nam per parentheſim dictum eſt. Quando iſte animus eſt ſuper omnia:ideſt ſi quidem es magna.Partire ãt ideo quia illa dixerat Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra.

DONA. Putabant mulieres poſſe donis & precibus fauorem a dea impetrare.

CHRI. Dona ferens : eſt enim huius ſexus ut cum alia in bello auxilia ferre non poſſit ad deorum ſupplicationes conuertant̃. Oculos deiecta:ex pudore cum eſſet cauſa mali tanti. Tempora nudus:Nam ultima ẽ ipſa galea quæ ſumatur. Tandem liber equus:optime bellicoſum ducem bellicoſo animali comparat. Horrenda in uirgine:quod mirum eſt quod uirginalis uultus horrorem incutere poſſet. Quas dicere: ideſt age te uerbis. Referre ſcilicet reddẽd : beneficium.Neutrum ergo negat poſſe facere.

SER. Quaterent campos:ad camporum perturbationē. Furta paro belli:Inſidias:Salu. Gēs ad furta belli peridonea. Biuias fauces:fauces dicuntur itinera inter duos montes anguſta & peruia dicta ad faucium animalium ſimilitudinem. Collatis excipe ſignis:Cōiunctis ducibus quos memoraturus ē. Tyburtiq; mãus: Catillus & Coras duces. Et tu concipe curã:ſicut ego. Nã non dicit ſicut Meſapus aut alii ne ei facere iniuriã uideatur.Concipe autem ſimul cū eis:Con enim coniunctiua particula eſt:unde & conuocari de pluribus dicimus. Valles:metri neceſſitate compellimur ut uallis dicamus:Stati.Vallis in amplexu nemorum ſedet:nã plenum eſt ualles: ut nunc Virgilius poſuit : quod ita eſſe diminutio indicat:nam uallecula ut uulpes uulpecula facit:ergo in es uel in is quãdo uſurpatiue quãdo naturaliter exeunt nomina:ſola diminutio idicat. Ea autem quæ in es exeunt longa ſunt omnia ſi in genitiuo non creſcant ut labes uulpes ualles. Nam ſi creſcãt breuia ſunt:ut miles militis. Quo ſemita ducit: legitur & qua. Aditusque maligni:proprie obſcuri: ut ſub luce maligna. Ignota:ſcilicet æneæ:nã de Turno dicturus eſt:Huc iuuenis nota fertur regione uiarum. Tutiq; receptus:male quidam receſſus legunt. Nam receptus dicitur:quo ſe tutus recipit exercitus: unde & ſigna receptui canere dicuntur. Seu dextra leuaque uelis occurrere pugnæ:ſiue per ualles : ſiue p montis radices. Incertum eſt enim qua ſit uenturus æneas. Arripuitque locum: raptim tenuit. Inſedit: proprie: nam inſidere eſt doloſe aliquem expectare: unde & inſidiæ nominatæ ſunt. Velocem interea: licet interea particula negocia ſemper præteritis futura coniungat:tamen abruptus eſt : & uituperabilis tranſitus.Habet autem tales tranſitus & in ſuperioribus libris & in ſequenti precipue ubi iuppiter appellat iunonem. Opim:opim quando dicimus nympham ſignificamus.Si autem dicimus opem auxilium intelligimus:Teren.Iuno lucina fer opem:ſerua me obſecro:Opes uero numero plurali auxilia & cenſus accipimus:nam Ops terra ē uxor Saturni:quã græci rheã uocant. Triſtes uoces: habitū futuræ orationis oſtēdit. Ore dabat:pleonaſmos. Bellum ad crudele camilla:uno uerbo exitum rei docuit. Noſtris nequicquam armis noſtris quibus utraq; gaudemus:ut etiã ipſa habeat cauſam doloris & maioris iracūdiæ. Nec enim nouus iſte dianæ Venit amor: Firmiores enim ſunt antiquiores amicitiæ: Terentius Per amicitiam quæ cœpta a paruulis cum ætate creuit ſimul.Iuuenalis:ille excludať amicus Iam ſenior cuius barbam tua ianua uidit. Pulſus ob inuidiam.ſ.crudelitatis.nam ſequitur Neque ipſe manus feritate dediſſet. Antiq: nobili urbe.Nam hoc priuernum dicitur. Iuga longa petebat:longe poſita remotiora:Saluſti. Et metello procul a gente longa ſpes auxiliorum :ideſt lōge poſita. Solorum nemorum:ideſt deſertoꝝ: Terentius Venit meditatus alicunde ex ſolo loco: itē ipſe: Nōne hunc abiici oportet in ſolas terras. Fuge medio : dū fugit inter fuga : nam figuratum eſt. Caroq; oneri timet:anacreon φορτον ερωτοσ ideſt onus amoris.

DONA. Excuſat exilium Metabi q̄ nō ſua culpa ſed īuidia.i.ſupbia ciuiū ſit pulſus:& fugiens nō opes ſed filiã eripuerit.Hac cauſa Dianæ fauorē meruit.

CHRI. Furta belli:inſidias q̄ in bello furtim parãtur. Eſt curuo:topographia.i.loci deſcriptio. Pulſus ob inuidiã:miꝝ poetæ ingeniū : nã cum Camillæ geneologiæ narratio aliis modis apte non incideret : efficit ut illa ex ore Dianæ quadraret. Ob inuidiam:ergo innocens:ac propterea dignus qui a Diana axauditus ſit. Vires ſuperbas ſcilicet aduerſariorum non ãt ſupbas ideſt nobiles:ſed quibus ſupbe & non iuſte uterenť: ſupbas igitur tyrannicas. Priuerno antiqua : ideſt chara ut ſit pathos:quia ſit coactus relinquere chariſſimam patriam:nã pathos perſæpe a loco gignitur:ut Et

Præmiſit:quaterent cãpos:ipſe ardua mōtis:
Per deſerta iugo ſuperãs aduentat ad urbem.
Furta paro belli:conuexo in tramite ſyluæ
Vt biuias armato obſidã milite fauces.
Tu tyrrhenum equitū collatis excipe ſignis.
Tecum acer meſapus erit:turmæq; latinæ:
Tyburtiq; manus ducis:& tu concipe curã.
Sic ait:& paribus meſapum in prælia dictis
Hortatur:ſocioſq; duces:& pergit in hoſtem
Eſt curuo anfractu ualles accōmoda fraudi
Armorumq;:dolis quem dēſis frondibus atrū
Vrget utriq; latus:tenuis quo ſemita ducit:
Anguſtæq; ferunt fauces:aditusq; maligni:
Hãc ſup in ſpeculis:ſūmoq; in uertice mōtis
Planicies ignota iacet tutiq; receptus:
Seu dextra leuaq; uelis occurrere pugnæ:
Siue inſtare iugis: & grãdia uoluere ſaxa.
Huc iuuenis nota fertur regione uiarum:
Arripuitq; locum:& ſyluis inſedit iniquis.
Velocem interea ſuperis in ſedibus opim
Vnã & uirginibus ſociis:ſacraq; caterua
Compellabat:& has triſtes latonia uoces
Ore dabat:graditur bellū ad crudele camilla
O uirgo:& noſtris nequicq̄ cingitur armis
Cara mihi ante alias:nec enī nouus iſte dianæ
Venit amor:ſubitaq; aīum dulcedine mouit
Pulſus ob inuidiã regno:uireſq; ſuperbas
Priuerno antiqua metabus:cū excederet urbe
Infantem fugiens media inter prælia belli
Subſtulit exilio comitem:matriſq; uocauit
Nomine caſmillæ mutata parte camillam.
Ipſe ſinu præ ſe portãs iuga longa petebat
Solorū nemoꝝ:tela undiq; ſæua premebant:
Et circumfuſo uolitabant millite uolſci.
Ecce fugæ medio ſummis amaſenus abūdans
Spumabat ripis:tantus ſe nubibus imber
Ruperat:ille innare parans infantis amore
Tardatur:caroq; oneri timet:omnia ſecum

dulces moriens reminiſcitur argos. Eſt autem priuernum oppidum: quod hoc tempore pipernum appellāt. Infantem: commiſeratio ab ætate. Media in. præ. commendatio Metabi a pietate: quia nullo periculo prohibitus eſt relinquere infantem. In qua re etiam oſtenditur animi fortitudo. Exprimitur etiam uis naturæ. Nā demonſtratur quanta ſit paterna charitas. Exilio comitem: quaſi dicat quæ futura ſibi eſſet ſolatio in erūnis. Camilla: antiqui appellabant camillos: & camillas miniſtros & miniſtras ſacrorū. Volūt tamē alii non camillos ſed ſcamilſos eſſe appellatos & s litteram ſubtractam etruſca pronuntiatione: qui eam non pronuntiabant propter quod in litteras liquidas acceſſit: Etruſci Camillum appellant Mercurium Iouis miniſtrum: & hoc uidetur a græcis manaſſe. Samothraces magnorum illorum deorum miniſtros ſcamillos appellant. Camilla

Verſanti ſubito uix hæc ſententia ſedit.
Telum imane manu ualida qđ forte gerebāt
Belator ſolidum nodis: & robore cocto.
Huic natā libro: & ſyluestri ſubere clauſam
Implicat: atq; habilē mediæ circumligat aſtæ
Quā dextra ingenti librās: ita ad æthera fatꝰ
Alma tibi hāc nemorum cultrix latonia uirgo
Ipſe pater famulā uoueo: tua prima per auras
Tela tenēs ſupplex hoſtem fugit: accipe teſtor
Diua tuā quæ nunc dubiis committitur auris.
Dixit. & adducto contortum haſtile lacerto
Immittit ſonuere undæ: rapidum ſuper amnē
Infœlix fugit in iaculo ſtridente camilla.
At metabus magna ꝓpius iā urgente caterua
Dat ſeſe fluuio: atq; aſtā cum uirgine uictor
Gramineo donum triuiæ de ceſpite uellit.
Non illum tectis: non ullæ mœnibus urbes
Accepere: nec ipſe manus feritate dediſſet
Paſtorum: & ſolis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis: interq; horrentia luſtra
Armentalis equæ mammis: & lacte ferino
Nutribat: teneris immulgens ubera labris.
Vtq; pedum primis infans ueſtigia plantis
Inſtiterat: iaculo palmas onerauit acuto.
Spiculaq; ex humero paruæ ſuſpēdit: & arcū:
Pro crinali auro: pro longæ tegmine pallæ
Tigridis exuuiæ per dorſum a uertice pēdēt:
Tela manu iam tum tenera puerilia torſit:
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniāq; gruem aut albū deiecit olorem.
Multi illā fruſtra tyrrhena ꝑ oppida matres
Optaaere nurum: ſola contenta diana

SER. Vix hæc ſententia ſe. Ideo uix qa naturale ē: ut quotiēs ſimul multa cogitamus: uix aliqd cōprobemus. Vnde uera diſtinctio ē oīa ſecū uerſati ſubito. Et robore cocto: aut antiquam haſtam fuiſſe ſignificat: nā multi tpis aliqd coctū uocamus: Hora. Plerūque recoctus Scribæ ex quinque uiro coruū deludet hi autē ita Perſi. Vt ramale uetus pregnandi ſubere coctum: aut reuera cocto. Haſtæ enim plerūq; igne durari cōſueuerūt. Huic telo. ſ. natā implicuit. Libro: liber dicitur interior corticis pars quæ ligno cohæret alibi Alta liber aret in ulmo: unde liber dicitur ī quo ſcribitur: qa ante uſum chartæ uel membranæ de libris arborum uolumina compaginabantur. Ipſe pater famulam uoueo: bene ipſe pater: quia auctorandi poteſtatē niſi patres non habent. Voueo autē cōſecro ī tuū miniſteriū: unde & Camilla dicta eſt: licet ſupra dixerit & a matre eſſe nominatā: ſed illud poetice dictū ē. Nā Camilla quaſi miniſtra dicta ē: miniſtros. n. & miniſtras impuberes camillos & camillas in ſacris uocabāt: unde & Mercurius hetruſca lingua Camillus dicitꝰ quaſi miniſter deorum. Sonuere: unde hic diſtinguendum eſt. Infœlix camilla: nō eo tempore quo euaſit: ſed nunc infœlix. Plerunq;. n. epitheta præſentis tpis ſūt: licet & pactis negociis ut in ſecundo Infœlix quæ ſe dū regna manebant: Sæpius andromache ferre incomitata ſolebat. Non illum tectis ullæ nō mœnibus urbes Accepere: non mirū a nulla hūc ciuitate ſuſceptū: nā licet priuernas eſſet: tamen qa in thuſcorū iure pene oīs italia fuerat. Generaliter in Metabū oium odia ferebantur: nā pulſus fuerat a gente uolſcorū quæ ēt ipſa hetruſcorum poteſtate regebatꝰ quod Cato pleniſſime executus ē: Multæ illā fruſtra tyrrhena per oppida matres: quod non procedit: niſi iter eos eſſent iura connubii. Nō mœnibus ur. ac nō tectis nō mœnibus: hoc eſt nec ī ciuitate nec ī priuatā admiſſus ē domum: & ſic iſta ēt ī primo ſeparauit: ut Vrbe domo ſocias. Sciendum autem mœnia abuſiue dici omnia publica ædificia ut Diuidimus muros & mœnia pandimus urbis: nā proprie mœnia ſunt tantū muri dicta quaſi munia a munitiōe ciuitatis. Manus dediſſet: conceſſiſſet: & hoc dicit ſi qꝫ ēt eum ſuſcipere uoluiſſent. Ille tamen eorū conſortia morū ferita te fugiſſet. Paſtorū & ſolis exe. monti. æ. & paſtorum æuū exegit in montibus ſolis. i. paſtorali uſus ē uita.

Armētalis equæ idomitæ: unde ſequitꝰ: Lacte ferino. Veſtigia plātis Inſtiterat: ſigna pedū primis plātis expreſſerat: nāq; hæc ſunt ueſtigia imagines pedum: ut Semeſam predam & ueſtigia fœda relinquūt. Palmas onerauit acuto: Onus enim eſt quicquid teneris imponitur manibus. Pro lōge tegmine pallæ: palla proprie eſt muliebris ueſtis deducta uſq; ad ueſtigia: unde ait lōgæ ſic ſupra Pallā ſignis auroq; rigentē. Strimoniāq; gruē: thraciā a fluuio ſtrymone. Sane ſciendum poſſe dici hic & hæc grus. Olorem: ita latine dicimus: nā cygni græcæ dicūtur. Multi illā fru. anteq̄ rem diceret præiudicauit: ſic Salu. Falſo quæritur de natura ſua gēus humanū. Nā anteq̄ diceret: quæritꝰ dixit falſo. Matres: inter matres & matreſfamilias hoc ītereſt ꝗ mater eſt præter illam ſignificationem quæ eſt ad aliquid: quæ tantum cōuenit ī matrimōio: materfamilias uero dicitur quæ ī matrimōio cōuenit per coemptionem. Nam per quādā iuris ſolemnitatē ī familia migrat mariti.
DONA. Tellum imane bellator: Nā opus fuit ingenti tello & bellatore ideſt uiro forti ad rē perficiēdam.

CHRI. Verſanti ſubito uix,h.ſen,ſe,oſtēdit celeritatē ī conſilio capiēdo:nā inſectatio hoſtilis nō dabat lō/gū ſpaciū ad conſultandū:ergo uerſanti ſubito.i.cogitāti cū celeritate uix ſedit hæc ſentētia.Oſtendit igiť q̄ & in cōſulendo uſus ē breuitate tēporis & ſtati poſt captū cōſiliū rē ē agreſſus. Ergo uix ſedit ſententia ideſt uix placuit:& eſt agreſſus. Circūligat habilē.i.ita circūligat in ea parte haſtæ:ut poſſit eſſe habilis ideſt facile habe ri & tractari. Ipſe pater:qui poteſtatē mouendi habeo.Educatio āt aſperrima huius fœminæ reddit illā parē uiris:nā ut oſtendit Plato ut in cæteris animalibus ita in homine fœmina mari ſe parem preſtaret:niſi molio/ri educatione mollior redderetur.Quapropter ſpartanæ mulieres quia ut uiri exercebantur robuſtores erāt: quod optime Lygurgi legibus inſtitutum eſt.

Aeternum telorum:& uirginitatis amorem
Intemerata colit:uellē haud correpta fuiſſet
Militia tali:conata laceſſere teucros.
Cara mihi comitūq; foret nunc una mearum.
Verum age q̄doquidem fatis urgeť acerbis
Labere nympha polo:fineſq; inuiſe latinos
Triſtis ubi infauſto cōmittitur omine pugnæ
Hæc cape:& ultricē pharetra d̄prome ſagittā
Hac quicūq; ſacrum uiolarit uulnere corpus
Tros italus ue mihi pariter det ſāguie pœnas.
Poſt ego nube caua miſerādæ corpus:& arma
Inſpoliata ferā tumulo:patriæq; reponam.
Dixit:at illa leuis cæli demiſſa per auras
Inſonuit nigro circundata turbine corpus.
Aut manus interea muris troiana ꝓpinquat.
Hetruſciq; duces equitum exercitus omnis
Cōpoſiti numero ī turmas:fremit æquore tōto
Inſultās ſonipes:& preſſis pugnat habenis
Huc obuerſus:& huc tum late ferreus haſtis
Horret ager: cāpiq; armis ſublimibus ardent.
Necnō meſapus contra celereſq; latini
Et cum fratre corax & uirginis ala camillæ
Aduerſi campo apparent:haſtaſq; reductis
Protendunt longe dextris:& ſpicula uibrant:
Aduentuſq;:uirū:fremituſq; ardeſcit equorū:
Iamq; intra iactum teli ꝓgreſſus uterq;
Subſtiterat:ſubito erūpunt clamore:furēteſq;
Exhortātur:equos fundunt ſimul undiq; tela
Crebra:niuis ritu:cælumq; obtexitur umbra.
Continuo aduerſi tyrrhenus:& acer aconteus
Connixi incurrunt haſtis:primiq; ruinam
Dāt ſonitu īgenti perfectaq; quadrupedātū
Pectora pectoribus rūpūt:excuſſus acōteus
Fulminis ī morē:aut tormento ponderis acti

SER. Aeternū:æterne nā nomē ē pro aduerbio. Conata:dū conaretur. Fatis urgeť acerbis : oſtēdit ēt deſideria ex fati neceſſitate deſcendere. Comittiť omine pu.pro comittereť. Hæc cape:generaliter di/xit arcū pharetrā:ut ſequētia indicāt:nā dicet & ultri cē pharetra deprome ſagittā ultricē:nomīa ī ix termi nata ablatiuū ſingularē ī e mittūt:genitiuū uero plu/ralē ī um: exceptis his q̄ ſunt oīs generis ut fœlix : nā ab hoc fœlici hoꝝ fœliciū facit:Luca.Fœlici non fau/ſta loco tētoria ponēs:quod receptū ē iō qa genitiuus pluralis a ntō plural: minor eē non debet: ſed aut par aut minor una ſyllaba:& qa a neutro facit fœlicia fœ licum dicere nō debemus:ne pp alia genera huic p̄iu dicemus ; nā ab eo quod ē fœlices ut fœliciū dicamus ratio patiť una creſcit.n.ſyllaba ab eo q̄ eſt fœlicia ut fœlicum dicamus non procedit . Ne minor ſit geniti uus nominatiuo plurali:ſimiliter & ultricū & uictri/cū dicimus:licet in his neutrū genus ī numero ſingu lari non inueniatur. Violarit uul cor.qa dixit ſacrū. Tros italus ue mihi: ſi ſimpliciter accipimus: ita in/telligamus ſiue eam troianus īteremerit: ſiue aliquis de æneæ auxiliis. Namque alii uolunt Aruntem de Turni eſſe partibus indignatum fœmineum ſexum plus in bello potuiſſe q̄ uiros:quam rem hic dicunt ꝑ ſtrinxiſſe Virgili,& reuera ſic ubiq; loquitur ut incer tum ſit;Aruns de cuius partibus fuerit:unde illud eſt Da pater hoc noſtris aboleri de.ar. Pariter: ſimiliter uno modo:& eſt antiquū. Miſerandæ.c.hæc i œco/nomia preiudicia nominantur quotiens negocii futu ri exitus tollitur:uult enim nos de camillæ cadauere nil ulterius expectare:ſicut in primo fecit Tu faciē illi us noctē nō amplius unam Falle dolo: quod premiſ/ſum ſuſtulit commemorationem quando uel cupi/do diſceſſerit:uel Aſcanius ſit reuerſus. Arma in.aut īdetractata:aut ipſius inſpoliatæ. Nigro cir.t.c. quia ad merorem luctumq; deſcendit contraq; in octauo ubi ad læticiā deſcendit Venus claro eam nimbo cir/cundatam dicit:ut At uenus æthereos inter dea can/dida nym. Hetruſciq;.d.hetruria dicta ē q̄ eius fines tendebantur uſq; ad primā ripā tyberis & quaſi ετε/ροσ οροσ : nā ετεροσ eſt alter οροσ finis. Roma eni antea tantū unā ripā tyberis tenebat:Iuuena . Et quæ ipii fines tyberinū.u.n. Cōpoſiti nume.i.rōnabiliter unde & ſæpenumero dicimus.i.frequenter & rōnabi liter: hic ē tū uero inumeꝝ.i.ī rōnē ī rhythmū unde & metra numeros dicimus: ut numeros memini ſi uerba tenerem.Sane modo eſt generalis deſcriptio equeſtris certaminis:paulo poſt deſcendit ad ſpecialem: ſi/cut fecit in quinto & de curſoribus & de nauali certamine. Horret ager:ideſt terribilis eſt . Eſt autem uerſus Ennianus uituperatus a Lucillo dicente per irriſionem debuiſſe eum dicere Horret & alget : unde Heratius de Lucillo non ridet uerſus Ennii grauitate minoris. Campiq; armis ardent: reſplendent. Celereſq; latini: alludit ad militiam romanam namque & equites habuit Romulus ut illo diximus loco Tercentum ſcutati omnes uolſcente magiſtro : quos celeres appellauit uel a celeritate : uel a duce Celere qui dicitur Remum oc/cidiſſe:in cuius gratiæ uicem a Romulo fieri tribunus equitum meruit: & tribunus celerum appellatus eſt. Ala camillæ : equitatus . Alæ autem dicuntur equites q̄ allarum uice pedeſtrem exercitum tegunt. Intra

iactum teli:unde poſſet haſta miſſa in hoſtem uenire:hinc traxit Statius ut diceret Quale quater iaculo ſpacium ter arundine metas:Eſt & enniana omnis hæc ambitioſa deſcriptio.

CHRI. Intemerata colit: qua integritate iure ita a Diana amabatur:ut cum non poſſet illi eripere lætum ſaltem pararet illi ultionem.Moralis autem ſenſus eſt:qui deum colunt ab eo non deſeri. Numero:recto ordine. Aequore:loco campeſtri. Preſſis habenis:permulti enim intereſt in pugna ſcire uti equo habereq̧ illũ quocunq̧ flectere uelis.

Præcipitat longe:& uitã diſpergit in auras:
Extemplo turbatæ acies:uerſiq̧ latini
Reiiciunt parmas:& equos ad mœnia uertũt.
Troes agunt:princeps turmas inuaſit aſillas.
Iamq̧ propinquabant portis:uerſiq̧ latini
Clamorem tollunt:& mollia colla reflectunt.
Hi fugiunt:penituſq̧ datis referũtur habenis:
Qualis ubi alternis ꝓcurrens gurgite põtus
Nũc ruit ad terrã:ſcopuloſq̧ ſuperiacit undã
Spumeus:extremãq̧ ſinu perfundit harenã.
Nũc rapidꝰ retro:atq̧ æſtu reuoluta roſerbẽs
Saxa fugit:littuſq̧ uado labente relinquit.
Bis thuſci rutulos egere ad mœnia uerſos:
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes:
Tertia ſed poſtq̃ congreſſis in prœlia totas
Implicuere inter ſe acies:legitq̧ uirum uir:
Tũ uero & gẽitus morientẽ:& ſanguine ĩ alto
Armaq̧ corporaq̧ & permixti cæde uirorum
Semianimes uoluunt eq:pugna aſpa ſurgit
Orſilochus remuli quãdo ipſũ horrebat adiſ
Haſtã ĩtorſit equo:ferrũq̧ ſub aure reliquit:
Quo ſonipes ictu furit arduus:altaq̧ iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Voluitur ille excuſſus humi.catillus olam
Ingentemq̧ animis ingentẽ corpore:& armis
Deiicit herminium nudocui uertice fulua
Cæſaries nudiq̧ humeri:nec uulnera terent
Tantus ĩ arma patet.latos huic haſta ꝑ annos
Acta tremit:duplicatq̧ uiri tranſfixa dolorẽ.
Funditur ater ubiq̧ cruor:dant funera ferro
Certantes:pulchrãq̧ petũt ꝑ uulnera mortẽ.
At medias inter cædes exultat amazon
Vnũ exerta latus:pugnæ pharetrata camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat:
Nũc ualidã dextra rapit indefeſſa bipennem
Aureus ex humero ſonat arcus:& arma diãæ.
Illa etiam ſiquando in tergum pulſa receſſit
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites larinaq̧ uirgo
Tullaq̧:& æratem quatiens tarpeia ſecurim
Italides:quas ipſa decus ſibi dia camilla

SER. Præcipitat longe:pro præcipitatur. Reiiciunt parmas & equos ad mœnia.i.Reiiciũt retroagũt. Sane nunc fugiũt non timore:ſed lege prœliandi:Salu.More equeſtris prœlii ſumptis tergis ac redditis. Mollia:domita domitorum ſcilicet. Superiacit undam:ſuper ſcopulos undam iacit. Nam more ſuo dedit uerbo detractam nomini præpoſitionem. Sinu: curuatione:& flexu undarum. Extremam autem ad illud pertinet quod ait ſupra:Penituſq̧ datis referuntur habenis. Aeſtu reuoluta reſorbens Saxa fugit: æſtus proprie eſt maris incerta commotio. Vado labẽte relinquit:hypallage pro labens ipſe per uadum. Et ſanguine in alto:εμφατικοσ cædis oſtendit magnitudo. Haſtam intorſit.i.figurate. Nã intorqueo in equum dicimus:ut In latus inq̧ feri curuam compagibus aluum Contorſit. Ferrumque ſub aure relinquit:ex uulneris genere eum fugientem intelligimus eẽ percuſſum. Voluitur ille excuſſus humi:humi uoluitur:nam excuſus per ſe plenum eſt. Deiicit herminium: nomen hoc de hiſtoria romana eſt.Nã cum Coclite contra thuſcos Lartius & Herminius ſteterunt tempore quo pons ſublicius rumpebatur: unde & eum plurimum laudat:ac ſi diceret talis qualis fuit ille. Tantus in arma patet: tantum patebat in uulnere ideſt in hoſtilia tela totus patebat. Per armos:abuſiue.Nam proprie armi quadrupedum ſũt. Exultat amazon: ſuſpendendum exultat: ut amazon intelligas quaſi amazon. Nam Camilla uuolſca fuerat:ſicut in primo. Dederatq̧ comam diffundere uentis Venatrix:ideſt quaſi uenatrix. Indefeſſa:infatigabilis & omnia arma amazonum tradit quas Titianus Vnimammas uocat.Nam hoc eſt amazon q̃ſi ανευμαζου. Spicula fugientia:pro ipſa fugiẽs. At circum lectæ comites:ſubaudi dimicant: quod & ſequens amazonum indicat comparatio: quæ ĩducuntur circa reginam bella tractantes. Larinaq̧ uirgo: nomina hæc nobiliſſimarum ſunt italiæ fœminarũ. Italides:pulchra deriuatio non uera:nam uerum eſt italæ. Italis autem:unde italides magis patronymicũ ẽ q̃ deriuatiuum:ſicut belias:unde & belides. Quas ipſa decus:decus & ad delectas & ad ipſam poteſt referri:decus autem ſi ad Camillam:nobilitas pulchritudo:ſi ad delectas ornamentum ideſt quas ſibi elegit ornamentum ideſt ad ornamentum. Diua camilla:generoſa ευγενησ. Nam græcum eſt cuius nominis ætymologiam pleriq̧ uolunt uenire αποτου Διοσ:quod ſi ſic eſt:dicemus diſſentire deriuationẽ a principalitate:nam dia di producit cum Διοσ corripiat ſicut e cõtra cũ lux producat:lucerna lu corripit. Paciſque bonæ bellique mini.congruum paci epitheton dedit:ut eam bonam diceret cum bellum ecõtra ſit peſſimum.Nam ſine dubio & belli ſæui diceret ſi ratio uerſus admitteret.

CHRI. In auras:ex opiniõe illoꝝ q̃ aĩam uẽtũ credũt eẽ. Reiiciũt par.timore terga uertũt & dũ uertũt terga illa parmis operiunt. Verſiq̧ la. nam cum ad mœnia ꝑueniſſent freti auxilio ſuoꝝ in hoſtes iteꝝ

redeunt. Hi fugiunt:& quoniam apud mœnia periculoſior eſſet pugna:& quoniam in ſequendo hoſtes acies late uagantes a ſuo ordine diſceſſerant: unde non erat facile ineptum ſuſtinere. Datis habenis: admiſſo curſu. Qualis ubi:nō eſt comparatio ad propriam naturam maris quod obſeruatis temporibus aliquot horis influit:& aliquot refluit:de qua re alio loco diſputatum eſt.Et Albertus magnus oſtendit quare non omnia maria mouent̄:neq; omnia quæ mouentur in eodem modo mouentur: ſed comparat mari uentis intumeſcenti:in quo fluctus fluunt ad littus ac refluunt.

Delegit paciſq; bonæ:belliq; miniſtras:

SER. Quales threiciæ:tanais fluuius eſt:qui ſeparat Aſiam ab Erupa:circa quem antea amazones habitauerunt: unde ſe poſtea ad thermodoonta fluuiū thraciæ tranſtulerunt:quod etiam Saluſtius teſtatur dicens:Dein campi threiſei quos habuere amazones a tanai fluuio incertum quāobrē digreſſæ. Thermodoōtis:plenum eſt.Thermodoon:ſed per ſynæreſim thermodoon fecit: unde don circumflexum habet accentum.Græca enim nomina neceſſe eſt: ut circūflectatur quotiens fit ſynereſis exigente metri neceſſitate. Ergo ſi ſit Thermodoon do acutum habebit accentum quod ſi thermodon fecerit & in finalem transfertur & mutatur accentus. Nam fit circunflexus. Pulſant:Ennius ad muſas.Quæ pedibus pulſatis olympum. Bellantur:pro bellant.Nā ſolent uerba pro uerbis poni: unde paſſiuam nunc deriuationem ſub actiua poſuit ſignificatione: ſic in georgicis: Et placidam pauci nutritor olym. Futurū tempus a paſſiuo poſuit pro præſenti ab actiuo: nam nutritor pro nutriri poſuit: unde eſt contra: nox humida cælo Præcipitat pro præcipitatur actiuum pro paſſiuo.

Hippolytem:hæc amazonum fuit regina cui uictæ Hercules baltheum ſubſtulit. Martia:aut bellicoſa: aut martis filia. Quem telo primum:quem poſtremum Homericum eſt interrogationem ad ipſum referre qui deſcribitur cum muſæ interrogari conſueuerint:ut Vos o calliope precor aſpirate canentes. Aſpera uirgo:epitheton ad officium belli reſpiciens:alias incongrue uirginem aſperam dicimus. Eumenidumque:quia latina eſt declinatio ideo nec accepit accentum:nam Statius quia græco declinauit græcum accentū poſuit dicens:Nunc cuneus ante:& nunc ante thoas. Longa abiete:haſta abietali: nam arborem pro haſta poſuit. Suffoſo:caſuro. Nam ſufoſſi equi dicuntur: quos uulgo ceſpitatores uocant. Alii ſuffuſo legunt ideſt præcipiti:& iam cadenti. Dum ſubit: ſcilicet dum ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat & uult utrunque tanta celeritate eſſe percuſſum ut unū ictum putares: inde eſt enim Præcipites pariterque ruunt. His addit amaſtrum:adiungit. Armis ignotis:nouis inconſuetis. Hyapige: appulo equo. Pellis erepta iuuenco: ideſt lorica. Nam proprie lorica eſt tegmen de loro factum: quo maiores in bello uti conſueuerant. Agreſtiſque manus armat ſparus: bene agreſtis. Nam ſparus eſt ruſticum telum in modum pedi recuruum:Saluſtius Sparos & lanceas:alii præacutas ſudes portare. Vertitur in mediis:ideſt agit: nam græce αναστρεφεται dixit. Toto uertice ſupra eſt:Statius de Capaneo:Et totum tranſcendit corpore bellum. Hanc illa exceptum:fraude circunuentum: ut Aemulius exceptum triton. Traiicit uis ictus oſtenditur. Syluis:pro in ſyluis:& ē archaiſmos caſus pro caſu. Muliebribus armis:uſus obtinuit: ut innuptas uirgines nupas mulieres uocemus:nā apud maiores indiſcrete uirgo dicebatur & mulier. Vtrunque enim ſexum tantum ſignificabat:ut ecce hoc loco dicit armis muliebribus cum camillam innuptam fuiſſe māifeſtum ſit. Item in bucolicis legimus Ah uirgo: cum paſiphæm conſtet ex Minoe ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe Terentius etiam mulierem poſt partum uirginem uocat in Aecyra. Nam uitium eſt oblatum uirgini olim ab neſcio quo improbo. Nomen tamen aut leue patrum Manibus hoc referes telo cecidiſſe camillæ:irriſio ē amaritudinis plena:nam ſi uoluerimus ſimpliciter accipere:ut ita ſit dictum quēadmodum ſupra æneæ ma/

Quales threiciæ cum flumina thermodoōtis
Pulſant:& pictis bellantur amazones armis
Seu circū hippolytē ſeu cum ſe martia curru
Pentheſilea refert:magnoq; ululāte tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quē telo primū:quē poſtremū aſpera uirgo
Deiicis?aut quot hūi moriētia corpora fūdis?
Eumeniū clycio primum patre:cuius apertū
Aduerſi longa trāſuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille uomēs riuos cadit:atq; cruētā
Mādit humū:moriēſq; ſuo ſub uulnerē uerſat.
Tū lirin pegaſumq; ſup:quoꝝ alter habenas
Suffoſſo reuolutus equo dum colligit alter
Dum ſubit:ac dextrā labenti tendit inertem
Præcipites pariterq; ruunt:his addit amaſtrū
Hippotadē:ſeqt̄q; icūbēs eminus haſta,miq;
Tereaq;:harpalicūq; & demophoonta:chro/
Quotq; emiſſa manu cōtorſit ſpicula uirgo:
Tot phrygii cecidere uiri:ꝓcul ornitus armis
Ignotis:& equo uenator hyapige fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit:caput ingens oris hiatus
Et male texere lupi cum dentibus albis:
Agreſtiſq; manus armat ſparus:ipſe cateruis
Vertitur in mediis:& toto uertice ſupra eſt.
Hūc illa exceptū(nec.n.labor agmine uerſo)
Traiicit:& ſuper hæc inimico pectore fatur.
Syluis te tyrrhene feras agitare putaſti.
Aduenit qui ueſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret:nomē tamē haud leue pa
Māibus hoc referes telo cecidiſſe camillæ,trū
Protinus orſilochū:& butē duo maxīa teucrū
Corpora:ſed buten aduerſum cuſpide fixit

gni dextra cadis:incipit contrarium eſſe ſuperioribus:Vnde melius eſt ut perſeueremus in ſenſu : & ita ſit dictum magnam re uera gloriam laturus eſt ad manes parentum:quem fœmina tela ſuperabunt.

CHRI. Amazones:de his dictum in ſuperioribus.Addam hoc q̃ miſſus Hercules ab Euriſtheo ut cingulum reginæ amazonum referret: prælium commiſſit in quo ex amazonibus præſtantiſſime cecidere Aella philippis:Proteæ:Eribie:Celeno:Phœbe: Artemis.Captæ autem fuerunt Deidamia: Aſteria:Marpe: Termeſſa:Marpeſſa: Aclipæ quæ cingulum Hippolite ſeruabat.Antiope Theſeo data quæ a pleriſque hippolyte appellabatur. Quem telo:quaſi dicat tantam fuiſſe ſtragem hoc diſcerni non potuerit.Habet autem iſta interrogatio & admirationem & exclamationem quod fœmina hæc potuerit.

Loricam:galeamq; inter:qua colla ſedentis
Inuenit:& leuo dependet parma lacerto.
Orſilochũ fugiens:magnumq; agitata p̃ orbẽ
Eludit gyro:interior ſeqiturq; ſequentem
Tũ ualidã perq; arma uiro perq; oſſa ſecurim
Altior inſurgens:oranti:& multa precanti
Congemiat.uulnus calido rigat ore cerebro.
Incidit huic:ſubitoq; aſpectu territus hæſit
Appennicolæ bellator filius auni
Haud ligurũ extremus:dũ fallere fata ſinebãt
Js ubi ſe nullo iam curſu euadere pugna
Poſſe:neq; iſtantem reginam auertere cernit
Conſilio uerſare dolos ingreſſus:& aſtu
Incipit hæc.quid tã ægregiũ ſi fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam:& cominus æquo
Mecũ crede ſolo:pugnæq; accinge pedeſtri.
Iam noſces uentoſa ferat cui gloria laudem
Dixit:at illa furens:acriq; incenſa dolore
Tradit equũ comiti:paribuſq; aſiſtit in armis
Enſe pedes nudo:puraq; interrita parma.
At iuuenis uiciſſe dolo ratus auolat ipſe
(Haud mora)cõuerſiſq; fugax auferť habẽis
Quadrupedẽq; citum ferrato calce fatigat.
Vane ligur:frũſtraq; animis elate ſuperbis
Ne quicquã patrias tentaſti lubricus artes:
Nec fraus te incolumẽ fallaci perferet auno.
Hæc fatur uirgo:& pernicibus ignea plantis
Tranſit equũ curſu : freniſq; auerſa prehenſis
Cõgrediť:pœnaſq; inimico ex ſanguĩe ſumit.
Quã facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequiť pẽnis ſublimem ĩ nube columbã
Cõprenſamq; tenet:pedibuſq; euiſcerat uncis
Tũ cruor:& uulſæ labunť ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominum ſator atq; deorũ
Obſeruãs oculis ſummo ſedet altus olympo.
Tyrrhenũ gẽitor tarchontem in prœlia ſæua
Suſcitat:& ſtimulis haud mollibus icitat iras.
Ergo inter cædes cedentiaq; agmina tarchon

SER. Qua colla ſedentis: Equitis ſane eum ex uicino intelligimus eſſe percuſſum. Interior : ſiniſtrior.ſ.circulo. Cõgeminat:hic diſtinguendũ eſt: nam nemo dicit ſecuri ĩ uulnus cõgeminat:ſed ſecuris. Incidit huic:figurate pro in hac:Terẽ.Ego ĩ eũ incidi in fœlix locum ut neq; mihi amittendi neq; retinẽdi ſit copia. Apennicolæ bellator filius auni: quia liguria maiore parte ſui apennino eſt conſtituta. Ligures aũt omnes fallaces ſunt: ſicut ait Cato in ſecundo originum libro. Filius auni:aunus ſcilicet nam ut ſupra diximus cum dictis parentibus filiorum nomĩa ſupprimant eos patris cognomines intelligimus : ut Tyburti romulo ditiſſimus olim. Verſare dolos ingreſſus:tractare ut Seu uerſare dolos:ſeu certe occumbere morti. Aſtu : malitia: nam proprie aſtutos malitioſos uocamus:Vnde in Terentio poſtquã de domino dixit ſeruus aſtute:ille iratus ait Carnifex quæ loquitur.Cice.ita fit ut iſta ratio exiſtimetur aſtuta: meum tamen hoc conſilium neceſſarium. Dimitte fugam:equi celeritatem cui fidis relinque. Ventoſa ferat cui gloria fraudem : Hæc eſt uera & antiqua lectio : ut ſit ſenſus pedes congredere:iam cognoſces cui inanis iactantia afferat pœnam. Nam fraudem pœnam ueteres uocabant : ut etiam in antiquo cognoſcitur iure:Saluſtius in Catilinario : Diem ſtatuit anteq̃ ſine fraude liceret ab armis diſcedere. Si autẽ laudem legerimus : erit ſenſus Agnoſces cui inanis gloria afferat laudem. Ventoſa autem gloria eſt : quã græci κενοδοξιαν uocant. Paribuſq; aſſiſtit ĩ armis: pedes ſicut & illum congreſſurum putabat. Pura parma:tunc enim primum in bella cõſcenderat. Fugax:fugiens:nam nomen eſt pro participio:non enim fugacem : poſſumus accipere : quem ſupra legimus bellatorem. Vane ligur:aut fallax:aut ĩaniter iactans nam uanos ſtultos poſteriores dicere cœperunt : unde tractum eſt etiam ĩ neotericis: Iuuena. Sic libitum eſt uano qua nos deſtinxit othoni. Quid autem hoc loco uane ſignificet conſequentia demonſtrant. Fruſtraq; animis elate ſuperbis. Lubricus : fallax: mobilis. Pernicibus ignea plantis:modo uelocibus : alias perſeuerantibus. Nam pernix interdum uelox : interdum perſeuerans ſignificat : ut ipſe in Georgicis Et inter dura iacet pernix:inſtrato ſaxa cubilli. Tranſit equũ curſu : Nunc hoc incredibile eſſe uideretur: niſi præmiſiſſet in ſeptimo : Illa uel intactæ ſegetis p̃ ſumma uolaret Gramina nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Aduerſa : oppoſita. Accipiter ſaxo ſacer ales ab alto:ſacer ideo quia eſt Marti conſecratus aut auibus execrabilis:ut Auri ſacra fames.Aut quod uerius eſt : nomen græcum expreſſit : Nam θεραξ dicitur: hoc eſt ſacer. ιερευσ enim ſacerdos uocatur Cur autem græcæ ita dictus ſit : ratione non caret quæ nota eſt ſacrorum peritis. Conſequitur pennis: noua laus Camillæ ſiquidem accipiter columbam ſequitur ipſa præcedit hoſtem:ipſa etiam auium comparatio eſt ſumpta ex contrario : Nam equius uir accipitri : Ca/

milla compararet colũbæ. Tunc cruor & uulſæ labunt̃ ab æthere plumæ:ecbaſis eſt.i.ex curſus. Nõnullis: ideſt nõ negligentibus.Nã liptotes figura eſt.Vult.n.dicere.Non leuiter:Iuppiter intuebatur iſta certamina.

CHRI. Sedētis:ideſt illius equitis qui in equo ſedet. Lucent:apparēt:quoniam rima q̃ ē inter finē galeæ & ſummitatem parmæ relinquit illam partem corporis apertam. Congeminat.ſ.i.duplicat uulnus agendo ſecurim. Incidit huic:ideſt in hunc:Incidere autem in aliquem eſt cum nihil tale expectantes aliquem obuiam offendimus.Sæpius autem dicimus hoc de re infœlici q̃ de fœlici. Apennicolæ:liguris:Maior enim liguriæ pars in montibus ab Apennino deductis poſita eſt. Auno:non ſine ratione fictum nomen.Nam Aunus antiquiſſimus rex eſt liguriæ. Fallere:nam uitium uernaculum eſt illius nationis.Cato in originibus ait ligures eſſe uerſipelles:fallaces:malignos. Conſilio & aſtu.ideſt aſtuto conſilio.Aſtu autem malitioſa calliditas eſt dictum ab aſty græcæ urbe:nam qui intra urbes uerſantur.callidiores ſunt q̃ qui in agro degunt. Aſty autem non omnes græci ſed athenienſes urbem dicunt:quod uerbum ægyptiacum eſt.Athenæ eni ut eſt apud Plato.ægyptiorum colonia eſt.Fraudem recte:ut puto.Seruius fraudem & non laudem:legit.Non autem placet q̃ fraus pœnam ſignificet:Nam q̃uis dicat Salu.diem ſtatuit anteq̃ ſine fraude liceat ab armis diſcedere.Sententia eſt anteq̃ non dabitur fraudi.Ergo cui uentoſa gloria ideſt inanis gloria afferat fraudem: Nam cum ex tua uanitate tu iactes fortitudinem:ſi relinques equum cuius uiribus tu fallis homines oſtendēs te eē fortē cũ ipſa fortitudo ſit tibi ab equo:ſi pedes pugnabis ſuccumbes:& inanis tua gloria demõſtrabitur. Furens: nam fœmina impatientior iræ eſt q̃ uir & appetentior gloriæ. Accipiter: accipitrum genera ſexdecim ponit Plinius:i eis enumerat circon altero pede claudum: item triorchen a numero teſtium.Buteonem auis marti ſacra eſt: unde græcæ ιεραξ dicitur.Puto omne genus auium quæ ex raptu uiuũt accipitris nomine excepta aqla uenire.

Ligu/res

SER. Inſtigat uocibus alas: incitat & irritat ad reditum.Primum enim eſt ut fugere deſināt: poſt ut in hoſtes impetum faciant. Nomine quenq; uocans: p hoc extrema neceſſitas indicatur. Quis metus: q̃lis quãtus:qui uos etiam fœmina timere compellit: unde paulopoſt. Quæ tanta animis ignauia uenit Fœmina palantes agit O nunq̃ dolituri: ideſt ſtulti: ſtultus ē enim qſquis iniuria non mouetur & bene nunq̃.Si quidem ante ſæuitiam mezentii pertulerũt: nec ſe ulti ſunt nunc præbent terga mulieri: & ne hic quidem commouentur dolore.Atq; hæc ag.uer.ΔΕΙΚΤΙΚΟΝ:ideſt multitudinem tantam. Irrita: inertia qua nos ulciſci minime ualeant. At non in uenerē ſegnes latenter dicit hoc fugitis mulierem quia armata eſt. Alias primi ad hũc curritis ſexum. Nocturnaq; bella:coitum:alibi. Et ſi quando ad prœlia uentum eſt.

Curua tibia:ſymphonia:chorꝫ bacchi aũt ideo quia apud ueteres ludi theatrales nõ erāt niſi in honorē liberi patris. Expectare:pro expectatis modũ pro mõ poſuit. Secũdus aruſpex: p ſecũda ſacra ideſt proſpera: ſicut econtrario.Home.μαντικακον.i.malorum diuie. In altos lu.illic enim epulabant̃ ſacris diebus.

Moriturus & ipſe: moriturus animo.Nam moriturus non eſt:quod autem ait & ipſe; aut ad: Camillam:aut ad Venulum reſpicit. Turbidus: terribilis.

Direptumq; ab equo dextra cõplectit̃ hoſtē: hoc de hiſtoria tractũ ē:nam.C.Iuli.Cæſar cũ dimicaret ĩ gallia:& ab hoſte raptus equo eius portaretur armatus: occurrit de hoſtibus qui eum noſſet: & inſultans ait cæcos Cæſar: quod gallorꝫ lingua dimitte ſignificat & ita factum eſt:ut dimitteretur.Hoc autem ipſe Cæſar ĩ ephemeride ſua dicit:ubi propriam cõmemorat fœlicitatē. Exit:euitat:ut atq; oculis uigilantibus exit. Vtq; uolans al.Homerica comparatio. Ducis exemplum euētumq;.ſ.uirtutem & fœlicitatem. Meonidæ lydi:ut meonidæ dilecta iu. Arte:fraude:dolo: ut Arte pelaſga. Qua ſe cũq; ferēs me.tu.ag.uir.hac arũs ſu.ut etiam ſupra diximus:ita poeta loquitur ut in aliquibus locis det ſuſpitionem q̃ aruns de Turni partibus fuerit.Nanq; & cum Camilla imperiũ fecit & cum ipſa rurſus recedit.quod niſi de ſocio non procedit.Dona.ēt dicit eſſe manifeſtũ ſignum ſocium fuiſſe:quod Apollinem ſoractis inuocat mõtis de quo

Fertur equo:uariiſq; inſtigat uocibus alas
Nomīe quēq; uocãs: reficitq; ĩ prœlia pulſos.
Quis metus o nunq̃ dolituri: & ſemp inertes
Tyrrheni quæ tanta animis ignauia uenit?
Fœmina palātes agit:atq; hæc agmina uertit.
Quo ferrũ qd ue hæc gerius tela irita dextris
At nõ in uenerem ſegnes:nocturnaq; bella:
Aut ubi curua choros indixit tibia bacchi
Expectaṙ dapes:& plenæ pocula mēſæ:(pex
Hic amor:hic ſtudiũ: dũ ſacra ſecundus aruſ
Nuntiet:ac lucos uocet hoſtia pĩguis in altos.
Hæc effatus equũ ĩ medios moriturus: & ipſe
Cõcitat:& uenulo aduerſũ ſe turbidus infert
Direptũq; ab equo dextra cõplectitur hoſtē:
Et gremiũ ante ſuum multa ui cõcitus aufert.
Tollitur in cælum clamor:cunctiq; latini
Cõuertere oculos: uolat igneus æthere tarchõ
Arma uirũq; ferēs:tũ ſumma ipſius ab haſta
Defringit ferrum:& partes rimatur apertas.
Qua uulnus letale ferat:contra ille repugnãs
Suſtinet a iugulo dextrã:& uim uiribus exit.
Vtq; uolãs alte raptum:cum fulua draconem
Fert aqla ĩplicuitq; pedes atq; unguibus hæſit
Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat:
Arrectiſq; horret ſquamis:& ſibilat ore
Arduus ĩſurgēs:illa haud minus urget aduco
Luctãtem roſtro: ſimul æthera uerberat alis:
Haud aliter prædã tyburtũ ex agmīe tarchon
Portat ouans:ducis exēplum euentũq; ſecuti
Meonidæ incurrunt:cum fatis debitus aruns
Velocem iaculo & multa prior arte camillã

Circuit:& quæ ſit fortuna facillima tentat:
Qua ſe cūq; furēs medio tulit agmine uirgo:
Hac arūs ſubit:& tacitus ueſtigia luſtrat.
Qua uictrix rēdit illa pedēq; ex hoſte rēportat
Hac iuuenis furti celeres detorquet habēas.
Hoſq; aditus:iāq; hos aditus omnēq; perrat:
Vndiq; circuitū:& terrā q̄tit īprobus haſta:

Turno ueniſſe cōſtat auxilia:licet poſſet fieri ut alteri us loci īuocet numen.Itē ad argumētū Voca' patrias remeabo īglorius ur.q.d.ēt de hoſte ꝓcedit:nā ſupare fœminā nullā conſtat eē uirturē. Circuitū: Proprie: nā circuire inſidiantium ē unde eſt:Nec gregibus nocturnis obābulat. Certā haſtā:Ineuitabilē:unde contra incertā excuſſit ceruice ſecurim.i.īfirmā uitabilē.

DONA. Aquilæ:Comparatio aptiſſima.Vt.n.& aquila & ſerpens fortiſſimi ſunt: ita illi duo fortiſſimi erant:itidem mira perſpicacitate ut illi ſunt.

CHRI. Fœmina:indignatio a ſexu. Palantes:item a modo:nam quod fœmina illos pellat turpe eſt:quod autem ita pellat ut Palantes ſine ordine fugiant turpiſſimum. Hæc agmina:quaſi dicat tam robuſta tam ualida. Quo ferrum:nam fruſtra fertis quo uti non audetis. At non in uenerem ſegnes:quaſi dicat cum torpetis in bello utinam & in omni uoluptatū genere torpeatis. Auruſpex:ab ara:& inſpiciendo dicitur:quoniam cæſa iam hoſtia iuxta aram exta rimantur:& ex illorum ſitu colore imminutione uel augumento futura præ noſcunt.Dicuntur alio uocabulo extiſpices ab extis inſpiciendis. Directumq; ab equo:oſtendit non fuiſſe intentionem in ſocios ex tumiditate aut uaniloquentia:ſed a conſcientia proprie fortitudinis. Fuit enim omnino heroicum.Quod hoſtem ab equo ad ſe attraheret ſecumq; portaret. Tollitur in cælum:mouebat̃ enim miraculo rei q̄ celeritate ſumma arma & uirū tanta ui portaret:ut ēt ſupeſſent uires ut:& ferꝫ ex ſua haſta rapet:illāq; iterimere q̄uis repugnātē conaretur.Poterat ergo ſuo iure ſociorum inertiā reprehēdere. Debitus: fatis:uel deſtinatus a fatis:cum hoc fatis deberet.ſ.interimere Camillam:uel debitus fatis quoniam inde eſſet moriturus.Oſtēdit autē magnam fuiſſe eius aſtutiā.

Forte ſacer cybele choreus:olimq; ſacerdos
Inſignis longe phrygiis fulgebat in armis:
Spumātēq; agitabat equū:quē pellis ahenis
In plumam ſquamus auroq; inſerta tegebat.
Ipſe peregrina ferrugine clarus:& oſtro
Spicula torquebat lycio cortinia cornu.
Aureus ex humeris ſonat arcus:& aurea uati
Caſſida:tū croceā chlamidēq; ſiuſq; crepātes
Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro
Pictus acu tunicas:& barbara tegmina crurū.
Hunc uirgo ſiue ut templis præfigeret arma
Troia:captiuo ſiue ut ſe ferret in auro
Venatrix unum ex omni certamine pugnæ
Cæca ſequebatur:totumq; incauta per agmē
Fœmineo predæ:& ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidiis cunctantem tēpore capto
Conicit:& ſuperos aruns ſic uoce precatur.
Summe deum ſancti cuſtos ſoractis apollo:
Quē primi colimus:cui pineus ardor aceruo
Paſcitur:& medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus ueſtigia pruna
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Oīpotens:nō exuuias pulſæ uc trophæū (dē
Virginis:aut ſpolia ulla peto.mihi cætera lau
Fracta ferent.hæc dira meo dū uulnere peſtis
Pulſa cadat:patriā remeabo inglorius urbē.
Audit:& uoti phœbus ſuccedere partem
Mēte dedit:partem uolucres diſperſit ī auras
Sterneret:ut ſubita turbatā morte camillam.
Annuit oranti:reducem ut prima alta uideret

SER. Sacer cybele:Nam montem pro numīe q.ſ in eo colitur poſuit:& bona occaſio ad mortē Camillæ:ut ſacerdotē maioris numinis conetur occidere: p quod quaſi exauctoratur Dianæ fauor interueniente maioris numinis iracundia. Quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro cōſerta te. Cataphractum eū fuiſſe ſignificat.Cataphracti autem equites dicuntur qui & ipſi muniti ferro ſunt:& equos ſimiliter munitos habēt:de quibus Salu.Eqs paria opimēta erant q̄ lintea ferreis laminis ī modū plūæ adnexuerāt: nunc pro linteo pellē impoſuit:& æneas ſquamas æreas laminas itelligimus in plumā uero ē ī ſimilitudie plumæ:ut Exciſum euboice latus ingēs rupis ī antꝛ.i.in antri ſimilitudinē.Sane ſciēdū ꝙ ipſos equites cathaphractos dicimus.Saluſti.Et ſeq̄bāt̃ eq̄tes cathaphracti. Spicula tor.ly.cor.c. Cretēſes ſagittas lycio arcu dirigebat:quod ut ēt ſupra diximus ad ornatum poni cōſueuit. Caſſida:pro caſſis:nam accuſatiuum poſuit pro nominatiuo. Pictus acu.tu.&.b.t.c.Pictus tunicas pictus crurū barbara tegmīa.i.hēbat ueſtem phrygionis arte pfectā.Sane armoꝝ longa deſcriptio illuc ſpectat ut ī eorum cupiditatē merito Camilla uideatur eſſe ſuccēſa. Fœmineo: impatiēti:irrationabili:ut Fœmineæ ardentē. Summe.d.ex affectu colētis dicitur:nam iuppiter ſummus ē. Sancti cu.ſo.a.ſoractis mons ē hirpinorum ī flaminia collocatus:in hoc aūt monte cum aliquando Diti patrii ſacrū perſolueretur:nā manibus cōſecratus eſt:ſubito uenīētes lupi exta rapuerunt:quos cū diu ſeq̄rent̃ delati ſūt ad q̄dā ſpelūcam halitū ex ſe peſtiferꝫ emittētē:adeo ut iuxta ſtantes necaret:exinde orta peſtilētia quia fuerant lupos ſecuti: de qua reſponſum eſt poſſe eā ſedari ſi lupos imitarentur ideſt rapto uiuerēt:quod poſteaq̄ factum eſt dicti ſunt ipſi populi hirpini ſorani: nam lupi ſabinorū lingua hirpi uocantur.Sorani uero a Dite Nam ditis pater Soranus uocatur: quaſi lupi Ditis patris unde memor rei Virgi.Arūtē paulopoſt comparat lupo quaſi hirpinum ſoranum. Pineus.a.Ignis περίφρασισ. Aceruo: Pyra coaceruatione lignorum. Freti.p.iſte quidem hoc dixit. Sed Var.ubique

Non dedit:inq; notos uocẽ uertere procellæ.
Ergo ut miſſa manu ſonitũ dedit aſta ꝑ auras
Conuertere animos acies:oculoſq; tulere
Cuncti ad reginã uolſci:nihil ipſa:nec aura
Nec ſonitus memor:aut uenĩẽtis ab æther̃ teli

expugnator religionis ait: cum quoddã medicamen/
tum deſcriberet:ut ſolẽt hirpini:qui ambulaturi per
ignes medicamento plantas tingunt. Multa pruna:
inter prunas:pruna autem q̃diu ardet dicitur. Hora.
Prætextam latum clauum prunæq; batyllum : cum
autem extincta fuerit carbo nominatur: Teren. Tam
excoctam atq; atram reddam q̃ Carbo ẽ. Nam pruna
a perurendo dicta eſt. Exuuias pulſæue trophœum:Exuuias occiſæ pulſæ trophœum:& proprie:nam ut ſu/
pra diximus hoſtibus occiſis triumphabant de fugatis figebant trophæa. Partem mente dedit partem uolu/
cres diſperſit in auras:Bona moderatio Apollinis inter ſacerdotis preces: & uoluntatem ſororis. Nil ipſa nec
auras:nec ſonitus memor. Hæc eſt antiqua lectio:Nam apud maiores trahebatur ĩterdum a græco genitiuus
ſingularis:Hinc etiam paterfamilias & materfamilias quæ duo tantum nomina remanſerunt:nam nec huius
auras dicimus:nec huius cuſtodias ſecundum Saiu. qui ait Caſtella cuſtodias theſaurorum:ꝓ cuſtodiæ. Et ita
enim etiam Aſper intelligit:licet alii cuſtodias accuſatiuum uelit. Sane paterfamilias quãdo dicimus: familias
indeclinabile eſt. Si autem pater familiæ dicere uoluerimus:iam nõ erit unum nomen:ſed locutio & familiæ
erit datiuus. Nam pater mihi eſt dicimus. Teren. Natura tu illi pater es : conſiliis ego. Multi tamen uolunt in
numero plurali nomen utrunque declinari:ut dicamus hi patres familiæ horum patrum familiarum.

DONA. Cybele:Locus eſt in quo Cybele colebatur. Squama:Serpentis eſt & piſcis quam facit compoſi
tio naturalis. Nam & ordinibus digeſta eſt:& uiarum plurimarum impreſſione diſtincta. Quicquid igitur in
hanc ſimilitudinem facit artifex ſquama dicitur. Hæc fit ex minutis laminis inuicem ſe retinentibus:& ita di/
geſtæ:ut eſt in auibus pluma. Peregina:Quaſi dicat ex melioribus regionibus aduecta. Cornu:Ligni ſpe/
cies ẽ. Barbara: Nomen artis indicat : nam qui hanc exercent Burburicarii dicuntur qui auro & uariis filis
hominum & aliarum rerum figuras exprimunt acu pingentes. Tandem:Quia diu inſectatus fuerat. Telæ
hoc lignum naturali ſucco ueluti oleo uiolentius ardet. Primi:electi.

CHRI. Forte ſacer : Hos omnes uerſus uſq; ad eum locum. Hunc uirgo ex eo genere dicendi conſtant
quod cultum & floridum appellant. Ferrugine:De qua diximus in Geor. Barbara:q̃ſi aurea & ornata quo/
niam barbari diuitiis pollent. Vnde alibi:Barbarico poſtes auro. Hunc oſtendit poeta naturalia penitus tolli
non poſſe:erat quidem egregia fœmina:& inter uiros enumeranda. Sed tamen ut fœmina nimia cupiditate
talium rerum quas uiri contemnunt ardebat unde dixit fœmineo amore. Incauta:nam quĩcunq; nimia cu/
piditate fertur:rationem amittit:unde nullam ſibi cautionẽ adhibere poteſt. Soractis:Hirpi familiæ in agro
faliſcorum ſacrificium annuum ad ſoractis montem apollini faciunt. Id operantes geſticulationibus religiõis
impune exultant ardentibus lignorum ſtruibus in honorem diuinæ rei:& flammis parẽtibus cuius deuotio/
nis myſterium. Senatus.c. honorauit omnium munerum uacatione perpetua illis donata Ait Solinus:idem
ait Plini. Soracte mons eſt in agro faliſco ſacer Apollini. Aiunt ad montis radicẽ locum fuiſſe Diti ſacrum in
quo cum ſacra fierẽt lupi ex ignibus exta rapuerũt:quos ſacerdotes uſq; ad terræ hiatum Vnde peſtilens aer
exalabat inſecuti ſunt:qui morbo omnia uicina loca implicuit. Fuitq; oraculum poſſe ſedari morbum ſi inco
læ raptu uiuerent ut lupi fecerunt. Ob hocq; appellati ſunt hirpi ſorani:quia lingua ſabina hirpus lupum & ſo
ranus Plutonem ſignificat. Hic ſamnites qui hirpos lupos dicunt:uidentur a ſabinis originem trahere. Nihil
ipſa.n.a. Oſtendit quod dixerat totumque incauta per agmen. Ponit autem hoc optimum exemplum homi/
nibus quantam pernitiem afferant hominibus nimiæ cupiditates cum ita mente occecatas reddant:ut præci/
pites delati in omne periculum feremur.

Haſta ſub exertam donec perlata papillam
Hæſit:uirgineumq; alte bibit acta cruorem.
Concurrũt trepidæ comites:dominaq; ruentẽ
Suſpiciũt:fugit ante omnes exterritus aruns.
Lætitia mixtoq; metu:nec iam amplius haſtæ
Credere:nec telis occurrere uirginis audet.
Ac uelut ille prius q̃ tela inimica ſequantur
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus magno ue iuuenco
Conſcius audacis facti:caudãq; remulcens
Subiecit pauitatem utero:ſyluaſq; petiuit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit arũs
Contentuſq; fuga mediis ſe immiſcuit armis
Illa manu moriens telum trahit:oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat uulnere mucro.

SER. Papillam exertam:nudam. Sane mamilla ẽ
omnis eminentia uberis:papilla uero breue illud un/
de lac trahitur. Dominam : reginam:ut Hi dominã
ditis thalamo deducere adorti. Virginis audet : Sic
fuerat conſternatus: ut etiam uulneratam timeret.

Occiſo paſtore lupus : Bene paſtori reginam compa
rat:nam reges ipſi paſtores uocantur. Homerus ποι/
μενα λαων. Caudam pauitãtem remulcens : Quæ
timorem indicat. Pro ipſe pauitans. Turbidus: nunc
timidus ſupra terribilis:ut Venulo aduerſum ſe tur/
bidus infert. Mucro : hinc apparet mucronem eſſe
cuiuſlibet teli acumen. Frigida leto : Alii telo legunt
& intelligunt uulnere. Partiri curas: ſubaudis con/
ſueuerat. Hæc ita fatur : Vnum abundat:nam ſupra
ait alloquitur. Potui : abſolute. Vel pugnare uel ui/
uere. Succedat pugnæ:Animus bellatricis oſtendi/
tur:quæ non ſe dolet lucem : Sed bella deſerere. Nõ
ſponte fluens : Non ſponte : ut ſupra : Portiſque ab
equo regina ſub ipſis . Deſiluit : quam tota Cohors
inimica relictis Ad terram defluxit equis. Paula/
tim:exoluit ſe corpore Vitaque cum gemitu fugit in/

Labitur exanguis:labuntur frigida leto
Lumina:purpureus quondā color: ora reliqt.
Tunc ſic expirans accā ex æqualibus unam
Alloquitur fida ante alias quæ ſola camillæ
Qui cum partiri curas:atq; hæc ita fatur
Hactenus acca ſoror potui:nūc uulnus acerbū
Conficit:& tenebris nigreſcunt oīa circum:
Effuge:& hæc turno mādata nouiſſima pfer.
Succedat pugnæ:troianoſq; arceat urbe.
Iāq; uale:ſimul his dictis linquebat habenas
Ad terrā non ſponte fluens:tum frigida toto
Paulatim exſoluit ſe corpore:lentaq; colla
Et captum læto poſuit caput arma relinquēs:
Vitaq; cū gemitu fugit īdignata ſub umbras:
Tū uero immenſus ſurgēs ferit aurea clamor
Sydera:deiecta crudeſcit pugna camilla.
Incurrunt denſi ſimul omnis copia teucrum.
Tyrrheniq; duces:euandriq; arcadis alæ.
At triuiæ cuſtos iādudum in montibus opis
Alta ſedet ſummis:ſpectatq; īterrita pugnas.
Vtq; pcul medio iuuenū in clamore furentū
Proſpexit triſti mulctatā morte camillā
Ingemuitq;:deditq; has imo pectore uoces.
Heu nimium uirgo:nimium crudele luiſti
Supplicium:teucros conata laceſſere bello.
Nec tibi deſertæ in dumis coluiſſe dianam
Profuit: aut nr̄as humeris geſſiſſe pharetras:
Non tamen indecorē tua te regina relinquet
Extrema iā in morte neq; hoc ſine noīe lætū
Per gentes erit:aut famā patieris inultæ.
Nā quicunq; tuum uiolauit uulnere corpus:

dignata ſub umbras. Seruat hoc ubiq;: Vt Iuuenum animas a corporibus dicat cum dolore diſcedere qui adhuc eſſe ſuperſtites poterant: quod etiam de Turno dicturus eſt. Clamor ſydera:Troianorum ſcilicet qui exultabant. Crudeſcit: crudelior fit cæde multorum. Mulctatam: debilitatam. At triuiæ cu.miniſtra. Conata laceſſere teucros:Propter illud Bellum importunum ciues cum gente deorum : inuictiſque uiris geritis. Coluiſſe dianam profuit: non deam incuſat: ſed fatorum neceſſitatem contra quæ nec numinis opitulatur auxilium. Sine nomine: Sine gloria:ſine fama. Famam patieris inultæ:nec inuindicatæ ignominiam ſuſtinebis quod etiam Dido dolet dicens:Moriemur inultæ:Sed moriamur ait.

DONATVS. Ante omnes: dimiſſis omnibus actionibus.

CHRI. Exertam: Vt de amazonibus diximus. Hæſit:ita infixa eſt:ut non laberetur a uulnere. Virgineum:Pathos ab ætate & a ſexu. Bibit: Quanuis præteritum ſit diſſyllabum:& propterea deberet produci prima ſyllaba tamen:ut ī paucis aliis corripitur.

Trepidæ: Et feſtinæ & timentes. Fugit:exprimit naturam eius qui inſidiis ualeat aperto marte nihil audeat. Lætitia:quia uoti compos fuerat. Metu: Quia non erat locus fraudi: & ipſe natura meticuloſus erat. Concurrere:Virgili.Viderat ſe illam uulneraſſe:ſed cum neſciret quale eſſet uulnus homo meticuloſus ne illa mortem ulciſci antequā caderet poſſet uerebatur. Lupus:Optime illum lupo comparat quod animal inſidiis plus q̄ aperto marte ualet. Turbidus uehementer ex motu perturbatus. Illa trahit: Nam neque ex uulnere ita animo conſternata erat quin telum educere tentaret. Mucro ferreus: ideſt ferrum haſtæ in mucronem : ideſt in acutum productum. Labitur: Repetitio eſt color qui ad commiſerationem commouendam ualet. Mouet primum pathos a pulchritudine puellæ: inde a robore animi ipſius quæ in morte manifeſta non oblita eſt ſalutis publicæ.Ergo dum expiraret miſit quæ Turnum ut periculo ſuccurrant admoneret.Vſa etiam eſt cautione ut eam mitteret:cuius ſibi fides in multis aliis rebus fuiſſet perſpecta. Hactenus:breuiſſima oratio & rei & tempori accommodata.In primis enim excuſat impotentiam ſuam: ne temere uideatur pollicita in ſuperioribus fuiſſe. Succedat:mihi deficiat. Arceat:Oſtendit præſentaneum periculum : nam arcemus qui iam re ruunt. Iam ualle: ut in extrema morte charitatem in eam oſtendat. Cum gemitu fugit indignata: Nam quoniam immatura erat mors indignabatur magis mori. Tum uero:Oſtendit quid poſſit dux egregius in pugna: Cum ipſa ſola tot hoſtes ſuſtinere potuerit.Qua extincta & hoſtibus uires reſtauratæ ſunt:& ſui conturbati facile cedebant.

Morte luet merita:fuit ingens monte ſub alto
Regis dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui laurentis:opacaq; ilice tectum.
Hic dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit:& aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt uidit fulgentem armis:ac uana tumentē:
Cur inquit diuerſus abis: huc dirige greſſum.
Huc periture ueni:capias ut digna camilæ
Præmia:tu ne etiam telis moriere dianæ:
Dixit:& aurata uolucrem threiſſa ſagittam

SER. Monte ſub alto: Vt Monte ſub aereo apud maiores nobiles aut ſub montibus: aut in montibus ſepeliebantur:unde natum eſt:ut ſupra cadauera aut pyramides fierent:Aut ingentes collocarētur columnæ. Ac uana tumentem:plenum κενοδοξια. Digna catilinæ præmia. Sic in ſecundo. Perſoluant grates dignas & præmia laudum Reddant. Item alibi: Et hæc tibi porto Dona prius. Tu ne etiam telis moriere dianæ : Cum ingenti amaritudine dictum eſt. Nam etiam ei genus inuidet mortis. Quod autem ait Tu ne etiam : ad Niobes numeroſam pertinet ſobolem. Cornuque infenſa te.cornu accuſatiuus eſt ſingularis : Ac ſi diceret Arcumque infenſa tetendit. Nā horū dubiorū caſus ex ſimilibus uel ſynonymis

comprobantur. Coirent inter ſe capita: Homerica
eſt iſta deſcriptio. Teli ſtridorem: Home. λίγξε βιός
σος. Audiit una aruns hæſitque i corpore ferrum:
Celeritas iaculãtis expr.mitur. Stati. cum iam percuſ/
ſum dixiſſet extinctum ait: nec dum certi tacet arcus
amyntæ. Ignoto camporum in puluere linquunt: fa
ciente numinis iracundia eſt relictus: ut nec ſepultu/
ram poſſet mereri. Turbati fugiunt rutuli: Hoc ad
Camillæ pertinet laudem: quam amiſſa immutan/
tur fata bellorum. Acer atinas: ſcilicet fugit tamen.
Deſolatique manipli: Signiferi deſerti: quod eſt ni/
mii diſcriminis. Nanque hoc ubique dux præcipit ut
frequenter circa ſe ſint milites: ſicut in Salu. ligimus.
Manipli autem dicti ſunt ſigniferi: quia ſub Romulo
pauper adhuc Romanus exercitus haſtis fœni mani/
pulos alligabat: & hos ꝓ ſignis gerebat Vnde hoc no/
men remanſit. Laxos arcus: Non intentos: ſed iam
ſolutos. Fœmineum clamorem: impatientem: nam
iam dixerat matres: per quod muliebrem clamorem
poteramus accipere. Miſeram mortem: Quia ſequi
tur limine in ipſo. Mœnibus in patriis: ſcilicet ubi ſe
iam tutos eſſe credebant. Aperire uiã: ideſt dare adi/
tum: & bono locutus eſt abitu: Nam cum portis uia
& aperitur & clauditur. Oriturq; miſerrima cædes:
Sic inſecundo ubi intulit Armorum facie & graiarũ
errore iubarum. Defendentum: ideo defendentum
& ruentum: quia ad maſculinum rettulit: & hi defen
dentes facit: quod de fœminino dicimus. Si autem de
neutro loquamur: defendentium dicamus neceſſe ẽ
quia hæc defendentia facit: & ut ſupra diximus geni/
tiuus pluralis a nominatiuo plurali mĩor eſſe non de
bet: quod ſi forte minorem eum aliquando inueneri
mus: metri neceſſitas facit: & ĩcipit etiam pathos eſſe
non declinatio. Precipites foſſas: decliues in quas qd
poteſt precipitari. Pars cæca: irrationabilis: Quæ in
Clauſas portas more arietis ruebat: ideſt Bellici ma/
chinamenti. Summo certamie: Extremo diſcrimie
ut ſupra Vocat labor ultimus omnes. Trepidæ: licet
trepidæ tamen oblitæ ſexus tela iaculabantur.

DONA. Pulcherrima: Bonam conſilio hic intelli
ge. Cur inquit: Hæc loquitur ſecum ex dolore. Tu
ne etiam: indignatur quod telis Dianæ ſit periturus.
Ignoto camporum in puluere lin. Quod fuit ultio
nis augumentum: ut ſocii illius obliuiſcerentur.

CHRI. Morte luet fuit ingens: Ex loci deſcriptio
ne rem facit ueriſimilem. Dercẽni: Hic ex antiquiſ/
ſimis regibus latii fuit: ut placet Iginio: quem aliqui
ſub nomine Latini poſuerunt. Terreno: conſueuere
priſci ſepulchris aut columnas ſuperponere: aut ma/

Deprõpſit pharetra: cornuq; infenſa tetendit:
Et duxit longe: donec curuata coirent
Inter ſe capita: & manibus iã tãgeret æquis
Leua aciem ferri dextra neruoq; papillã.
Extemplo teli ſtridorem: auraſq; ſonãtes
Audiit una aruns: hæſitq; in corpore ferrum.
Illum expirãtem ſocii: atq; extrema gemẽtẽ
Obliti ignoto cãporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pennis aufertur olympũ
Prima fugit domina amiſſa leuis ala camillæ:
Turbati fugiunt rutuli: fugit acer atinas.
Diſiectiq; duces: deſolatiq; manipli
Tuta petũt: & equis aduerſi ad mœnia tẽdũt.
Nec quiſq̃ inſtantes teucros: letumq; ferẽtes
Suſtentare ualet telis: aut ſiſtere contra:
Sed laxos referũt humeris lãguentibus arcus:
Quadrupedũq; putrẽ curſu q̃tit ungula cã/
Voluit' ad muros caligine turbidus atra ſpũ.
Puluis: & e ſpeculis percuſſæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cæli ſydera tollũt:
Qui curſu portas primi rupere patentes.
Hos inimica ſup mixto premit agmie turba.
Nec miſerã effugiũt mortem: ſed li mie i ipſo
Mœnibus in patriis: atq; inter tuta domorum
Cõfixi expirant animas: pars claudere portas
Nec ſociis aperire uiam: nec mœnibus audẽt
Accipere orantes: oriturq; miſerrima cædes
Defendentũ armis aditus: inq; arma ruentũ:
Excluſi ante oculos lachrymãtũq; ora parẽtũ
Pars in præcipites foſſas urgente ruina
Voluitur: immiſſis pars cæca & concita frenis
Arietat in portas: & duros obiice poſtes.
Ipſe de muris ſummo certamine matres
Mõſtrat amor uerus patriæ ut uidere camillã
Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro
Stipitibus ferrum ſudibuſq; imitãtur obuſtis

gnas moles: aut ſepulchra in altis locis ſtruere. Niſu: Conamine ideſt uolatu. Cur inquit: Oratio amara &
felle plena. Tu ne etiam: Dolet quia non putat illum dignum: qui Dianæ telis periret. Cornu: Corneum ar
cum. Capita: Extremitates arcus. Ignoto camporum in puluere linquunt: Quod fecit acerbioris ultionis:
ut non ſolum interficeretur: uerum etiam inhumatus relinqueretur. Prima fugit: Oſtendit quanta fuerit facta
mutatio ex morte fortiſſimæ ducis: ut inde appareret quid ualeat in bello fortis imperator. Fugæ autem
deſcriptio illuc pertinet: ut uirtus Camillæ manifeſtetur: & quantum in pugna potuerit. Aduerſi: ſcilicet ho
ſtibus. Subſtentare: Multo ergo minus repellere. Voluitur puluis turbidus caligine: ideſt denſus: quo
oſtendit cateruatim fugam factam. Clamorem tollunt: quia uident ſuos in fugam uerſos. Limine in
ipſo Mœnibus in patriis: Pathos a loco. Inter tuta: Non quæ eſſent: ſed quæ eſſe ſolent. Audent: Quia
timent ne hoſtes ſimul irruant. Ante oculos parentum: qua quidem re quid durius aut parentibus ip
ſis aut fugientibus eſſe potuit.

SER. Præcipites: aut feſtinæ: aut in mortẽ ruẽtes.
Primæque mori pro mœnibus audent: Nimii do/

Præcipites primæq; mori ꝓ mœnibus audẽt

Interea turnum in ſyluis ſæuiſſimus implet
Nuntius:& iuueni īgentē fert acca tumultū
Deletas uolſcorum acies:cecidiſſe camillam:
Ingruere infeſtos hoſtes:& marte ſecundo
Omnia corripuiſſe:metū iā ad mœnia ferri.
Ille furēs nam ſæua iouis ſic numina poſcunt:
Deſerit obſeſſos colles:nemora aſpera linquit.
Vix e conſpectu exierat: campumq; tenebat:
Cum pater æneas ſaltus ingreſſus apertos:
Exuperatq; iugum:ſyluaq; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi:totoq; feruntur
Agmine nec longi inter ſe paſſibus abſunt.
Ac ſimul æneas fumantes puluere campos
Proſpexit longe:laurentiaq; agmina uidit:
Et ſæuum æneam agnouit turnus in armis:
Aduentuſq; pedum flatuſq; audiuit equorū.
Continuoq; ineāt pugnā:& prœlia tentent:
Ni roſeus feſſos iā gurgite phœbus hibero
Tingat equos:noctemq; die labente reducat:
Conſidunt caſtris ante urbē:& mœnia uallāt.

loris eſt: ut me primam abſumite ferro. Sæuiſſimus:implet Nuntius:ut etiam ſupra diximus nuntius eſt tam quod nuntiatur ꝗ qui nuntiat. Nuntium quod nuntiatur:ſecundum quod nunc nec de fœmina nec de re quæ nuntiatur procedit nuntius. Vnde multi uolunt alium nuntium intelligi: Accam uero poſtea ueniſſe:ſed melius eſt ut nūtius de Acca dictū intelligamus. Nouimus enim poni aliqua in ſubauditione:quæ ex aperto dicere non debemus: ut nec dextræ erranti deus abfuit:cum neceſſe ſit abfuit: aut Iunonem aut alecto intelligamus:item Saluſtius: prima qui forte uenientes exciperent cum de inſidiis loqueretur:quas numeri tantum pluralis eſſe pluſꝗ manifeſtum eſt. Deletas uolſcorum acies:falſum eſt: tantum enim fugerat:ſed ui exprimit nuntii:cuius mos eſt pluſꝗ habet ueritas nuntiare. Ingrue: impetum facere:ut ingruit Aeneas armis. Ille furens & ſæua iouis ſic numina poſcunt:Duplici ratione eum inſidias reliquiſſe commemorat: dolore nimio & numinum uoluntate:quod utrunque ideo agit:ne capi poſſit Aenæas. Apertos:Vacantes inſidiis. Sæua iouis ſic numina poſcunt:Home. Διοσ Δετελειτο βουλη. Ambo ad muros:ut tueretur Turnus: ut obſideret æneas. Fumātes cāpos:Veluti fumantis caligine pulueris. Sæuū:fortem: ut Sæuus ubi æacide telo iacet hector:itē Nec minus interea maternis ſæuus i armis. Hibero:Oceano occiduo ideſt hiſpano. Hiſpania autem Hiberiam ab Hibero flumine conſtat eſſe nominatā. Cōſidunt caſtris:in ſua qſq; digreſſi. Mœnia uallāt:hic ꝓbat:qa & q tuenť & q obſidēt uallere dicunť.

CHRI. Audent: nam ſupra muliebres uires eſt. Pro mœnibus: pro defenſione mœnium. Interea: Oſtenditur fortunam plurimum in re militari poſſe: Nam ſi hic nuntius quo uehementer turbatus. Turnus eſt & propterea coactus ex inſidiis diſcedere & tranſitum Aeneæ liberum relinquere: paulo poſt ueniſſet Aeneam in inſidiis excipere & exceptum uincere potuiſſet: Admonet autem in hoc loco poeta etiam præclaros duces: niſi fortuna aſſit: uinci poſſe. Deletas uolſcorum acies: Non enim ſolum referebat quæ facta fuiſſent:ſed maiora addebat: Nam ut eſt apud Ouidium: Audiťſque nouus ſemper aliquid adiicit auctor: Quæ res impulit Turnum: ut conſilium optime initium deſereret. Nam in prouerbio eſt deum illis mentem eripere quos præcipitari uult. Hinc ait poeta: Nam ſæua iouis ſic numina poſcunt. Ergo falſus nuntius uictoriam eripuit. Vix e conſpectu exierat: Oſtendit ad quam breue ſpacium morandum fuit: ut poſſet uel Aeneam uincere: Vel ſaltem ab urbe arcere. Campumque tenebat:Loca plana & aperta relictis montibus & ſyluis. Ingreſſus exuperat: Potuit enim ut ingreſſus eſt momento temporis ſuperare: Non autem potuiſſet ſi Turnus in inſidiis manſiſſet.

Deſcriptio duodecimi libri.

Duodecimo turnus diuinis occiſus armis:
Turnus iam fractis aduerſo marte latinis
Semet in arma parat:pacem cupiente latino
Fœdus percutitur paſſurus & omnia uictus.
Hoc turni iuturna ſoror confundit:& ambos
In pugnā populos agit ementita camertem.
Aeneas uolucri tardatur membra ſagitta.
Anxia pro nato ſeruauit cura paternus.
Vrbs capitur:uitā laqueo ſibi finit amata.
Aeneas turnum campo congreſſus utrinq;
Circunfuſa acie uita ſpoliauit in armis.

SERVIVS

Turnus ut infractos aduerſo marte lati. Poſtquam Turnus bello defeciſſe uidet latinos: Antea ſemper: infractos. Nanque ita maior eſt ſenſus ꝗ ſi infractos. Valde Fractos acceperis. Sua nunc promiſſa repoſci: Quia dixerat Ibo animis contra uel magnū præſtet Achillem. Se ſignari oculis: propter illud in te ora latini. In te oculos referunt. Vltro: Aut inſuper: Aut antequam aliquis expoſcat: Sponte ſua ſe in certamen offert. Saucius ille: κατεξοχην. Ille leo: ideſt princeps ferarum. Saucius Autem pectus: ideſt Saucium pectus habens. Et bene alia uerba interpoſuit: Quia Saucius pectus ſonabat Aſperrime: & imperitis poterat ſolecciſmus uideri. Graui uulnere: Forti: ut Ferit enſe grauem. Tymbreus oſyrim. Tum demum: Nouiſſime: ideſt poſtquam fuerit uulnere laceſſitus. Hæc enim leonum eſt natura: ut niſi laceſſiti iraſci nequeant. Mouet arma: Vires ſuas experitur: Nam arma ſunt uniuſcu

ſuſque rei poſſibilitas: Vnde eſt Et quærere conſcius arma:ideſt dolos.

Publii Virgilii Maronis Aeneidos Liber duodecimus.

TVrnus ut īfractos aduerſo marte latinos
Defeciſſe uidet: ſua nunc ꝓmiſſa repoſci
Se ſignari oculis: ultro īplacabilis ardet.
Attolitq; animos:pœnorū qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus.
Tū demū mouet arma leo:gaudetq; comātes
Excutiens ceruice toros:fixumq; latronis
Impauidus frangit telū:& fremit ore cruento:
Haud ſecus accenſo gliſcit uiolentia turno.
Tū ſic affatur regem:atq; ita turbidus inſit
Nulla mora ī turno:nihil ē q d̄ dicta retractēt
Ignaui æneadæ:nec quæ pepigere recuſent.
Congredior:fer ſacra pater:& cōcipe fœdus.
Aut hac dardanidū dextra ſub tartara mittā
Deſertorem aſiæ:ſedeant ſpectentq; latini:
Et ſolus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat uictos:cedat lauinia coniunx.
Olli ſedato reſpondit corde latinus
O præſtās animi iuuenis quātum ipſe feroci
Virtute exuperās:tāto me impenſius æquū ē
Cōſulere:atq; oēs metuētem expēdere caſus.
Sūt tibi regna patris dauni: ſūt oppida capta
Multa manu:nec nō animuſq;:aurumq; latio
Sūt aliæ innuptæ latio:& laurētibus agris(tu
Nec gēus īdecores:ſine me hæc had̄ mollia fa
Sublatis apire dolis. ſimul hæc aio hauri.
Me natam nulli ueterum ſociare procorum
Fas erat:idq; oēs homines:diuiq; canebant.
Victus amore tui:cognato ſanguine uictus
Coniugis & mœſtæ lachrymis uīcla oia rupi.

DONA. Infractos:Valde fractos. Latinos : Non ſolum eius gentis milites : Sed omnes qui eſſent in exercitu Turni comparat leoni:Qui in beſtias imperium habet ut Turnus in ſuos:ſed uulnerato & qui ulciſci non poteſt.

CHRI. Turnus ut infractos:Obſeruatur ab optimo quoq; poeta:ut qualem a principio perſonam aliquam induxerit:talem eam ad finem uſque producat: ergo quoniam inuicto & excelſo animo turnum iam formauerat iure nunc in ultimo rerum diſcrimine illum facit:& paratum illum demonſtrat & ſingulare certamen ſubiturum & mortem magno animo pro ſalute patriæ laturum. Se ſignari oculis : uel quod in ſuo exercitu iam milites inter ſe hæc annuebant. Vel quia ſic putabat in ciuitate fieri. Vnde illum generoſitati leonis comparat.

SER. Latronis:Modo uenatoris : & eſt græcum: Nam λατρεύειν dicunt obſequi & ſeruire mercede: Vnde latrones uocantur conducti milites. Moris autem erat:ut hos impator & circa ſe haberet:& prīos mitteret ad omne diſcrimen:unde nunc dicit latronis telo fixum louem : Quia etiam uenatores operas ſuas locare conſueuerunt Varro tamen dicit hoc nomen poſſe habere etiam latinam. Aetymologiam: ut latrones dicti ſint quaſi laterões : Quia circum latera regū ſint:quos nunc ſatellites uocant Vna tamen eſt ſignificatio : licet diuerſa Aetymologia. Plautus in pyrgo polinice Oſtendit quid ſint latrones dicens : Rex me Seleucus miſit ad conducendos latrones. Impauidus frangit telum:Luca. per ferrum tanti ſecurus uulneris exit. Fremit ore cruento:fremit licet habeat os ſuo cruore perfuſum. Sane comparatio exitum oſtendit futurum. Nam etiam Turnus ruet in mortem ferocitate compulſus:ſic in quarto indicat futurum reginæ exitum dicens : Qualis coniecta cerua ſagitta. Gliſcit:Creſcit:unde & glires dicti ſunt. Quos pingues efficit ſomnus. Turbidus: plēus terroris & perturbationis. Sane notandum affatur atq; inſit : nam iteratio eſt qua frequenter eſt uſus: licet nonnulli dicant temperare interpolitam coniunctionem. Retractent: Repetant:& reuoluant. Congredior: Statius ubi Polynicem ubiq; inducit loquentem : Non me ullius domus anxia culpet expectentue truces obliquo limine nati:unde etiam ſupra ait poeta Se ſignari oculis. Deſertorem aſiæ:ut exulibus ne datur educenda lauinia teucris:unde eſt præmiſſa illa excuſatio & in tota ſecundi œconomia:& in quarto dicit Me ſi fata meis paterentur ducere uitam Auſpiciis: & ſponte mea componere curas urbem troianam primum dulceſque meorum reliquias colerem. Sedeant ſpectentq; latini: ductus eſt:ut diximus ſupra. Pollicetur .n. ſe ſingulari certamīe dimicare uelle:cū nolit nā dicēs Sedeāt ſpectētq; latēter eos ignauiæ arguit q ſolus oibus qeſcētibus dimicet:q̄ rē plenius ſequēs īdicat uerſus: Et ſolus ferro crimē cōmune refellā. icōmune fugæ ac timoris dedecus ſolus meis uirtutibus comprimā.

Corde ſedato: qa de Turno ait: Atq; ita turbidus inſit. O præſtans animi:& p̄ſtans uiriū & p̄ſtans uiribus dicimus. Sane magnæ moderationis eſt hæc oratio:Nam & laudat Turnum quaſi uirum fortem: & tamē eum a ſingulari certamine dehortatur. Dicens enim præſtans animi latenter eum oſtendit inferiorem eſſe uirtute.

Expendere caſus:ne ex abrupto de eius uirtute deſperare uideatur:caſuum uarietatem ſe timere commemorat. Sunt tibi regna patris dauni ſunt oppida:Si propter regnum dimicare diſponis:habes paternum: ſi propter gloriam multos uirtute ſuperaſti:qd autem dicit:Nec non aurūq; animuſq; latio eſt:uarie exponit:nāq; alii dicūt habes regnū p̄rīnum habes oppida:ēt a me habes aurū & prōptum animū ad danda oīa præter filiā

Aliiuero ſic intelligunt. Si pp opes & uxorem dimicaturus es:hæc nõ ſolus habeo:unicuiqꝫ.n.latino eſt & aurum & animus promptus in geneꝝ:ut Latino nõ de ſe dicat: ſed cuicũqꝫ de Latino. Latio & laurẽtibus agris: ſcilicet in ciuitate & in omni regno latinoꝝ. Nec genus indecores:quia iſte regis filiã petebat. Sine me hæc: hocloco itelligimus Turnũ dolore uoluiſſe ĩ aliqua uerba prorũpe. Haud mollia fatu.i.uera : nã aſpa ſunt ꝗ cũ ueritate dicunť:falſa.n.ſolent eẽ plena blãditiis:hæc.n.libenter audiunť.Illa uero grauiter:hinc Terenti.Obſequiũ amicos ueritas odium parit. Animo hauri:omni itẽtione ꝑcipe. Nulli ueteꝝ ſo.p. Generaliter dicit ꝓhibitũ eẽ dari lauiniã cuilibet latino:ut Turnus ſolatiũ aliquod habere poſſit doloris quando Latinum neminem preferre ſibi uideat. Diuiqꝫ hoieſqꝫ canebãt:pp Faunũ & uates. Victus amore tui:hoc ẽ pp tuũ amorẽ:ſane iter tui cã feci & tua cã feci hæc deſcriptio ẽ:ut tui cã tũc dicamus ſi aliquid ipſi ad quẽ loqmur ꝓſtiterimus ut puta tui cã te defendi:tua uero cã tũc cũ alteri aliqd alterius cõtẽplatiõe ꝓſtamus:ut tua cã hominẽ tuũ defendi. Cognato ſan.quia uenilia mater Turni ſoror eſt amatæ. Vicla omnia rupi:& religionis & fœderis.

DONA. Deſertorem aſiæ:Tria conuitia a loco ꝙ aſianus.q.d.ex corrupta prouincia:a genere ꝙ eſſet Dardanus ꝗſi rebellis:a fato ꝙ eẽt proditor. Cõmune:nã cõe dedecus ẽ ꝙ troiãi italiã teneãt. O ꝓſtãs: enumerat bona ac mala iuuẽtutis & ſenectutis.In iuuene enim quantũ eminet uis corporis tãtũ ĩ oẽs caſus inconſulta temeritate rapiť. Sola melioꝝ ſpe duciť. Totũ fore proſpum putat. Nec aduerſa preuidet : ĩn ſene uis corporis minor cõſilii maior. Oia expẽdit:abeſt ab eo temeritas cuius mala:aut in ſe expertus eſt:aut ĩ aliis uidet. O ꝓſtans animi: Laudat eius uirtutem cum perſuaſurus eſſet ne pugnaret:ne putaret ꝙ illi deficeret.Oſtendit deinde nuptias filiæ nunꝗ fuiſſe in ſua poteſtate:ſed in deorum numine.Oſtendit ſua cauſa omnia feciſſe.

CHRI. Mouet arma leo:ut in ſuperioribus cõparauit Aruntem lupo.quod animal dolo & iſidiis potiuſꝗ animi generoſitate rẽ agit:ſic nunc generoſitatẽ Turni & animũ iuictũ cõparat leoni:quo nullũ ex brutis generoſius eſt.Nam ſupplicibus parcit in ibecillos ut ſunt fœminæ & pueri niſi neceſſitate cogatur non ſæuit : ſed de leone in buco.diximus.In primis ãt illud ꝙ ſi uulneratus fuerit reliquis neglectis in ſolũ percuſſorẽ ferť.Eũ ãt q tela miſit:nec tamen uulnerauit correptũ rotat:rotatũqꝫ ſternit neqꝫ uulnerat. Nulla mora in tur.diligẽtius notabis has duas orationes:& ut in Turno cognoſces genus illud erectum & concitatum ita in latino id quod eſt graue maturum & conſideratum. Nulla mora:non utitur principio:ſed ſibi beniuolentiam captat confutando id quo maxime ab aduerſario promi poterat.ſ.quod alios periculis ꝗ ſeipſum obiicere malit. Dicta retractent:ideſt quæ dixerint dicta eſſe noluit.Nam cum aliquid tractando conſtituerimus: & deinde conſtitutionem factam infectam uelimus:retractamus & aliam ĩ ſentẽtiam traducere conamur:unde diuus Auguſtinus retractionum illos libros dixit. Deſertorem aſiæ:trahit in contemptum & onerat odio.q.d. qui regnum proprium non eſt auſus defendere & nunc perit ſibi aliena. Et ſolus.ſ.ne credas me recuſare. Sedato: quaſi dicat qui prudẽter quid agendum eſſet conſultaret: & nulla animi perturbatione ferretur. O præſtans animi iu.Captat beniuolentiam a perſona turni cum eã illi laudem tribuat:quam ipſe ꝓter omnes amet & dimoueat ſuſpitionem:ne credat turnus quæ dicet latius iccirco dicere: quia parum ſuæ fortitudini ſ:dat. Sũt tibi:oſtẽdit nõ odio aut contemptu Turni:ſed eius utilitate ſic conſulere. Sine me hæc:ex magno in turnum amore proferũť hæc uerba. Me natam nul.nõ ergo meo cõſilio ductus:ſed neceſſitate cõpulſus hæc facio: nã hactenus cõtra hominũ uoluntatem & deoꝝ reſponſa tua cauſa hoc bellum ſuſcepi:erratiqꝫ pœnas ſolui.

Promiſſam eripui generó:arma impia ſũpſi:
Ex illo qui me caſus:quæ bella ſequantur
Turne uides:quantos primus patiare labores
Bis magna uicti pugna:uix urbe tuemur
Spes italas:recalent noſtro tyberina fluenta
Sanguine adhuc:cãpiqꝫ ingẽtes oſſibus albẽt.
Quo referor totiẽs? ꝗ mentẽ inſania mutat?
Si turno extincto ſocios ſum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid cõſanguinei rutuli? quid cætera dicet
Italia ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim natã:& connubia noſtra petẽtẽ?
Reſpice res bello uarias:miſerere parentis
Longæui:mœſtũ quem nũc patria ardea lõge
Diuidit:haud quicquã dictis uiolentia turni
Flectitur:exuperat magis ægreſcitqꝫ medẽdo
Vt primum fari potuit:ſic incipit ore.
Quã ꝓ me curã geris:hãc precor optĩe ꝓ me
Deponas:lœtumqꝫ ſinas ꝓ laude paciſci.

SER. Promiſſam eripui genero:uerum eſt: nam æneæ p legatos ꝓmiſerat filiã.Cui poſtea ĩtulit bellũ licet multi dicãt ante turno fuiſſe promiſſam : quod falſum eſt.Nã latinus nunꝗ eã Turno promiſerat: nã nec faunũ cõſuleret ſi eã Turno ante promiſiſſet : ſed tantũ eũ generũ amata cupiebat: Quod etiã legimus Quẽ regia coniunx Adiungi geneꝝ miro properabat amore. Qui me caſus ꝗ bella ſequantur:excuſat Turnũ:ut non ipſius eẽ uideať ꝙ uictus eſt:ſed ſuum qa auſus ẽ cõtra geneꝝ bella ſuſcipe. Primus:ꝑcipuus. Bis magna ui.ſemel cũ ẽ occiſus Mezentius:iteꝝ cũ ẽ occiſa Camilla. Albẽt:uſurpatum uerbũ albeo albes. Inſania mutat:inſania.n.eſt illuc reuerti: unde uix euaſeris. Certamina tol.finio remoueo: ut Tolli te cuncta inquit. Fors dicta refutet:parẽtheſis plena abominatiõis. Natã & connubia noſtra petẽtẽ:iniqſſimum ẽ eũ morti tradere:qui tuam affinitatẽ exoptat. Reſpice res bello uarias:ne ignauiæ uideatur arguere:admonet caſuum ut ſupra.Atqꝫ omnes metuentem expendere caſus. Mœſtum patria ardea longe diuidit:Lõge mœſtum.i.ualde meſtum:nã lõge diuidit nõ procedit:nõ.n.ardea a laurento longo ualde diſſidet ſpatio. Aegreſcitqꝫ medẽdo:inde magis eius ægritudo creſcebat:unde ſe ei Latinus remedium afferre ſperabat. Medendo autem dum ei medetur & medicina affertur: Nam gerundii modus eſt a paſ

ſiua ſignificatione. Vt primū.ſ.p.Nimius.n.dolor ira cundiæ itercluſerat uocē ſic de Euandro:& uia uix tā dē uoci laxata dolori ē. Quam pro me curā geris hāc ꝑcor optime pro me deponas.Bis qdē ait pro me:ſed diuerſa affectiōe:nā hoc dicit quā pro ſalute mea ſolli citudinē geris:hāc ꝑ mea fama & gr̄a q̄ſo derelinq̄s. Debile.ſ.ſic i ſecūdo Telū ibele ſine ictu cōiicit. No ſtro de.u.ſ.qd iſerimus.& dubie locutus ē. Lōge illi dea.m.e.cōtra illud ſed matris auxilio utiť. Noua.ſ. magna :nā nouū non ē qd fuerat ante promiſſū: ma/ gnā āt fortem uocauit ſingulare certamen. Per ſiqs amatæ : tāgit honos aium: Si qd a te regia rogat:tuā cōmouet mentē:& ſi quē honorē habes amatæ : ſic ī ſeptimo Siq̄ piis aīs manet iſœlicis amatæ Gr̄a. In te oīs do.i.r.Totū digreſſit ante ꝑ ſpecies & ſic ſe cōtulit ad generalitatē & ē a ruia trāſlatio. Manū cōmittere teu.ab oi eū bello nō tātū a ſingulari certamie dehor tať. Et me tur. ma.mire agit:nā qa ſcit uiꝝ fortē ſuā mortē facile poſſe cōtēnere:deterret eū dicēs ſe ſimul eē moriturā:ut qa piculū non timet ſoi midet iuidiā. Accepit uocē:ordo accepit uocē matris lauinia. Fla grantes pfuſa ge.i.lachrymis pfuſas habēs genas: Sta ti.& gemitu mœſtos imitata parentes. Ignem ſu.r.

Et nos tela pater:ferrumq; haud debile dextra
Spargimus:& nr̄o ſequitť de uulnere ſanguis:
Longe illi dea mater erit:quæ nube fugacem
Fœminea tegat:& uanis ſeſe oculat umbris.
At regina noua pugnæ conterrita ſorte
Flebat:& ardentem generū moritura tenebat:
Turne ꝑ has ego te lachrymas ꝑ ſi qs amatæ
Tāgit honos aium(ſpes tu nunc una ſenectæ
Tu requies miſeræ:decus imperiumq; latini
Te penes:in te oīs domus inclinata recumbit)
Vnum oro:deſiſte manum cōmittere teucris
Q ui te cunq; manent iſto certamine caſus:
Et me turne manēt.ſimul hæc inuiſa reliquūt
Lumía:nec generum æneam captiua uidebo
Accepit uocem lachrymis lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas:cui plurimus ignē
Subiecit rubor:& calefacta per ora cucurrit.

hypallage ē pro cui ignis animi ſubiecit ruborē mouebať āt intelligēs ſe eē tantoꝝ cā maloꝝ:ſic ſupra: Cauſa mali tanti oculos deiecta decoros:nā quo ea formoſior inducitur:eo magis Turnus ardet:ut ſequētia idicant.

CHRI. Promiſſam eripui:ergo facta eſt iniuria ut tibi obſequerer & uiolata fides in quo oſtendiť q̄to ubi filiā mallē q̄ æneæ:cū aduerſus fidē feceri. Genero:ſi nulli uiolanda eſt fides:multo minus genero. Ex illo q me caſus:oſtēdit i hac re nō hoīes ſolū:ſed deos offendiſſe:quod manifeſtū ē cū ipſi a me pœnas. Expetiſſent: & ita in ultione pſeuerent:ut uix urbem tueamur:quæ quidē res & ad id ptinet: ut oſtēdat dū Turno obſeqǵ homīes deoſq; ſibi inimicos ſumpſiſſe. Si turno extīcto:cū res eo euaſerit:ut æneas ſit potiturus oīo cōiugio ꝑſtat ut icolumi potius Turno q̄ extincto potiať. Reſpice res.q.d.& ſi tua uirtus iuicta ſit tamē nō ē illi fiden dum:quia fortuna potius q̄ uirtus i re militari dominať.Ad hæc iā ſe ſibi inimicā oſtēdit.Captat poſtremo cō miſeratiōnē a patre.Verum ille cū ſola pturbatiōe ferretur nullis rōnibus mouebatur. Vtitur autē optima di/ ſtributiōe.Nam cum diuerſorum ingeniorum homīes iducat latinū Turnū & amatā unicuiꝗ cōuenietem tribuit oratiōnē.Nulla ergo rōne motus ē Turnus q totus pturbatiōibus extuabat. Maxime āt ſtimulabatur pulchritudine pſentis uirginis:ut mori malet q̄ illā relinquere.Lauiniæ oratiōnē non dat quoniam non dece/ bat puellam uerba iterponere:at dat lachrymas:quæ dolorem oſtendant & pudorem:quo loqui prohibeať.

SER. Violauerit oſtro Si quis ebur:Homeri cō/ paratio:Vnde & uiolauerit tranſtulit. ille.n.ait μιαί/ νειν.Aut mixta rubent ubi lilia multa alba roſa: Aut ubi multa alba lilia pmixta rubēt roſa.i.roſæ coniun ctione.Naturalier.n.omnis candor uicinum trahit ī ſe ruborem. Illum turbat amor:inuenit occaſionē q̄ Turnus magis moueretur in bellum. Neque enim turno mora libera mortis:hoc loco duplex eſt expo/ ſitio:aut enim ordo eſt:Neq̄ſo mater me lachrymis ideſt tanto mortis omine proſequaris ad duri martis certamina proficiſcentem:Neq;.n.turno mora libera eſt nō eundi poſt iam promiſſum ſingulare certamē. Aut certe hoc dicit noli me mater ad bellum eūtem ominoſis lachrymis proſequi : neq; enim Turno eſt mora libera mortis:ideſt neque enim in poteſtate eſt mea moram facere uenientibus fatis:ac ſi diceret: ſi i minēt periturus ſum:etiam ſi minime ad bella profi ciſcar.Sciendum tamen locum hunc unum eſſe de i/ ſolubilibus duodecim quæ habent obſcuritatem:li/ cet a multis pro captu reſoluantur ingenii. Cū pri/ mum craſtina cælo Puniceis conue.ro.hoc loco auidi tas pugnaturi exprimiť: ſane nūc non dicit oriri diē: ſed dſignat tpus quo uult ut uterꝗ ad certamē ſingu lare procedat. Noſtro dirimamus ſanguine bellum: bene ſe omnibus commendat hoc dicto ſiquidē ſuū

Indum ſanguineo:ueluti uiolauerit oſtro
Siquis ebur:uel mixta rubent ubi lilia multa
Alba roſa:tales uirgo dabat ore colores.
Illum turbat amor:figitq; in uirgine uultus.
Ardet in arma magis:paucíſq; affať amatam:
Ne quæſo ne me lachrymis:ne ue omine tāto
Proſequere in duri certamina martis euntem
O mater:neq; enī turno mora libera mortis.
Nūtius hæc idmon phrygio mea dicta tyrāo
Haud placitura refer cū primū craſtina cælo
Puniceis conuecta rotis aurora rubebit
Nō teucros agat ī rutulos:teucrū arma q̄ſcāt
Et rutulum.noſtro dirimamus ſanguie bellū.
Illo quæratur coniunx lauinia campo.
Hæc ubi dicta dedit:rapiduſq; i tecta receſſit:
Poſcit equos:gaudetq; tuēs ante ora fremētes:
Pilumnū quos ipſa decus dedit orithyia
Q ui candore niues anteirent curſibus auras

Circunſtãt ꝓperi aurigæ:mãibuſq; laceſſunt
Pectora plauſa cauis:& colla comãtia pectũt
Ipſe dehinc auro ſquallentẽ alboq; oricalcho
Circũdat loricã humeris:ſimul aptat habẽdo
Enſemq; & clypeum:& rubræ cornua criſtæ.
Enſem quẽ dauno ignipotẽs deus ipſe parẽti
Fecerat:& ſtygia candentem tinxerat unda.
Exin quæ mediis ingenti annixa columnæ
Aedibus aſtabat:ualidam ui corripit haſtam
Actoris arunci ſpolium:quaſſatq; trementem

ſanguinem pro oĩ bello dicit poſſe ſufficere. Poſcit equos gaudẽtq; tu.a.o.f.r. Solẽt.n.ex equoꝝ uel mœſtitia uel alacritate euentũ futurꝝ dimicaturi colligeꝛ.
Pilũno quos ipſa de.de.orithya:ait Hora.ĩ arte poetica:Nec quodcũq; uelit poſcat ſibi fabula credi.Vnđ Critici culpãt hoc loco Vir.dicẽtes icongruum eſſe figmentũ:nãq; cũ Orithya atheniẽſis fuerit filia terrigenæ & a borrea ĩ thraciã rapta ſit quẽadmodũ potuit Pilũno q erat ĩ italia equos dare? Decus dedit: ad ornamẽtũ:ut quas ipſa đcus ſibi dia camilla Delegit: ſane hic uerſus απονδιαζων ẽ.Nã thyi diphthongus ẽ græca. Qui cãdo.ni.a.c.a.Home.uerſus ẽ uerbũ ad uerbũ. Propi auri.feſtini ueloces:& erit ntũs hic properus. Aurigas ãt pro agaſonibus poſuit:nã aurigæ ꝓprie ſunt currus regentes. Alboq; orichalco:apud maiores orichalcum ꝑcioſius oĩbus metallis fuit: nãq; ſicut Lucre.dicit cũ primũ homĩes ſiluas icẽdiſſent:nullaꝝ adhuc reꝝ piti terra caſu fertilis oĩum ex incẽdii calore deſudauit metalla:iter q oricalchũ ꝑtioſius uiſum eſt:quod & ſplẽdorẽ auri & æris duritiam poſſideret: nãq; primũ de auro ſecuris facta diſplicuit cã molitiei:ſimiliter & argenti contẽptus eſt uſus.Mox orichalchũ placuit donec uenire ad ferꝝ:unde & dicunꝛ ſæcula ita fuiſſe diuiſa:oricalchum ãt fuiſſe ꝑtioſum ẽt Plau.docet:q ait in milite glorioſo: Ego iſtos mores oricalcho comparẽ. Alboq; orichalco:auri.ſ.comparatione : nã albũ nõ ẽ. Circundat loricã humeris:Non armaꝛ hoc loco:ſed explorat utꝝ arma apte & congrue eius membris ĩhæreãt. Aptaꝛ haben.ad habendũ:ut congrue poſſit ĩhærere. Cornua criſtæ.i.comas quas græci κεραῖα nominãt:unde & κείρειν dicunt tõdere.Cornua ãt ſunt proprie cincini. Deus ipſe pẽnti fecerat: ac ſi diceret nõ ꝑ miniſtros:Sta.Plurimus ipſi ſudor ibi & notandũ q affectate uariauerit:ut æneæ uno loco arma deſcriberet:Turni uero haſtã:gladiũ:& loricã:in octauo ãt ſcutũ & galeã. Exin:deinde nã ordinis ẽ aduerbium.
Ingẽti colũnæ:haſtæ per colũnã exprimiꝛ magnitudo ſicut ĩ.vii.equoꝝ:ut Stabãt tercẽtũ nitidi ĩ præſepibus altis. Stygia unda:quaſi immortalem fecerat. Vi.i.uirtute. Actoris aurunci ſp.uel quod actori detraxerat Turnus:uel quod actor cuidam alteri:nam ambigue poſuit. Quaſſatq; tremen.Quaſſat & tremefacit.
DONA. Stygia unda:conſecrationem quandam enſis oſtendit. Corripit: quaſi dicat ſine conatu extulit quanuis tanta eſſet:ut adminiculis columnæ egeret.
CHRI. Indum:quaſi nobiliſſimum:nam ĩdici elephantes ꝑferuntur aphricanis. Illũ turbat.a.ĩ animo generoſo nullæ maiores perturbatiões eſſe poſſunt q̃ hinc pudor ne ſuccũbat & uictus diſcedat inde amor ĩmẽſus regiæ puellæ pulcherrimæ:nã amor ẽ deſideriũ pulchri & q̃to pulchrior ẽ res tanto maior ẽ amor. Ne la.ne.ue.o.nã lachrymæ eunti ad bellum malũ portẽdũt & uerba illa ſimul hæc ĩuerſa relinquã lumina malũ afferebant omen. Tyranno:nunc inuidioſe dixit quaſi alieni ĩperii occupatori: ſupra autẽ honorifice dixit ꝑs mihi pacis erat dextram tetigiſſe tyrãni. Haud.p.quia uerebitur meũ cõgreſſum:neq; hoc dixit ad iactantiã: ſed ut ex ſua confidentia minueret timorẽ amatæ. Cũ.p.c.Nã & hæc properatio uictoriam ſibi certam promittere uidetur. Pilũno ory.orythia filia Orythei regis athenaꝝ & uxor boreæ. Sũptũ ãt ex Homero apud quẽ ẽ Erychthoniũ armentum equaꝝ habuiſſe ad quas ſub forma eq admiſſarii uenerit Boreas q inde equos procreauit ualociſſimos & candidi coloris ex hac prole ait equos Orythiã attauo Turni pilũno miſiſſe nõ ẽ ãt ita abſonũ ut critici dicunt q fingat orythiam athenienſem & in thraciã raptã regi italico & tãto terraꝝ interuallo ab ea diſiuncto damna miiiſſe : nam regũ ẽ etiã eos principes qui in alia plaga ſunt ſibi muneribus conciliare:nam & noſtris temporibus uidimus ægypti regem non ſolũ Ferdinãdũ regẽ neopolitanũ.Veꝝ ẽt nr̃æ urbis decus Laurentiũ medicẽ preclariſſimis donaſſe muneribus:curaſſeq; ex æphiopia accerſendas duas zoroaphas beſtias noſtro cælo incognitas:quaꝝ alterã neapolim:alteram florentiã mitteret. Diciꝛ.n.zoroapha quam Pli.camelopardalem nominat.Nabunam æthiopes uocant ut ipſe ait colo ſimilẽ equo pedibus & cruribus boui camello capite albis maculis rutilo colore diſtinguentibus:unde appellata eſt camelopardalis: hæc Came
dictatoris Cæſaris ludis circenſibus primũ uiſa romæ:ex eo ſubinde cernitur aſpectu magis q̃ feritate conſpi lopar
cua quare etiam ouis fere nomẽ inuenit:hæc Plini.ea autem quæ a babylonio ſoltano miſſa iducta eſt ab eius dalis
legato Malphoth in urbem florentinã calen.decembris anno a noſtra ſalute octogeſimo ſeptimo ſupra milleſimũ ac q̃dricenteſimũ una cum manſuefacto leone:quem ille rex zoroaphæ in muneribus adiunxit:quoniam id animal florentino populo inſigne eſſe ſciebat. Anteirent curſibus au. Venti enim rapidiſſimi auras ideſt minores uentos ſuperare uelocitate poterant. Habendo : ideſt aptat ut commode uti poſſit: ſicut dixit Habilemq; humeris ſuſpenderat arcum.

Vociferãs nunc o nũquam fruſtrata uocatus
Haſta meos:nũc tẽpus adeſt:te maxius actor
Te turni nũc dextra gerit:da ſternere corpus:
Loricamq; manu ualida lacerare reuulſam
Semiuiri phrygis:& fœdare ĩ puluere crines:
Vibratos calido ferro:myrraq; mandates.

SER. Vociferãs:hæc.ſ.q̃ dicturus ẽ. Plerunq; enĩ ita clamor oſtẽdiꝛ:ut ſtati ipſius clamoris uerba ſubdanꝛ: ſicut ſupra Toruũq; repẽte Clamat io.m. Sane nũc ita ad haſtã q̃ſi ad aliquã ꝑſonã loqtur:& ei intellectũ & auditũ dat.ſicut Cice.uerba reipu. ſed ille ait ſi poſſet fieri Turnus uero quaſi ad uiꝝ ſentiẽtẽ loqtur:nec imerito:nã eũ ĩducit furentẽ ut his agit furiis totoque ar.ab.o. Scintillæ abſci.ocu.m.a.ig.uocatus

Hic agitur furiis:totoq; ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt:oculis micat acribus ignis
Mugitus ueluti cum prima in prœlia taurus
Terrificos ciet:aut iraſci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco:uentoſq; laceſſit
Ictibus:aut ſparſa ad pugnã ꝓludit harena.
Nec minus interea maternis ſæuus in armis
Aeneas acuit martem:& ſe ſuſcitat ira
Obalto gaudens componi fœdere bellum.
Tum ſocios mœſtiq; metum ſolatur iuli
Fata docens:regiq; iubet reſponſa latino
Certa referre uiros:& pacis dicere leges.
Poſtera uix ſummo ſpargebat lumine mõtes
Orta dies:cum primum alto ſe gurgite tollũt
Solis equi:lucemq; elatis naribus efflant
Cãpũ ad certamẽ magnæ ſub mœnibꝯ urbis
Dimenſi rutuliq; uiri:teucriq; parabant
In medioq; focos:& diis cõmunibus aras
Gramineas:alii fontemq; ignemq; ferebãt

haſta meos:Inuocationes & preces:nã appellatio eſt a uerbo q̃ ſemp aut in io aut i us exit.Si in io exeat ter/ tiæ ſũt formæ:ſi i us q̃rtæ:ut ab eo quod ẽ lego aut le ctio aut lectꝰ fit:ſed hoc nos dicius: q̃ð ευφωνοτερον ſicut nũc ab eo quod ẽ uoco uocatus fecit nõ uocatio nes. Te maximus ac.Antea gerere conſueuerat. Te turni nunc.d.g.eius quæ eſt ſupra maximum quaſi. Daſter:figura græca ut Donat habere uiro. Itẽ Dat ferre talentũ. Lacerare.r.ut laceratam reuellã lacera/ tã ãt pp illud Et bis ſex thoraca petitũ perfoſſumq; locis. Vibratos ca.f.Criſpatos calãiſtro:nam calami/ ſtrũ ẽ acus maior:q̃ calefacta & adhibita torq̃t capil/ los:unde ẽt Cice.calamiſtratã comã appellat frequen ter:quæ ẽt uituperationi ẽ: unde ecõtra ad laudẽ ẽ po ſitũ ab Hora.hic & icõptis curiũ capillis. Oculis mi. a.i.Homeri ẽ. Myrrhaq; madẽtes:Vnguẽtatos. Te rrificos:hic apparet mugitus non tantũ dolẽtĩ eẽ: ſed ẽt iraſcentũ. Ciet:modo dat ſicut in tertio legimus. Lachrymaſq; ciebat:nã proprie ciere ẽ alteri aut do/ lorẽ aut lachrymas commouere. Ad pugnã prolu. ꝓmeditaſ Cice.Si mecũ i hac proluſione nihil fueris ideſt in hac premeditatiõe certaminis. Sæuus:fortis more ſuo:& ingentẽ moderationẽ dat æneæ quippe quẽ iducit laborantẽ:ut poſſit i iram moueri: cũ Tur nũ dicat ita fuere:ut nec latini cõſiliis nec amatæ ꝑci/ bus poſſit obedire. Acuit.m.irritat ſe ad futura cer/ tamina. Cõponi.f.b.finiri ut Ante diẽ clauſo cõponet ueſp olympo. Tũ.ſ.m.m.ſ.i.itelligimus hos ſpe ſingu/ laris certaminis pro ducis ſalute eſſe turbatos. Reſponſa.l.C.r.u.λαταταοσιωπο.μενον etiã latinũ ad æneã le/ gatos miſiſſe intelligimus:nã ſupra Turnus tantũ dixerat Nuntius hæc idmõ phrygio mea dicta tyrãno. Pa cis.d.l.quas paulo poſt i ipſo fœdere dicturus eſt æne. Lucẽq;.e.n.eſ.Ennianus uerſus ẽ ordine mutato.Ille.n. ait fundũtq; ellatis naribus lucẽ:& ſciẽdũ diẽ nuſq̃ ſic patẽter deſcripſiſſe Virgi. Campum ad.c.Totus hic de/ fœderibus locus de Homero tranſlatus ẽ:ubi Alexander cũ Menelao ẽ ſingulari certamine dimicaturus. Di menſi.r.u.inter ſe p certa ſpacia diuidẽtes q̃ qſq; loca purgaret:& hoc ioco Fauni lucũ euertere troiani:undeẽ: Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant puro ut poſſent concurrere cãpo. Focos: qcqd ignẽ fouet focus uocatur:ſiue ara ſit ſiue quicquid aliud in quo ignis fouetur. Et.d.c.a.dii oẽs ſunt: ut alii dicunt Mars bellona uictoria q; hi i bello utriq; parti poſſint fauere:ut ãt altioris ſcientiæ hominibus placet: dii om/ nes ſunt:qa αζονοι dicuntur ideſt qui cœli certas non habent partes:ſed generaliter a cunctis coluntur. Vbiq; enim eos eſſe manifeſtum eſt:ut mater deum cuius poteſtas in omnibus zonis eſt: nam & ideo mater deum dicitur quod cum omnibus eius eſt communis poteſtas.Alii omnes deos uolunt:Solem:Lunam:Plutonem: Martem.Hi enim apud homines inueniunf:& ſunt i omnibus terris:Prior tamen ſenſus eſt ſimplex: & ma/ gis aptus negocio. Aras.g.Romani.n.moris fuerat ut ceſpitẽ aræ ſuper imponere:& ita ſacrificare.Gramine/ as autem iõ:qa de bello res agiſ:& marti ſacrificaſ:cui gramẽ ẽ cõſecratũ: quod ſecũdũ Pli.i natu.hi.ex huma no cruore procreaſ.Gramẽ ãt herbæ ſpẽs ẽ:licet ois herba gramẽ uoceſ:ſicut robur oẽ lignũ:cũ ſit & ſpẽs. Fõ tẽq;.i.f.pro aqua poſuit a toto partẽ:ſane ad faciẽda fœdera aqua & ignis adhibẽtur: unde e contra quos arcere uolumus a noſtro conſortio eis aqua & igni iterdicimus:ideſt rebus quibus conſortia copulantur.

DONA. Aras:pp cõſecrationẽ fœderis. Cõmunibus:qa adhuc icertũ erat quo eẽt peruẽtura uictoria.

CHRI. Vociferans nũc.o.n.tãta uaniloquẽtia nihil boni portẽdit:nõ.n. uerbis eſt nimis i hoſtẽ iuehendũ ſed uirtute cõtra eũdũ ẽ. Semianimi ph.nã adeo effœminati i phrygia ſũt hoies & cultu & aliis delitiis ut ad plenã uirilitatẽ nõ poſſint adiplere. Myrrha:hæc arbor nõ ſolũ i ſilua in qua thus naſciſ:ſed i multis quoque arabiæ locis atq; ẽt apud troglodītas:ſatiua ſilueſtri prefertur.Arbori altitudo ad quinq; cubita nec ſine ſpina corticẽ hẽt leuẽ & unedoni ſimilẽ.Troglodītica ſilueſtriũ prima:Erythrea ſecunda:incidunf ut gumi emittãt & ipſæ bis & thus:ſed a radice uſq; ad ramos:ſudãt tamẽ priuſq̃ icidãt ſtactẽ dictã cui nulla ꝑferſ. Vis ẽ ut cale faciat deſiccet & abſtergat.Occidit lũbricos:pellit fœtus:ualet ad tuſim antiquã cõfert aſematicis. His agiſ.f. nã ex animi furore potiuſq; ex fortitudine hæc prouẽiebãt. Oculis:ſunt.n.oculi ueluti ai feneſtræ p quos oẽs aioꝝ motus maxime appẽr. Ignis:furor ille iræ admixtus q ẽ ex ſanguinis accenſiõe. Nec minus: idem & in ænea ardor ai demõſtraſ. Acuit martẽ:excitat ſeipſum ad pliũ. Ira:iuſta idignatiõe. Fata docens:quaſi dicat oſtẽdẽs fatale eẽ q; uicto Turno ea loca obtineãt teucri. Dicere leges:dicere conditiones quod ſuperioris eſt.

Velati lino:& uerbena tempora uincti
Procedit legio auſonidum pilataq; plenis
Agmina ſe fundunt portis:hinc troius omnis

SER. Vellati lino:at q fœciales & pater patratus p quos bella uel fœdera cõfirmabanſ nunq̃ utebanſ ue ſtibus lineis:unde dicemus errore factũ: ut linea ue/ ſtis contra morẽ adhiberetur ad fœdera: q̃ firma fu/ tura nõ erãt.Scimus.n.hoc ubiq; ſeruare Virgi.ut re/

Tyrrenuſq; ruit uariis exercitus armis:
Haud ſecus inſtructi ferro q̄ ſi aſpera martis
Pugna uocet:necnon mediis in milibus ipſi
Ductores auro uolitāt oſtroq; decori:
Et genus aſſaraci mneſtheus:& fortis aſilas
Et meſapus equum domitor neptunnia ꝓles.
Vtq; dato ſigno ſpatia in ſua quiſq; receſſit
Defigunt tellure haſtas:& ſcuta reclināt.
Tum ſtudio effuſæ matres:& uulgus inermū
Inualidiq; ſenes:turres ac tecta domorum
Obſedere:alii portis ſublimibus aſtāt.
At iuno ex ſūmo q̄ nūc albanus habet̃ (mōti)
(Tūc neq; nomē erat:neq; honos:neq; gloria)
Proſpiciens tumulo cāpū ſpectabat & ambas
Laurentum:troumq; acies:urbemq; latini
Extemplo turni ſic eſt affata ſororem
Diua deā ſtagnis quæ fluminibuſq; ſonoris
Præſidet:hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro uirginitate ſacrauit
Nympha decus fluuiorū aīo gratiſſima nr̄o
Scis ut te cunctis unā quæcunque latinæ
Magnanimi iouis ingratum aſcendere cubile
Prætulerim:cæliq; libens in parte locarim
Diſce tuum ne me incuſes iuturna dolorem:
Qua uiſa eſt fortuna pari parceq; ſinebāt

SER. Aedes peruolat: per ædes uolat. Nam more ſuo uerbo dedit detractam nomini præpoſitionē. Vacuis. Magnis. Vt uacua atria luſtrat Saucius. Nec conferre manum: Cum ænea nam alios pſequitur. A uia: Ab ea ſcilicet parte qua ueniebat æneas. Tortos orbes: Obliquas & implicitas uias. Veſtigatq; uirum: inquirit: tranſlatio a canibus qui per ueſtiga & pedum ſigna feram indagant. Deiecta per agmina: diſſipata aduentu æneæ. Heu quid agat: Omne aduerbium uerbo cohæret. Vnde heu & at & ſimilia quia uerbo cohærere non poſſunt, Separatim fecerunt aliam partem orationis: ſcilicet interiectionem: quā ſola latinitas poſſidet. Huic: pro in hunc: & eſt ordo: huic dirigit. Se colligit in arma: ita ſe rexit. Vt nulla parte poſſit feriri. Apicem tamen incita ſummū: Galeæ eminentiam quam græci conum uocant: in qua eminent criſtæ. Multa iouem & læſi teſtatur fœderis aras: licet haberet cauſam iracundiæ: quod & fugiebat Turnus: & ipſe appetebatur inſidiis. Non tamen ante prorupit ille in bellum: quā iouis fidem & læſa fœdera teſtaretur. Nullo diſcrimine cædem Suſcitat: indiſcrete obtruncat uniuerſos: quibus ante pari pepercerat modo. Irarum effundit habenas: poteſtatem: facultatem: ut Et præmere & laxas ſciret dare iuſſus habenas: & hic moderate locutus ē. Nā Ennius Effūdit iratū q̄drigas dixit. Quis mihi nunc tot acerba deus: ac ſi diceret: nec muſa nec apollo ſufficiunt. Statius: Maior ab aoniis ſumēda audacia lucis Mecum oēs audete deæ. Inq; uicem: nāq; uacat. Tanton placuit concurrere: apoſtrophe ad iouē: Sane tantō on circūflectitur. Nā cum per apoſtrophā apocopen uerba patiunt̄ is q̄ i integra p̄te fuerat pſeuerat accentus: ut tantone. Inde fit tanton. Ruentes teucros: quos inſequebatur Turnus. Crudum enſem: modo durū: alias crudelem. Et crates pectoris: Donatus ſuperfluam uult eſſe coniunctionem: & ut ſit epexegeſis adigit enſem per coſtas: ideſt pectoris crates: ubi celerius fata complentur: & hoc eſt quod ait ſupra: Haud multa moratur. Amycum fratremq; diorē: Hi duo duces ſunt etiam ſupra memorati: ut Nūc amyci caſum ge. Item Et nunc tertia palma diores: unde ad terrorem populi eorum capita religabantur in curru. Curru autem aut ſeptimus caſus eſt: Aut datiuus antiquus ſecundum regulam: Ne ſit maior a nominatiuo plurali.

CHRI. Ipſa ſubit: turpe enim fuiſſet Turno ſi ſua ſponte ſubter fugia quæſiſſet. Parua: nā muſcas legit. Loquacibus: i propria locutio: ideſt garulis. Iamq; hic. g. Sæpe ducebat germanum i conſpectu æneæ: ne fugere uideret̄. Deinde ne manus conferre cogeretur diuertebat. Tu uero: iam ſatiſfecerat fœderi: & ſæpius iniuſtiſſime laceſſitus non poterat nō ulciſci iniurias. Quis: cū ſūmo ſtupore pnuntiādū: quaſi dicat:

Peruolat: & pennis alta atria luſtrat hirundo
Pabula parua legēs nidiſq; loquacibus eſcas:
Et nūc porticibus uacuis: nunc humida circū
Stagna ſonat: ſimilis medios iuturna p̄ hoſtes
Fertur equis: rapidoq; uolans obit oīa curru.
Iāq; hic germanū: iamq; hic oſtendit ouātem:
Nec conferre manum patit̄: uolat auia lōge.
Haud minus æneas tortos legit obuius orbes:
Veſtigatq; uiꝝ: & deiecta per agmīa magna
Voce uocat: quotiens oculos cōiecit in hoſtē:
Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.
Auerſos totiens currus iuturna retorſit.
Heu quid agat? uario nequicq̄ fluctuat æſtu:
Diuerſæq; uocant animum in contraria curæ.
Huic meſapus uti leua duo forte gerebat
Lenta leuis curſu præfixa haſtilia ferro:
Horum unum certo contorquens dirigit ictu
Subſtitit æneas: & ſe collegit in arma
Poplite ſubſidēs: apicem tamē incita ſum̄mū
Haſta tulit: ſummaſq; excuſſit uertice criſtas.
Tum uero aſſurgunt iræ inſidiiſq; ſubactus
Diuerſos ubi ſenſit equos currumq; referri
Multa iouem & læſi teſtatus fœderis aras.
Iam tādem inuadit medios: & marte ſecundo
Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem
Suſcitat: irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nūc tot acerba deus: qs carmīe cædes
Diuerſas: obitūq; ducū: quos æquor̄ toto
Inq; uicem nunc turnus agit, nūc troius heros
Expediat? tanton placuit concurrere motu

Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas rutulum ſucronem (ea prima ruentes
Pugna loco ſtatuit teucros) haud multa mora-
Excipit i latus: & q̄ fata celerrima crudo (tus
Tranſadigit coſtas & crates pectoris enſe.
Turnus equo deiectū amycū fratrēq; diorem
Cōgreſſus pedes: hūc uenietem cuſpide lōga:
Hunc mucrone ferit: curruq; abſciſa duorum
Suſpēdit capita: & rorantia ſanguine portat.
Ille talō tanainq; neci fortemq; cethegum

non poſſunt hæc exprimi. Aeterna gentes in pace futuras: Nam ex duobus populis unus erat futurus.

SER. Mœſtum onytem: naturaliter triſtem. Seuerum quem græci αγελαστου dicunt: Mittit autem ſocium ſupra memoratis: ſane Onytem Dona. dicit aut gentile aut patronymicon: ut nomen eius proprium ſit Echionius: ſed hoc non procedit: quia nec patronymicon i tes exit: nec Onytes a qua gente ueniat uſquā lectum eſt. Propriū ergo eſt: & ſequens uerſus erit nomē Echionium: ideſt thebanam gloriam per periphraſim. Nam echionii ſunt thebāi a rege Echione Vnde male quidam legunt nomen echioniū. Matriſq; genus peridiæ: Periphraſis. Hoc ē filiū peridiæ.

Lycia miſſos & appollinis agris: Vacat &: nam per επεξηγησιν lycia arua Apollinis dixit: ut nunc lyciæ ſortes. Exoſum nequicq̄ bella: Sic ſupra Iniecere manū parcæ. nam per tranſitum oſtendit urgentibus fatis eum ad bella deductum: q̄ neqq̄ ſemper uitare cupiebat. Hūc āt Menoetē oriūdo arcadē fuiſſe itelligimus: ſed habitaſſe circa argos: nā lerna palus argiuoꝝ: i q̄ eū dicit ſolitū fuiſſe piſcari: nā hoc ſignificat Piſcoſæ cui circū flumia lernæ ars fuerat. Pauperq; domus: hic & hæc pauper dicimus: nam paupera uſurpatum eſt: ſic Plautus Paupera eſt mulier: ſed hoc hodie non utimur: ea eni nomina quæ ablatiuo ſingulari in e exeunt ſi fœminina ex ſe faciūt heterocita: ideſt alterius declinatiōis eſſe non poſſunt: ut puta quia ab hoc hoſpite facit hic & hæc hoſpes dicamus neceſſe eſt: Luc. Hoſpes in externis audiuit curia tectis: ab hoc leone hic & hæc leo ab hoc latrone hic & hæc latro: ab hoc fullone hic & hæc fullo: ab hoc nepote hic & hæc nepos: nam ut neptis dicamus per ſucceſſiōis diſcretionem admiſſum eſt. Sciendum hoſpita: paupera: leæna: lea uſurpata a poetis. Potentum munera: obſequia: quæ pauperes diuitibus loco munerum ſoluunt. Arentem in ſyluam: pro aridam. Dāt ſonitum ſpumoſi amnes: bellum ſemper incendio & fluminibus compara. Sic in ſecundo in ſegetem ueluti cum flamma furentibus auſtris incidit: aut rapidus montano gurgite torrēs.

Neſcia uinci Pectora: Hora. Palidæ ſtomachū cedere neſcii: Murranū hic attauos & noīa. Hoc ē cuius nomie maiores oēs murrāi dicti ſunt: & reges fuerunt: ut Per regeſq; actū genus oē. l. Scimus. n. plerūq; ſolere fieri ut primi regis reliq nomē ēē poſſideāt: ut apud romāos Auguſti uocant: apud albāos Siluii: apud perſas arſacidæ: apud ægyptios Ptolomæi: apud Athenienſes Cecropidæ. Vnde ſupfluū ē qd ait Donatus debere nos accipere itereptū eſſe Murranū: dū auo & attauo Turni tantū cōmemorat & effert laudibus maximis. Per regeſq; actū gēus oē la. Hora. & nepotū p memores gēus oē raſtos: de Lamo. Nec domini memoꝝ pro. e. domini immemoꝝ. Dextra nec tua te graiū fortiſſime cre. Eri. tu. nec dii. t. c. ita æneā comparat turno: ut eū ſupiorē eē ſignificet: Nā quē Turnus īteremit: fortitudo ſua liberare nō potuit: ei uero quē occidit æneas: ne ſua qdē numia pdeſſe potuerūt. Sāe ſciēdū Cupētū ligua ſabinoꝝ ſacerdotē uocari. Late terrā: aliud ex altero oſtendit: nam p hoc corporis exprimit magnitudo: ut ſtabant tercentū nitidi in præſepibus altis. Euerſor achilles: ſeparat achillē a græcis: ut reliquias danaum atque immittis Achilli.

CHRI. Nunc nūc: Quaſi dicat: & ſi ante uterq; furebat: tamen omne illud comparatione illius tēporis nihil erat. Rumpunt: ex nimia ira: nam ipſa īdignatio iflat & inflatio rūpit. Neſcia uinci: Nā i quo ē habitus fortitudinis is dediſcit omnē puſillanimitatē.

Tris uno congreſſu: & mœſtum mittit onytē
Nomen echionium: matriſq; genus peridiæ.
Hic fratres lycia miſſos & apollinis agris:
Et iuuenē exoſum nequicquā bella monœtē
Arcada piſcoſæ cui circum flumina lernæ
Ars fuerat pauperq; domus. nec nota potētū
Munera: cōductaq; pater tellure ſerebat.
Ac ueluti immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem i ſyluā & uirgulta ſonantia lauro:
Aut ubi decurſu rapido de montibus altis
Dāt ſonitū ſpumoſi amnes: & i æquora currūt
Quiſq; ſuū populatus iter: nō ſegnius ambo
Aeneas turnuſq; ruunt p prœlia: nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia uinci
Pectora: nunc totis in uulnera uiribus itur.
Murranū: hic atauos & auoꝝ antiqua ſonātē
Nomina per regeſq; actum genus oē latinos
Præcipitem ſcopulo atq; ingenti turbine ſaxi
Excutit effūditq; ſolo. hūc lora & iuga ſubter
Prouoluere rotæ: crebro ſuper ungula pulſu
Incita nec domini memorum pculcat æquoꝝ.
Ille ruenti hiloq; animiſq; immane frementi
Occurrit: telūq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro
Dextera: nec tua te graium fortiſſime creteu
Eripuit turno: nec dii texere cupentum
Aenea ueniente ſui: dedit obuia ferro
Pectora: nec miſero clypei mora pfuit æris.
Te quoq; laurentes uiderunt æole campi
Oppetere: & late terram conſternere tergo.
Occidis argiuæ quem nō potuere phalanges
Sternere: nec priami regnorū euerſor achilles

SER. Mortis erant metæ:ideſt mors quæ meta erat & finis:nam metam finem uitæ dicimus non mortis.Sciendum tamen hoc de Homero eſſe tranſlatum:qui ait Τελοσθανατοιο.Hoc eſt finis mortis:nam in ipſa morte finis eſt. Lyrneſſi domus alta:Lyrneſſos ciuitas eſt phrygiæ unde fuit Briſeis : & per tranſitum docet neminem poſſe ſtatuta uitare. Conuerſæ acies:in bellum coactæ. Pro ſe quiſq; uiri:pro qualitate uirium ſuarum:ſic in quinto:Pro ſe quiſq; uiri & depromunt tela pharetris. Summa nituntur opum ui: emiſtichiũ ennianum. Mentem.æ.g.p.m.C. Qua facere id poſſis noſtram nunc accipe mentem. Et.p.perpetuum eſt epithetõ:nec ad negociũ ptinens: ſane bõa uſus ẽ œconomia ut diceret iſtictu numinis ꝑfectũ eſſe æneã ad ciuitatis excidiũ:nã incõgruũ fuerat occupatũ bello p ſe tale cœpiſſe cõſiliũ. Vrbiq; aduerteret ag.cõtra urbẽ. Acies circũtulit oculoꝝ.ſ.& bona occaſione peruenit ad id:ut æneas poſſit ciuitatem aſpicere. Immunem belli tanti:ſine officio dimicandi:nam immunis eſt quæ nihil præſtat:quaſi ſine muneribus ſiue muniis. Impune quietam:Quæ ſpecialiter debuit pœnas luere pp fœdus abruptum. Pugnæ accedit maioris ima.ſubaudis cum. Nec ſcuta aut ſpicula dẽſi Deponunt:Ex eo qđ non ẽ factum qd fieri ſoleat indicauit:ut ſupra Defigũt tellure haſtas : & ſcuta reclinant. Eſto: pro ſit. Iuppiter hac ſtat.i.pro nobis religio eſt:quam leſerunt rutuli ruptis fœderibus: nouimus aũt ĩterfuiſſe fœderi & deos alios & iouis imaginem ſcæptri præſentia redditam. Neu qs ob inceptum.ſ.m.ſ.ito:tertia perſona eſt ito.i.eat : & hortatur eos ut ita ĩ bellum eãt quaſi res fuerit ante diſpoſita. Nã hoc dicit:repentinum imperiũ nullam nobis afferat moram:ſicut paulopoſt Scalæ improuiſo ſubituſq; apparuit ignis. Cauſam belli:quia illic erat Lauinia. Hoc caput o ciues:ſicut ſuperius Drãces Turno O latio caput:& cunctoꝝ cauſa maloꝝ.i.prĩcipium. Fœduſq; repoſcite flam.grauitate ſermonis declinatiõi põdus impoſuit.Nam hoc dicit : flammas fœderis urbis innouemus incendio. Nam hic repoſcite eſt innouare: reuocare. Diſcurrunt alii ad portas primoſq; tru.ſubaudi ĩprouiſo:& hæc ſimul ꝓnuntianda ſunt: ut ſimul facta uideantur:quo uehemens uis bellica poſſit agnoſci. Inter primos : inter duces : inter principes. Hæc altera fœdera rumpi: Bis rumpi fœdera. Bis hoſtis italos fieri:bis ſe in prœlia ſæua cõpelli:nam uarie eãdẽ rem iterat.Bis aũt fœdera facta ſunt : ſemel p ilioneum:& paulo ante pp ſingulare certamen. Reſerare iubent.i.uolunt:ut iubeo chremetem:Terenti. Trahunt in mœnia regem:Trahere uolũt. Nam uoluntas animi eſt non facti. Trahũt autem.ſ.ut poſſit imminens uidere diſcrimen. Donatus dicit trahunt in mœnia pro dilacerãt ĩ mœnibus rumoribus ſuis.

CHRI. Totæ adeo : Non deſcribit ſolum:ſed pingit celeritatem & uehementiam pugnantium. Hic mentem æneæ genitrix:Optimum figmẽtum:Nam amor potiundæ rei ingeniũ excitat:ut rimemur omnem uiam ad rem perficiendam. Tumulumque capit:ut ab omnibus & uideri & audiri poſſet. Nec.ſ.d. Quod prudentiæ fuit. Nã non ita audiendus erat: ut interim contra hoſtes parati non eſſent. Scilicet: expectem:indignatio eſt:ſed tamẽ nõ ita indignatˀ: ut a iuſtitia diſcedat. Scalæ improuiſo : Summæ enim prudentiæ & celeritatis fuit ita incautos ſcalis præuenire:Vt nihil tale futurum opinarentˀ. Exoritur trepido inter diſcordia ciues : Hoc.n.facit impræmeditatus caſus:nam in re improuiſa cum conſilii capiẽdi tempus non datur unuſquiſq; ad ſuum ingenium redit:& ut uaria ſunt ĩgenia:ita uariæ oriuntˀ ſententiæ.

Hic tibi mortis erãt metæ:domus alta ſub ida
Lyrneſſi domus alta:ſolo laurente ſepulchrũ.
Totæ adeo conuerſæ acies:omneſq; latini
Omnes dardanidæ mneſtheus acerq; ſereſtus
Et meſapus equum domitor & fortis aſilas
Tuſcorumq; phalanx:euãdriq; arcadis alæ:
Pro ſe quiſq; uiri ſumma nituntur opum ui:
Nec mora nec requies uaſto certamine tẽdũt.
Hic mentẽ æneæ genitrix pulcherrima miſit
Iret ut ad muros urbiq; aduerteret agmen
Ocius:& ſubita turbaret clade latinos.
Ille ut ueſtigans diuerſa per agmina turnum:
Huc atq; huc acies circontulit aſpicit urbem
Immunem tãti belli:atq; impune quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago
Mneſthea ſergeſtum uocat fortemq; ſereſtũ
Ductores:tumulũq; capit quo cætera teucrũ
Concurrit legio:nec ſcuta aut ſpicula denſi
Deponunt:celſo medius ſtans aggere fatur:
Næ q̃ meis eſto dictis mora:iuppiter hac ſtat
Neu quis ob ĩceptum ſubitũ mihi ſegnior ito
Vrbem hodie cauſam belli regna ipſa latini
Ni frenum accipere & dictis parere fatentur
Eruam:& æqua ſolo fumantia culmina ponã
Scilicet expectem libeat dum prœlia turno
Noſtra pati? rurſuſq; uelit cõcurrere uictus?
Hoc caput o ciues:hæc belli ſumma nefandi.
Ferte faces propere:fœduſq; repoſcite flãmis.
Dixerat:atq; animis pariter certantibus oẽs
Dant cuneum.dẽſaq; ad muros mole feruntˀ.
Scalæ improuiſo:ſubituſq; apparuit ignis:
Diſcurrunt alii ad portas:primoſq; trucidãt:
Ferrũ alii torquẽt:& obumbrant æthera telis.
Ipſe inter primos dextram ſub mœnia tendit
Aeneas:magnaq; incuſat uoce latinum.
Teſtaturq; deos:iterum ſe ad prœlia cogi
Bis iã italos hoſtes:hæc altera fœdera rumpi:
Exoritur trepidos inter diſcordia ciues:
Vrbem alii reſerare iubent:& pãdere portas
Dardanidis:ipſumq; trahunt in mœnia regẽ.
Arma ferũt alii: & pergunt defendere muros.

Incluſas ut cum latebroſo in pumice paſtor
Veſtigauit apes: fumoq; impleuit amaro.
Ille intus trepidæ rerum per cærea caſtra
Diſcurrunt: magniſq; acuunt ſtridoribus iras.
Voluit̃ ater odor tectis: nunc murmure cæco
Intus ſaxa ſonant: uacuas it fumus ad auras
Accidit hæc feſſis etiam fortuna latinis:
Quæ totam luctu concuſſit funditus urbem
Regina ut tectis uenientem proſpicit hoſtem
Incendi muros: ignes ad tecta uolare
Nuſq̃ acies cõtra rutulas: nulla agmina turni
Infœlix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum: & ſubito mentem turbata dolore
Se cauſam clamat crimenq; caputq; malorũ.
Multaq; per mœſtum demens effata furorem
Purpureos moritura manu diſcindit amictus
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta:
Quã cladem miſeræ poſtq̃ accepere latinæ
Filia prima manu flauos lauinia crines
Et roſeas laniata genas: tum cætera circum
Turba furit: reſonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infœlix uulgat̃ phama per urbẽ
Demittunt mentes: it ſciſſa ueſte latinus
Coniugis attonitus fatis: urbiſq; ruina
Caniciem ĩmundo perfuſam puluere turpãs:
Multaq; ſe inculat: qui non acceperit ante
Dardanium æneã: generumq; aſciuerit ultro.
Interea extremo bellator in æquore turnus
Palantes ſequitur paucos iam ſegnior: atq;
Iam minus atq; minus ſucceſſu lætus equorũ.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Cõmixtum clamorẽ: arrectaſq; impulit auras
Confuſæ ſonus urbis: & illetabile murmur.
Hei mihi quid tãto turbantur mœnia luctu?
Quis ue ruit tantus diuerſa clamor ab urbe?
Sic ait: adductiſq; amens ſubſiſtit habenis.
Atq; huic in faciem ſoror ut conuerſa metiſci
Aurigæ curruſq; & equos & lora regebat.
Talibus occurrit dictis: hac turne ſequamur

SER. Incluſas ut cum latebroſo ĩ pumice paſtor: Pene oĩa iſtius comparationis uerba ad ſupradictum pertinent bellum: nam ita apes incluſæ ſunt: ut homines qui obſidentur: ita ciuitatem timentium latebras dicimus ſicut apum aluearia. Item paſtor ut rex & re uera paſtor eſt ductor exercitus: ut Hæme. ποιμενα λαων. Pumicem autem iſte ĩ genere maſculino poſuit: & hunc ſequimur: Licet Catullus dixerit genere fœminino. Fumo amaro: qui elicit lachrymas. Trepidæ rerum: neſcientes quid agant: & ignaræ auxilii.

Ater odor: noue nam in odore equis color eſt: ſed hoc dicit: Odor ater atræ rei fumi ſcilicet ater odor peſſimus: ut Fumoq; impleuit amaro. Etiam fortuna latinis: Caſus nam omnis caſus in poteſtate fortunæ eſt. Tectis uenientem proſpicit hoſtem: Aut e tectis proſpicit: Aut contra tecta uenientem. Incendi muros: iuadi. Et ſubito mentem turbata dolore: ut Oculos ſuffuſa. Et nodum informis leti: alii dicunt q̧ in Edia ſe interemit. Sane ſciendum q̧ cautum fuerat in pontificalibus libris: Vt qui laqueo finiuiſſet uitam inſepultus abiiceretur: Vnde ait Informis læti: q̃ ſi mortis infamiſſimæ. Flauos lauiniæ crines: Antiqua lectio florcos habuit ideſt florulentos pulchros & eſt ſermo Ennianus. Et roſeas laniata genas: moris fuit apud antiquos: Vt ante rogos humanus ſanguis effunderetur: Vel captiuorum: uel gladiatorũ: quorum ſi forte copia non fuiſſet: laniantes fœminæ genas ſuum effundebant cruorem: ut rogis illa imago reſtitueretur. Tamen ſciendam cautum lege duodecim tabularum ne mulieres carperent faciem his uerbis. Mulier faciem ne carpito. Hinc totam: De domo regia. Infœlix fama: Rerum infœlicium nuntia. Demittunt mentes: deſperant: ſic contra ſperantes aliquid mentes erigunt. Coniugis attonitus fatis urbique ruina: Et priuatis & publicis luctibus. Immundo puluere: bene immundo addidit ſicut in Georgicis: Et cinerem immundum iactare per agros: Quia etiam puluis ille quo utimur puellæ cinis uocatur: Vnde etiam ciniflones dicti ſunt: Horatius Cuſtodes lecticarii ciniflões paraſiti. Bellator: Epitheton peracti temporis. Minus ſucceſſu lætus equorum: infirmitas animi etiam ex equorum: tarditate ueniebat. Attulit hunc illi cæcis terroribus aura: naturale enim eſt ut a qua parte uentus flat: inde clamor audiatur. Commixtum clamorem: ex impugnatione & morte reginæ. Arrectas aures: ad audiendum ſollicitas. Terentius Arrige aures pamphile. Amens: Conſilii egens: neſcius rei gerendæ: nam mentem & conſilium ſignificare diximus: Vt mentem Aeneæ genitrix pulcherrima.m. Occurrit dictis: Orationi eius obuiam uenit.

CHRI. Incluſas ut cum: q̃drat ex omnibus partibus iſta comparatio: Si diligenter aduertes. Per cærea caſtra: Quoniam ad bellum refertur recte dixit caſtra. Accidit: Cum res ad interitum deducunt fata ſemper calamitatibus calamitates adduntur.

Troiugenas: qua prima uiam uictoria pãdit:
Sunt alii qui tecta manu defendere poſſunt.
Ingruit æneas italis: & prœlia miſcet?
Et nos ſæua manu mittamus funera teucris.

SER. Prima uictoria: ideſt primum. Nec uero inferior pugnæ nec honore re. nec pauciores interimes nec minor te q̃ æneam comitabitur gloria: nam occiſorum multitudo compenſat hoc quod tu fugiẽtes interimis. Sane ſciendum in hac omni oratiõe iutur/ nam occurrere queſtionibus tactis. Prima per artem Fœdera turbaſti: priã aut ĩchoãtia: aut tu priã: nã poſt

eius orationem Tolumnius tela contorſit. N.i quid agoɁ argumẽtum a neceſſario. Me uo.u.at q hoc nuſquã legimus:ſed aut κατατοσιωπουμενον intelligimus aut mortis ẽ omẽ quod non dicit:uidere qd mi nime occurrit: ſic in quarto: Hinc exaudiri gemitus & uerba uocantis Viſa uiri. Superat:uiuit ut ſuperat ne & ueſcit aura. Ne noſtrũ ãdecus uſens Aſpiceret: ac ſi diceret fortaſſe uiueret niſi ideo uoluiſſet occũbere:ne nos uictos uideret. Teucri potiunt corpore & ar.i.etiã ſepultura caret:nam ut in Home.legimus de utroꝝ fortiũ cadaueribus: erat inter hoſtes grãde certamen. Dextra nec drancis dicta refellã.i.uirtute: nã pro rei officio ipſam rẽ poſuit pro uirtute dextrã.

Vſq; adeo ne mori miſerũ ẽ:tacitæ qſtioni occurrit. Supis auerſa uolũtas:quia ut ſupra diximus donec uiuimus curæ ſumus ſupis diis:poſt mortẽ ad iferos ptinemus:qbus ſe mõ cõmẽdat. Iſtius in.c.uel fugæ quia fuga grande crimen eſt apud uirꝫ forte uel rupti fœderis:uel la.ſæ religiõis:a quã re ſe dicit eſſe alienũ pp futura ſupplicia. Indignus auo.græca figura eſt Nos enim indignus illa re dicimus contra græci ανα ξιοσ στεφανου.i.coronæ idignus. Implorans nomie tur.ex multis rebus idicat perturbationẽ ꝙ feſtinans uenit:q per hoſtes uulneratus:ꝙ Turnũ nomine appellat:nã cõtumelia ẽ noie ſupiorẽ uocare:ſic in geor. Mater cyrene mr:cũ pmiſiſſet te crudelẽ noie dicit: ſicut contra Aeolus ad iunonẽ ait:Tuus o regia qd optes Explorare labor. Turne in te ſuprema ſalus miſerere tuoꝝ:Oia q̃ ſupra iuturna dixerat oro iſta diſſoluit. Fulminat.æ.a.exaggeratio ẽ:ſic paulo poſt: Horrẽduq; ſtonat armis:minatur deiecturum arces:quia dixerat:Ex qua ſolo fumantia culmina ponã. Muſſat:modo dubitat. Præterea regina:quia occurrebat amatã .p eius ptibus niti. Soli pro.p. cõtra illud Sũt alii q tecta manu deſẽdere poſſũt. Varia con.ima.r. multiplici nũtio. Et obtutu ta.taci.ſte.uultu & obtutus ẽ .ppric uultus:quẽ græci dicũt προσωπον pudor pp illd Tu curꝝ deſerto i gramĩe uer. Inſãia:qa i hoſtes ferebaẽ. Mixto.l.pp amatæ cognitã mortẽ.

CHRI. Et nos:nã hac maxime ratione poſſumus æquare hoſtes. Fallis dea.i.quanuis dea ſis : nõ tamẽ decipis.Validiſſima eſt oratio: Primo enim demonſtrat ſuum aduentum nihil poſſe conferre:ſeq; ueni re non ut uictoriam uideat: ſed ipſum uictum . Poſt hæc demonſtrat dum æneam fugit in eam incidiſſe ignominiam:ut preſtet illi mori q̃ turpiter uiuere:nã cum uiros excellentiſſimos itertici paſſus ſit: ultimũ dedecus accedit captiuitas urbis:& ſoceri & uxoris:q̃ niſi ſucurrat in conſpectu ſuo occident.Quid autem acerbius ſibi accidere poteſt:q̃ prebere facultatem: & Drancı & reliquis ſuis aduerſariis:ut iure illum repꝛhendere poſſint.Quid uero magis ingominioſum q̃ fugere in ea regione in qua totiens uictor euaſerit: & ſe æneam ſuperaturum ſit pollicitus. Sancta ad uos anima:quaſi dicat pſtat innocentem mori q̃ innocentem uiuere.Maximũ ãt oium ſceleꝝ uiro forti uideẽ turpiter cedere. Vix ea.f.iuſtis rõnibus mouebaẽ ne fugeret: ueꝝ ſi qua in re dubitaſſet præſenti caſu & nuntio ſocrus extinctæ confirmari potuit. Imo in corde pudor: ualidiſſimæ erant ſingulæ per ſe huiuſcemodi perturbationes : pudor neſibi obiiceretẽ fuga:furor ex indignatione ꝙ inuictus uinceretur: luctus ex morte ſocrus & amor ex magnitudine in furorem adducens.

SER. Diſcuſſæ umbræ:poſtq̃ mẽtis caligo diſceſſit:quod ſequentia idicant:& lux menti addita ẽ.Turbidus:plẽus perturbatiõis. Quã eduxerat ipſe:quod

Nec nũero iſerior pugnæ nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O ſoror & dudum agnoui:cum prima per arte
Fœdera turbaſti:teq; hæc in bella dediſti:
Et nunc nequicq̃ fallis dea:ſed quis olympo
Demiſſam tantos uoluit te ferre laboresɁ
An fratris miſeri letum ut crudele uideresɁ
Nã quid agoɁ aut q̃ ſpõdet iã fortuna ſalutẽɁ
Vidi oculos ante ipſe meos me uoce uocantẽ
Murranum:quo non fuerat mihi carior alter
Oppetere ingentẽ:atq; ingenti uulnere uictũ.
Occidit infœlix ne noſtrum dedecus uſens
Aſpiceret:teucri potiuntur corpore & armis.
Excindi ne domos(id rebus deſuit unum)
PerpetiarɁ dxtra nec drãcis dicta rfellãɁ.bitɁ
Terga daboɁ & turnũ fugiẽtẽ hæc terra uide/
Vſq; adeo ne mori miſeꝝ ẽɁ uos o mihi mães
Eſte boni:quoniam ſuperis auerſa uoluntas
Sancta ad uos anima atq; iſtius inſcia culpæ
Deſcẽdã magnorũ haud unq̃ idignus auorũ
Vix ea fatus erat : medios uolat ecce p hoſtes
Vectus equo ſpumante ſages aduerſa ſagitta
Saucius ora:ruitq; implorans nomine turnũ.
Turne in te ſuprema ſalus: miſerere tuorum.
Fulminat æneas armis:ſummaſq; minatur
Deiecturum arces italum:excidioq; daturũ.
Iamq; faces ad tecta uolant:in te ora latini
In te oculos referunt:muſat rex ipſe latinus
Quos generos uocet aut q̃ ſeſe ad fœdera fle/
Præterea regina tui fidiſſima dextra (ctat
Occidit ipſa ſua:lucemq; exterrita fugit:
Soli pro portis meſapus:& acer atinas
Suſtẽtant aciem:circum hos utriq; phalãges
Stãt dẽſæ:ſtrictiſq; ſeges mucronibus horret
Ferrea:tu currum deſerto in gramine uerſas.
Obſtupuit uaria confuſus imagine rerum
Turnus:& obtutu tacito ſtetit : æſtuat ingens
Imo in corde pudor:mixtoq; inſania luctu.
Et furiis agitatus amor:& conſcia uirtus:

Vt primũ diſcuſſæ ũbræ:& lux reddita mẽti/
Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit (ẽ
Turbidus:eq; rotis magnã reſpexit ad urbẽ.

Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad cælum undabat uortex:turrimq; tenebat:
Turrim cōpactis trabibus quā eduxerat ipſe
Subdideratq; rotas:pōteſq; inſtuxerat altos.
Iam iam fata ſoror ſuperant:abſiſte morari.
Q uo deus & quo dura uocat fortūa ſeq̄mur:
Stat cōferre manū æneæ:ſtat qcquid acerbū ē
Morte pati:neq; me idecorē germana uidebis
Amplius:hūc oro ſine me furere ante furorē.
Dixit:& e curru ſaltum dedit ocius aruis.
Perq; hoſtes per tela ruit mœſtamq; ſororem
Deſerit:ac rapido curſu media agmina rūpit.
Ac ueluti montis ſaxum de uertice præceps
Cum ruit auulſum uento:ſeu turbidus imber
Proluit aut annis ſoluit ſub lapſa uetuſtas
Fertur i abruptū magno mōs iprobus actu:
Exultatq; ſolo:ſyluas armenta uiroſque
Inuoluens ſecum:diſiecta per agmina turnus
Sic ui bis ruit ad muros:ubi plurima fuſo
Sanguīe terra madet:ſtridūtq; haſtilibꝰ auræ
Significatq; manu:& magno ſimul īcipit ore
Parcite iam rutuli:& uos tæla inhibete latini:
Q uæcunq; eſt fortuna mea ē:me uerius unū
Pro uobis fœdus luere & decernere ferro.
Diſceſſere omnes medii:ſpatiumq; dedere.
At pater æneas audito nomine turni
Deſerit & muros:& ſummas deſerit arces:
Præcipitatq; moras omnes:opa omnia rūpit
Lætitia exultās:horrendumq; intonat armis:
Q uātus athō aut q̄tus eryx:aut ipſe coruſcis
Cum fremit ilicibus quantus gaudetq; niuali
Vertice ſe attolens pater apēninus ad auras.
Iam uero & rutuli certatim & troes & omnes
Conuertere oculos rutuli:quiq; alta tenebant
Mœnia:quiq; imos pulſabant ariete muros.
Armaq; depoſuere humeris:ſtupet ipſe latius
Ingentis genitos diuerſis partibus orbis
Inter ſe coiiſſe uiros:& cernere ferro.
Atq; illi ut uacuo patuerunt æquore campi
Pro curſu rapido coniectis eminus haſtis.
Inuadunt martem clypeis atq; ære ſonoro.
Dat gemitū tellus:tum crebros enſibus ictus

ei maiorem credebat dolorem. Subdiderātq; rotas: quo poſſet trahi ad ea loca:qbus hoſtis iſtabat. Quicquid acerbum eſt morte pati: aut quicquid morte acerbum eſt morte placet pati:hoc eſt inferna ſupplicia: uel quæ poteſt ſuperbus hoſtis referre: ſicut de Hectore legimus. Aut certe poſitiuus eſt pro comparatiuo placet pati ſi quid etiam morte acerbius inuenitur. Furere ante furorem: Figura antiqua: ut ſeruitutem ſeruit:dolet dolorem: & eſt ſenſus ſine me furere ante bellicum furorem ſcilicet prius q̄ ad eum ueniam ut pugnam mente concipiam: & inſtructus furorem in bella prorumpam. Saxum de uertice præceps Cum ruit:Comparatio ipſa futurum oſtendit euentum. Simul notandum q ſicut ſupra in prœlio:ita & nunc in comparatione præfertur æneas: nā Turnum parti comparat montis: montibus æquat æneam. Auulſum uento: proprie. Nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellum. Mons improbus:pars montis & ευφατικοσ dictum eſt:ſic ſupra ait: Haud partem exiguam montis. Magno actu:magno impulſu. Vbi plurima fuſo Sanguine terra madet: hypallage eſt pro ubi plurimo ſanguine terra madet.

Striduntque haſtilibus auræ: Sic Homerus. Tella inhibete: cohibete & eſt tranſlatio a nautis. Mē uerius unum: Pro uobis fœdus luere uerius iuſtius & ſenius hic eſt Iuſtius eſt me unum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere. Quantus athon: hæc eſt uera lectio. Nam ſi athos legeris os breuis eſt & uerſus non ſtat. Aton autem dici accuſatiuus indicat. Nam hunc Athona facit: ſicut Apollon Apollona. Quod autem Herodotus hunc Athon & hunc apollon dicit atticæ declinationis eſt. Athon autem mōs eſt thraciæ adiacens circa lemnon inſulam. Niuali Vertice ſe atollens pater apenninus ad auras:mons eſt italiæ de hoc Lucanus Nullo quoque uertice tellus Altius intuimur: propiorque acceſſit olympo.

Troes & omnes: græcæ declinauit. Vnde breuis eſt es ſicut ſupra Troes agunt. Armaque depoſuere humeris: uel ſpectari uel defeſſi. Inter ſe coiſſe uiros & cernere ferro: Vera & antiqua eſt hæc lectio: Nam Ennium ſecutus eſt:qui ait: Olli cernebat magnis de rebus agentes:& item ferro non auro uitam cernamus uterque poſteritas cœpit legere & decernere ſecundum quam lectionem ſynalipha opus eſt excluſo os ut ſit inter ſe coiſſe uir. & decernere ferro.

CHRI. Quo deus: uerba ſunt animi inuicti & omnia pati parati: ut turpitudinem fugiat. Quantus athon:mons hic Macedoniæ: uel ut aliis placet thraciæ mari ægeo imminens tantæ altitudinis: ut umbram ſuam in lemnum uſque iacere quidam dicant. Referuntque habere in ſuo cacumine urbem atrothon nomine: in qua homines duplo temporis q̄ alibi uiuant. Hunc montem cum continenti coniunctus eſſet Xerſes illum ducta foſſa inſulam reddidit. Fuit autem foſſæ latitudo tanta:ut duæ triremes iunctæ enauigarent. Eryx: mons ſiciliæ: quem alio loco deſcripſimus. Apenninus: a liguria incipit uniuerſamque italiam in lōgitudinem diuidens ad promontorium ultimum: quod appellatur Iunonis lacinæ deſinit. Stupet ipſe latinus:Nam ſua prudentia id conſiderabat quod reliqui non aduerterent.

Cōgeminant:ſors:& uirtus miſcentur in unū.
Ac ueluti ingenti ſyla ſummo ue taburno

SER Sors & uirtus miſcentur in unum: Caſus i Turno:uirtus in ænea. Nam in bello etiam caſus plurimum ualet:Cicero in Miloniana: Adde caſus adde i

certos exitus martemq; communem. Ac ueluti ingentem ſyla ue taburno: Syla mons & ſilua eſt leucaniæ: taburnus mons campaniæ: Salu. De ſugitiuis in ſilua ſyla fuerũt: unde peſſime quidam ſiluam legũt quia propriũ appelatiuo exequari non poteſt: unde ꝓprium bene iunxit. Pauidi ceſſere magiſtri: proprie magiſtri ſunt militum paſtores pecoꝝ: ſed reciprocæ ſunt iter ſe iſtæ tranſlationes. Nam ductor militum paſtor uocatur: ut diximus ſupra & magiſtros pecorum dicimus Cice. Quem magiſtrum pecoris eẽ dicebant. Muſſantq; iuuẽ. dubitãt: ſic ſupra Muſſat rex ipſe lati. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances: aut poetice dictum eſt: & ratione caret: nam iuppiter ignorare non poterat: aut certe illud q̃rit quis ſibi de Turno & Aenea mortis afferat cauſam: nam dicunt phyſici mortem minime ad eum pertinere: nã bona tantũ preſtant: nec ad eum quæ ſunt mala pertinent: unde Cicero in offi. ait ſed quia nocere deos non putant: his exceptis hominibus obeſſe plurimum arbitrantur. Tamen ſciendum locum hunc a Virgilio ita fuiſſe tranſlatum: ut in Homero lectus eſt. Examie: examen proprie eſt filum quo trutina regitur. Dánet labor: liberet ut Damnabis tu quoq; uotis. Vergat pondere letum: bene uergat: nam morientes inferos petunt. Trepidique latini. at qui læti eſſe debuerunt ſed nimia æneæ oſtenditur uirtus. Namq; naturale ẽ ut ſociis timori ſit inferioris audatia: unde nũc latini ſunt territi ex eo quod ſuperiorem ferire auſus eſt Turnus. Vt capulum ignotum dextramque aſpexit inertem: locus hic totus ad gloriam æneæ pertinet. Namque id agit ut uideatur Turnus armorum uilitate ſuperatus: unde ei reditur gladius quo etiam cum diuinis armis ab ænea poſſit extingui. Patrio mucrone relicto: quo fuerat ante uſus pater Daunus. Sane patrio modo paterno ſignificat: nam Dauni fuerat gladius: unde eſt illud Enſem quem Dauno ignipotens. d. i. parenti fecerat. Alies patrium a patria eſt deriuatiuũ. Mortalis mucro: mortali manu ſactus.

Vndiq; enim denſa teucri incluſere corona: ſtrategema eſt: nam poſtquã Turnum uidere fugere troiani clauſere loca per quæ euadere poterat. Curſumq; recuſant: retardant ſcilicet genua: quæ impediebãt uulnus illatum ſagitta. Sane perite facit ut gladio nõ utatur æneas: ſed haſta eminus ſuperare contendat: quia impediente uulnere nec ſequi poterat: nec in ictum conſurgere: unde eſt: Hic gladio fidens: hic acer & arduus haſta. Inciuſum flumine: comparatio Apollonii. Puniceæ ſeptum formidine pennæ. Luc. Claudit odoratæ metuentis aera pennæ. Venator canis: pro uenaticus. Inſidiis pen. ſ. Viuidus umber: acerrimus thuſcus: nam umbria pars eſt thuſciæ.

Cum duo conuerſis inimica in prœlia tauri
Frontibus incurrunt: pauidi ceſſere magiſtri.
Stat pecus oẽ metu mutũ: muſſantq; iuuencæ
Quis pecori iperitet: quẽ tota armẽta ſeq̃nt̃.
Illi inter ſeſe multa ui uulnera miſcent:
Cornuaq; obnixi infigunt: & ſanguine largo
Colla armoſq; lauãt: gẽitu nemus oẽ remugit:
Haud aliter tros æneas: & daunius heros
Cõcurrũt clypeis: ingẽs fragor æthera cõplet:
Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet: & facta imponit diuerſa duorum:
Quẽ dãnet labor: & quo uergat põdere letũ.
Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte ſublatum conſurgit turnus in enſem:
Et ferit: exclamant troes: trepidiq; latini:
Arrectæ amborum acies: at perfidus enſis
Frangitur: in medioq; ardentem deſerit ictu
Ni fuga ſubſidio ſubeat: fugit ocior euro.
Vt capulũ ignotum dextrãq; aſpexit inermẽ
Phama ẽ præcipitẽ cũ primũ ĩ prœlia iũctos
Conſcendebat equos patrio mucrone relicto
Dũ trepidant ferrum aurigæ rapuiſſe metiſci.
Idq; diu dum terga dabant palantia teucri
Suffecit: poſtq̃ arma dei ad uulcania uentum
Mortalis mucro glacies ceu futilis ictu
Diſſiluit: fulua reſplendent fragmina harena
Ergo amẽs diuerſa fuga petit æquora turnus:
Et nunc huc deĩde huc ĩcertos implicat orbes.
Vndiq; enim denſa teucri incluſere corona.
Atq; hĩc uaſta palus: hĩc ardua mœnia cĩgũt.
Nec minus æneas (quãquã tardante ſagitta
Interdũ genua impediũt curſumq; recuſant)
Inſeqtur trepidiq; pedẽ pede feruidus urget:
Incluſum ueluti ſi quando in flumine nactus
Ceruum aut puniceæ ſeptum formidie pẽnæ
Venator curſu canis & latratibus inſtat.
Ille autem inſidiis & ripa territus alta:
Mille fugit refugitq; uias: ac uiuidus umber

CHRI. Sors & uirtus: uterq; enim uirtute ſua utebatur & fortuna. Inimica in prœlia tauri: de natura & pugna tauroꝝ exp̃ſſum ẽ ĩ geor. Aut puniceæ ſeptũ formidine pennæ: & de ceruis dictum eorumq; ſtupore.

SER. Iam iãq; te. ita ut uidetur intuentibus & hi duo uerſus uerbo ad uerbũ ſunt tranſlati de Apollonio. Increpat: omnes obiurgat: incuſat ut æſtatẽ increpitans ſeram. Efflagitat enſem: cum clamore depoſcit. Terretq; trementes: quis enim ſaucius non timeret inſtantẽ: cũ eum integer fugeret. Ludicra peuilia: digna ludo. Sacer oleaſter: fere omnia latina arborum nomina generis fœminini ſunt: exceptis paucis: ut hic oleaſter: hoc ſiler. Virgilius Mole ſiler: item

Hæret hians: iam iamq; tenet ſimiliſq; tenenti
Increpuit malis. morſuq; eluſus inani eſt.
Tum uero exorit̃ clamor: ripæq; lacuſq;
Reſpõſant circa: & cælũ tonat omne tumultu
Ille ſimul fugiens rutulos ſimul increpat oẽs
Nomĩe quẽq; uocãs: notũq; efflagitat enſem.

Aeneas contra præſens mortemq; minatur
Exitium ſi quiſq; adeat:terretq; trementes
Exciſurum urbem minitans:& ſaucius inſtat:
Quinq; orbes explent curſu:totidéq; retexũt
Hunc illuc:nec enim leuia aut ludicra petunt
Præmia:ſed turni de uita & ſanguine certant.
Forte ſacer fauno foliis oleaſter amaris
Hic ſteterat nautis olim uenerabile lignum
Seruati ex undis ubi figere dona ſolebant
Laurenti diuo & notas ſuſpendere ueſtes.
Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſarcum
Suſtulerãt puro ut poſſent cõcurrere campo.
Hic haſta æneæ ſtabat:huc impetus illam
Detulerat fixam & lenta radice tenebat.
Incubuit uoluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides:teloq; ſequi quẽ prendere curſu
Nõ poterat:tum uero amẽs formidine turnus
Faune precor miſerere ĩquit:tuq; optĩa ferrũ
Terra tenet colui ueſtros ſi ſemper honores.
Quos cõtra æneadæ bello fecere prophãos.
Dixit:opemq; dei non caſſa inuota uocauit.
Nanq; diu luctans lentoq; in ſtirpe moratus
Viribus haud ullis ualuit diſcludere morſus
Roboris æneas:dum nititur acer:& inſtat
Rurſus in aurigæ faciem mutata metiſci
Procurrit:fratriq; enſem dea daunia reddit
Quod uenus audaci nymphæ indignata licere
Acceſſit:telumq; alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis animiſq; refecti
Hic gladio fidens:hic acer & arduus haſta
Inſiſtunt contra certamina martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem
Quæ iã finis erit coniunx? qd deniq; reſtat?
Indigetem æneam ſis ipſa & ſcire fateris
Deberi cælo:fatiſque ad ſydera tolli.
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus?
Mortali decuit uiolari uulnerẽ diuũ? (hæres?
Aut enſem (quid eni ſine te iuturna ualeret)
Ereptum reddi turno? & uim creſcere uictis?
Deſine iã tandẽ precibuſq; inflectere noſtris?
Nec te tãtus edat tacitam dolor: & mihi curæ
Sæpe tuo dulci triſtes ex ore coruſcent
Ventũ ad ſupremũ ẽ:terris agitare uel undis
Troianos potuiſti:infandum accendere bellũ:
Deformarẽ domũ:& luctu miſcerẽ hymenæos:

hoc buxum:licet & hæc buxus dicatur. Nam ſuperfluam quidam uolunt facere diſcretionem: ut hæc buxus de arbore dicamus:Buxum uero de ligno cõpoſitum. Legimus enim in Virgilio de tibiis Buxus que uocat berecinthia matris ideæ: Item cum de arboribus loqueretur ait:Et torno raſile buxum. Venerabile lignum:antiquam arborem uoluit exprimere:ubi figere dona ſolebant proprie: ut Aut ſacra ad faſtigia fixi. Nullo diſcrimine:ſine intuitu religionis.

Fixam lenta radice tenebat:Plenum eſt:quam radix fixam tenebat. Ferrum terra tene:pro tellus:elementum pro dea poſuit. Non caſſa in uota: non ad inania uota popoſcit auxilium. Luctans moratus: luctatus & moratus erat integrum: quod uitauit propter ομιοτελευτον. Rurſus in aurigæ faciem mutata metiſci:κατα Τοσιαπομενον ĩtelligimus iuturnam in numen reuerſam:poſtquam currus reliquit.

Audaci nymphæ indignata licere:ut ſupra diximus ubicunque inducit nitentem aliquem ſine effectu audacem dicas. Armis animiſque refecti: refecti ſicut armis ita & animis. Namque armorum inopia animi ante utriuſque torpebant. Certamina martis anheli: Alii certamine legunt: ut ſit ſenſus: Adſiſtunt contra ſe martis anheli certamine. Fulua de nube: de aere elemento ſuo. Quæ iam finis erit coniunx quid denique reſtat Indigetem æneam: Denique uerba iſta quaſi iam tediantis ſunt ad longam iunonis iracundiam. Vnde & paulopoſt ait:Deſine iam tandem precibuſque reflectere noſtris. Indigetem æneam:ſcis ipſa:ſubaudis fore:& indigetes dii duplici ratione dicuntur:uel ſecundum Lucretium quod nullius rei egeant: qui ait Nihil ĩdiga curæ. Vel certe indigetes dii ſunt ex hominibus facti:& dicti indigetes quaſi in diis agentes. Mortali decuit uiolari uulnere diuum:non lætali:ſed aut quo mortales laborant aut a mortali illato. Diuum: autem ſubaudi futurum. Quid enim ſine te iuturna ualeret: parentheſis eſt:Poterat enim excuſare ſe iuno nil ſe feciſſe cõmemorans:ſed eam auctorem fuiſſe iuppiter dicit ꝑpter illud Auctor ego audendi. Deſine iam tandem precibuſque inflectere noſtris:ſingula pronuntianda ſunt. Nec te tantus edat tacitam dolor ſcilicet deſine odiis urgere troianos: Sane edo edis edit integrũ uerbum eſt:ut Lego legis legit. Nam edo es eſt eſſe anomalum conſtat. Troianos potuiſti: ideſt iam nõ potes:ideo.n.præterito uſus eſt. Summiſſo uultu: habitum futuræ orationis oſtendit. Quia nota mihi tua magna uoluntas Iuppiter:neceſſitatem obiecerat fati dicens uentum ad ſupremum eſt: ſed iuno ſciens fatum eſſe quicquid Iuppiter dixerit: ſe cedere eius uoluntati aſſerit. Nam agit:ut conciliet ſibi fauorem eius ad petitionem futuram. Digna indigna pati:ideſt omnia & prouerbialiter dictum eſt. Non ut tela tamen non ut contenderet arcum: hoc loco quaſi iuturnam ieciſſe ſagittam ſignificat: ſed ut ſupra diximus: poſſumus accipere: ꝙ alter in eius gratiam in Aneam tela contorſit. Pro uita:ac ſi diceret pro re nobis data ideſt a ſuperis. Adiuro ſtygii caput implacabile fontis:pro iuro. Nam protheſis eſt. Quidã tamen uolunt iuro tunc dici debere: cum confirmamus aliquid: aut promittimus ut iuro me factu

rum:adiuro uero cum negamus: ut adiuro me non poſſe: me non feciſſe: Terentius Adiurat ſe non poſſe apud uos pamphilo abſente perdurare. Poteſt tamen & ad ualde ſignificare. Vna ſuperſtitio: religio metus dicta eo quod ſuperſtet capiti omnis religio.

Redita:data. Nam protheſis eſt. Nulla fati quod lege tenetur: Bene fati: nam uictoriæ lex eſt ut Victi cedant in habitum nomenque uictorum. Pro maieſtate tuorum: reſpexit ad Saturnum: qui aliquando in italia regnauerat. Vnde ait tuorum. Nam & latinus inde originem ducit ut Fauno picus pater: iſq; parentem Te ſaturne refert: tu ſanguinis ultimus auctor. Eſto component: conſentit: ſed non inuita.

Sit romana potens itala uirtute propago: Hoc uidetur dicere: Si fataliter imminet ut troianis origo romana deſcendat. Troiani italorum nomen accipiant: ut romani de italis non de troianis uideantur eſſe progeniti. Es germana iouis ſarturniq; altera proles: Locus de obſcuris: de quo qdã hoc ſentiunt: petis pene illicita: ſed concedenda ſunt: quoniam ſoror iouis es ideſt Saturni filia: quod ſi uoluerimus admittere dupliciter ſequens uerſus erit incongruus. ut irarum tãtos uoluis ſub pectore fluctus: unde melius eſt: ut ita intelligamus ſoror iouis es ideſt Saturni. Vnde non mirum eſt tantam te retinere iracundiam ſub pectore: Nam ſcimus unumquemque pro generis qualitate in iram moueri. Nobiles enim & ſi ad præſens uidentur ignoſcere. Tamen in poſterum iram ſeruant: quod nunc iunoni uidetur obiicere. Nam cum ſe cõcedere diceret: petit tamen quod grauiter poſſet obeſſe troianis: ſic Homerus inducit Chalchanta dicentem de Agamemnone regem iræ ita ſe habent: ut etiam ſi ad præſens indulgere uideatur: ſtimulos iracũdiæ ad futurum reſeruent. Do quod uis: bene præſenti uſus eſt tempore. Nam promiſſio in diis pro facto eſt. Subſident: remanebunt latebunt latinorum ſcilicet multitudine: ut Galeaque ima ſubſedit aceſtes. Rituſq; ſacrorum Adiiciam: Verum eſt. Nam ſacra matris deum Romani Phrygio more coluerũt.

Mentem lætata retorſit: iſte quidem hoc dicit: ſed conſtat bello punico ſecundo exoratam iunonem tertio uero bello a Scipione ſacris quibuſdam etiam Romam eſſe tranſlatam.

CHRI. Troianos potuiſti: Ad uitam moreſque pertinet hæc fabula. Iuno autem eſt ipſa ambitio: quæ impellit Turnum ideſt iniuſtum regem & fœdus rumpere: & multa infanda patrare. Verum iuppiter ideſt ipſe tandem huiuſcemodi impia pacta cohercet atque eum preſtat fauorem recte a gentibus: ut uictores euadere poſſint. Pro latio obteſtor: oſtẽdit impudentiam ambitioſorum qui etiam uicti aliquid contra fas petere audeant.

Vlterius tentare ueto ſic iuppiter orſus.
Sic dea ſubmiſſo contra ſaturnia uultu
Iſta quidẽ quia nota mihi tua magna uolũtas
Iuppiter & turnum & terras inuita reliqui:
Nec tu me æerea ſolam nunc ſede uideres
Digna indigna pati: ſed flãmis cicta ſub ipſa
Starẽ acie: traherẽq; inimica ĩ prœlia teucros.
Iuturnam miſero fateor ſuccurrere fratri:
Suaſi: & pro uita maiora audere probaui.
Nõ ut tela tamen nõ ut cotenderet arcum
Adiuro ſtygii caput implacabile fontis
Vna ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.
Et nũc cedo equidẽ pugnaſq; exoſa relinquo
Illud te nulla fati quod lege tenetur:
Pro latio obteſtor: pro maieſtate tuorum
Cum iam conubiis pacem fœlicibus eſto
Componẽt: cum iam leges & fœdera iungẽt:
Ne uetus indigenas nomen mutare latinos
Neu troas fieri iubeas: teucroſq; uocari
Aut uocẽ mutare uiros: aut uertere ueſtes:
Sit latium: ſint albani per ſæcula reges.
Sit romana potens itala uirtute propago:
Occidit: occideritq; ſinas cum nomine troia.
Olli ſubridens hominum rerumq; repertor
Es germana iouis ſaturniq; altera proles
Iratum tantos uoluis ſub pectore fluctus:
Veꝝ age & inceptũ fruſtra ſubmitte furorem
Do qd uis: & me uictuſq; uolenſq; remitto
Sermonem auſonii patriũ moreſq; tenebunt:
Vtq; eſt nomen erit: cõmixti corpore tantum
Subſident teucri: morem rituſq; ſacrorum
Adiiciam: faciamq; omnes uno ore latinos.
Hinc genus auſonio mixtũ qd ſanguĩe ſurget
Supra homines ſupra ire deos pietate uidebis
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.
Annuit his iuno: & mentem lætata retorſit.
Interea excedit cælo: nubemq; relinquit.

SER. His actis: remoto Turno auxilio. Dimittere ab armis: per tranſitum hiſtoriæ uſus eſt uerbis nam qui ab exercitu relaxantur ab armis dicuntur remitti: Salluſtius de Appio: ubi eum tota incontione ab exercitu cogit diſcedere dicit ſe eius opera non uſurum cumque ab armis dimittit. Peſtes cognomie diræ: Proprie peſtes uocantur: diræ uero cognomine & dictæ diræ ꝙ non niſi ante iratum iouem uidentur: ut Sæuique in limine regis Apparent diræ. Tartaream mægeram: Bene tartaream addidit:

His actis aliud genitor ſecum ipſe uolutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ:
Quas & tartaream nox intempeſta megærã
Vno eodemq; tulit partu paribuſq; reuixit
Serpentum ſpiris: uentoſaq; addidit alas.
Hæ iouis ad ſolium ſæuiq; in limine regis.

Apparēt:acuuntq; metum mortalibus ægris.
Siquādo letum horrificū morboſq; deum rex
Molitur:meritas aut bello territat urbes.
Harꝝ unā celerem demittit ab æthere ſummo
Iuppiter:inq; omen iuturnæ occurrere iuſſit
Illa uolat:celeriq; ad terram turbine fertur:
Nō ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta
Armatam ſæui parthus quam felle ueneni
Parthus ſiue cydon telū immedicabile torſit
Stridens:& celeris īcognita tranſilit umbras:
Talis ſe nacte ſata tulit:terraſq; petiuit:
Poſtq̄ acies uidet iliacas:atq; agmina turni
Alitis in paruæ ſubito collecta figuram
Quæ quōdā ī buſtis aut culminibus deſertis
Nocte ſedēs ſerum cāit importuna p umbras
Hanc uerſa in faciem turni ſe peſtis ad ora
Fertq; refertq; ſonās:clypeūq; euerberat alis
Illi membra nouus ſoluit formidine torpor
Arreptæq; horror comæ:& uox faucibꝫ hæſit.
At procul ut diræ ſtridorem agnouit:& aīas
Infœlix crines ſcindit iuturna ſolutos
Vnguibꝫ ora ſoror fœdās & pectora pugnis:
Quid nūc te tua turne pōt germana iuuare?
Aut qd iā miseræ ſupat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? tali poſſū me opponere monſtro
Iam iam linquo acies:ne me terrete timentem
Obſcœnæ uolucres:alarum uerbera noſco:
Letalemq; ſonum:nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi iouis:hæc pro uirginitate repōit?
Quo uitā dedit æternā:cur mortis adēpta eſt
Conditio? poſſem tantos finire dolores
Nūc certe:& miſero fratri comes ire p umbras
Iā mortalis ego:haud mihi qcq̄ dulce meorū
Te ſine frater erit.o quæ ſatis ima dehiſcat
Terra mihi maneſq; deam demittat ad imos?

Vt oſtendat eſſe & terrenam & aeream megæram: Nam ut etiam in tertio diximus: Volunt periti quādam triplicem poteſtatem & in terris:& apud ſuperos ſicut eſt furiarum apud inferos. Ideo autem dicit has ex nocte progenitas: Vt oſtendat & latenter oriri: & intolerabilem eſſe iram deorum. Vno eodēque tulit partu: Diſpoſitio hæc poetæ quæ dicit has & ſimiles eſſe furiis:& cum his eſſe procreatas: hoc agit: ut oſtendat illam prudentium opinione eſſe tam apud ſuperos q̄ in aeris: ſicut apud inferos furias Apparent: præſto ſunt ad obſequium: Vnde etiam apparitores conſtat eſſe nominatos. Letum:horrificum uolunt iouem non eſſe mortis auctorem:ſed poſſe mortis genere:uel prodeſſe uel obeſſe mortalibus. Inq; nomen iuturnæ occurrere iuſſit:ut iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret. Nō ſecus ac neruo per urbem:ſic ilia deſcēdit ut ſolet ſagitta deſcendere:hinc Statius traxit ut diceret de diſco iacto. Similiſq; cadenti Creſcit in aduerſos. Impulſa:autem proprie: ſic ſupra Incertum qua pulſa manu. Felle ueneni:amaritudine ueneni ſucco noxio:aut certe periphraſticos dixit uenenum. Tranſilit umbras:hyperbole ē:namq; umbras ſemper tella comitantur:hinc ait. Tranſilit umbras ſagitta:male enim quidam auras legunt. Talis:ſe taliter collecta ex nimia ſcilicet furiæ magnitudine. Culminibus deſertis:noctuam dicit non bubonem: nam ait Alitis in paruæ. Bubo autem maior eſt. Serum canit:triſte diuturnum: ut Seraq; terifici cecinerunt omnia uates:Saluſtius Serum bellum in anguſtiis futurum. Sonans clipeumq; euerberat alis: Signa ſunt iſta plangentium. Stridorem:uocis ſcilicet ſonum:nam utrunque tangit augurium & oſcinium & prepetum. Duræ: immiti quæ poſſet fratrem cernere tot laboribus ſubditum. Monſtro: Augurio ex iouis uoluntate uenienti. Obſcenæ uolucres: inuidioſe dixit:nam una eſt. Quo uitā dedit æternam:quia occurrebat:ſed preſtitit immortalitatem dicit hanc eſſe cauſam doloris.

DONA. Non ſecus:interponitur parabola qua narratio interrumpatur: ut legantis tedium excludat. Alitis:noctuam uel bubonem intelligit. Pro uirginitate:pro erepto uirginitatis honore.

CHRI. Dicuntur geminæ peſtes:de his in ſuperioribus diximus: Hic tamē demonſtrat quales ſint furiæ aduerſus ſuperos: Aſper ait Megeram habere uim tantum apud inferos.

SER. Glauco amictu:quaſi nympha propter undarum ſimilitudinem. Ingens arboreum:non ſunt epithera:ſed æneas ingens telum coruſcat arboreum. Contrahe:collige eſt autem hoſtilis iracūdia. Caput quaſſans concutiens & conquaſſans caput. Et iuppiter ho. Ordo eſt ferox hoſtis. Saxum circunſpicit: Homeri hic totus locus eſt. Campo quod forte iacebat: Limes agro poſitus:ſecundū artē priori reſpondit:ſic Saluſtius Eſt in carcere locus quod tullianum appellatur. Manu raptum trepida: aut feſtina aut re uera trepida:quia ſequitur: Sed neque currentem nec ſe cognoſcit euntem. Torquebat: bene imperfecto uſus eſt tempore:quia non eſt perfectum quod uoluit: ut Nec ſpatium totum euaſit: nec pertulit ictum. Nec ſpatium euaſit: hic diſtin-

Tantum effata caput glauco contexit amictu.
Multa gemens:& ſe fluuio dea condidit alto.
Aeneas inſtat contra:telumq; coruſcant
Ingens arboreū:& ſæuo ſic pectore fat. (ctas
Quæ nūc deīde mora ē? aut qd iā turne retra
Nō curſu:ſæuis certandū eſt cominus armis:
Verte oēs tete in facies:& contrahe quicquid
Siue animis ſiue arte uales:opta ardua pennis
Aſtra ſequi:clauſumq; caua te condere terra.

guendum ut ſit totum nec totum pertulit ictum.i. euacuatus eſt impetus ipſius ſpacio longiore. Ac ueluti in ſomnis: Comparatio Homeri. Ne quo ſe eripiat. Totum enim troiani clauſerant. Sortitus fortuna oculis:hunc locum ad feriendum oculis elegit Aeneas: quem fortũa deſtinauerat uulneri. Fulmine tanti:pro tonitru:ſine quo nunq̃ fulmen mittitur. Atri turbinis inſtar:multis utitur comparationibus ad exprimendum nimium impetum. Et inſtar ut ſupra diximus:per ſe plunum eſt: nec recipit præpoſitionem: licet Serenus ad inſtar dixerit: ꝙ in idoneis reperitur auctoribus. Ictus:percuſſus. Nunc participium eſt: ac ſi diceret: cecidit eliſus.

Equidem merui: ſecundum artem rhetoricam: Nam quotiens perſonæ in inuidia ſunt aliæ pro his ponuntur. Vnde ait ego quidem occidi mereor: ſed tu debes ignoſcere parentis intuitu. Nec deprecor: non refuto.

DONA. Aeneas inſtar: redit ad narrationem: quã iterruperat iterpoſitis dictis Iunonis:iouis & iuturnæ. Ingens arboreum:non haſtam:ſed geſtatorem laudat. Pinnis:ſemper pinna & non penna eſt apud Donatum. In ſomnis: ponit parabolam quã quiſque in ſe expertus intelligere poteſt quid Turno euenerit. Vrbem:uel in qua erat Lauinia:uel unde expectaret:auxilium:quod pudor petere uetabat.

Nec quo ſe eripiat:fugiendi occaſio deerat. Audendi fiducia negabatur: nullũ ſperabat auxiliũ ſorore iam remota. Humilis: corpore ideſt ſupplex deiecto faſtu.

CHRI. Alto:profundo:ut ne tam crudele ſpectaculum uideret:nã grauiora ut iã diximus ſunt q̃ uidemus q̃q̃ audimus. Arboreũ expreſſit quid diceret ingens. Quæ nunc deinde mora: amara i hoſtẽ uerba & hominis indubitatam uictoriam ſibi proponentis & quæ ſimpliciter æneæ clemẽtiæ non cõuenirent ſed merita Turni hæc ab eo extorquebãt.

Ille caput quaſſans:non diſcedit a ferocitate ſua: & uictus ſe uictum fateri non uult. Neque humanis æneæ uiribus cedit:ſed a ioue ſuperari dolet. Torquebat:incipiebat quid contorquere: ſed defecerũt. uires ut rem perficere non poſſet. Genua.I.Proceleumaticus pes eſt:qui ex quatuor ſyllabis conſtat. Poteſt tamen redire ad dactylum ſi u quæ uocalis eſt conuertatur in conſonantem & facta ſyneręſi genua duarum ſit ſyllabarum. Concreuit:conriguit: ut Subito concreſcunt flumine cruſtæ. De hoc dictum eſt in georgicis. Per inane:uacuum. At qdare uacuum nõ:ſed regionem ab aere occupatam dicimus uacuam:quia ita cedit aer:ut nihil eſſe uideatur. Nec ſpacium euaſit:ideſt non eſt egreſſus ex toto illo ſpatio:qui intercedebat inter ſe & æneam. Ergo defecit in ſpacio anteq̃ ad æneam perueniret:hinc eſt ꝙ non pertulit ideſt ad deſtinatum finem tulit. Nam per incompoſitionem abſolutam rem demonſtrat. Hic illud eſt:ut ſi quis legere inceperit & non totumlegerit dicat legi:ſed non perlegi:quod autem de inſomnio dicit phyſicum eſt. Sortitus fortunam oculis:ideſt ſumens fortunam ideſt fortunatum ictum oculis:quia oculis pelegit quo telũ dirigat: quæ res ſibi futura ſit fortunata. Nec fulmine tanti Diſſultant crepitus:ſententia eſt non uenit tanto impetu fulmen:nam fulminis impetu ſcinduntur nubes. Vnde ipſe diſſultando gignunt crepitum. Turbinis:de quo iam dictum. Ille humilis:optimum exemplum: nam ſuperbiores qui ſunt nũquam cedere potiori uolunt:niſi cum penitus uicti ſunt:& quo tempore nihil illis prodeſt.

Ille caput quaſſans non me tua feruida terent:
Dicta ferox.dii me terent:& iuppiter hoſtis.
Nec plura effatus:ſaxum circunſpicit ingens
Saxũ antiquũ ingẽs campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus:litem ut diſcerneret aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent
Qualia nũc hominũ ꝑducit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtẽ
Altior inſurgens & curſu concitus heros.
Sed neq; currentem ſe nec cognoſcit euntem
Tollentem ue manu ſaxũq; imane mouentem
Genua labãt:gelidus cõcreuit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe uiri uacuum p inane uolutus
Nec ſpacium euaſit totum:nec pertulit ictum
Ac ueluti iſomnis oculos ubi languida preſſit
Nocte qes nequicq̃ auidos extendere curſus
Velle uidemur & in mediis conatibus ægri
Succidimus:non lĩgua ualet nõ corpore notæ
Sufficiunt uires:nec uox nec uerba ſequuntur
Sic turno quacunq; uiam uirtute petiuit:
Succeſſum dea dira negat:tũ pectore ſenſus
Vertuntur uarii:rutulos aſpectat & urbem:
Cunctaturq; metu:telumq; inſtare tremeſcit:
Nec quo ſe eripiat:nec qua ui tendat in hoſtẽ
Nec currus uſquam uidet:aurigamq; ſororẽ
Cunctanti telum æneas fatale coruſcat
Sortitus fortunam oculis:& corpore toto
Eminus intorquet murali concita nunquam
Tormento ſic ſaxa fremunt:nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus:uolat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens:oraſq; recludit
Loricæ:& clypei extremos ſeptẽplicis orbes
Per mediũ ſtridẽs tranſit femur:incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplyte turnus
Conſurgunt gemitu rutuli:totuſq; remugit
Mõs circũ:& uocẽ late nemora alta remittũt:
Ille humilis ſupplexq; oculos d̃xtrãq; precãtẽ
Protendens equidẽ merui nec deprecor ĩquit.

SER. Vtere ſorte tua:iterfice hoſtem tuum. Fuit & tibi talis an. Hic diſtinguẽdum ut duo dicat: &

Vtere ſorte tua:miſeri te ſi quã parentis

Tangere cura poteſt:oro(fuit & tibi talis
Anchiſes genitor) dauni miſerere ſenectæ:
Et me ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis
Redde meis:uiciſti:&uictum tendere palmas
Auſonii uidere: tua eſt lauinia coniuux.
Vlterius ne tende odiis:ſtetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos dextramq; repreſſit.
Et iam iamq; magis cunctanté flectere ſermo
Cœperat infœlix humero cum aparuit alto
Baltheus:& notis:fulſerunt cingula bullis.
Palantis pueri uictum quem uulnere turnus
Strauerat:atq; humeris inimicũ iſigne gerebat
Ille oculis poſtquam ſæui monuméta doloris
Exuuiaſq; hauſit furiis accenſus & ira
Terribilis tu ne hunc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi?palas te hoc uulnere palas
Immolat:& pœnã ſcelerato ex ſãguie ſumit.
Hoc dicens ferrum aduerſo ſub pectore cõdit
Feruidus:aſt illi ſoluuntur frigore membra:
Vitaq; cũ gemitu fugit ĩdignata ſub umbras.

habuiſti patrem:& pater es. Et me redde meis: ordo ẽ:redde meis:ſed ne ex aperto rem uiro forti pudendam peteret:interpoſitione uſus eſt dicens Seu corpus ſpoliatum lumine maius. Tendere palmas Auſonii uidere:ad gloriam æneæ pertiet ꝙ ſe Turnus cũctis præſentibus uictum fatetur. Tua eſt lauinia coniunx:Quæ fuerat cauſa certaminis. Vlterius ne tende: odiis:noli uele crudelitatem tuam ultra fata ꝓtẽdere:ſed redde corpus ſepulchro. Acer in ar.non tantum ad præſens refertur:ſed quia ſemper in armis acer eſſe conſueuit. Cunctãtem flectere ſermo cœperat:Omnis ĩtentio ad æneæ pertinet gloriam :Nam & ex eo quod hoſti cogitat parcere: pius oſtenditur:& ex eo ꝙ eum ĩteremit pietatis geſtat inſigne nam euandri intuitu palantis ulciſcitur mortem. Infœlix baltheus:nulli domino fœlix:& ſic eſt dictum infœlix baltheus ſicut lacedæmõios hymeneos:et ſciendum baltheum habuiſſe Turnũ ad inſultationẽ:& iactantiã:nõ ad utilitatem. Vnde ẽ Atq; humeris inimicum inſigne gerebat. Monumenta do.proprie nam & monumentum ab eo dictum eſt quod mentem moneat. Hauſit:uidit:ut Hauriat nunc oculis ignem crudelis ab alto. Palas immolat:ad ſuæ mõtis & abrupti fœderis ultionẽ te tãq̃ hoſtiam immolat Palas. Frigore:morte: Vt Corpuſq; lauant frigentis & ungunt. Vitaq; cũ ge. fugit indi.ſub um. Indignata uel quia mox præces ueniam non meruerant: uel quia lauiniam fore ſciebat æneæ:uel quia ut ſupra de Camilla diximus diſcedebat a iuuene. Nam uelũt phyſici animam diſcedere a corpore inuitam:cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat:ſic Homerus φυχηΔεκ μελεωνπτ Ιαμενη αιΔοσ Λεβαβερει ονποτμονγοοουσ ακιπουσ ανΔροτηΔα καιηβην.

DONA. Victoria æneæ quam ponit in fine operis perficit atque abſoluit cumulum laudum æneæ : quas a principio ad finem omni artificio continuauit.

CHRI. Merui nec deprecor:Cum uiro forti pudenda res uideretur uitam ab hoſte deprecari : id artificio ſe latenterque agit.Et primo permittit mortem ſuam ſibi:quæ res uidetur poſſe uehementer hoſti miſericordiam commouere.Deinde cum perſona ſua odioſa ſit:interponit perſonam parentis quod ualidiſſimum eſſe poterat:præſertim apud eum qui in patrem pientiſſimus fuit. Vtere ſorte tua : Non concedit plenam uictoriam ſibi:non enim dixit utere fortitudine tua ſed fortuna quæ tibi magis q̃ uirtus fauit. Miſeri parentis:Commiſeratio a ſtatu ꝙ miſer:& a ſanguine ꝙ parens & poſtremo ab ætate :.cum dicit : Dauni miſerere ſenectæ. Et me:dum precatur ut reddat cadauer:poteſt flectere ut condonet uitam. Viciſti : Magna eſt laus ꝙ uicti teſtimonio uictor euadas. Et uictũ : Cum ſummo gemitu pronuntiantur.Nõ enim mouetur morte uir fortis:Sed quod uictus ſit. Auſonii: Quos ego cupiebã adhibere teſtes meæ uictoriæ teſtes erunt meæ ignominiæ.Et hæc etiam flectere potuerunt æneam:ut cum nactus eſſet plenam uictoriam inuictum clemẽtia uteretur quod omnino fortiſſimi uiri eſt. Auſonii:apud quos ſummam gloriam ex rebus per multa tẽpora præclariſſime geſtis acquiſiueram apud eoſdem momento temporis:& illam amito:& ignominiam ſubeo. Videre:quod neq; hactenus uiderant:nec uiſuros putarant. Tua:Qua quid mihi miſerius accidere poteſt: ut uictor præmium uictoriæ ſecum auferat. Lauinia: Emphaſim habet nomen quaſi dicat quam ego mea uita cariorem habui:& propter quam omnes hos labores pertuli. Vlterius ne tende odiis:non enim eſt magni & excelſi uiri cum hoſtem tanta cum gloria ſuperarit:& omnia ſit premia conſecutus : eum occidere uelle.Nam inter magnas fortitudinis partes reponitur inimicitias condonare.Nam uindictam quærere humilis puſilliq; animi: eſſe apparet.Hinc Iuue. Ad ſummam collige ꝙ uindicta nemo magis gaudet q̃ fœmina

Stetit acer:conſtitit non metu quia acer ſed inclinans ad miſericordiam:ignouiſſetq; ſi Turnus Palanti ignouiſſet:Sed cum ex balthei admonitu recordaretur crudelitatis Turni magis pium iudicauit amico euandro: & qui ſua cauſa filium unicum amiſerat ſatiſfacere q̃ inimiciſſimo Turno uitam concedere: ut pietate potiuſq̃ crudelitate ipſum interemerit.Admonet præterea poeta multa in uita facere homines tanquã ad ſuam ĩmortalem gloriam pertineant:ex quibus deinde in exitium ruunt. Id enim ob dirreptum Palantis baltheum opinione ſua deceptus in ſe expertus eſt Turnus. Furiis & ira:implacabili indignatione. Tu:tam immitis. Indutæ ſpoliis meorum:quod nõ ad tuam defẽſionem ſed ad ſuperbam iactãtiam pertinet. Mihi:emphaſim habet quaſi dicat tam forti tam iniuriarum in meos collatarum proſecutori. Pallas:non mea crudelitas:ſed ultio quã Palanti dabo. Immolat:Nõ ueluti hoſtem cæſum:ſed ueluti hoſtiã q̃ fracti fœderis iuſtiſſimũ piaculũ ſit. Scelerato:q contra pacẽ prio & cõtra iura hoſpitalitatis: Deide cõtra fœdus arma ſumpſerat.

Maphei Veggii Laudenſis Poetæ clariſſimi Liber Tertiuſdecimus Additus duodecim æneidos libris.

TVrnus ut extremo uitā ſub marte profudit.
Subdunt ſe rutuli æneæ troiana ſequentes
Agmina: dehic ſupis meriti reddūtur honores
Congaudet gnato ac ſociis memorante maloꝝ
Actorum pater æneas. turni inde latinus
Morte dolet. patriæ miſeranda incendia daunus
Euerſæ: & cari deflet pia funera gnati.
Connubium īſtaurat gnatæ lætoſq; hymeneos.
Rex ſocer æneæ genero: gens utraq; pacto
Fœdere pacis ouat: tum nomine cōiugis urbem
Inſtruit: & tandem placida ſub pace regentem
Tranſtulit æneam uenus aſtra ī ſumma beatum

TVrnus ut extremo deuictus marte ꝑfudit
Effugiētem animam medioque ſub agmine uictor
Magnanimus ſtetit æneas mauortius heros
Obſtupuere omnes: gemitumq; dedere latini
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Cōcuſſis cecidere animis: ceu frōdibus ingens
Sylua dolet lapſis boreali impulſa tumultu.
Tum tella infigūt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponunt humeris: & prælia damnāt:
Inſanumq; horrent optati martis amorem
Nec frenum nec colla pati captiua recuſant:
Et ueniam orare: & requiem finemq; malorum:
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurruut largo miſcentes ſanguine pugnam.
Cuiq; ſuum pecus inclinat: ſin ceſſerit uni
Palma duci: mox quæ uicto pecora ante fauebāt
Nunc ſeſe imperio ſubdunt uictoris: & ultro
Quāq̄ animum dolor altus habet: parere fatent̄
Non aliter rutuli licet ingens mœror adhauſit
Pectora pulſa metu cæſi ducis: inclyta malunt
Arma ſequi: & phrygiū æneā: fœduſq; præcari
Pacis: & æternam rebus belloq; quietem
Tūc turnum ſuper aſiſtens placido ore profatur
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:
Vt teucros ſuperum monitis ſummiq; tonantis
Imperio huc uectos patereris daunia proles
Italia: & pactis nequicquam expellere tectis?
Diſce iouem reuereri: & iuſſa faceſſere diuum.
Magnū etiā capit ira iouem: memoreſq; maloꝝ
Sollicitat uindicta deos: en ultima tanti
Meta furoris adeſt: quo contra iura fidemq;
Iliacam rupto turbaſti fœdere gētem.
Ecce ſuprema dies aliis exempla ſub æuum
Venturum miſſura iouem ne temnere fruſtra
Fas ſit: & īdignos bellorum accendere motus.
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit lauinia paruo
Nec dextra tamen æneæ cecidiſſe pudebit.
Nunc rutuli hic auferte ducē ueſtrū: arma uirūq;
Largior: atq; omnem deflendæ mortis honorē.
Sed quæ palantis fuerat ingentia balthei
Pondera tranſmittam euandro: ut ſolatia cæſo
Haud leuia hoſte ferat: turnoq; exultet adempto
Vos memores tamen auſonii melioribus uti
Diſcite bellorum auſpiciis: ego ſydera iuro
Nunq̄ acies: nunq̄ arma libens in prælia moui:
Sed ueſtris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas ſe lætus ad altos
Vertebat muros: & troia tecta petebat
Vna ipſum teucroꝝ omnis conuerſa iuuentus
Exultans ſequitur: uolucreſque per arua pedū ui
Quadrupedes citat: incuſans acri ore latinos:
Ignauoſq; uocans: ſtrepit altus plauſibus æther
Et q̄uis inhumata rogis dare corpora ſurgat
Ingens cura animo ſocioſq; imponere flammis
Maius opus tamen æneas ſub pectore uoluens
Primū aris meritos ſuperū mādabat honores:
Tum pingues patrio iugulant ex more iuuēcos.
Immittuntq; ſues: niueaſq; in templa bidētes:
Purpuream effuſo pulſantes ſanguine terram
Viſcera diripiunt: & cæſim in fruſta trucidant.
Denudātq; gregē: & flāmis uerubuſq; remittūt.
Tum uina effundunt pateris: & dona lyei
Accumulāt: plenis uenerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent. onerata altaria fumant.
Tum plauſus per tecta mouēt: magnūq; tonātē
Extollunt: uenereinq;: & te ſaturnia iuno
Iam placidam: & meliorem īgenti laude fatētur
Mauortemq; ipſum: tum cætera turba deorum
In medium effertur ſummis cum uocibus altos
Perlata ad cælos: ante omnis gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat complexus iulum
Nate in quo ſpes una patris per tanta laborum
Quem uariis actus fatis diſcrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erumnis factura modum acceptiſſima ſemper
Atq; optata dies: quam dura in bella uocatus
Sæpe tibi diis auſpicibus meminiſſe futuram
Iam memini: nunc te cū primum aurora rubebit
Craſtina ſublimen rutulorum ad mœnia mittā:
Dehinc ſeſe ad gentē iliacam uoluebat: & alto
Pectore uerba trahens blando eſt ſic ore locutus.
O ſocii per dura ac denſa pericula uecti
Per tantos belloꝝ æſtus: dupliceſq; furores
Armoꝝ: per totq; hyemes: per quicqd acerbum:
Horrendum: graue: triſte: īgēs: per qcqd iniquū:
Infauſtum: & crudele foret: conuertite mentem
In melius: iam finis adeſt: hic meta malorum
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus. dabit inde mihi lauinia coniunx
Bello acri defenſa italo cum ſanguine mixtam
Troianam transferre æterna in ſæcula gentem.
Vnum oro ſocii auſonios communiter æquo
Ferte aio: & uoſmet ſocero obſeruate latino.
Scæptrum idē ſublime geret. ſententia mentem
Hæc habet: at bello uos: & præſtantibus armis
Diſcite me: & pietate ſequi: quæ gloria nobis
Ceſſerit in promptu ē: ſed cælū & ſydera teſtor
Qui uos tantorum eripui de clade malorum:
Idem ego ſub maiora potēs uos præmia ducant.
Talibus orabat. narioſq; in pectore caſus

Prætéritos uoluens: partamque labore quietem
Haud paruo: nimium ardēti exundabat amore
In teucros: grauibus tandem euaſiſſe periclis
Exultans: uelut exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Inſiliens auido ore furit: ſtragemꝗ minatur.
Tum criſtata ales perculſo pectore mater
Conſurgit miſero gnatorum exterrita caſu.
Roſtrum acuit: totiſꝗ petit conatibus hoſtem:
Et multa expulſum ui tandem cedere cogit
Dehinc pturbatos crocitans exquirit: & omnes
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet ſupereſſe periclo.
Non ſecus anchiſa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis: antiquum corde timorem
Flagrantiſꝗ agitans curas: & gaudia longis
Tandem parta malis: & quæ perferre moleſtum
Ante fuit: meminiſſe iuuat: uerum altior idem
Ingenti: & clara æneas ſupereminet omnes
Virtute excellens: & pro tot numina donis
Exorat: ſummiſque iouem cum laudibus effert.
Interea rutuli: magnum: & miſerabile funus
Exanimumꝗ ducē tulerant ſub tecta frequētes.
Correpti mœrore animos: largumꝗ pluentes
Hymbrem oculis: & iam lato clamore latinum
Defeſſum: & uarios agitantem pectore caſus
Complerant: qui poſtꝗ altos crebeſcere queſtus
Et turnum ingenti confoſſum uulnere uidit:
Haud tēuit lachrymas: dehic mœſtū lēiter agmē
Corripuit manibus uerbiſꝗ ſilētia ponens.
Ceu ſpumantis apri quando per uiſcera dentes
Fulmineos canis excepit præſtantior omni
Ex numero: tunc infauſto perterrita caſu
Cætera turba fugit latrantum: atꝗ ore magiſtrū
Circunſtans querulo pauitat: magnoꝗ ululatu
Infremit: ac commota manu dominiꝗ iubentis
Ore ſilet: gemitumꝗ premit: ſeſeꝗ cohercet.
Haud aliter rutuli ſuppreſſa uoce quierunt.
Tunc ſic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat: quantos humana negocia motus
Alternaſꝗ uices miſcent quo turbine fertur
Vita homium o fragilis damnoſa ſupbia ſceptri
O furor o nimium dominandi innata cupido
Mortales quo cæca uehis? quo gloria tantis
Inflatos tranſfers animos quæſita periclis?
Quot tecum iſidias? quot mortes: quāta maloꝝ
Magnorum tormēta geris: quot tela quot enſes
Ante oculos ſic cernis habes: heu dulce uenenū
Et mundi letalis honos: heu triſtia regni
Munera: quæ haud paruo conſtēt: & grādia regꝫ
Pondera: quæ nunꝗ placidam promittere pacem
Nec requiem conferre queant: heu ſortis acerbæ
Et miſeræ regale decus: magnoꝗ timori
Suppoſitos regum caſus pacique negatos
Quid turne ingēti auſoniam mouiſſe tumultu
Et dura æneadas turbaſſe in bella coactos.
Quid iuuat & uiolaſſe ſacræ promiſſa quietis
Pignora? quæ tibi tanta animo impatiētia uenit:
Vt martem cum gente deum: iuſſuque tonantis
Huc uecta gereres: & noſtris pellere tectis
Vltro inſtans uelles: natæque abrumpere fœdus
Pollicitæ genero æneæ: & me bella negante
Dura mouere manu: quæ tanta inſania mentem
Implicuit: quotiens te in ſæui martis euntem
Agmia ſublimemꝗ i equo: & radiātibus armis
Tentaui reuocare: & iter ſuſpendere cœptum
Corripui: & pauitans cedētem in limine fruſtra.
Inde ego quanta tuli: teſtantur mœnia tectis
Semirutis magniꝗ albentens oſſibus agri:
Et latium toto uacuatum robore: & ingens
Exitium fluuiiꝗ humana cede rubentes
Et longi trepidiꝗ metus: durique labores
Quos totiens ſenior per tanta pericula cœpi.
At nunc turne iaces: ubinam generoſa iuuentæ
Gloria? & excellēs animus? quo ſplendidus altæ
Frōtis honos? quoniam illa decēs frōtis imago?
Ah quātas dauno lachrymas acreſꝗ dolores
Turne dabis: quāto circunfluet ardea fletu
Sed nō degeneri & pudibundo uulnere foſſum
Aſpiciet: ſaltem hoc miſeræ ſolamen habebit
Mortis: ut æneæ troiani exceperis enſem.
Hæc fatus lachrymiſꝗ genas impleuit abortis.
Tum ſeſe ad turbam uoluēs: miſerabile corpus
Attoli: & charam mœſti genitoris ad urbem
Deferri: atꝗ pios fieri mādabat honores.
Mox circunfuſi rutuli lato agmine cæſum
Sublimem ingēti iuuenem poſuere pheretro:
Multa ſup teucrum raptorum inſignia ſecum
Et galeas: & equos: enſeſꝗ & tela ferentes
Poſt currus phrygia ſudantes cæde ſequuntur.
It lachrymās: & ducit equū docta arte metiſcus
Rorantem: & fletu madidum qui uexerat ante
Victorem turnum: atꝗ hoſtili ſtrage furentem.
Hinc alii uerſa arma gerunt: tum cætera pubes
Flēs ſequitur: largiſꝗ humectat pectora guttis
Et iam feſſi ibāt per muta ſilentia noctis
Cædendis ſeſe: greſſumꝗ in tecta latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mētem
Vna omnes lachrymas: matres: pueriꝗ: ſeneſꝗ
Fūdebant mœſtam implētes mugitibus urbem.
Inſcius ad tātos daunus ſupereſſe dolores
Et gnatum extremo cōſumptum marte ſupbā
Effudiſſe animam: largiſꝗ ad mœnia duci
Cum lachrymis: alios gemitus curaſꝗ fouebat
Nanꝗ ex diuerſa caderēt dum parte latini:
Et calido turnus fœdaret ſanguie terram
Vrbem ingēs flamma: & muros iuaſerat altos
Fumabatꝗ rutis miſeri patris ardea tectis
Et tota in cinerem uergebat: & aſtra fauillæ
Altiuolæ implebant: nec ſpes plus ulla ſalutis
Siue quidē ſic diis placitum ē: ſeu præſia turni
Signum ut fata darēt horrēdo marte perempti
Extemplo concuſſi animos: turbataꝗ ciues
Pectora cædētes miſerandæ ſortis iniquum
Deflebant caſum: longoꝗ ex ordine matres
Atꝗ auidos totis fugiebant uiribus ignes.
Ac ueluti cum nigra cohors poſuere ſub alta
Arbore & in fiſſa radice cubilia longo
Formicæ inſtantes operi. ſi dura ſecuris
Incumbat: uerioꝗ infringat culmine paruas
Sæua caſas: mox certatim ſeſe agmine ſparſo
Corripuit: mœſtæꝗ fuga: trepidæꝗ feruntur
Et uelut ignitum teſtudo euerſa calorem
Cum ſenſit luctata diu: pedibuſꝗ renitens

Caudam agitanſq; caput magna ui cedere tẽtat.
Aeſtuat:& multa inſidians conamĩa miſcet.
Haud aliter miſeri per tanta pericula ciues
Iactabant ſeſe:& turbata mente ferebant.
Ante omnes ſenio confectus ad æthera uoces
Fundebat querulas daunus:ſuperoſq; uocabat.
Tum uero e mediis uiſa ẽ conſurgere flammis
Percuſſiſq; ales uolitare per aera pennis
Indicium nomenq; urbis uerſæ ardea ſeruans:
Et cui ſublimes ſtabant in mœnibus arces
Mutata effuſis nunc circum labitur alis.
Attoniti nouitate omnes:monitiſq; deorum
Haud paruis confuſi humeros atq; ora tenebant.
At daunus patriæ ardenti concuſſus amore
Euerſæ:duros gemitus ſub corde premebat.
Hæc inter magno uolitans prænuntia motu
Fama ruit:latiiq; animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus:
Et turnum exanimem:& lætali uulnere uictum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incenſas ex amore faces ardentibus agri
Collucent flammis: dehinc ſe uenietibus addũt.
Quos poſtquam toto uidere ex agmine matres
Percuſſis uocem palmis ad æthera tollunt.
At daunus cari ut patuerunt funera nati
Subſtitit:& demum ingenti correpta dolore
Ora mouens medium ſeſe furibundus in agmen
Proripuit:turnumq; ſuper proſtratus & hærens
Quamprimum fari potuit:ſic edidit ore
Nate patris dolor:& feſſæ miſeranda ſenectæ
Rapta quies quo me tantis iactare periciis
Duxiſti:& ſæuis tandem deuicte ſub armis.
Quo tua me preſtans animi conſtantia uexit.
Hic claræ uirtutis honos:& gloria ſceptri:
Hoc magni decus impium? tales ne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promiſſa parenti?
Afflicto:totiens? hæc meta optata laborum.
Heu miſerum q̃ præcipites labentia caſus
Sæcla agitant:quanto uoluuntur fata tumultu:
Qui iam ſublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio:quem troes in armis
Horrendum:& trepidi totiens ſenſere furẽtem:
Nũc mi turne iaces miſerãdum:& flebile corpus
Iam mutũ ẽ ſine uoce caput:quo pulchrior alter
Non fuit in tota auſonia:nec gratior ullus
Eloquio:nec quis poſitis ingentior armis
Nate ubi forma nitẽs? niueaq; in fronte ſerenus
Ille decor? dulciſq; oculorum aſpectus:& altæ
Sydereus ceruicis honos? his gloria martis
Contigit auſpiciis:tali rediture paratu
Diſcedens uoluiſti auidis te credere bellis:
Heu mortẽ inuiſam quæ ſola ultricibus armis
Elatos frenas animos communia toti
Genti ſceptra tenens:æternaq; fœdera ſeruans:
Quæ magnos paruoſq; teris q̃ fortibus æquas
Imbelles populiſq; duces:ſeniumq; iuuentæ.
Heu mortẽ obſcuram quæ cauſa indigna coegit
Eripere:atq; meum crudeli uulnere natum
Afficere:o fœlix tam grato cædis amata
Succeſſu lætare tuæ quæ tanta dolorum
Fugiſti monumenta grauiſq; immania caſus
Pondera,quid miſero genitori plura paratis
O ſuperi? natum rapuiſtis:& ardea flammis
Cõſumpta in cinerẽ uerſa ẽ:nunc æthera pennis
Verberat:ah me turne tua plus cæde cruento.
Deerat adhuc ſors iſta patris ſuprema ſenectæ.
At uero tali ſe res cum fœdere uerſant
Vt quẽ infeſta furẽs miſerum fortuna moratur
Illum omni petat infrendens:& turbine cogat:
Dixerat:& multa illachrymãs largo ore rigabat
Hymbre:trahẽs duros gẽitus rabidoſq; dolores
Qualis:ubi incubuit ualidis iouis unguibus ales
Et paruum effuſo diuulſit ſanguine fœtum
Cerua uidens: miſeri turbantur funere nati.
Poſtera lux latum ſplendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali marte latinus
Defeciſſe uidens italos:totamq; potenti
Cedere fortunam æneæ:belliq; tumultum:
Ingentiſq; animo curas & fœdera uoluens
Connubii promiſſa ſuæ nateq; hymeneos.
Preſtantes uocat electos ex agmine toto
Mille uiros:qui dardanium comittẽtur ad urbẽ
Spectatum uirtute ducem : iungitq; togatos
Multa oratores memorans:& euntibus ultro
Impat ut (quando auſpiciis:monitiſq; deorum
Troianam miſcere italo cum ſanguine gentem
Expediat) placido interſint animoq; reuiſant:
Aeneadaſq; uehant alta inter mœnia læti.
Interea ipſe urbẽ labefactam:& uulgus inerme
Componit:ſolidatq; animos requieq; futuram
Spondet:& æternam uentura in ſæcula pacem
Inde iubet meritos turba plaudẽte triumphos
Sublimeſq; domus fieri regalis honores.
Atq; alacris monet unanimes ut fronte ſerena
Occurrant genero uenienti:& pectore toto
Excipiant gentem iliacam:magniſq; receptent
Plauſibus:optatæq; effundant pacis amores.
Iamq; iſtructa cohors teucrorum caſtra ſubibat
Cincta comas ramis oleæ:pacemque rogabat.
Quam bonus æneas ad ſe intra regia duci
Tecta iubet:cauſamq; uiæ placido ore requirit
Tunc ſenior ſic incipiens ardentia drances
Verba mouet nimium erepti pro funere turni
Exultans:o troianæ dux inclyte gentis
Gloria ſpeſq; phrygũ:quo nec pietate: nec armis
Maior in orbe fuit:uicti obteſtamur:& omnes
Iuramus deoſq; deas inuitus in unum
Conflatum uidit latium:& temerata latinus
Fœdera nec phrygios unq̃ turbauit honores.
Quin nate(quando ſuperum ſic uota ferebant)
Conubia:& generum magno te optabat amore.
Sed quicquid tãto armorum flagrante tumultu
Tãtorum furiiſq; opum:atq; laboribus actum ẽ
Id rapidus turni:& ſtimulis incẽſus iniquis
Confectuſq; odiis furor attulit ille negantes
Inuitaſq; dedit latias in prœlia gentes
Illum omnis conuerſa cohors poſcebat ut armis
Cederet:& magnum fineret ſuccedere pactis
Connubiis anchiſiaden:inde optimus ambas
Iungebat palmas defeſſa ætate latinus
Infractus:nimioq; ardentem marte rogabat:
Nec noſtræ potuere preces inflectere durum:
Nec diuum portenta animum: quin acrius ignẽ
Spumabat ferus ore uomens:bellumq; ciebat.

At uero dignum inuenit pro talibus auſis
Exitium qui te tandem uictore momordit
Nigrantē ꝓſtratus humū:nunc improbus ædes
Tartareas uiſurus eat quæratq; ſub imo
Nunc alias acheronte acies:alioſq; hymeneos.
Tu melior ſuccede bonis laurentibus hæres.
In te omniſq; domus:& feſſi inclinata latini
Spes iacet:unum omnes itali ſup aurea mittunt
Sydera:& ingentem bello & cæleſtibus armis
Extollunt:& uera canunt præconia uoces.
Te grauium ueueranda patrū conſultaq; turba:
Inualidiq; ætate ſenes:te læta iuuentus:
Et cupidæ matres:pueri:innuptæq; puellæ.
Vnanimes æquo ore uolunt:turnūq; ſub armis
Exultant cecidiſſe tuis:te tota precatur
Auſonia & claris præſtantem laudibus effert:
In te unum conuerſi oculi:pater ipſe latinus
Iam ſenior ſola hæc longeuæ munera uitæ
Qui gnatam tibi iungat habet generiq; nepotes
Troianos italo admixtos in ſæcula mittat.
Ergo age magne uēi teucrorum ductor:& altos
Ingredere:& celebres cape quos ſpōdemus hono
Finierat:cuncti eadē ſimul ore fremebant. (res
Quos pius æneas hylari cum fronte receptos
Proſequitur paucis:& amico pectore fatur.
Nec uos:nec placida ſolitum ſub pace latinum
Arguerim:uerum infeſti uiolentia turni
Tātū opus haud dubito:& tāti diſcrimīa martis
Conciuit:iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid ideſt tamen auſonii nil pacta recuſo
Connubia:& ſanctam æterno cum fœdere pacē
Iungere.rex idem impium:& uenerāda tenebit
Scæptra ſocer:ſtatuetq; mei mihi mœnia teucri
Et nomen naræ urbis erit:ſocioſq; penates
Adiiciam uos:communes in ſæcula leges:
Concordeſq; ingenti animo mittetis amores:
Interea quod reſtat adhuc imponite flammis
Corpora:quæ duri miſeranda inſania belli
Arripuit:dehincq̄ primum craſtina ſurget
Clara dies:læti laurentia tecta petemus.
Dixerat:& tanto affatu conuerſa tenebant.
Ora ſimul:ſtupefacti omnes:& apertius ingens
Mirantes pietatis opus:mox robore toto
Congeſtas rapuere pyras:ignemq; repoſtis
Ciuibus immiſere:altumq; ſub æthera fumus
Euolat:atq; atris cælum ſublime tenebris
Conditur:innumeras ex omni rure bidentes
Glandilegoſq; ſues iugulant pingueſq; iuuēcos.
Immittuntq; rogis latos incendia campos
Enudant:fremit impulſus clamoribus aer.
Iamq; ſequens clarū extulerat lux aurea phœbū.
Tunc teucri auſoniiq; omnes mixto agmīe læti
Conſedere in equis:& greſſū ad tecta mouebant
Laurenti:atq; altis erectam mœnibus urbem:
Ante omnes pius æneas:poſt ordine drances
Multa duci ſenior memorans:dehinc unica ꝓles
Aſcanius:multumq; animi maturus alethes:
Et grauis ilioneus mneſtheuſq; acerq; ſereſtus.
Sergeſtus fortiſq; gyas:fortiſq; cloanthus.
Poſt alii mixtimq; itali teucriq; ſequuntur.
Interea effuſi ſtabant per mœnia ciues:
Sublimiſq; alta ſtatuebant laude triumphos
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant quos læta fronte latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At poſt q̄ medio uenientem ex agmine uidit
Dardanium æneam haud uera illuſit imago:
Nanq; omnes ſuper excellens atq; altior ibat.
Et late regalem oculis ſpargebat honorem
Sydereis:tunc cum primū data copia fandi eſt:
Et uoces capere atq; optatas iungere dextras
Incipit:& prior affatur placido ore latinus.
Veniſti tandem:cupidum nec fixa fefellit
Spes animum lux troianæ clariſſima gentis:
Magnorum quē iuſſa deum tot caſibus actum:
Italia & noſtris uoluerunt ſiſtere tectis:
Quanq̄ humana furēs nimis auſa licētia ſanctas
Turbarit leges:& diuum exciuerit iras:
Quin etiam inuictū totiēs meq; arma negātem
Tardiderit duri perferre pericula martis
Factū etenim:ſed nec paruo ſat numina iuſtas
Indignata animis:miſere ultritia pœnas.
Nunc age magne phrygū ductor:q̄do oīs origo
Seditionis abeſt:& tanti criminis auctor.
Connubiis ſuccede:& promiſſis hymenæis.
Sunt mihi regna:iacent ereptis opida muris
Sola autem reſſæ ſpes unica nata ſenectæ
Te generum:& natū tēpus cōplector in omne.
Quē contra bonus æneas rex maxime nullam
In te horum cauſam armorum tātiq; tumultus
Crediderim:placidæ aſſueto ſub tēpore pacis.
Et ſi qua eſt:pone hanc curam pater optime q̄ſo
Nunc adſum:& patrē & ſocerū te lætus ī omnis
Accipio caſus:magni mihi ſurgit imago
Anchiſæ:& rurſum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter ſe:& tecta ſubibant
Regia:cum ſtudio effuſæ matreſq; nuruſq;
Longeuiq; patres ſtabant iuuenumq; cohortes
Pulchra reuiſentes troianæ corpora gentis
Ante omnes magnum æneā:cupidoq; notabant
Altum animo genus:& præſtantē frōtis honorē
Quæſitamq; alacres pacemq; optata quietis
Munera laudabant:ceu quando longus & ingēs
Agricolas tenuit reſolutis nubibus hymber
Suſpenſos:curuumq; diu requieuit aratrum.
Tunc ſi clarus equos ſpatioſo limine titan
Laſſet:& aurato cælum ſplendore ſerenet
Lætitia exundant:& ſeſe hortātur agreſtes.
Non ſecus auſonii tam læto ī tempore rerum
Compoſuere animos:& iam rex alta latinus
Atria:regaleſq; aditus intrarat:& una
Optimus æneas:ſequitur quem pulcher iulus:
Dehinc itali mixtiq; phryges:tum ſplēdida læto
Applauſu:& magno completur regia cœtu.
Hæc inter matrum innumera nurumq; caterua
In medium comitata uenit lauinia uirgo:
Sydereos deiecta oculos quam troius heros
Virtute & forma ingentem mirabile dictu
Vt uidit:primo aſpectu ſtupefactus inhæſit:
Et ſecum turni caſus miſeratus acerbos
Qui haud pua ſpe ductus ouans in p̄lia tantos
Ciuiſſet motus:duriſque arſiſſet in armis:
Tum uero æterno iunguntur fœdera nexu
Connubii:& multa canunt cū laude hymeneos.

De hinc plauſus fremituſq; altũ ſup aera mittũt:
Et lætam uocem per regia tecta uolutant.
At fidum interea æneas affatur achaten.
Vadat:& andromachæ quõdã data műera ueſtes
Intextas auro ferat:& quod ſæpe ſolebat
Dum res troianæ ſtabant circundare collo
Auratum gemmis circunſeptumque monile.
Præterea magnum cratera in pignus amoris:
Quem priamus patri anchiſæ donauerat olim
Nec mora iuſſa ſeq̃ns pulcherrima portat achates
Munera:tum ſocer ingentem cratera latinus
Donatum capit:ac coniunx lauinia ueſtes
Atque monile decens placido dehĩc pectore ſeſe
Demulcent:uariiſq; trahunt ſermonibus horas.
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poſcebãnt:mox regali conuiuia luxu
Effundunt latoſque alta intra tecta paratus.
Conuenere omnes ſtrato diſcumbere in oſtro
Delitus iuſſi:& dapibus ſe inſerre futuris.
Dat manibus cryſtalus aquas: mẽſiſq; reponunt
Flauentem cererem:tum læta fronte miniſtri
Innumeri magno diſtinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit menſas:pars pocula miſcet:
Craterasque replet:nunc ac nunc uoluitur illac
Turba frequens:uarios miſcentq; p atria motus.
At puerum pater immotis ſpectabat iulum
Luminibus: uultum admirans moreſq; latinus:
Et grauiter:puerili ex ore cadentia uerba:
Maturumq; aium ante annos:& multa rogabat
Permixtas referens uoces:de hinc oſcula figens
Dulcia cõplexum manibus iunctumq; fouebat.
Et nimium exultãs fœlicem : & munere diuum
Donatum æneam pro tali prole ferebat.
Poſtq̃ epulis compreſſa fames : traducere lõgam
Incipiunt fando:& labentem fallere noctem:
Nunc duros troiæ caſus gentesque pelaſgas:
Nunc fera laurentis memorantes prœlia pugnæ:
Quo primum diffuſæ acies:quo tela uiciſſim
Pulſa loco:qui primus ouans inuaſerit agmen:
Fulmineumq; ardẽs in equo madefecerit enſem
Præcipue tros æneas ſeniorque latinus
Magnorum heroum latiique antiqua potentis
Geſta recenſebant: fugientemque horrida gnati
Arma ſui ſaturnum italis latuiſſe ſub oris.
Hinc latium dixiſſe:genuſque in montibus altis
Compoſuiſſe uagum:legeſque:& iura dediſſe
Et bacchi:& frugum cultus:dehinc tecta ſecutũ
Eſſe paterna iouem:atq; electra atlantide cretus
Iaſio idæas cælo phrygiæ iſſet ad urbes
Dardanus ex chorito multa cum gẽte profectus
Vtq; inſignẽ aquilam dono:& ioue pr̃e ſuperbus
Hectoreæ gentis ſignum:illuſtreſque tuliſſet
Primus auum titulos troianæ ſtirpis origo.
Talibus atque aliis inter ſe longa trahebant
Tempora:tum fremitus lætæque p atria uoces
Alta uolant:ſtrepitu ĩgenti tectum omne replet.
Dant lucem flammæ:& lato ſplẽdore coruſcant.
Cõſurgũt phryges & cithara reſonante ſequunt
Auſonii:& plauſum ĩgeminant: ſeq; agmine toto
Permiſcent:uariantque pedes : rapiũtq; ferunt
Et iam feſta noueni largo connubia luxu
Attigerãnt celebrata dies:tum maximus heros
Aeneas urbem curuo ſignabat aratro:
Fundabantque domos:& amictas aggere foſſas
Ecce aũt fatu haud paruũ diffundere flammam
Ingentem:& fulgore leuem:& ſe nubibus altis
Miſcentem ſummo lauinia uertice uiſa eſt.
Obſtupuit pater æneas:dupliceſque tetendit
Ad cælum cum uoce manus:ſi iuppiter unquã
Gens monitis troiana tuis:terraque marique
Paruit imperiiſque libens:ſi numina ueſtras
Si merui coluique aras:per ſiquid agendum eſt
Quod reſtat:placidam fœlici afferte quietem
Augurio:& firmate:maliſque imponite finem
Talia iactantem circunſtitit aurea mater
Se uenerem confeſſa:almo & ſic edidit ore
Gnate animo pone hãc curam:& meliora capeſſe
Signa deum:gaudenſq; bonis ſuccede futuris.
Nũc tibi parta quies:nũc meta extrema maloꝝ
Nunc tandẽ optatam componũt ſæcula pacem.
Nec flammam ad cælos platam e uertice caræ.
Coniugis horreſce:at conſtantẽ dirige mentem.
Nanq; erit illa tuum celebri quæ ſanguine nomẽ
Troianoſque auctura duces ad ſydera mittat.
Hæc tibi magnanimos ſublimi prole nepotes
Conferet:egregiis totum qui laudibus orbem
Complebunt:totumque ſua uirtute potentes
Sub iuga uictoreſq; trahẽt : quos gloria ſummo
Oceanum tranſgreſſa ingens æquabit olympo.
Quos tandẽ innumera ardẽs poſt illuſtria regꝝ
Geſta deos factura uehet ſuper æthera uirtus
Hanc flammam uentura tuæ præconia gentis
Deſignant:hoc omnipotens e culmine ſignum
Sydereo dedit:at tantarum in munere laudem
Quam ſtatuis dicas a nomine coniugis urbem:
Præterea ſacros troia exardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia: & altos
Infer ad æternum manſuros tempus honores.
Hi tibi mira feram tanto urbis amore trahent:
Vt uecti ad ſedes alias loca prima latini
Sponte ſua repetent:iterum:iterumq; reuerſi.
O fœlix quẽ tanta manent:de hinc pace tenebis.
Sub placida gentem iliacam:poſt feſſus:& æuo:
Confectus tandem elyſias ſocer ibit ad umbras.
Succedes ſceptro:atq; italis dominabere:leges
Communes teucriſq; ferẽs:tum lætus ad altum
Te mittes cælum:ſic ſtat ſententia diuum.
Dixit:& inde leues fugiens ſe uexit ad auras.
Aeneas tanto ſtupefactam nomine mentem
Percuſſus:diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compoſitos fœlici in pace regebat
Dardanidas:& iam decedens ſceptra latinus
Liquerat:& pius æneas ſucceſſerat omnem
Auſoniam:lataq; potens ditione tenebat.
Iam paribus phryges:atq; itali ſe moribus ultro
Et ſocia ingenti firmabant pectora amore.
Concordique æquas miſcebant fœdere leges.
Tum medio uenus exultans ſe immiſit olympo
Ante iouem:& complexa pedes ſic ore locuta ẽ.
Omnipotens genitor qui ſolus ab æthere ſũmo
Cũcta moues:qui rex hominum curaſq; receſſes
Dum teucros traheret fortuna inimica recordor
Spondebas finem ærumnis:rebuſque ſalutem.
Nec tua me promiſſa pater ſententia fallit.

Namq́ omnes gaudere ſacra tris pace per annos
Viderunt italæ nullo diſcrimine partes:
Verum ad ſyderei miſſurum culmina cæli
Pollicitus magnum æneam:meritúq́ ferebas
Illaturum aſtris: quid nunc ſub pectore uerſas?
Iamque optat matura pollos æneia uirtus.
Olli hominũ ſator atq́ deũ dedit oſcula ab alto
Pectore uerba ferens q̃tum cytherea potentem
Aeneam æneadaſque omnes infeſſus amaui:
Et terra:& pelago:& per tanta pericula uectos:
Noſti:& ſæpe equidẽ indolui commotus amore
Gnata tuo:tandemque malis iunone ſecunda
Impoſui finem.nunc ſtat ſententia menti.
Qua ductorem lata phrygum ſuccedere cælo
Inſtitui:& firma eſt:numeroque inſerre deorum
Conſtat:& id concedo libens:tu ſi quid in ipſo
Mortale eſt ad me:atque aſtris ingentibus adde:
Quin ſi alios ſua habet uirtus:qui laude perenni
Accingant ſeſe geſtis preſtantibus orbem
Exhornet:illos rurſum ſuper æthera mittam.
Aſſenſere omnes:ſuperi.nec regia iuno
Abnuit:at magnum æneam ſuadebat ad altum
Efferri cælum:& uoces adebat amicas.
Tum uenus aerias deſcendit lapſa per auras.
Laurentumque petit uicina numicius undis
Flumineis ubi currit in æquora harundine tectus
Tunc corpus gnati abluere:& deferre ſub undas
Quicquid erat mortale iubet de hinc læta recẽtẽ
Fœlicemque animam ſecum ſuper aera duxit
Immiſitque æneam aſtris:quem iulia proles
Indigetem appellat:templiſq́ imponit honores.

Alcini uerſus.

De numero uatum ſi quis ſe ponat homerum:
 Proximus a primo:tum maro primus erit.
Et ſi poſt primum maro ponatur homerum:
 Longe erit a primo quiſquis ſecundus erit.

Cornelii galli uerſus.

Temporibus lætis triſtamur maxime cæſar
 Hoc uno amiſſo quem gemo uirgilium
Sed uetuit relegi:ſi tu patiere libellos
 In quibus æneam condidit ore ſacro.
Roma rogat:p̃cibus & enim tibi ſupplicat orbis:
 Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atq́ iterum troiam:ſed maior flamma cremabit
 Fac laudes italum:fac tua facta legi.
Aeneamque ſuum fac maior nuntius ornet.
 Plus fatis poſſunt cæſaris ora dei.

P.V.Maronis hortulus

Adeſte muſæ maximi proles iouis
 Laudem feracis prædicemus hortuli
 Hortus ſalubres præbet corpori cibos:
 Varioſque cultus ſæpe cultori refert.
 Holus ſuaue:multiplex herbæ genus
 Vuas nitentes:atque fœtus arborum.
 Non deſit hortis & uoluptas maxima:
 Multiſque commixta modis iucunditas.
 Atque ſtrepentis uitreus ambit liquor
 Sulcoque ductus irrigat riuus ſata:
 Flores niteſcunt diſcolore gramine
 Pinguntque terras gemmeis honoribus.
 Apes ſuſurro murmurant gratæ leni:
 Cum ſumma florum uel nouos rores legunt.
 Fœcunda uitis coniuges ulmos grauat
 Textas ut inumbrat pampinus harundines.
 Opaca præbent arbores umbracula:
 Prohibentque denſis feruidum ſolem comis.
 Aues canoros garulæ fundunt ſonos.
 Et ſemper aures cantibus mulcent ſuis.
 Oblectat hortus:auocat:paſcit:tenet:
 Animoque mœſto demit langores graues.
 Membris uigorem reddit:& uiſus capit.
 Refert labori pleniorem gratiam.
 Tribuit colenti multiforme gaudium.

De Vino & Venere.

Nec ueneris:nec tu uini capiaris amore:
 Vno nanque modo uina uenuſque nocent.
Vt uenus eneruat uires:ſic copia uini:
 Et tentat greſſus:debilitantque pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri:
 Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe petit ferus exitiale cupido:
 Sæpe manus:itidem bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello
 Et lapithas bello perdis iacche graui
Denique cum mentes hominum furiarit uterq́:
 Et pudor:& probitas:& metus omnis abeſt:
Compedibus uenerem uinclis conſtringe lyæũ:
 Nec te muneribus lædat uterque ſuis
Vina ſitim ſedant:natis uenus alma creandis:
 Serua fines horum:tranſiluiſſe nocet.

De liuore.

Liuor tabificum malis uenenum
 Intactis uorat oſſibus medullas.
 Et totum bibit arbutus cruorem.
 Quod quiſque furit inuidetque forti
Vt dedit ſibi pœnas ſemperque ipſe eſt.
 Teſtatur in gemitu graues dolores:
 Suſpirat gemit:incutitque dentes:
 Sudat frigidus intuens quod odit:
 Effundit mala lingua uirtus atrum.
 Pallor terribilis genas colorat:
 Infœlix macies renudat oſſa
 Non lux:non cibus eſt ſuauis illi.
 Nec potus iuuat:aut ſapor lyæi:
 Nec ſi pocula iuppiter propinet.
 Atque hæc porrigat:& miniſtret hebe:
 Aut tardat ganymedes ipſe nectar.
 Non ſomnum capit:aut quieſcit unquam
 Torquet uiſcera carnifex cruentus.
 Veianos tacitos mouet furores.
 Intentans animo faces erumnys.
 Et talis titii quo uultur intus
 Qui ſemper lacerat comeſti mentem.
 Viuit pectore ſub dolente uulnus.
 Quod chironia nec manus leuaret:
 Nec phœbus:ſoboles ue clara phœbi.

De cantu ſyrenarum.

Syrenas uarios cantus acheloia proles:
 Et ſolis:& miſeros ore ciere modos.
Illarum uoces:illarum muſa mouebat:
 Omnia quæ thimele carmina dulcis
Quod tuba:quod lyrui:qđ cornua rauca fuerunt
 Quodque foraminibus tibia mille ſonat.
Quodque leues calami ſuauis cantat & ædo:

Quod lyra:quod citharæ:q̄d moribundus olor
Illecior nautas dulci modulamine uocis:
Mergebat auide fluctibus ionus.
Sanguine ſiſiphio generatus uectus ulyxes:
Et totes ſolida præſtitit arte ſuos.
In leui cæra ſociorum callida circes:
Atq; ſuas uictis præbuit ipſe manus.
Tanſiluit ſcopulos & inhoſpita littera claſſis:
Illi præcipites diſſiluere freto.
Sic blandas uocis notas:ac carmina uicit.
Sic tamen exitio monſtra canore dedit.
Eiuſdem
Clarus inoffenſo redibat lumine titan:
Lectificuſq; dies erat omnibus æthere puro.
Voſq; ſimul iuuenes animis:& uoce fauentes
Concelebrate diem notis fœlicibus almum:
Proſper ut is ſemper redeat uatiq; quot annis
Aſmendæ referam alacres ſua mantua uati.
De fortuna.
Fortuna potens:tantum
Iuris atrox quæ uendicas
Euertis quæ bonos:eligis improbos :
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit .
Iſtos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat .
Hæc aufert iuuenes:& retinet ſenes
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis admittit tranſit ad impios :
Nec diſcrimen habet:rectaq; iudicat:
Inconſtans fragilis perſida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet .
Nec quos deſerit perpetuo premit .
De Orpheo.
Treicius quondam uates
Fide creditur canora :
Mouiſſe ſenſus trium fratrum :
Atq; omnes tenuiſſe uagos:
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa .
Suaui ſono teſtudinis
Arbores ſecutæ umbram ferunt præbuiſſe uati:
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaq; uitam uoce temperauit.
Iuſtitiam docuit:cœtu quoq; congregauit uno:
Moreſq; agreſtes expoliauit orpheus.
De ſe ipſo.
Mellifluum quiſquis romanum neſcit homerū
Me legat:& lecto credat utrunque ſibi.
Illius immenſos miratur græcia campos:
At minor eſt nobis:ſed bene cultus ager.
Non miles paſtor curuus non deſit arator :
Hæc grais conſtant ſingula:trina mihi.
De ætatibus animalium.
Per binos decies que nouem ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum quod & implet uita uirorum
Hos nouies ſuperat uiuendo garula cornix:
Et quater egreditur cornicis ſæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter uicit coruus & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
Quam nos perpetuo decies peruertimur æuo
Nymphæ amadriades:quarū longiſſima uita eſt
Hæc cohibet fines uiuacia fata animantum.
Cætera ſecreta nouit deus arbiter æui:
De ludo.
Sperne ludum:uerſat mentes ueſana libido.
Fraude carere graues:ignari credite doctis:
Luſuri nūmos:animos quoq; ponere debent.
Iraſci nemini uictos placet optime frater.
Ludite ſecure quibus eſt æs ſemper in archa
Si quis habet nummos ueniens exibit inanis
Luſori cupido ſemper grauis exitus inſtat.
Sancta probis pax eſt:iraſci deſine uictus.
Nullus ubiq; poteſt fœlici ludere dextra.
Initio furiis ego ſum tribus addita quarta.
Plecte truces animos:ut uere ludere poſſis.
Ponite mature bellum præcor:iraq; ceſſet.
Monoſtica de erumnis Herculis.
Prima clionei tolerata erumna leonis:
Proxima lerneam ferro:& face contulit hydrā.
Mox herymantheum uis:tertia perculit aprum.
Aripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres diſcrimine q̄nto
Treiciam ſexto ſpoliauit amazona baltheo.
Septima in argeis ſtabulis impenſa laboris.
Octauo expulſo numeratur adorea tauro.
In diomedis uictoria noua quadrigis.
Gerione extincto decimam dat hyberia palmam
Vndecimum mala heſpidū diſtracta triumphū
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris:
Argumenta duodecim librorū æneidos.
Aeolus immittit uentos iunone precante:
Troianoſq; uagos libycas expellit in oras.
Solaturq; uenerem dictis pater ipſe dolentem:
Aeneam recipit pulchra carthagine dido:
Cui uenus aſcanii ſub imagine mittit amorem.
Secundi.
Cogitur æneas bellorum exponere cauſas:
Graiorumq; dolos:& equū:fraudēq; ſinonis:
Excidiumq; urbem:priamiq; miſerrima fata.
Vtque patrem impoſitum forti ceruice per ignes
Extulerit:claramq; amiſerit ipſe creuſam.
Tertii.
Poſt caſum troiæ fabricata claſſe ſuperſtes:
Vela dat æneas:urbemque in littore thraces
Mox aliam pulſus creteis condidit oris.
Cedit & hic:helenūq; uidet:preceptaq; ſumit
Aetnæum cyclopa fuit ſepelitque parentem.
Quarti.
Ardet amore graui dido ſorore anna ſuadet
Nubere:iunguntur nimbo cogente ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemptus hiarbas:
Nauigat æneas iuſſu iouis:illa dolore
Impatiens:& amore necem ſibi protinus infert.
Quinti.
In ſiculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam:tumuloque patris perſoluit honorem.
Tum cogit naues incendere troadas iris.
Troes ibi linquunt ſocios:uenus anxia placat
Neptūnum:ſomnus palynurū mergit in undas.
Sexti.
Sacratam phœbo cumarum fertur in urbem
Rex phrygius:uatiſq; petit reſponſa ſibyllæ.

Miſenum ſepelit:poſt hæc adit infera regna
Congreſſuſq; patri diſcit genus omne ſuorum
Quoq; modo caſus ualeat ſuperare futuros.

Septimi.

Tandem deueniunt laurentia troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte ſatam iuno furiam uocat illa latinos
Inter:& æneidas bellum ſerit:& ciet arma.
Protinus auxiliis terra inſtruit itala turmas.

Octaui.

Vidit ut æneas ſumma ui bella parari:
Arcadas euandrumq; ſenem ſibi fœdere iungit.
Dardanioq; duci ſociatur hetruria tota.
Arma petit genitrix:dat mulciber:in clipeoq;
Res pingit latias:& fortia facta nepotum.

Noni.

Ad turnum propere iunoni mittitur iris:
Infeſtatq; animos:aciem mouet ille phrygaſq;
Obſidet inde igni euerſa eſt æneia claſſis.
Euryalus:niſuſq; ruunt:nece prœlia noctis.
Vi turnus potitur caſtris: impellitur inde.

Decimi.

Placat & uxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter auxiliis inſtructus troius heros:
Aduenit:occurrũt populi:atq; in littore pugnãt.
Occidit:a turno palas:uictorq; ſuperbus
Aeneæ eripitur:mezentius interit acer.

Vndecimi.

Occiſis proprium pars utraq; reddit honorem
Supplicibus calydone ſatus negat arma latinis.
Cum turno alterno iurgat certamine drances
Aeneas equitem præmittit & obuia uirgo
Excipit:extincta rutuli dant terga camilla.

Duodecimi.

Troianis rutuliſq; placet coniungere fœdus.
Id rutuli rumpunt:nato uenus alma medetur
Dictamo:rutuliq; ruunt periuria uicti.
Cogitur æneæ dauni concurrere proles.
Palantea necem miſero dant cingula turno.

P.V.Maronis de muſarum iuuentis.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſiuo gaudet ſermone thalia.
Dulciloquis calamos euterpe flatibus urget
Terpſicore affectus citharis mouet:impat auget
Plectra gerens eratho ſaltat pede:carmine uultu:
Carmina calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu:loquiturq; polymnia geſtu
Mentis apollineæ uis has mouet undiq; muſas
In medio reſidens complectitur omnia phœbus.
Clio hiſtorias inuenit:melpomene tragædias
Talia comœdias:euterpe tibias:terpſicore
Pſalterium:eratho geometriam:calliope litteras.
Vrania aſtrologiam:polymnia rhetoricam.

Epitaphia uirorum illuſtrium.

Palladius.

Conditus hic ego ſum:cuius modo ruſtica muſa
Per ſiluas:per rus uenit ad arma uirum.

Aſclepiades.

Tityron ac ſegetes cecini maro:& arma uirumq;
Mantua me genuit:parthenope ſepelit.

Euſebius.

Virgilius iacet hic:qui paſcua uerſibus edit:
Et ruris cultus & phrygis arma uiri.

Pompelianus.

Qui pecudes: qui rura canit:qui prœlia uates:
In calabris moriens hac requieſcit humo.

Maximianus.

Carminibus pecudes:& rus:& bella canendo:
Nomen inextinctum uirgilius meruit.

Vitalis.

Mantua mi patria eſt:nomẽ maro: carmina ſiluæ
Ruraq; cum bellis:parthenope tumulus.

Baſilius.

Qui ſiluas:& agros:qui pœlia uerſibus ornat
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poeta maro.

Aſmodianus.

Paſtores:uates ego ſum:cui rura:duceſq;
Carmina ſunt:hic me preſſit acerba quies.

Vouianus.

A ſiluis ad agros:ab agris ad prœlia uenit.
Muſa maronis adeſt nobilis ingenio.

Eugenius.

Bucolica expreſſi: & ruris præcepta colendi:
Mox cecini pugnas:mortuus hic habito

Iulianus.

Hic data uirgilio requies:qui carmine dulci
Et pana:ſegetes:& fera bella canit.

Hilaſius.

Paſtores cecini:docui qui cultus in agris:
Prœlia deſcripſi:contegor hoc tumulo.

Aliud.

Subduxit morti uiuax pictura maronem:
Et quem parca tulit:redit imago uirum.

Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ
Quem præſentant honos carminis:& plutei.

Virgilius.

Mantua me genuit:calabri rapuere:tenet nunc
Parthenope:cecini paſcua rura duces.
Triſtia fata tui dum fles in dapnide flacci
Docte maro fratrem diis immortalibus æquas.
Paſtor arator eques:paui colui ſuperaui:
Capras rus hoſtes fronde ligone manu.
Iuppiter in cælis:cæſar regit omnia terris.
Tarpeio quondam conſedit culmine cornix
Eſt bene non potuit dicere:dixit erit
Littera rem geſtam loquitur:res ipſe medullã
Verbi quam uiuax mens uidet:intus habet.
Sus iuuenis ſerpens caſu uenere ſub imo
Sus iacet extinctus:ſerpens pede:ille ueneno.
Anguis aper iuuenis pereunt in uulnere morſu:
Hic fremit:ille gemit:ſibilat hic moriens.
Sus ſerpens iuuenis pariter periere uiciſſim.
Dente perit iuuenis:ſerpens pede porcus ab ictu.

P.V.Maronis de ſpeculo.

Redditur effigies: liquidaq; tuentis in unda:
Qualis in aduerſo ſpeculorum cernitur orbe.
Formam puram refert oculis ſpectãtibus unda:
Quales obiecti ſpeculi fulgore uidentur:

Fōtis aquæ redeant ſimulachra imitātia uerum:
Qualia leue refert ſpeculi cum cernimus æquor:
Exprimit oppoſitas in mollibus unda figuras:
Leuati quales ſpeculi uictor ipſe remittit.
Apparet mendax in limi fronte figura.
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbis:
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac ueluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcans
Spectantis faciem mundiſſimus aſſimulat fons:
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni.
Forma repercuſſus liquidarum fingit aquarum.
Qualis purifico ſpeculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis:ſimplex generatur imago.
Vt ſolet e ſpeculo facies reſplendente referri.
Effigies liquido reſpondet ab æquore fontis.
Qualis & a ſpeculo ſimulatrix unda reſultat:
Eſtringit ſpecies puriſſimus odor aquarum.
Palma uelut ſpeculi uiuas imitantia formas
Fonte repulſatur depicta tuentis imago:
Ceu leui in ſpeculo ſolet apparere figura.

Mira Virgilii uerſus experientia.

Qua ratis egit iter iuncto boue plauſtra trahunt
Poſtq̄ triſtis hyems frigora iunxit aquas.
Suſtinet unda rotam patulæ modo peruia puppi
Vt concreta gelu marmoris inſtar habet.
Quas mō plauſtra p̄mūt undas:ratis ante ſecabat
Poſtq̄ brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur:celerem nunc paſſa carinam.
In glaciem ſolidam uerſus ut amnis abit.
Quæ ſolita eſt ferre unda rates:fit peruia plauſtris
Vt ſtetit in glaciem marmore uerſa nouo
Semita fit plauſtro:q̄ puppis aduecta cucurrit
Poſtq̄ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita ſignat iter:modo qua cuius alueus exit:
Stringit aquas tenus ut glacialis hyems.
Omnis iter plauſtro dat qui dedit ante carinæ:
Diruit ut uentis unda fit apta rotis.
Plauſtra boues ducunt:qua remis acta carina eſt.
Poſtq̄ diriguit craſſus inane liquor.
Vnda capaxq; ratum:plauſtris iter algida præbet:
Frigoribus ſæuis ut ſtetit amnis iners.
Plauſtra uiam carpunt qua puppes ire ſolebant:
Cum frigus boreas obſtupefecit aquas.

Mira Virgilii experientia.

Thaumantis proles urianti ueſte figuras
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Iris & inſigni decorat curuamine cælum:
Cum ſol ardentes radios in nubila fecit:
Cum colorifico nymbos fulgore repleuit:
Apparet uarii radiis diſtincta coloris
Clara ſub æthereis fulget thaumantia proles
Nubibus:ut radiis pluuium ſol attigit hymbrē:
Et picturato cælum uelamine cingit:
Diſcolor æthereis apparet nubibus iris:
Poſtq̄ flāmiferi rapuerunt lumina ſolis:
Et cælum uariis miranda coloribus ornat
Vmbriferas nubes radiis ubi cōtigerit ſol
Luce ſub aduerſa uarios iacit unda colores:
Dicitur hæc iris picto ſpectantibus arcu
Dum nubes radiis fulgentibus tetigit atris
Phœbus & aduerſo lumine reſplenduit hymbri
Tunc iacit inſignes per nubila denſa colores
Mirifico nubes ambit thaumante creata:
Quas cum ex aduerſo tetigit rota fulgida ſolis
Tunc iris uario circundat nubila cinctu
Nuntia iunonis uario decorata colore
Aethera nubificum complectitur orbe decoro
Cum phœbus radios in nubem iecit aquoſam:
Nubila cum phœbus perfudit lumine claro:
Tunc fit ut humor aquæ ſuffulgeat:atq; color
Sub uaria ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Tum radiis hymbres:& aquaꝝ pēdulus humor
Frangitur:exiſtit quam græcia nominat iris
Multorum inſignis uario ſplendore colorum
Iris habet uarios ſubiecta luce colores:
Quam ſol hymbriferum fulgens de luce creauit
Cum pepulit radiis obſtantia nubila claris:
Luce repentina tum ſol impleuit aquoſus
Aduerſas nubes effulget protinus iris
Picta ueſte decens:& multicoloribus alis

De quatuor temporibus anni

Verq; nouum ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æſtas:& ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis ſordibus uuis.
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Vere ſinum tellus aperit:floreſq; miniſtrat.
Tempore ſolis ager meſſis fert pinguis opimas:
Fœcundos autūne lacus de uitibus imples.
Vis hyems glacie currentis alligat undas
Frigoribus pulſis nitidum uer æthera mulcet.
Scindit agros æſtus phœbeis ignibus ardens.
Autūno dat hyems mixtum uicina teporem.
Albentes hæc durat aquas:& flumina nectit.
Ver pingit uario germinantia prata colore.
Ignea ueſtit agros culmis cærealibus æſtas.
Vitibus autūnus turgentes detrahit uuas.
Aſt frigore hiberno grauidꝰ niue:nubilus æther
Vere uenus gaudet florentibus aurea ſertis.
Flaua ceres æſtatis habet ſua tempora regna.
Vinifero autūnus ſumma ē tibi bacche poteſtas.
Imperium ſæuis hyberno tempore uentis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert æſtus torrida meſſes.
Pomifer autūnus tenero dat palmite fructum
Mox hyems hybernis albeſcit operta pruinis.
Vere nouo letis decorantur floribus arua.
Et riget æſtiuis hyrſutus campus ariſtis.
Labra per autūnum muſto ſpumantia feruent
Et ponunt frondes hyemali frigore ſiluæ.
Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Temporaq; autūno cingunt tua bacche racemis.
Triſtis hyems montes niueo uelamine ueſtit.
Ver agrum nitidum gemmis ſtelantibus ornat.
Et feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autūnali redolet uindemia fœtu.
Frōde nemus male nudat hyēs:amneſq; rigeſcūt
Purpureos flores humus effert uere comanti
Et cereris donis horreſcūt arua per æſtum.
Bacche tuo tempus fluit autumnoq; liquores:
Obtegitur tellus per frigora ueſte niuali.
Vere tepet picto zephyris ſpirantibus aer.
Decreſcunt celeres æſtiuis ignibus amnes
Temperies autumne fluit tua nectare dulci.

Perq; hyemem lentus cælo niuis aduolat imber.
Veris honos tepidi floret:uirent omnia rident.
Arua ſub æſtiuis undat torrentia labris.
Vite coronatas autūnus degrauat ulmos:
Decutit ipſe rigor ſiluis hyemalis honorem.
Flore ſolum uario depingit odoriferum uer.
Flaciferamq; deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autūnus pomifer uuas.
Scythonia gratialis hyems niue cana ſeneſcit.

P.V.Maronis de ortu ſolis.

AVrora oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat: & biiugis uecta ruebat equis
Luce polum nitida perfundit can/didus orbis
Et clarum emicuit ſol orante iubar.
Roſida puniceo palantias exit amictu
Aſtrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis tethos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum ſol
Fugerunt toto protinus aſtra polo.
Conceſſere deo tenebræ rebuſq; colores.
Lux iterum cunctis reddidit alma ſuis.
Tithoni cōiunx roſeo ſub lumine iubar
Inficit:& cælum lutea ſydereum
Cum ſol igniferos currus e gurgite magno
Suſtulit:& claris aſtra fugauit equis.
Nox abit aſtrifero uelamine cincta micanti:
Et redigit ſtellas:exoriturq; dies.
Emicat oceano phœbi tota clara relicto
Illuſtrata nitent lumine cuncta ſuo.
Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.
Et matutino rore madebat humus.
Tethos unda uago cum proſilit æquore titan
Flāmiferos uultus ore micante ferens
Exoritur phœbus perfundens luce nitenti
Et maria:& terras:ſteliferumq; polum.
Aſtraq; ceſſerunt fulgentia crinibus aureis:
Et mox ſydereas oculit atra faces
Sol oriens curſuſq; ſuos e gurgite tollens
Oceano:claro reddidit orbe diem.
Flāmiferumq; iubar:terræq;:poloq; reduxit:
Et pepulit radiis aſtra repente ſuis.
Memnonis ut genitrix infecerat humida cælum:
Et roſeis manibus ſydera diſpulerat.
Phœbus athlanteis e fluctibus aureus orbem.
Suſtulit igniferum:luxq;:dieſq; redit.
Preuia flammiferi curſus aurora rubebat
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos
Noctiuagoſq; ſimul radiis uagantibus ignes
Depulerat cælo reddideratq; dies.
Vix aurora ſuo rubeſecerat æthera curru
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Proſilit e mediis cadens rota tethios undis:
Et uaga ceſſerunt ſydera ſolis equis
Surgit ab oceano tithonis fulgida coniunx:
Et ueſte abroſea ſubruit ipſa pedes.
Tum phœbus radiis nitidum fulgentibus orbem
Depelit e tenebris:noxq; peracta fuit.

P.V.M.De Herculis laboribus

c Ompreſſit nemeæ primum uirtute leonem.
Extincta eſt anguis quæ pululat hydra ſecundo
Tertius euictus ſusē erymanthius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deiicit horriſono quinto ſtymphalidas arcu.
Abſtulit hippolyti ſexto ſua uincula uitæ.
Septimus angei ſtabulum labor egerit undis.
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tūc diomedis equos nono cum rege perempto.
Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
Vndecimo abſtractus uidit noua cerberus aſtra
Poſtremo heſperidum uictor tulit aurea mala.

P.V.M.De littera y.

LIttera pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humānæ uitæ ſpeciem preferre ui/detur.
Nam uia uirtutis dextrū petit ar/dua callem.
Difficilemq; aditum primum ſpectātibus offert
Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.
Mole oſtentat iter uia lata:ſed ultima meta
Præcipitat captos:uoluitq; per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus uirtutis amore
Vicerit:ille ſibi laudemq; decuſq; parabit:
Atqui deſidiam:luxumq; ſequetur inertem:
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores.
Turpis inopſq; ſimul miſerabile tranſigit æuū.

P.Vir.M.De ſignis cæleſtibus.

PRimus adeſt aries:tauruſq; īſigni/tus auro
Cornibus:& fratres:& cancer aq̄/tile ſignum
Tum leo terribilis ueniens: atq; innuba uirgo:
Libra ſubit:caudaq; animal quod dirigit ictum:
Armatuſq; arcu chiron:& corniger hircus
Fuſor atq; ſimul:& fulgentis piſcis in auro
Creditor eſt helles & proditor cicropeus:
Et gemini iuuenes:& preſſus ab hercule cancer.
Horrenduſq; leo ſequitur cum uirgine ſancta.
Libraq; lāce pari:& uiolentus acumine caudæ.
Inde ſagittiferi facies:ſæuis & capricornus:
Et qui potat aquam puer urniger:& duo piſces
Signorū princeps aries:& taurus:& una
Tyndaridæ iuuenes:& feruida brachia cancri:
Herculeuſq; leo:nemeæ pauor almaq; uirgo
Libra iugo æquali pendens & ſcorpius acer:
Centauruſq; ſenex chiron & cornua capri:
Et iuuenis geſtator aquæ:piſceſq; ſupremi.
Corniger aſtrorū ductor tauruſq; ſecundus.
Tum ſydus geminum:& cancri gemētis imago
Trunxq; leo:& uirgo quæ ſpicea munera geſtat:
Et libram quam cæſar habet chelaſq; minaces.
Atq; arcu pollens:& falſi gurgitis hircus:
Vrnaq; nymbiferi:piſiſq; nouiſſima forma
Dux aries:& frons tauri metuenda minacis.
Et ledæ ſoboles: & cancri torridus ignis:
Terribiliſq; leo:ſpecieſq; uirginis almæ

Momentumq; ſequens cauda timendus adūca.
Hinc tendens arcum:liquidi caper æquoris inde
Troianuſq; puer geminiq; ſub æthere piſces.
Rubigenas iuuenes uictor:tauriq; trucis ſons:
Et proles duplex ioui & nepa torrida flammis
Aeſtifer inde leo mixta cum uirgine fulgens.
Quam ſequitur libra: & uiolenta cuſpide ſæuus
Senifer ardu potēs:ſubit & capricornus aquoſus
Et cui nomen aquæ faciunt:piſceſq; gemelli.
Corniger in primis:aries & corniger alter
Taurus:itē gemini:ſequitur quos cācer aduſtus
Terribiliſq; feræ ſpecies:& iuſta puella:
Libra ſimul:nigrum ferens acumine uirus:
Centauruſq; biformis adeſt pellagiq; puella:
Atq; amnem fundens:& piſces ſidus aquoſum.
Corniger ductor gregis:europæ quoq; uictor:
Et duo tyrannidæ:tum cancer ſole peruſtus.
Herculeaq; manu preſus leo:& optima uirgo:
Hinc erutinæ ſpēs:uenit armatuſq; ueneno
Scorpius:atq; ſagittifer : æquoreiq; capifrons:
Quiq; urnam gerit:& piſces duo ſigna ſub uno.
Principium ſignis ouium ſator:inde iuuencus
Progenies duplex:& aquaq; cancer alūnus:
Preſſa ſub herculeis manibus fera iuſtaq; uirgo
Libra ſubeſt caudaq; ferens letale uenenum.
Tum geminus chiron:& corniger æquoris alti:
Dilectuſq; ioui puer:& duo ſydera piſces:
Dux gregis & placidū pandēs ſub æthera taurus
Germaniq; patres:& cancro iam comes æſtus:
Atq; leo primus labor herculis & pia uirgo.
Libra comes ſequitur minitas & ſcorpius ictu.
Et qui tela gerit centaurus:& æquoris hircus.
Deucalionis aquæ:& piſcis extrema figura.
Velleris aurati fulget pecus aurea cælo
Lætus & amphion:cancriq; figura calentis
Inſequitur leo ſæuus:& almæ uirginis aſtrum.
Hinc æquale iugum caudaq; uenenifer unca.
Centauruſq; minax arcu:& neptunnia proles.
Quiq; refudit aquas:& piſcis ultimus ordo.

Verſus Ouidii.

Qualis bucolicis:quantus tellure domanda
Vitibus:arboribuſq;:apibus:pecoriq; ſatiſq;:
Aeneadum fuerit uates:tetraſtica dicent.
Contineat quæ quiſq; liber:lege carmina noſtra

Summa uirgilianæ narrationis in tribus operibus:Bucolicis:Georgicis:& Aeneide.

Paſtorum muſam uario certamine promit:
Ruris item dociles culturam carmine monſtrat
Arboribus uitem:prolem quoq; iungit oliuæ.
Paſtorumq; palen:& curam tradit equorum.
Tunc apium ſeriem mellis:& dona recenſet.
Aeneas profugus intrat carthaginis oras.
Conuiuio ſeries narratur troica belli.
Tertius complet narrantis ordine geſta.
Ardet amans dido fatum ſortita ſupremum.
Quintus habet tumuli uaria ſpectacula patris
Infernoſq; ditis manes:& regna pererrat.
Aeneas latium italas ſimul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine turnus.
Euryalum & niſum deflet cū matre iuuentus.
Palanti exitiū:& turni deluditur orſus.
Euander urbſq; ſimul multoꝝ funera deflet
Mezenti interitus canitur:poſt funera lauſi.
Vita de hinc fertur telo mactata camilla.
Turni uita fugit iſernas mœſta ſub umbras.

Publii Virgilii Maronis.

Ad priapum.

Carminis icompti luſus lecture ꝓcaces
Conueniēs latio pone ſupercilium.
Non ſoror hic habitat:phœbi: nō ueſta ſacello
Nec quæ patrio uertice data dea eſt.
Sed rubet hortorum cuſtos membroſior æquo:
Qui tectum nullus ueſtibus inguem habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ:
Aut quibus hæc oculis aſpicis:iſta lege.

Ad priapum

Ludens hæc ego teſte te priape
Horto carmina digna non libello
Scripſi non nimium laborioſe
Nec muſas:tamen ut ſolent poetæ:
Ad non uirgineum locum uocaui
Nam ſenſus mihi corq; defuiſſet
Caſtas pieridum chorum ſorores
Auſo dicere mentulam ad priapi
Ergo quicquid id eſt quod ocioſus
Templi parietibus tui notaui:
In partem accipias bonam rogamus

Priapus.

Obſcure poteram tibi dicere dā mihi:quod tu
Des licet aſſidue:nil tamen inde perit.
Das mihi quod cupies dare forſitan olim:
Dum tenet obſeſſas inuida barba genas.
Quodq; ioui dederat:quod raptus ab alite ſacra
Miſcet amatori pocula grata ſuo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito
Dum timet alterius uulnus inepta loci.
Simplicius multo eſt da pedicare latino
Dicere.quid faciam?craſſa minerua mea eſt:

Ad Lalagen.

Obſcenas rigido deo tabellas
Ducens ex elephantidos libellis
Dat donum lalage:rogatq; tentes:
Sic pictas opus edat ad figuras

Priapus.

Quam puero legem fertur dixiſſe priapus
Verſibus hic infraſcripta duobus erit.
Quod meus ortus habet ſumas īpune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod ſim ligneus ut uides priapus
Et falx lignea:ligneuſq; pennis:
Prendam te tamen:& tenebo prenſam:
Totamq; hanc ſine fraude quantacunq; eſt:
Tomento cytharaq; tenſiorem
Ad coſtam tibi ſeptimam recondam

Priapus.

Cum loquor una mihi peccatur littera:nam te
Pedico ſemper:blæſaq; lingua mea eſt.

Ad matronas.

Matronæ procul hinc abite caſtæ
Turpe eſt uos legere impudica uerba

Non aſſis faciunt:eumq́ꝫ recta.
Nimirum ſapiunt:uidentq́ꝫ magnam
Matronæ quoq́ꝫ mentulam libenter .

Priapus.

Cur obſcena mihi pars ſit ſine ueſte requiris.
Quæro tegat nullus cur ſibi ſigna deus?
Fulmen habet mundi dominus:tenet illud apte.
Nec datur æquoreo fuſcina tecta deo.
Nec mauors illum per quem ualet:oculit enſem.
Nec latet in tepido palladis aſta ſinu.
Num pudet auratas phœbum portare ſagittas?
Clam ue ſolet pharetram ferre diana ſuam?
Num tegit alcides nodoſæ robora clauæ?
Sub tunica uirgam num deus ales habet?
Quis bacchum gracili ueſtem prætēdere thyrſo?
Quis te celata cum face uidit amor?
Nec mihi ſit crimen:ꝙ mentula ſemper aperta ē.
Hoc mihi ſit telum deſit:inermis ero.

Ad puellam.

Inſulſiſſima quid puella rides.
Non me praxiteles:ſcopas ue fecit .
Non ſum phidiaca manu politus:
Sed lignum rude uillicus dolauit:
Et dixit mihi tu priapus eſto .
Spectas me tamen:& ſubinde rides.
Nimirum tibi falſa res uidetur
Aſtans inguinibus columna noſtris .

Priapus.

Ne prenſare caue: prenſus nec fuſte nocebo:
Sæua ne incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto ſic extendere pedali
Vt culum rugas non habuiſſe putas .

Priamus.

Quædam ſenior hectoris parente
Cumææ ſoror:ut puto:ſibyllæ :
Aequalis:illis quam domum reuertēs
Theſeus repperit in rogo iacentem:
Infirmo ſolet huc gradu uenire:
Rugoſaſq́ꝫ manus ad aſtra tolens :
Ne deſit ſibi mentula rogare.
Heſterna quoq́ꝫ luce dum precatur:
Dentem de tribus hic ſcreauit unum .
Tolle inquam procul:ac iube latere
Sciſa ſub tunica:ſtolaq́ꝫ ruffa:
Vt ſemper ſolet:& timere lucem :
Qui tanto patet indecens hiatu
Barbaro macer eminente naſo:
Vt credas epicureos citari .

Priapus.

Præcidere puer moneo:futuere puella.
Barbatum furem tertia pœna manet .

Priapus.

Huc huc quiſq́ꝫ es:in dei ſalacis:
Diuerti graue ne puta ſacellum :
Et ſi nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metus adire:non eſt :
Iſtuc cælitibus datur ſeueris.
Nos uappæ ſumus:& puſila culti
Ruris numina.nos pudore pulſo
Stamus ſub ioue coleis apertis .
Ergo cuilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.

Commiſſo mihi non ſatis modeſtas
Quicunq́ꝫ attulerit manus agello:
Is me ſentiet non eſſe ſpadonem .
Hic inter frutices loco remoto
Dicat forſitan hæc ſibi ipſe:nemo
Præciſum ſciet eſſe me:ſed errat .
Magnis teſtibus iſta res agetur.

Ad priapum.

Qualibet hippomanes rapuit ſchœneida pomis
Qualibet hippomanes nobilis hortus erat.
Qualia credibile eſt.patiantem rure paterno
Nauſicam pleno ſæpe tuliſſe ſinu
Quale fuit malum:quod littera pinxit achonti:
Qua lecta cupido pacta puella uiro eſt:
Talia cunq́ꝫ puer dominus florentis agelli
Impoſuit menſæ nude priape tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi circitor moleſte ?
Ad me quid prohibes uenire furem?
Accedat ſine:laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hæc eſt in noſtro maxima pennæ:
Laxa quod eſſe mihi fœmina nulla poteſt.

Ad priapum.

Hic quando thelethuſa circulatrix :
Quæ clumen tunica tegente nulla
Extis aptius: altiuſq́ꝫ mouet:
Criſſabit tibi fluctuante lumbo :
Sic ut non modo te priape poſſet:
Priuignum quoq́ꝫ ſed mouere phædræ .

Priapus.

Fulmina ſub ioue ſunt:neptunni fuſcina telum.
Enſe potens mars eſt:haſta minerua tua eſt.
Sutilibus liber committit prœlia thyrſis.
Fertur apollinea miſſa ſagitta manu.
Herculis armata eſt inuicta dextera claua:
At me terribilem mentula tenta facit .

Ad priapum.

Copia me perdit tu ſuffragare rogatus:
Indicio nec me perde priape tuo.
Hæc quæcunq́ꝫ tibi poſui uernacula poma :
De ſacra nulli dixeris eſſe uia

Priapus.

Fœmina ſi furtum faciet mihi:uirq́ꝫ:puerq́ꝫ:
Hæc cunnū:caput hic:prebeat ille nates.

Priapus.

Quicunq́ꝫ hic uiolam:roſamue carpet :
Furtiuum ue holus:aut inepta poma:
Defecti puerique fœminæq́ꝫ :
Hac tetigi:quam uidetis in me
Rumpatur precor uſq́ꝫ mentulaq́ꝫ.
Nec quicq̄ ſibi pulſet umbilicum .

Priapus.

Hic me cuſtodem fœcundi uilicus orti
Mandati curam iuſſit habere loci.
Fur habeas pœnam licet indignere feramq́ꝫ
Propter holus dicas:hanc ego propter holus.

Priapus.

Hoc ſceptrum quod in arbore eſt reciſum :
Nulla iam poterit uirere fronde.
Sceptrum quod pathicæ petunt puellæ
Quod quidam cupiunt tenere reges:

Cui dant oſcula nobiles cinædi:
Intra uiſcera furis ibit uſq;
Ad pubem:capulumq; coleorum .
Porro nam quis erit modus quirites?
Aut præcidite ſeminale membrum:
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ ſine fine prurientes :
Vernis paſſeribus ſalaciores
Aut rumpar:nec habebitis priapum.
Ipſi cernitis futurus ut ſim:
Confectuſq; macerq;:palliduſq; :
Qui quondam ruber & ualens ſolebam
Fures cedere quálibet ualentes.
Latus deficit:& periculoſam
Cum tuſſi miſer expuo ſaliuam .

Ad priapum.

Delitiæ populi magno notiſſima circo
Quintia uibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis pruriginis arma priapo
Ponit & ad ducta tympana pulſa manu:
Pro quibus:ut ſemper placeat ſpectantibus:orat.
Tantaq; ad exemplum ſit ſua turba dei.

Priapus.

Tu qui non bene cogitas:& ægre
Carpendo tibi temperas ab horto :
Prædicabere fuſcina pedali
Quod ſi iam grauis:& moleſta pœna
Non profecerit:altiora tangam .

Ad priapum.

Obſcenis poteram priape:ſi non
Vti me pudet improbiſq; uerbis :
Sed cum tu poſito deus pudore
Oſtendis mihi coleos patentes:
Cum cunno mihi mentula eſt uocanda .

Ad priapum.

Falce minax ex parte tui maiore priape:
Ad fontem quæſo dic mihi qua ſit iter .

Priapus.

Vade per has uites:quantum ſi carpſeris uuas:
Quas aliter ſumas hoſpes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mei manu carpes :
Licebit ipſa ſis puditior ueſta.
Sin hæc mei te ueneris arma laxabunt:
Exire ut ipſa de tuo queas culo .

Priapus.

Vuis aridior puella paſſis.
Buxo pallidior:nouaq; cæra :
Collataſq; ſibi:ſuiſq; membris
Formicas facit altiles uideri:
Cuius uiſcera non aperta thuſcus
Per pellem poterit uidere aruſpex:
Quæ ſucco caret:utq; putris pumex :
Nemo uiderit hanc:ut expuentem:
Quam pro ſanguine puluerem:ſcobemq;
In uenis medici putant habere:
Ad me nocte ſolet uenire:& affert:
Pallorem:maciemq; latualem .
Ductor ferreus inſularis equæ
Laternæ uideor fricare cornu .

Priapus.

Naiades antiqui dryadeſq; habuere priapi:
Et quo tenta dei uena ſubiret:erat.
Nunc adeo mihi ē adeo mihi plena libido
Vt nymphas omnes interiiſſe putem.
Turpe quidē factu:ſed nec tētigine rumpar:
Falce manu poſita fiet amica manus .

Ad priapum

Cum ſacrum fieret deo ſalaci:
Conducta eſt pretio puella paruo :
Communis ſatis omnibus futura:
Quæ quot nocte uiros peregit una
Tot uepras tibi dedicat ſalignas .

Priapus.

Prædicabere fur ſemel:ſed idem
Si prenſus fueris bis irruabo .
Quod ſi tertia furta molieris:
Vt pœnam patiaris hanc & illam
Pædicaberis:irrumaberiſq;

Priapus.

Notas habemus corporis quiſq; formas:
Phœbus comoſus:hercules lacertoſus .
Trahitq; uirginis tener bacchus formam
Minerua flauo lumine:uenus peto.
Fronte crinitos arcades uides faunos:
Habet decentes nuntius deum plantas .
Tutela lemni diſpares mouet greſſus.
Intonſa ſemper æſculapio barba eſt.
Nemo eſt feroci pectoroſior marte
Quod ſi quis inter hæc locus mihi reſtat :
Deus priapo mentulatior non eſt.

Ad ſpectatores de priapo.

Cur pictum memori ſit in tabella
Membrum quæritis:unde procreamur .
Cum pennis mihi forte læſus eſſet:
Chirurgichamq; manum miſer timerem:
Diis me legitimis:nimiſq; magnis:
Vt phœbo puta:filioq; phœbi
Curatum dare mentulam uerebar :
Huic dixi fer opem priape parti:
Cuius tu pater ipſe par uideris :
Qua ſalua ſine ſectione facta:
Ponetur tibi picta:quam leuaris
Parua conſimiliq; concolorq;:
Promiſit fore:mentulamq; mouit :
Pro nutu deus:& rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcunq; ē dicere oportet
Natura eſt quoniam ſemper aperta mihi.
Pædicare uolo:tu uis decerpere poma .
Quod peto ſi dederis:quod petis accipies

Priapus.

Forma mercurius poteſt placere .
Forma conſpiciendus eſt apollo.
Formoſus quoq; pingitur lyeus
Formoſiſſimus eſt omnium cupido :
Me pulchra fateor carere forma.
Verum mentula luculenta noſtra eſt.
Hanc mauult ſibi q̄ deos priores :
Si qua eſt non fatui puella cunni

De Theletuſa.

Nota ſuburranas inter theletuſa puellas:
Quæ puto de quæſtu libera facta ſuo eſt .
Cingit in aurata pennem tibi ſancte corona.

Hunc pathicæ ſummi numinis inſtar habent

Priapus.

Quiſquis uenerit huc poeta fiat
Et uerſus mihi dedicet iocoſos
Qui non fecerit: inter eruditos
Ficoſiſſimus ambulet poetas.

Ad priapum.

Lætus ariſtagoras natis bene uillicus uuis
De cæra facta dat tibi poma deus
At tu ſacrati contentus imagine pomi:
Fac ueros fructus ille priape ferat.

Priapus.

Nolite omnia quæ dico putare
Per luſum mihi per iocumq́ dici.
Deprenſos quoq́ terq́ quaterq́ fures
Omnes non dubitetis irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas: q̃uis ſim ligneus: haſtam:
Oſcula dat medio ſi qua puella mihi?
Augure non opus eſt in me mihi credite dixit.
Vtetur ueris uſibus haſta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput uſtulare ferro:
Vt mauræ ſimilis foret puellæ:
Heus tibi inquit dicimus cinæde:
Vras te licet: uſq́ torquearis:
Num tandem prior es puella quæſo.
Quam ſunt mentula quos habet capilli?

priapus.

O non candidior puella mauro:
Sed mollior omnibus cinædis:
Pygmæo breuior gruem timenti:
Vrſis aſperior: piloſiorq́:
Medis laxior: indicis libratis:
Manes hic licet: ut libenter ires.
Nam quáuis uidear ſatis paratus.
Erucarum opus eſt decem maniplis:
Foſſas inguinis ut terram: dolemq́:
Cunni uermiculo ſcaturientes.

Priapus.

Quicunq́ ueſtræ qui uenitis ad cœnam:
Libare nullos ſubſtinet mihi uerſus:
Illius uxor: aut amica riualem
Laſciuiendo languidnm precor reddat.
Et ipſe nocte longa dormiat ſolus:
Libidinoſis incitatus erucis.

priapus.

Quod partem madidam mei uidetis.
Per quam ſignificator priapus eſſe:
Non ros eſt mihi crede: nec pruina:
Sed quod ſponte ſua ſolet remitti:
Cum meus eſt pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu cuicunq́ uides circa tentoria noſtra
Non nimium caſti carmina plena ioci:
Verſibus obſcenis offendi deſine. non eſt
Mentula ſubducti noſtra ſupercilii.

Ad priapum.

Quædam: ſi placet hoc tibi priape:
Ficoſiſſima me puella ludit
Et non dat mihi: nec negat daturam.
Cauſas inuenit uſq́ differendi:
Quæ ſi contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus priape noſtris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negotii é? qua ue ſuſpicer cauſa
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cum quiſquis in nos incidat: luat pœnas
Et uſq́ curuos excauetur ad lumbos?
Non ficus hic eſt præferenda uicinæ
Vuæq́: quales flaua non legit crete.
Non mala truncis aſeruanda picenis.
Pirumue: tanto quod periculo captes.
Magis quæ cæra luteum noua prunum.
Sorbum ue uentres lubricos moraturum.
Præpinguem rami: nec mei ferunt morum:
Nucem ue longam: quæ uocatur alna.
Amygdalum ue ſore purpureo fulgens.
Non braſſicarum fero gloſior caules.
Betæ ue quantas hortus educat nullus.
Creſcens ue ſemper in ſuum caput portum:
Nec ſeminoſas ad cucurbitas quenquam
Ad ocimum ue: cucumeres ue humi fuſos:
Venire crede: ſeſſilles ue lactucas.
Ne ue ſalaces nocte tollat erucas.
Mentaq́ olentem cum ſalubribus rutis:
Acreſq́ cepas: aliumq́ furatum.
Quæ cuncta q̃uis noſtro habeamus in ſepto
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbiſſimi fures.
Ni mirum apertam conuolatis ad prædam.
Et uos hoc ipſum quod minamur: inuitat.

Priapus.

Heus tu non bene qui manum rapacem
Mandato mihi continens ab horto:
Iam primum ſtator hic libidinoſus
Alternis ſed eundo & redeundo
Porta te faciet patentiorem:
Accedent duo qui latus tuentur
Pulchre penſilibus peculiati:
Quiq́ te male foderit iacentem
Ad portam ueniet ſalax aſelus.
Nil eſt deterius mutoniaris.
Quare ſi ſapis hoc malum cauebis:
Cum tantum ſcias eſſe mentularum.

Ad Priapum.

Contentus modico bacchus ſolet eſſe racemo:
Cum capiant altos uix ſua muſta lacus.
Magnaq́ fœcundis cum meſſibus area deſit:
In ceteris crines una corona datur.
Tu quoq́ diue minor maiorum exempla ſecutus
Quáuis pauca damus conſule poma boni:

Priapus.

Et.d. ſi ſcribas: temonéq́ inſuper adas
Qui medium. d. uult ſcindere pectus erit.

Priapus.

Credere quis poſſet: falcem quoq́ turpe fateri
De digitis fures ſurripuiſſe meis?
Nec mouet amiſſi tam me iactura pudorq́
Quam præbent iuſtos altera tela metus
Quæ ſi perdidero: patria mulctabor: & olim

Ille tuus ciuis lampſacæ gallus ero
Priapus.
Derides quoqꝫ fur:& impudicum
Oſtendis digitū mihi minanti:
Heu me miſerum quid iſta lignum eſt.
Quæ me terribilem facit uideri?
Mandabo domino tamen ſalaci
Vt pro me uelit irrumare fures.
Priapus.
Cornix:& caries:uetuſqꝫ buſtum
Turba putrida facta ſaculorum
Quæ forſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni:priamiqꝫ neſtoriſqꝫ
Illis in pueris anus fuiſſet.
Ne deſim ſibi me rogat fututor
Quid ſi nunc roget ut puella fiat
Si minimos tamen hæc habet:puella eſt.
Priapus.
Quicunqꝫ noſtram fur fefellerit fidem:
Effœminato culo eminet procul:
Quæqꝫ hæc proterua carpſerit manu poma
Puella:nullum inueniat fututorem.
Prædictum tibi ne rogare poſſis:
Si fur ueneris:impudicus eris.
Ad priapum.
Si quod habes uerſus:tot haberes poma priape:
Eſſes antiquo ditior alcinoo.
Priapus in perſona mali.
Quid fruſtra quæreris colone mecum:
Quod quondam bene fructuoſa malus
Autumnis ſterilis duobus aſtem?
Non me prægrauat ut putas ſenectus
Nec ſum grandine uerberata dura.
Nec gemmas meo germine exeuntis
Sæui frigoris uſtulauit aura
Nec uenti:pluuiæ ue:ſiccitas ue.
Quod de ſe quæritis:malum dederunt
Non ſturnus mihi:gracculus ue raptor:
Aut cornix anus:aut aquoſus anſer:
Aut coruus nocuit ſiticuloſus.
Sed quia carmina peſſimi poetæ
Ramis ſuſtineo laborioſus.
Priapus.
Securi dormite canes:cuſtodiat hortum
Cum ſibi dilecta ſimius erigone
Priapus.
Parum eſt mihi quod hic fixi ſedem
Agente terram per canicula rimas
Saticuloſam ſuſtinens æſtatem
Paruumqꝫ ſinus ſuperfluunt hymbres
Et in capillos grandines cadunt noſtros:
Rigetqꝫ dura barba iuncta criſtallo
Parumqꝫ acta ſub laboribus lucem
Parem diebus præuigil traho noctem
Huc addeqꝫ me terribiles fuſte
Manus ſine arte ruſticæ dolauerunt:
Interqꝫ cunctos uultus deos numen
Cucurbitaꝝ ligneus uocor cuſtos
Accedit iſtis impudentiæ ſignum
Libidinoſa tenta piramis neruo
Ad hanc puella pene nomen adieci
Solet uenire cum ſuo fututore
Quæ tot figuris quot philenis enarrat
Non inuentis pruinoſa diſcedit.
Priapus.
Quidam mollior anſeris medulla
Furatum uenit huc amore pœnæ
Furetur licet uſque:non uidebo.
Ad priapum.
Hic tibi qui roſtro creſcentia lilia merſit:
Cædetur tepida uictima porcus ara.
Nec tamen extraneum facias pecus omne priape
Horti ſit facias ianua clauſa tui.
Priapus.
Tu quæ ne uideas notam uirilem
Hinc auerteris ut decet pudicam
Nimirum niſi quod times uidere:
Intra uiſcera habere concupiſcis.
Priapus.
Penelopes primam:didonis prima ſequatur:
Et primam cani:ſyllaba prima remi.
Quodqꝫ ſit ex illis:mihi tu deprenſus in horto
Fur dabis.hac pœna culpa luenda tua eſt.
Priapus.
Ruſticus indocte ſi quid dixiſſe uidebor
Da ueniam:libros non lego:poma lego.
Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Conſtitui:meracas edidiciqꝫ notas.
Pſoleon ille uocat:quod nos pſoloenta uocamus.
Id quod nos culum:culeon ille uocat.
Merdaleon certa niſi res non munda uocatur:
Et pædiconum mentula merdalea.
Priapus.
Quod niſi tænario placuiſſet troica cunno
Mentula quod caneret non habuiſſet opus.
Mentula tantalidæ bene ſi non nota fuiſſet:
Nil ſenior chryſes quod quereretur erat
Hæc eadem ſocium tenera ſpoliauit amica:
Quæqꝫ erat æacide maluit eſſe ſuam.
Ille pelethronium cecinit miſerabile carmen
Ad cytharam:cythara tentior ipſe ſua
Nobilis hinc nota nempe incipit ilias ira.
Principium ſacri carminis illa fuit.
Altera materia eſt error fallentis ulyxi:
Si ueꝝ quæras:hunc quoqꝫ mouit amor
Hinc legitur radix de qua flos aureus exit.
Quæ cur moly uocat:mentula moly fuit.
Hinc legimus circen:atlantiademqꝫ calypſon
Grandia dulichii iuſta tuliſſe uiri.
Huius & alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo uix potuiſſe tegi
Ad uetulam tamen ille ſuam properabat:& oīs
Spes erat in cunno penelopea tua
Quæ ſic caſta manes:ut iam conuiuia uiſas:
Vtqꝫ fututorum ſit tua plena domus.
E quibus ut ſcires quicunqꝫ ualentior eſſet
Hæc es ad arrectos uerba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat ulyxe
Siue illi laterum:ſeu fuit artis opus.
Qui quoniam periit:modo uos incendite qualē
Eſſe uirum ſciero:uir ſit ut ille meus.
Hac ego penelope potui tibi lege placere:
Illo ſed nondum tempore factus eram
Priapus.

Dum ſici tibi ſuauitas ſubibit:
Et iam porrigere huc manum licebit:
A d me reſpice fur:& æſtimato
Quod pondo tibi mentulam eſt cacandum.

Priapus.

Sit pauper mihi ſit:& inquilinus:
Qui libum dederat:mollaque fuſa.
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto
Vicini canis huc ſubinde uenit
Nitorem puto proſecuta ſumi:
Quæ libamine mentulæ comeſo
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere:ne famelicorum
Ad me turba uellit canum uenire:
Ne dum me colitis:meumq̧ numen
Cuſtodes habetis irrumatos.

Priapus.

Si commiſſa meæ carpes pomaria curæ
Dulcia:quid doleam perdere doctus eris.

Ad priapum.

Curam pomarii diligens priape facito.
Rubricato furibus minare mutino

Priapus.

Quod mouear non eſt:quia ſi furaberis ipſe
Grandia mala:tibi brachia macra dabo.

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me ſpectaris ocellis?
Stat non inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc eſt:& iutile lignum:
Vtilis hæc aram ſi dederitis:erit.
Per medios ibit pueros:mediaſq̧ puellas
Mentula:barbatis non niſi ſumma petet.

Quæ quorum locorum ſint numina.

Dodona tibi iuppiter ſacrata eſt.
Iunoni ſamos:& mycenæ dites:
Vnde tenedos æquoriſque regi
Pallas cecropias tuetur arces.
Delphos pythius orbis umbilicum.
Cretem delia:cynthioſque colles.
Faunus mænalos:arcadumque ſyluas.
Tutella rodos eſt beata ſolis.
Gades herculis:humi dumque tybur
Cyllene celleri deo niuoſa
Tardo gratior æſtuoſa lemnos.
Aethneæ cererem nurus frequentant.
Raptam cocytos oſtreoſa diuam.
Formoſamq̧ uenerem:gnidos:paphoſque
Mortales tibi lampaſcum dicarunt.

Priapus.

Quod ſim iam ſenior:meumque canis
Cum barba caput albica capillis:
Deprenſos ego perforare poſſum
Tithonum:priamumque:neſtoremque.
Immanem mihi ſtomachum uidetis:
Qui denſam facitis ſubinde ſæpem
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc eſt læderet:dum iuuatis:hoc eſt
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obſtructa eſt uia:nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam
Ergo qui prius uſque &uſque & uſq̧
Furum ſcindere podices ſolebam:
Per noctes aliquot dieſque ceſſo.
Pœnas do quoque:quod ſatis ſuperque eſt
In ſemenque abeo:ſalaxque quondam
Non uitam perago:quis hoc putaret
Vt luſus citharœdus abſtineret?
At uos ne peream ſitu ſenili:
Queſo deſinite eſſe diligentes.
Ne ue imponite fibulam priapo

Priapus.

At dii: deæq̧ dentibus tuis eſcam
Negent:amicas cunni ligni uicinæ:
Per quem puella foris ante:nec mendax
Et quæ ſolebat impigro celer paſſu
At nos uenire nunc miſſella landace
Vix poſſe iurat ambulare pro loccis.

Ad priapum

Priape quod ſis faſcino grauis tenero
Quod exprobauit hic tibi ſuo uerſu
Poeta noſter:erubeſcere hoc noli.
Non eſt poeta larcinoſior noſtro.

Priapus.

Vt non longa ſatis bene:non ſtat mentula craſſa:
Et quam ſi tractes.creſcere poſſe putes.
Me miſerum cupidas fallit menſura puellas.
Non habet hoc aliud mentula maius eo.
Vltior tydeus:qui ſi quid credis homero
Ingenio pugnax corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitaſq̧:pudorque:
Eſſe repellendus ſepius iſte mihi.

Ad priapum.

Dum uiuis ſperare decet:ut ruſtice cuſtos.
Huc ades:& neruis tente priape faue.

Ad priapum.

Ruſticus ærarii quondam:nunc uilicus horti:
Hæc tibi perſpecta templa priape dico.
Pro quibus officiis ſi fas eſt:ſancte paciſcor:
Aſſiduus cuſtos ruris ut eſſe uelis.
Improbus ut ſi quis noſtrum uiolabit agellum
Hunc tu:ſed taceo:ſcis puto quod ſequitur.

Querela priapi.

Quid hoc noui eſt:quid ira nuntia deum.
Salente nocte candidus mihi puer
Repente cum iaceret abditus ſinu:
Venus erat quieta:nec uiriliter
Iners ſenile penis extulit caput
Placet priape qui ſub arboribus comis
Soles ſacrum reuinctus pampino caput
Ruber ſedere cum rubente faſcino
At o priape ſæpe floribus nouis
Tuas ſine arte deligauimus comas:
Abegimuſq̧ uoce ſæpe cum tibi
Senex ue coruus:impiger ue gracchulus
Sacrum feriret ore corneo caput
Vale nefande deſtitutor inguinum
Vale priape:debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua ſqualidus ſitu.
Carniſue ille ſæuus uſque bene
Fricabit obloquium latus lutoſus
O ſceleſte pennis:o cui meum malum
Licet querare:nec tibi tener puer

Patebit ullus:imminente qui toro
Iuuante uerſet arte nobilem natem.
Puella nec iocoſa nec leui manu
Fouebit apprime tue lucidum femur:
Bidens amica romuli ſenis memor
Paratur inter arua:cuius inguina.
Vacuaque pelle tectus inguinum gelu
Araneoſus obſidet fores ſitur.
Tibi hæc parantur ut tuus ter aut quater.
Voret profunda foſſa lubricum caput:
Licebit hebes:aut languentior cubes.
Hæres & uſque ah miſer miſer

Domitii Calderini Veronenſis Commentarii in Publii Virgilii Maronis elegiam.

Defleram iuuenis triſti non carmine fata: non compertum habemus cuius hæc elegia fuerit: neq;.n. Virgilio aſcribi põt ex dicẽdi charactere nec eſt alter auctor quẽ ea tẽpeſtate exiſtimemus ſcripſiſſe:ueꝝ non deſũt q Lactãtii firmiani opus dicãt.Eo.n.ſtilo uerſari uidet̃:quo & eius uiri ſcripta uidẽt̃:ſũma tamẽ ois ẽ:ut mecœnatẽ laudet:paritercꝫ filii ipſius mortẽ defleat. Iuuẽis:filli mei q ĩmatura morte peremptus fuit. Seui merẽti:q iá diẽ ſuũ obierat:Vt ſicut. Iuuenes:filiũ mecœnatis. Auo annoſo:ĩ genere dixit neq;.n.mecœnatis auus lõgo uixiſſe tẽpore tradit̃: unde quẽpiá aliũ lõgioris uitæ hominem notauit. Annoſo:antiquiſſimo. Ratis;rates trabes ĩcultæ appellabant̃:nauigio poſtea accõmodatæ ſunt:& ꝓ nauibus ponunt̃. Ratis:acherontis. Carina appellat̃ trabs illa ĩ fundo nauis quam circum tabulæ tã q̃ brachia affingunt̃:etiam pro naui ponũtur. Lacus uaſtos fluminis læthei:per quod charõ animas tranſfert. Amici illius:quoniá habuit cõſuetudinẽ Tecũ o mecœnas:nõ habui familiaritatẽ illius filii tui. Opus:ſi habet p hanc epiſtolá de obitũ filii mecœnatis eidẽ ſe factũ amicũ. Regis ethruſci: quia mecœnas natus erat ex nobili ſtirpe ac regia aretinoꝝ. Vnde & Horatius Mecœnas atauis edite regibus. Vrbis erat cuſtos: Quoniá Cæſare in bella cõcedẽte Mecœnatẽ urbis romæ cuſtodem & gubernatorẽ reliqſſe cõſtat. Poſſe nocẽs:cõmẽdat ex animi tranquillitate & manſuetudine:qa de nomie ulciſci uoluit. Pallade:deſignat Mecœnatẽ artibus liberalibus præſtãtiſſimis:hic litteratos ſp coluit pariter rẽ militarẽ amauit cuius artis & dea pallas eſt. Vincit uulgares:oſtẽdit doctria Mecœnatẽ & reꝝ pitia nõ ſanguinis claritate principatũ adẽptũ fuiſſe:atcꝫ aliis p̃ſtantiſſimis prælatum. Vulgares:populares. Arenas:in extremo littore dicit̃ Mecœnatẽ ſapiẽtẽ ſupare oẽs gẽmas & lapides p̃cioſos q naſcunt̃ ĩ mari. Extremo:oriẽte:Oui.iduitis collo lapides oriẽte petitos. Diſcinctus:oſtẽdit Mecœnatẽ molli ac effœminato fuiſſe corpore:ueꝝ magnanimitate & ſimplicitate uitæ p̃ſtantiſſimæ: q̃lis fuiſſe tradit̃:& diluuii tẽpeſtate:ĩ q̃ ꝓ tẽpore & neceſſitate qſq; ad uillæ cultũ nitebat̃ & oportunitatẽ Diſcicti.n.hoies laxi ac molles & minime apti appellantur.Hortẽſium diſcictum hominẽ & ut nepotem & luxurioſũ appellauit:cõtra cinctos illuſtres & oi

Triplex quadruplexque complens ſpecum
Superbia illa proderit nihil ſimul.
Vagum ſonante merſeris caput luto
Quid iners piget ne lentitudinis
Licebit hoc multus auferas ſemel :
Sed ille cum redibit aureus puer
Simul ſonante ſenſeris iter pede
Repente neruos excitet libidine:
Et inquietus inguina arriget tumor :
Neq; mutare poſſit uſq; dum mihi
Venus iocoſa mole ruperit latus.

Elegia in Mecœnatis obitu:quæ dicitur Virgilii:cum non ſit.

Defleram iuuenis triſti modo carmine fata.
Sunt etiam merito carmina danda ſeni.
Vt iuuenis deflendus erat:tã candidus:& tã
Longius annoſo uiuere dignus auo.
Inreligata ratis nunquam defeſſa carina
It redit in uaſtos ſemper onuſta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.
Non oblite rapit ſed tamen illa ſenes.
Nec mihi mecœnas tecum fuit uſus amici
Illius:hoc ergo conciliauit opus.
Fidus eras nobis.nam propter cæſaris arma
Cæſaris:& ſimilem propter ĩ arma fidem.
Regis eras genus hetruſci:tu cæſaris almi
Dextra romanæ tu uigil urbis eras
Omnia cum poſſes:tanto tam carus amico
Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.
Pallade cum docta phœbus donauerat artes
Tu decus:& laudes huius:& huius eras.
Vincit uulgares uincit peritus harenas:
Littore ĩ extremo quas ſimul unda mouet.
Quod diſtictus eras:aĩmo quoq; carpit̃ uno
Diluuii ac nimia ſimplicitate tua.
Sic illi uixere quibus fuit aurea uirgo:
Quæ bene præcicto poſt mõ pulſa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere ſolutæ?
Aut tibi uentoſi quid nocuere ſinus?
Num minus urbis erat cuſtos:& cæſaris obſes?
Num tibi non tutas fecit in urbe uias?
Nocte ſub obſcura quis te ſpoliauit amantẽ?
Quis tetigit ferro durior ipſe latus.
Maius erat potuiſſe tamen:nec uelle triũphos
Maiores: maius abſtinuiſſe fuit.
Maluit umbroſam quercũ:nimphaſq; canẽtes

Paucaq; pomoſi iugera certa ſoli.
Pierides phœbumq; colens i mollibus hortis.
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora meonii uicunt monumenta libelli.
Viuitur ingenio:cætera mortis erunt.
Quid faceret? defūctus erat:comes ipiger idē
Miles:& auguſti fortiter uſq; pius.
Illum piſcoſi uiderunt ſaxa pelori
Ignibus hoſtiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem uidere philippi
Quā tener ille fuit:tam grauis hoſtis erat.
Cum freta niliacæ texerunt lata carinæ
Fortis erat cirum:fortis & ante ducem.
Militis æoi fugientis terga ſecutus
Teritus ad nili dum fugit ille caput.
Pax erat:hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia uictores marte ſedente decent.
Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno
Poſtquam uictrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat: ne poſſet fœmina romā
Dotalem ſtupri turpis habere ſui.
Hic tela in profugos tantum curauerat arcum
Miſit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos poſtquam deuicimus idos:
Potaſti galea dulce iuuante merum.
Et tibi ſecuro tunicæ fluxere ſalutæ:
Te puto purpureas tunc habuiſſe duas.
Sū memor:& certe memini ſic ducere thyrſos
Bacchia purpurea candidiora niue.
